# SEPTIMO TOMO HAEC INSVNT, IN PARABOLAS SALOMONIS commentarij, in Eccleſiaſten diui Hieronymi Stridonenſis commentarij, Homiliæ in Canticacanticorum quatuor Origenis nomine. Denicꝫ in Iob commentarij.

VIRTVTE DVCE,



Dux Virtus, Fortuna comes, quocunq; feraris,

Si fuerint: fœlix astra ferêre ſuper.

COMITE FORTVNA.

SEBASTIANVS GRYPHIVS
GERMANVS EXCVDE
BAT LVGDVNI
ANNO
M. D. XXX.

# SEPTIMO TOMO HAEC

INSVNT, IN PARABOLAS SALOMONIS commentarij, in Eccleſiaſten diui Hieronymi Stridonenſis commentarij, Homiliæ in Canticacanticorum quatuor Origenis nomine. Deniq; in Iob commentarij.

VIRTVTE DVCE,

Dux Virtus, Fortuna comes, quocunq; feraris,



Si fuerint: felix aſtra ferere ſuper.

COMITE FORTVNA.

SEBASTIANVS GRYPHIVS
GERMANVS EXCVDE
BAT LVGDVNI
ANNO
M. D. XXX.

## BRVNO AMORBACHIVS BASILIENSIS CANDIDO LECTORI S. D.

NOn clam me eſt candide lector, Commentarios in Prouerbia Salomonis, quibus primum in hoc tomo locum dedimus, Hieronymi non eſſe: nam id uel hinc deprehenditur, quod tota dicendi figura, ab Hieronymiana dictione, modis omnibus diſſidet. Quin Gregorius ſemel atq; iterum in hoc opere citatur. Vetuſtiſſimi quidam codices in membrana ſcripti, Bedæ uindicabant. Certe cuius cuius ſint, Hieronymi non eſſe, ipſi clamant. Sed enim ob id potiſſimum non omittendos cenſuimus, ne lector queri poſſit, in hac noſtra æditione pauciora ſibi data, quàm in Veneta habebantur. Porrò commentarios in Eccleſiaſten, ſecundo poſuimus loco, qui ex ipſiſſima. Hieronymi prodierunt officina, id quod uel mediocris peritiæ lector, ex dicendi charactere, niſi planè Acarnanius bos ſit, olfacere facile poteſt. Sunt enim terſi, eruditi, excuſſi, non Barbarie ſcribliginoſi, aut inepte loquaces, & ocioſi. Explicāt myſteria, ſed acutiſſime doctiſſimeq;. Iungunt allegorias, ſed conuenientiſſimas. Neq; id mirum, quandoquidem ſic fuit linguarum auxilijs inſtructus Hieronymus, ut Latinos omnes ſuperaret, Græcis nō inferior. Quoties igitur aliquid ſcripturus erat, Hebræorum exemplaria & Græcorum potiſſimum commentarios inſpexit: ſed quod intelligeret, hoc linguarum peritiæ debebat. Vtinam & noſtræ ætatis theologi, diſcerent linguam Græcam, qua ſe carere deplorat Auguſtinus: & Hebraicam qua non eſt alia uel ſanctior, uel ad intelligenda prophetarum ſenſa magis neceſſaria. Cæterum de Homilijs quatuor in Cantica cāticorum, quas è uolumine epiſtolarum in hunc tomum retulimus, ſint Origenis necne, nolo in præſentia diſputare: certe multa ſunt, quæ eas Latini hominis eſſe, non Græci, comprobent. Illud auſim affirmare, etiamſi Græci hominis ſint, Hieronymum non uertiſſe. Poſtremo de commentarijs in Iob, quos antiquiſſimus codex è bibliotheca ſancti Galli huc allatus, Hieronymo tribuebat, idem mihi dicere licet, quod Eraſmus noſter de Pandectis Iuſtiniani quodam loco ſcribit, uidelicet cētones eſſe & inæquales Gloſſariorum rhapſodias. Quod ſi quiſpiam iudicio noſtro non accedit, ſuo fruatur. Nos lectorem admonēdum duximus. Docti itaq; boni cōſulant. Bene uale candide lector. Baſileæ, Nonis Martijs. Anno M. D. XVI.



A

### COMMENTARII BEDAE IN PARABOLAS SALOMONIS FALSÒ HIERONYMO ATTRIBVTI.

a PARABOLAE SALOmônis filij Dauid regis Iſraël. Ad [b] ſciendam ſapientiam,
b & diſciplinam. Ad intelligen-
c da uerba prudentiæ, & ſuſci-
d piēdam eruditionem doctrinæ. Iuſticiam, [d] &
e iudicium, & æquitatem. Vt [e] detur paruulis
f aſtutia: adoleſcēti, ſciētia & ītellectus. Audiēs [f]
g ſapiēs ſapientior erit. Et intelligēns [g] gubernacula

PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſraël.) παραβολαὶ Græce, Latine dicuntur ſimilitudines. Qđ huic libro uocabulum Salomon ob id impoſuit: ut ſciremus altius, & non iuxta literā tātū nos intelligere debere quæ dicit. In quo dn̄m ſignificat per parabolas turbis fuiſſe locuturum. Salomon autem nomine ꝓprio, & pacifico regni ſui ſtatu, regnū Chriſti et eccleſiæ perenne denunciat; de quo ſcriptum eſt:

Eſa.9.b Multiplicabitur eius imperium; & pacis nō erit finis; ſuper ſoliū Dauid ſedebit, & ſuper regnū eius. Sicut & templi cōſtructione ac dedicatione, ædificationem ſanctæ eccleſiæ; quæ tēpore reſurrectionis in æternum dedicabitur, inſinuat. Nam & ipſe

Math.21.a ſaluator filius eſſe Dauid, & rex ſpūalis Iſraël, etiam turbarum teſtimonio, quæ ciuitatem Hieroſolymam uenieēti cum palmarum ramis & laudibus occurrere declaratur.

B

Notandum aūt quod in uulgata æditione pro parabolis, quæ Hebraice מִשְׁלוֹת uocantur: παροιμίαι, id eſt, prouerbia dicuntur. Sed nec ipſum nomen abhorret à uero. Quæ enim parabolæ recte nuncupantur, quia occulta ſunt; poſſunt non incongrue etiam prouerbia uocari; quia talia ſunt quæ merito ſæpiſſime ore colloquētium uerſari ac memoria debeant retineri. Nam & prouerbia plerūq; tam obſcure dicuntur, ut merito eaIoan.16.f dem poſſint etiam parabolarum nomine notari; domino atteſtante, qui ait; Hæc in prouerbijs locutus ſum uobis; Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar uobis, ſed palàm de patre annūciabo uobis. Quid autem utilitatis parabolæ Salomonis conferant, ſacramento tituli monſtratur cum ſubditur.

b ¶Ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam.) Sapientiam autem & diſciplinam ſcire eſt, quomodo recte credere, qualiter ſecundum id uiuere oportet quēq; quod ueraciter cōſtat didiciſſe; quò intētionē cordis dirigere, quid operando gerere cōueniat noſſe. Quod autem adiungit, c ¶Ad intelligēda uerba prudentiæ, & ſuſcipiendam &c.) Monet eos quos imbuit; ut nō ſolum ſapiētiam quā ſemel ipſi perceperint amplecti; & diſciplinæ uirtutū quā cognouerint, ſciant inſeruire; ſed etiā uerbis prudentium, quibus ad perfectiora ꝓficiant, libēter auſcultare; & hæc ſolerter intelligere curēt. d ¶Iuſticiā, & iudicium, & æquitatē.) In iuſticia, actio recta; in iudicio, diſcretio boni & mali; in æquitate uero rectitudo mētis intelligit. Iuſticia eſt in his quæ ſecundum regulā ueritatis bene operamur. Iudiciū in illis quæ recta diſcretione cū ꝓximis agimus. Aequitas in eo, cum ſyncera intētione, deo ſoli in his quæ recte gerimus uel iudicamus, placere contendimus. C

e ¶Vt detur paruulis aſtutia; adoleſcenti, ſcientia, & intellectus.) Paruuli dicuntur ſenſu ſimplices; adoleſcentes uero in fide & opere ꝓficientes. Paruulos dicit eos qui nuꝑ ſapientiæ aurem accommodare cœperāt. Adoleſcentem, qui aliquantum iam in eius auditione ꝓfecit. Et ideo fortaſſe paruulos plurali numero, adoleſcētem appellat ſingulari; quia doctrina ſapientiæ, quos diuerſis animi motibus, diuerſis uiuēdi moribus deditos ſuſcepit, in unā uirtutis perfectionem erudiendo ꝓuehit; de quibus iure dicatur; Multitudinis credentium erat cor unū, & ani Act.4.f ma una. Vt detur, inquit, paruulis aſtutia, ſubtilitas cautelæ. Hæc etenim rudibus & incipientibus eſt neceſſaria; per quam ſophiſmatum dinoſcere & cauere uerſutiā poſſint; ne falſorum fraudibus argumentorum abducantur à ſimplicitate ueræ ſapientiæ quæ ducit ad uitam. Adoleſcenti ſcientia & in- D tellectus; quia q̄ prudēter declinat falſa, cōſequēter ſcita ueritatis percipiet. Hactenus prætitulatio, hinc iam ipſe textus parabolarum incipit. f ¶Audiēs ſapiens ſapientior erit.) Quia ſapientiæ amator extitit Salomon; qui optione ſibi data, ſapientiam petijt & accepit; pulchre initium parabolarum ſuarū à ſapientia ſumit. Quod autē (ait) ſapientem cū audierit uerbum, ſapientiorem effici; oſtendit neminē in hac uita ita ſapientem fieri poſſe; cuius ſapientia nequeat augeri. Semperq́; moris eſſe ſapientum; ut dictis maiorum, aliquādo etiam minorū auſcultent; & quicquid in eis utilitatis audierint, ad ſe replicēt, ſuoq́; in corde recondant. Deniq; audiuit ſapiēs minor maiorem, regina Saba Salomonē, & ſapientior redijt. 3.Reg.10.a Audiuit Moyſes ſocerum, multo inferiorē ſublimior; & ſapientior redditus eſt. Exo.18.d Audierunt diſcipuli Chriſtum; Matth.13.e & ſpiritū ſapiētiæ percipere meruerūt. Ioan.3.a Audiuit Nicodemus; audiuit Gamaliel; Act.5.f audiuit diſcipulus eius tunc Saulus, nunc Apoſtolus & 22.a Paulus, ſapientes utiq; uerbum euangelij; & ſapientiores ſunt facti. Qui etiam Paulus cum ad tertium cœlum raptus, audiſſet ea quæ nō licet hominibus uerba loqui, nihilominus ad terrā reuerſus aiebat; Quia ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. 1.Cor.13.c Cum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. g ¶Et intelligens gubernacula poſſidebit.) Nemo ſe de ſua iactet ſcientia; quia qui ſapientium uerba crebro audire & intelligere negligit, uitam ſuam rite gubernare non nouit. Quanto magis alieno regimini præfici nequit, qui ſeipſum ad patrum diſciplinam ſubijcere

a cula poſſidebit. [a]Animaduertet parabolā &
interpretationem, uerba ſapientium, & æni-
b gmata eorum. [b]Timor domini, principium
c ſcientiæ. [c]Sapientiam atq; diſciplinam ſtulti
d deſpiciunt. [d]Audi fili mi diſciplinam patris
e tui: & ne dimittas legem matris tuæ. [e]Vt ad-
datur gratia capiti tuo: & torques collo tuo.
Fili mi

E contempſit? Quod ergo ait: Audiens ſapiens ſapiētior erit: ad cognitionem rerum quæ per ſapiētiam noſcuntur reſpicit. Quod uero addit: Et intelligens gubernacula poſſidebit: ad rectitudinem uitæ, quæ per eandem ſapientiam diſcitur uel docetur, pertinet. Et pulchre principiū parabolarum principio cōgruit tituli: quod ita ſe habet: Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſraël, ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam. a ¶Animaduertet parabolam & interpret. &c.) Animaduertere, eſt animū illuc uertere, hoc eſt, ſenſus in id quod legitur, intēdere. Parabola eſt cōparatio ex diſſimilibus rebus: aliud enim in ſuperficie ſonat: & aliud intellectu innuit. Aenigma eſt quæſtio obſcura, quæ difficile intelligitur niſi aperiatur: Iudicū.14.c ut illud in libro Iudicū: De comedēte exiuit cibus: & de forte egreſſa eſt dulcedo. Animaduertet parabolam & interpretationē, uerba ſapiētium, & ænigmata eorum. Hoc diſcipulis ſe humiliter audientibus, ipſa quæ eos in carne apparens erudiebat ſapientia donauit: ut & ſuas parabolas, quæ turbæ nequibant intelligere: & prophetarum ac legis ænigmata, id eſt obſcura dicta ſpiritualiter animaduertere, ac ſuis auditoribus dilucidare ualerent: ſed
F & ſequentibus eccleſiæ magiſtris, eadem intelligentiæ ſpiritualis arcana pie quærentibus, ac pulſantibus reſerat. b ¶Timor domini principium ſciētiæ.) Duo ſunt timores domini: prior ſeruilis, qui principium ſcientiæ uel ſapientiæ uocatur. Secundus amicalis qui perfectiorem ſapientiam comitatur. Timor ſeruilis, principium ſapientiæ eſt: quia quiſquis poſt errorem delictorū ſapere incipit: primo, timore diuino corripitur: ne ad tormenta ducatur: 1.Ioan.4.d ſed hūc timorem perfecta dilectio foras mittit. Pſal.18.b Succedit autem timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi: quem non excludit, ſed auget charitas. Ipſe eſt quo timet filius bonus, ne uel in modico oculos amātiſſimi patris offendat. Nā inchoatiuo timore ſeruilis adhuc animus metuit: ne ab irato domino, pœnis ſubigatur. Vterq; autem timor 1.Cor.13.c in futura uita ceſſabit. Charitas uero nūq; excidet, ſed in plenitudine ſapientiæ perpetua manebit: qđ eſt cognoſcere uerum & unum deum: & quē miſit Ieſum Chriſtum. c ¶Sapientiam atq; diſciplinā ſtulti deſpiciunt.) Dixerat de ſapiente: quod audito ſermone, ſapientior fieret: & intelligens recte, ſuos gubernare diſceret actus. Dicit ecōtrario de ſtultis, quia ſapientiam recti dogmatis, & diſciplinam puræ conuerſationis, non modo non aſſequantur, ſed & noſſe contemnant. Deniq; prædicante in carne ipſa ſapientia, ſapientes quiq; gaudentes accurrebant: at phariſæi & principes ſacerdotum, ſalutaria eius dicta ſimul & facta ſpernebant. Et notandū quod ſapientem ſingulari numero, ſtultos deſcribit plurali: quia & plures ſunt ſapientibus ſtulti: & ſapientium cœtus omnis, uniformē tenet callem pietatis. Porrò errantium diſſimile dogma, diſſimilis eſt & ordo uiuendi. d ¶Audi fili mi diſciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ.) Hactenus ꝓuerbialiter de utraq; parte diſputauit: hinc iam ſedulus īcipit admonere quēq; fidelem: ut diſciplinam legis diuinæ, blanditijs præponat reproborum: quia nimirū huius cuſtodiam corona: illorū facinora, mors ſequatur æterna. Vnde & recte filiū uocat, quem paterna ſollicitudine curat inſtituere. Poteſt & ex dei patris perſona dictum accipi: in nomine autem matris eccleſia: quæ tunc ſynagoga uocabatur intelligi. Et notandum quod ita nos diſciplinam patris audire præcipit: ut legem quoq; matris nulla ratione dimittamus: quia non ſufficit, ut quis ſe deū diligere, & eius præceptis obtemperare dicat: ſi unitatem eccleſiæ, fraterna charitate non ſequitur: nec uetat aliquid matrem ipſam dei gratiam qua ſaluamur accipere. Nam & apud Hebræos, ſpiritus qui gratiam præſtat, genere fœminino רוח nuncupatur. Aliter: Pater omnium electorum eſt deus, qui per prophetam loquitur, dicens: Patrem uocabis Hiere.3.f me: & poſt me ingredi non ceſſabis. Mater noſtra H eſt eccleſia: de qua propheta ait: Qui habitare facit Pſal.112.a ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Filium appellat, quem imbuit paternitatis affectu. In diſciplina paterna, noui teſtamenti doctrina ad audiendum proponitur. In lege materna, ueteris teſtamenti commendat arcana. e ¶Vt addatur gratia capiti tuo: & torques collo tuo.) Mos apud ueteres fuit: ut legittime certantes, coronam in capite, torquem in collo acciperent. Et nobis ergo ſi diſciplina conditoris noſtri: ſi gratia matris ſit ad cuſtodiam, maior inde ſpiritualium uirtutum claritas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas quæ principale mentis ornat, ardentius inflammatur. Additur & collo torques, cum fulgore perfectæ operationis ſermo prædicationis, qui per collum procedit, confirmatur: ac ne contemni ab auditoribus debeat, indeficienti uirtutum connexione docetur. Vel gratia in capite uniuſcuiuſq; electi additur, cum donum ſpiritus ſancti eius mēti diuinitus illabitur. Torques uero in collo eius tribuitur, dum decus intelligentiæ ei cœlitus conceditur. Sed & his qui Moyſaicæ legis decreta domino ueniente ſeruabant, addita eſt gratia noui teſtamenti cum ſpe regni cœleſtis. Cuius ſplendor eximius ad exēplum coronæ uel torquis, nullo unquàm fine claudetur. Nobis quoque cum pro bonis actibus, quos diuina gratia prærogauit, lux æterna tribuitur: gratia profecto capiti & collo torques additur: iuxta illud euangelij: Quia de pleni- Ioan.1.b tudine



a Fili mi ſi [a]te lactauerint peccatores, ne acquie-
b ſcas eis. Si [b]dixerint: ueni nobiſcum, inſidie-
c mur ſanguini: [c]Abſcondamus tendiculas cō-
d tra inſontem fruſtra: [d]Deglutiamus eum, ſi-
cut infernus uiuētem: & integrum, quaſi de-
e ſcendentem in lacum. [e]Omnem precioſam
ſubſtantiam reperiemus: implebimus do-
f mus noſtras ſpolijs: [f]Sortem mitte nobiſcū:
marſupium unum ſit omnium noſtrum. Fi-
g li mi [g]ne ambules cum eis: prohibe pedem
h tuum à ſemitis eorum. [h]Pedes enim illorum
ad malum currunt: & feſtinant ut effundāt
i ſanguinem. [i]Fruſtra autem iacitur rete ante
k oculos pennatorum. Ipſi [k]quoq; contra ſan-
guinem

A tudine eius nos omnes accepimus gratiam ꝓ gratia. Gratiam ſcilicet beatæ retributionis, pro gratia rectæ operationis. a ¶Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.) Duobus modis lactant peccatores quos decipiunt: quia aut ad faciendum ſcelera, blandimentis alliciunt: aut facta iam fauoribus, quaſi laudabiliter acta ſuſtollunt. In utroq; autem ſapientia ſuos auditores, ne talibus acquieſcant hortatur. b ¶Si dixerint: ueni nobiſcum, inſidiemur ſanguini.) Poteſt hic locus generaliter de latronibus, qui innocentibus inſidias & mortes uel damna inferunt: poteſt & de illis ſpecialiter intelligi: qui ipſm uitæ autorē, neci tradiderunt. c ¶Abſcōdamus tendiculas contra inſontem fruſtra.) Hæc fecerunt cum dicebāt: Matt.22.b Licet dare tributum cæſari, an non? & innumera huiuſmodi. Eſa.53.d Vere etenī erat inſons, qui peccatū nō fecit: 1.Pet.2.d nec inuentus eſt dolus in ore eius. Vere fruſtra illi tendebāt inſidias: à quo in nullo læſi, imò cuius plurima erant beneficia experti. d ¶Deglutiamus
B eum, ſicut infernus uiuentem: & integrum &c.) Ita dominum impij deſiderabāt extinguere: ut omnis memoria uirtutum & doctrinæ illius tolleretur: ſed & hoc ipſum quod nūq; talis inter eos uixerit, obliuioni tradetur. e ¶Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domus noſtras ſpolijs.) De hominibus dicebant, quos Chriſto adhærere cernebant. Putabant enim quia ſi eum occiderent: omnes qui crediderant, ab eius poſſent amore & conſectatu ſecernere: talibusq; animarum ſpolijs, ſuarum conuenticula replere domorum. Cui ſimile eſt illud dominicæ parabolæ: quia ueniente ad Matth.21.d ſe regis filio dixerint: Hic eſt hæres, uenite occidamus eum: & noſtra erit hæreditas. Poteſt & à generaliter precioſa ſubſtantia, Chriſti eccleſia intelligi: quæ eius precioſo ſanguine empta eſt: quam impij de poteſtate eius ſubtrahere, & ſibi ſubdere conati Pſal.32.b ſunt. Sed quia dominus diſſipat conſilia gentium: & reprobat cogitationes populorum, hoc implere minime potuerunt. f ¶Sortem mitte nobiſcum, marſupium unum &c.) Marſupium eſt ſacculus nummorū. Patet autem de latronibus: quia ut plures ſcelerum ſocios conquirant, communionem eis prædæ quam rapuerint, ſpondent. Sed & perſecutores noſtri redemptoris quoſcunq; potuere ſibi adiungebant: at quos illum ſequi uidebant, hos de ſynagoga propulſantes, ſua communione priuabant. g ¶Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedem &c.) Prohibet credentes Chriſto de Iudæis
C cōmunicare perſequentibus Chriſtum Iudæis: deniq; omnes qui credebant, erant pariter. Et Petrus Act.2.f ijſdē loquitur: Saluamini à generatione iſta praua. h ¶Pedes enim illorum ad malum currunt & feſtinant &c.) Non ſolum ad malum quod tēporaliter operentur, ſed etiā ad malum quod perpetuo paſſuri ſunt, impij ꝓperant: quoties ad patrandū homicidium, uel aliud quid ſceleris agēdū feſtinant. Nam quātum uidentes ad facinus implendū ducuntur, tantum nō uidētes ad tolerādum pro facinore pœnam propinquant. Hæc de inſidiatoribus noſtri ſaluatoris ualent ſpecialiter intelligi. Sequens autem uerſiculus de fidelibus eius, atq; prauorum maliciam ſuſtinētibus generaliter inſeritur. i ¶Fruſtra aūt iacitur rete &c.) Fruſtra etenim laqueus perſecutionis aut mortis tenditur electis, qui pennas habent ſpei & charitatis cæterarumq; uirtutum, quibus cœleſtia dum uiuunt, deſiderant: ut ad hæc poſt mortem mereantur pertin-
D gere. Habēt & oculos mētis, per quos & mala quæ ab impijs ſuſtinent, ocius tranſitura: & bona quæ ſuſtinendo meruerūt, æterne manſura præuideant. Quibus ſimul oculis, & reproborum ſuperbiam cito conſummandam: & tormenta ſequentia ſemper manſura proſpiciunt. Poteſt & ita accipi, quod rete dicat pernicioſam malorum doctrinam, quam ab eo loco contexuit, ubi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas. Fruſtraq; tale iacitur rete ante eos qui mundis oculis cordis ſuperna contemplantur: qui dicere norint cum propheta: Anima noſtra Pſal.123.a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Facile enim laqueos qui in terra tenduntur cauet: qui pēnis uirtutum ſubuectus, conuerſationem habet in cœlis. Vtrūq; ergo rete fruſtra bonis parant reprobi: quia & ſi ſuadent iniqua, ſuperantur iuſtorum ſapientia: & ſi inſidijs inferunt aduerſa, contemnūtur patientia. Siue oculi pennatorum ſunt animæ beatorum, uirtutū pennis ſuffultæ. Quæ acuto uiſu cœleſtia contemplantes, ad ſuperna euolant: ante quorum intuitū, fruſtra ab impijs deceptionis rete prætenditur: quia diuinitus adiuti, cunctos eorum laqueos facile tranſcendentes, ad ſuperna tranſeūt. k ¶Ipſi quoq; contra ſanguinem &c.) Contra ſanguinem, ut temporali morte plectantur, id eſt puniantur: contra animas autem dicit, ut æterna quoq; animarum perditione damnentur. Quod cum ad omnes qui ſanguini inſidiantur: & fraude ſibi uiuendum exiſtimant, pertineat: ſpecialiter tamen Iudæis congruit, qui inſonti domino tendi-

a Et proſperitas ſtultorum perdet illos. Qui
b autem me audierit, abſq; terrore requieſcet.
c Et abundantia perfruetur, timore malorum
ſublato. Cap. II.
d Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos: & mandata mea abſconderis penes te. Vt
e f audiat ſapientiam auris tua. Inclina cor tu-
g um ad cognoſcendam prudentiam. Si enim ſapientiam inuocaueris: & inclinaueris cor
h tuum prudentiæ. Si quæſieris eam quaſi pecuniam: & ſicut theſauros effoderis eam.
i Tunc intelliges timorem domini: & ſcientiã

E paruuli, ſed perfecti ſenſibus eſſe potuiſſent: ſi non à conſilio ſapientiæ, auditum auerterent: quò autem auerterent, eò ſeſe æternæ morti deſtinabant. a ¶Et proſperitas ſtultorum perdet illos.) Cum nullis retardãtibus aduerſis perfecerint actu, quod meditantes aiunt: Omnẽ precioſam ſubſtantiã reperiemus, Itẽ auerſio paruulorum interficiet eos: & proſperitas ſtultorum perdet illos: quia ſæpe auerſus à timore conditoris animus, iam de ira eiuſdem iuſti conditoris patitur: ut in his quę peccat, nihil ſuſtinere uideatur aduerſi: ſed ut beatus
Iob.21.b Iob dicit: Ducunt in bonis dies ſuos: & in puncto ad inferna deſcendunt. Item auerſio paruulorum, tribulatio uitæ præſentis: Proſperitas ſtultorum, lætitia eſt reproborũ. Per hæc enim gemina uitia, cuncti reprobi pereunt: cum eos aut proſperitas huius ſeculi eleuat, aut aduerſitas deijcit. b ¶Qui autem me audierit, abſq; terrore requieſcet.) Poteſt & in hac uita, & in futura intelligi:
F quia qui domino perfecte deſeruit, nullis terretur aduerſis: imò gaudet in aduerſis: & in ipſa morte quaſi de ingreſſu uitæ lætatur: quietumq; ſemper à ſuperuacuis cogitationibus ac tumultibus tentationum pectus iuuante ſpiritus ſancti gratia gerit: quod requies ſeptimi diei in lege myſtice ſignabat. Sed cum tranſierit è ſeculo: non ſolum abſq; timore malorum, ſed & in magno gaudio ſperatæ re-
Luc.16.e ſurrectionis quieſcet: ut Lazarus in ſinu Abrahæ. c ¶Et abundantia perfruetur, timore malorum ſublato.) Nunc abundantia bonorum operũ, ablato timore eorum qui occidunt corpus: tunc abundantia gaudiorum in præmio. Quanta enim ibi abundantia bonorum omnium, ubi gloriam eius à quo ſunt omnia bona licet intueri, ablato prorſus timore omnium, quæ aliquid aduerſi ulterius afferant.

Cap. II.

Filli mi, ſi ſuſceperis ſermones meos: & mandata mea abſconderis penes te.) Abſcondit mandata dei penes ſe, qui hæc audiens, ſollicite in corde
Pſal.118.b recondit, iuxta illum qui ait: In corde meo abſcondi eloquia tua: ut non peccem tibi. Eſt enim ſummopere curandum, ne nobis hæc iuxta parabolam
Matth.13.a euangelij, dæmonia quaſi ſemen ſecus uiam iactatum, uolucres tollant. e ¶Vt audiat ſapientiam auris tua.) Ille enim ſapientiã aure non audire probatur: qui uerba dei auditu tantum corporis percipiens, non uult memoria retinere ut hæc operetur. Si ergo mandata dei fixo amore diſcendi & cuſtodiendi ſuſceperis: primo humilitatis uiam tene:

hoc eſt enim quod ſubſequẽter adijcitur. f ¶Inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam.) G Inclinare quippe, eſt cor ad cognoſcendum prudentiam humiliare, & emundare cor, ut dignũ fiat ad percipienda myſteria ueritatis. Vnde eadem ſapientia patri loquẽs ait: Abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: id eſt, abſcõdiſti à ſuperbis, & reuelaſti humilibus. Matth.11.d g ¶Si enim ſapientiam inuocaueris & inclinaueris cor tuum prudẽtiæ.) Nullum inuocare, id eſt, in nos orando uocare niſi deum debemus. Cum ergo ſapientiam inuocã dam eſſe docet, oſtendit ſe proculdubio nõ quãlibet ſapiẽtiam, id eſt, noticiam rerum cœleſtium ſiue terreſtriũ, ſed ipſam deitatis cognitionem nobis ad ſequendum proponere. In huius nanq; perceptione ſapientiæ, ſummæ eſt perceptio beatitudinis: ipſa atteſtante quæ patri pro nobis ſupplicans ait: Hæc eſt autem uita Ioan.17.a æterna, ut cognoſcant te ſolum & uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Notandum eſt au- H tem quod & ſapientiam inuocare, & noſmetipſos ad noſcendam prudentiam, cor inclinare ſuadet. Quia nimirum neceſſe eſt, ut diuinum in cunctis flagitemus auxilium, & ipſo domino adiuuante bona quæ ualemus agamus. Neque enim ſine ipſo quicquàm facere poſſumus: nec rurſum ſine noſtro conamine quantulumcunq; habere ualemus: quapropter nos ab ipſo ſaluandos eſſe credamus. h ¶Si quæſieris eam quaſi pecuniam: & ſicut theſauros effoderis eam.) Si tanta cura ſapientiam, quanta cupidi quærunt pecuniam: uel certe, ſi tam ſollicite quæſieris ſapientiam: ipſa ſapientia (quaſi infinitas per hanc & ineffabiles diuitias ſis acquiſiturus) percipies præmia quæ ſubſequenter exponuntur. Qui uero theſauros effodit: eijcit rudera terræ, & facit in altum foueam, ſedulus inſiſtit labori, donec ad theſauros quos quærit attingat. Et qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, quicquid ſibi terrenum ineſſe deprehenderit expurget, carnales illecebras abſcindat, foſſam in ſe humilitatis faciat: nec quieſcat ab agendo priuſq; ſe uenam ueritatis inueniſſe cognouerit. i ¶Tunc intelliges timorem domini: & ſcientiam domini inuenies.) Si ſollicito corde quæſieris, peruenies ad experientiam amabilis domini: qui non initium, ſed perfectio eſt ſapientiæ cœleſtis in hac duntaxat uita. Ideóque non eum perfecta dilectio foras mittit, ſed facit permanere in ſeculum ſeculi: ſed & ſcientiam ipſius diuinitatis quæ perpetuo beatum facit inuenies.

Quia



a ſcientiam domini inuenies. Quia dñs dat ſa-
b pientiam. Et ex ore eius ſcientia & prudẽtia.
c Cuſtodiet rectorum ſalutẽ: & proteget gra-
d diẽtes ſimpliciter. Seruans ſemitas iuſticiæ,
e & uias ſanctorum cuſtodiens. Tunc intelliges iuſticiam & iudiciũ & æquitatem & omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit. Conſilium cuſtodiet te: & prudentia ſeruabit te: ut eruaris de uia mala, ab homine q
f peruerſa loquitur. Qui relinquũt iter rectũ:
g & ambulant per uias tenebroſas. Qui lætantur cum malefecerint: & exultant in rebus peſſimis. Quorum uiæ peruerſæ ſunt: & in-
h fames greſſus eorum. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones
i ſuos. Et reliquit ducem pubertatis ſuæ & pa-
k cti dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt eñ ad mortem domus eius: & ad inferos ſemitæ eius.
Omnes

A a ¶Quia dominus dat ſapientiam.) Reſpicit hic uerſiculus ad hoc quod ſupra dixerat: ſi enim ſapientiam inuocaueris &c. uſq; dum ait: Et ſcientiã dei inuenies. Ideo nanq; ſapientia: id eſt, dominus inuocandus eſt ad accipiendam ſapientiam: quia ſapientia non à nobiſipſis haberi poteſt, ſed à domino datũ. Taceat Pelagius redargutus ab Apoſto-
1.Cor.4.b lo qui ait: Quid enim habes quod non accepiſti?
Iacob.1.a Et apoſtolus Iacobus: Si quis autem ueſtrum, inquit, indiget ſapiẽtia, poſtulet à deo. b ¶Et ex ore eius ſciẽtia & prudẽtia.) Poteſt in hoc uerſiculo ipſa ineffabilis & coæterna deo patri ſapientiæ natiuitas intelligi, de qua alibi dicit: Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita. Poteſt os dñi & in ſanctis eius accipi, unde dici ſolet in pphe-
Eccli.24.d Eſa.59.d tis: quia os dñi locutum eſt. Et ex ore eius ſciẽtia naſcitũ & prudẽtia. Quia
B niſi ipſe os humanũ ſanctificet: niſi hoc ſuũ ipſe dignanter efficiat, perfectam loqui ſapientiam nullatenus ualet. c ¶Cuſtodiet rectorum ſalutem: & proteget gradientes ſimpliciter.) Cognatæ ſibi ſunt uirtutes, rectitudo & ſimplicitas, neq; abinuicem queunt ſeparari. Vnde & ſapientia unam earum ſine altera non quærit, ſed in quibuſcunq; ambæ conueniunt, hos cu-
Iob.1.a ſtodit & protegit. Denique de beato Iob dicitur: Quia erat uir ille ſimplex & rectus: ſimplex uidelicet per innocentiam manſuetudinis: rectus per cautelam diſcretionis. Simplex, quia nullũ lædere, imò cunctis prodeſſe deſiderabat: rectus, quia ſe à nullo corrumpi permittebat. d ¶Seruans ſemitas iuſticiæ, & uias ſanctorum cuſtodiens.) Vias ſanctorum generalia domini mandata: ſemitas iuſticiæ, arctiora uitæ cœleſtis inſtituta, quæ perfectis ſolum acceſſibilia ſunt, dicit. Vtraſq; autem ſapientia ſeruat: ut in quocunq; uirtutum gradu rectos iuuet ac ſimplices. e ¶Tunc intelliges iuſticiam & iudicium &c. ut eruaris de uia mala, ab homine qui peruerſa loquitur.) Viam malam, opera iniqua: hominem peruerſa loquentem, doctorẽ dicit iniquæ
Supra.1.b operationis. Viam malam, inquam, uocant, qui dicunt, ueni nobiſcum, inſidiemur ſanguini: peruerſa loquentem eum, qui huius autor eſt ſuaſionis. f ¶Qui relinquunt iter rectum: & ambulant per uias tenebroſas.) Pulchre itineri recto uias tenebroſas oppoſuit: quia nimirum iter rectæ actionis in luce peragitur, atq; ad lucis ſupernę gaudia ducit. At

ſicut deus ait: Omnis qui male agit, odit lucem: & C non uenit ad lucem, ut non arguantur eius opera, Ioan.3.c & talis finem exterioribus ſortietur in tenebris. g ¶Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis &c.) Ideo malefacientes exultant, quia per uias tenebroſas ambulant & neſciũt quò eunt. Si enim qui ad pœnam tendunt aſpicerent, greſſum utiq; cohiberẽt: noxiamq; læticiam ſalubri fletu caſtigarent. h ¶Vt eruaris à muliere aliena & ab extranea &c.) Pendet hic uerſus à ſuperioribus, ubi dictũ fuerat: prudentia ſeruabit te. Et eſt ſenſus: prudẽtia ſeruabit te: ut eruaris à mẽere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem ſuum quem ſapientiam docere ſatagit admonuit ne latronibus iungeretur: ne ſi uideret furem ſimul curreret cũ eo, ſed recte ac ſimpliciter incederet: Nunc commonet ne cum adulteris portionem ſuam ponat. D De quibus & hoc quod ſupra dicitur: ut eruaris de uia mala, ab homine qui peruerſa loquitur, poteſt ſpecialiter intelligi. Quæ enim peruerſior locutio quàm ad ſtupra ſuaderi? quod capitulum incipit à loco ubi ait: Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos: & mandata mea abſconderis penes te. Poteſt autem per mulierem extraneã, hæreticorum prauitas intelligi à Chriſti & eccleſiæ membris aliena: quæ mollitia diſſertitudinis & linguæ blandimentis, corda decipere innocentium ſolet. Pſalmiſta: Mollierunt ſermones ſuos ſuper Pſal.45.d oleum, & ipſi ſunt iacula. i ¶Et reliquit ducem pubertatis ſuæ & pacti dei ſui oblita eſt.) Patet de adultera, quia primum uirum relinquit & pacti dei obliuiſcitur: eius nimirum quod cum uiro ſuo domino teſte, tempore nuptiarum pepigit: quod fidẽ ſibi caſtitatis alterutrum ſeruarent. Patet & de mente hæretica, quia reliquit doctorem à quo fidem eccleſiæ didicerat, & oblita eſt pacti dei ſui: hoc eſt fidei ipſius dominicæ quæ in ſymbolo continetur, quam ſe die baptiſmatis ſeruaturã eſſe promiſerat. k ¶Inclinata eſt enim ad mortem domus eius, & ad inferos ſemitæ eius.) Omnis conuerſatio adulteræ ad interitum ducit, & quamuis blanda uidetur ac manſueta, non minorem ſentiet in fine uindictam quàm qui latrocinando aperte impietati famulantur. Poteſt domus adulteræ, ipſa eius caro in qua turpitudini ac luxuriæ ſubſternitur accipi: quæ nouiſſimi tempore iudicij non ad uitam, ſed

perpetuam

E perpetuam reſurget ad mortem. Sed hæreticorum domus, quia ſuper arenam conſtruitur, & cum ſtare uidetur uergit ad caſum: ſuisq; crementis quaſi quibuſdam ſemitis in impiorum conſortia: id eſt, ad ſpirituum tēdit tormenta malignorũ. a ¶Oēs qui ingrediuntur ad eā, nō reuertentur &c.) Ad eam, ad mortem dicit: nō ad mulierem. Poteſt ēm qui adulteræ mixtus eſt, domino iuuāte reuerti, ac uitam pœnitendo mereri. Poteſt ꝗ hæreſi pollutus eſt reſipiſcendo redire ad ſalutem: at qui ſemel ęterna morte raptus eſt: nunq; rediet ad uitā, quod contra Origenianos proprie dictum eſt: qui hæreticis, meretricibus, cūctisq; flagitioſorum turbis: & inſuper ipſi diabolo atq; angelis eius poſt innumera licet expleti uniuerſalis iudicij tempora, remiſſionem ſcelerum uitam ac regnum pro-
Eſa.24.d mittunt in cœlis: male intelligentes illud Eſaiæ: Et claudentur impij in carcere, & poſt dies multos uiſitabuntur: quaſi poſt multa tempora terminati iudicij ſaluandos dixerit impios, cū ille econtra nullā eis ſalutem tribuat, ſed eos qui hoc tēpore mortui,
F pro enormitate flagitiorum claudi merentur in carcere pœnarum, tempore reſurrectionis ad modicũ uiſitandos ſignificet: tantũ ut receptis corporibus, in iudicio grauius damnentur: & continuo poſt iudicium atrocioribus perpetuo recludantur in pœnis. Quàmuis & ita recte poſſit accipi. Omnes qui ingrediuntur ad eam: id eſt ad meretricem, ſiue ad domum eius: non reuertentur, quia quantum attinet ad naturam iniqua ſua uoluntate deprauatam, recurſum per ſemetipſam nō habet: ſed per dei gratiam qua adiuuatur & inſtauratur: ut ſemitas uitæ apprehēdat. Deſignatum eſt enim hoc dicto pondus iniquitatis: ut cum reuertitur quis, ſibi non tribuat: ſed gratiæ dei, non ex operibus ne forte glorietur. b ¶Vt ambules in uia bona: & calles iuſtorum cuſtodias.) Viam bonam, unitatem dicit re-
Ioan.14.a ctæ fidei, de qua dominus ait: Ego ſum uia. Et ali-
Ibid.6.e bi: Nemo poteſt uenire ad patrem niſi per me. Calles autem iuſtorum, multifaria ſanctorum exempla nominat. Pendet hic uerſus, ex eo quod ſupra di-
Supra codē. ctum eſt: Prudētia ſeruabit te, ſicut & illud: Vt eruaris à muliere aliena. c ¶Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra: & ſimplices permanebũt in ea.) Et hic rectis iungit ſimplices, ſicut & ſupra cum diceret: Cuſtodiet rectorum ſalutem: & proteget gradientes ſimpliciter. Quia nimirum ſimplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt & ſtulta: rectitudo autem ſine ſimplicitate, auſtera nimirũ exiſtit & dura. Verum utraq; uirtus coniuncta, perfectum reddit hominem. Sed hoc inter utrunq; uerſum diſtat: quia

a Omnes qui ingrediuntur ad eam: non reuertentur: nec apprehendent ſemitas uitæ.
b Vt ambules in uia bona, & calles iuſtorum
c cuſtodias. Qui enim recti ſunt habitabunt in terra: & ſimplices permanebunt in ea. Im-
d pij uero de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea.

Cap. III.

e Filli mi nē obliuiſcaris legis meæ: & præce-
f pta mea cuſtodiat cor tuum. Longitudinem enim dierum & annos uitæ & pacem
g apponent tibi. Miſericordia & ueritas nō te deſerant

in illo quod iuſtos in præſenti dominus certantes G adiuuet, in iſto quod uictores in futuro coronet indicatur. Terræ uero nomine, eccleſia deſignatur, quæ ſpiritualem deo fructum germinare conſueuit. In qua iuſti habitant & permanent: qui à conſortio eius nec morte ſeparantur: ſed terminata hac uita ad illam eius partem quæ cum Chriſto in cœlis regnat perueniũt. d ¶Impij uero de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ex ea.) Poſſunt hæc non de cunctis generaliter reprobis dicta accipi, ſed de illis ſpecialiter qui ad terram domini: id eſt, eccleſiam pertinere uidebantur, & tamen exigentibus meritis auferuntur ab ea: quidam quidem aperto ipſius eccleſiæ iudicio: ut Simon, Arius & Porphyrius: quidam uero in ſecreto inuiſibilis iudicis, ut innumeri eorum qui etiam hominibus boni uidenſ. Impios enim apertos apoſtatas dicit: at inique agentes omnes qui perceptis fidei ſacramentis ab eius caſtitate aliquo modo praue uiuendo degenerant. Vtriq; autem in futura retributione de uiuentium terra perdentur: quia nō habitabit iuxta dominum malignus: neq; permane- H bunt iniuſti ante oculos eius. Et recte quia de malorum bonorumq; uijs multa prædixit, de utriuſq; fine in cōcluſione ſubiunxit: quomodo & in præcedente parabola, qua latronũ conſortia uetabat, fecerat, dicēs de fine malorum: Et proſperitas ſtultorũ Supra.1.d perdet illos. De fine bonorum: Qui autem me audierit, abſq; terrore quieſcet. Poſſunt uerſus de quibus nouiſſime diſputauimus, de antiquo dei populo etiam intelligi: quia cũ recte uiueret in terra ſua, feliciter maneret: at cum peccaret, exterminaretur ab hac terra.

Caput III.

Filli mi ne obliuiſcaris legis meæ: & præcepta mea cuſtodiat cor tuum.) Hinc docet miſericordiæ operibus inſiſtendum, neq; noſtris fidendũ uiribus: ſed à deo auxilium eſſe flagitandum. Et cōgruo ſatis ordine poſtquàm cohercuit à crudelitate: poſtquàm à luxuria caſtigauit: ornat actibus bonis quem inſtruit. f ¶Longitudinem enim dierum & annos uitæ & pacem apponent tibi.) Ne impoſita præceptorum cuſtodia turbaret audientem, præmiſit præmia certa: & ſic enumerauit pręcepta. Longitudine dierum, lucem ſempiternam: annos uitæ, tranſcenſum mortalitatis huius: augmento pacis, ipſum æternæ beatitudinis ſtatum deſignat. De qua dicit Eſaias: Multiplicabitur eius imperium: Eſa.9.b & pacis non erit finis. Sed & priori dei populo in præſenti datum eſt, ut cum legi dei obediret: longo tēpore in pacis quiete uiueret. g ¶Miſericordia & ueritas non te deſerant.) Nunq; ab ore tuo ueritas



A ueritas quæ dicenda: nunq; ab opere miſericordia, quæ proximo ſit impēdenda, recedat. Sic enim fit, ut & te dei ſemp̄ miſericordia proſequatꝰ & ueritas, miſericordia uidelicet: qua deleat peccata tua. Veritas uero qua compleat promiſſa ſua. a ¶Circunda eas gutturi tuo &c.) In gutture, organum uocis: in tabulis cordis, latitudinem inſinuat cogitatiōis. Sit ergo uirtus miſericordię & ueritatis radici infixa mētis: promatur & uoce loquētis: ut & occulto inſpectori arcana placeāt intētionis, & proximos iuuent officia locutionis. Bene aũt uirtutes circũdari docet gutturi, cũ uox loquētis potius intus in gutture fieri ſoleat: ꝗa uidelicet prædicatiōis uox de internis emanat: ſed extra circũdat. Nam quo alios ad bene uiuendum ſuſcitat, eo ad bene agendum & opera prædicantis ligat: ne extra ſermonem actio tranſeat: ne uoci uita contradicat. b ¶Et inuenies gratiam & diſciplinam bonam coram deo & homi-
B nibus.) Coram deo inuenit gratiam & diſciplinam bonam, qui uſu uirtutũ iugi, promeretur à domino, ut per dies ſeipſo perfectior efficiatꝰ & melior. Sed & coram hominibus gratiam inuenit & diſciplinam bonā: cuius opera ſunt talia: in quibus iure laudatur pater, quæq; exemplum uiuendi proximis exhibeant. c ¶Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo &c.) Non metuas ob imbecillitatē propriam diuina nō poſſe ſeruare mandata. Nec te rurſum autumes hæc tuis implere uiribus poſſe: uel tua naturali ſcientia noſſe ſi non per illius legē inſtruaris: ſed potius & in dicendo & in agendo, eius quære auxilium, & ipſe cum tibi ſit propitius ut implere ualeas donabit. d ¶Ne ſis ſapiēs apud temetipſum.) Videtur forte alicui hoc idem eſſe mandatũ qđ præmiſſum erat: & ne innitaris prudentiæ tuæ: ſed multum diſtat. Innititur enim ſuæ prudentiæ: qui ea quæ ſibi agenda, uel dicenda uidentur, patrum decretis præponit. Sapiens uero eſt apud ſemetipſum & is, qui in illis quæ ex patrũ magiſterio potuit recte cognoſcere, ſeſe præ cæteris quaſi doctior extollit. Quæ ſit autem uera hominis ſapientia, ſubſequenter oſtendit. e ¶Ti-
Iob.2.d me dominum & recede à malo.) Quale eſt in Iob: Ecce timor domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Perfecti enim quiq; ita ſe debent ab omnibus continere malis, ut diuinæ præſentiam maieſtatis cum metu ſemper recogitent. Et notandum quod ſupra fiduciam habere in domino: nunc autem deum timere admonet. Ibi enim fragilium animos ne deſperent, promiſſo dei au-

a deſerant. Circundā eas gutturi tuo: & deſcri-
b be in tabulis cordis tui. Et inueniēs gratiā & diſciplinam bonam corā deo & hominibus.
c Habe fiduciā in dño ex toto corde tuo: & ne innitaris prudētiæ tuæ. In omnibus uijs tuis
d cogita illum: & ipſe diriget greſſus tuos. Nē
e ſis ſapiens apud temetipſum. Timē domi-
f num, & recede à malo. Sanitas quippe erit in umbilico tuo: & irrigatio oſſium tuorum.
g Hōnora dominum de tua ſubſtantia: & de primitijs frugum omnium tuarum da pau-
h peribus. Et implebūntur horrea tua ſaturitate: & uino torcularia redundabunt.

Diſciplinā

xilio roborat. Hic fortiores ne de ſe præſumant, di- C uini timoris memoria coērcet. f ¶Sanitas ꝗppe erit in umbilico tuo: & irrigatio oſſium tuorũ.) In oſſibus, ſolida uirtutum opera: in umbilico qui interiori corporis parte medius eſt, infirma adhuc & imperfecta bonoꝝ actio deſignatꝰ. Si ergo deũ timueris: & non tuis uiribus, ſed ſup̄na protectione confiſus à malis abſtinere ſtudueris, ſanitas erit umbilico tuo & irrigatio oſſiũ tuoꝝ: quia & infirmitas operis p̄ hæc ad ſtatũ perfectionis cōualeſcet: & fortia quæq; tua acta unde amplius roborentur accipient. g ¶Honora dominum de tua ſubſtantia: & de primitijs frugũ omniũ tuarum da pauperibus.) Multi multa paup̄ibus, ſed de aliena ſubſtantia ac frugibus, quas ui uel fraude rapuerant, tribuũt. Multi largiuntur de ſuo, ſed largiendo dominum non honorant: quia fauoris humani & non amore ſuperni inſpectoris faciunt. Qui ergo proficuum ſibi eleemoſynæ fructum fore deſiderat: & de ſuis proprijs & in conditoris honorem tribuat: ut ſcilicet homines ꝗ eius plaſma ſunt, quiq; ad eius ima- D ginem ſunt facti recreentur. Non ſolum autem de ſubſtantia pecuniæ quam pauperi porrigimus: ſed de cunctæ bonæ operationis quam agimus: de uniuerſæ cœleſtis gloriæ quam percepimus, ſubſtantia uel frugibus dominum honorare iubemur: hoc eſt, eius in omnibus & non noſtram quærere laudem. Sed & ille dominum de ſua ſubſtantia ſuarumq; frugum primitijs honorat, qui omne quicquid boni operatur: non hoc ſuis uiribus ac meritis, ſed ſup̄næ gratiæ tribuit: memor illius uerbi: Quia ſine me nihil poteſtis facere. h ¶Et im- Ioan.15.a plebuntur horrea tua ſaturitate & uino torcularia redundabunt.) Ait in euangelio dominus: Theſau- Matth.6.b rizate autem uobis theſauros in cœlo. Si ergo theſauros in cœlo poſſunt habere iuſti, quia ueras ſibi diuitias inueniunt: poſſunt utiq; & horrea & torcularia: quia non eſurient neq; ſitient amplius. Et implebuntur horrea tua ſaturitate: quia ſatiabor, inquit, dum manifeſtabitur gloria tua. Redundabũt torcularia uino, quia interna ſuauitas æternorum, corda cunctorum fidelium in laude ſui conditoris accendit. Hinc etenim dicit: Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Sed & in præſen- Luc.22.c ti nonnunquàm doctori, qui panem uerbi qui poculum gratiæ ſpiritualis indigenti miniſtrat, maiora miniſtrādi dona dominus pro mercede condonat. Qui terrena ſubſidia largitur inopibus, ditior dando cœleſti remuneratione redditur.

Diſciplina

a Diſciplinam domini fili mi ne abijcias: nec
b deficias cum ab eo corriperis. Quem enim di-
ligit dominus corripit: & quaſi pater in filio
c complacet ſibi. Beatus homo qui inuenit ſa-
d pientiam: & qui affluit prudentia. Melior
eſt acquiſitio eius negociatione argenti & au-
e ri. Primi & puriſſimi fructus eius. Precioſi-
f or eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſide-
g rantur, huic non ualent comparari. Longi-
tudo dierũ in dextera eius: & in ſiniſtra illius
h diuitiæ & gloria. Viæ eius uiæ pulchræ: &
i omes ſemitæ illius pacificæ. Lignum uitæ eſt
his qui apprehẽderint eam: & qui tenuerit eã
k beatus. Dominus ſapientia fundauit terram:
l & ſtabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius
m eruperunt abyſſi. Et nubes rore concreſcunt.

Fili mi

E a ¶Diſciplinam dñi fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corriperis.) Sunt qui in proſperis dño ſeruiunt & in aduerſis recedunt. Vnde ſapientia quem in proſperis bene uiuere docuit, etiam in correptione ne deficiat hortatur: ne accedente infirmitate, uel paupertate, uel perſecutione, humanam pietatem quam ſeruare in tranquillitate uidebatur amittat.

b ¶Quem enim diligit dñs corripit: & quaſi pater in filio cõplacet ſibi.) Tanto ergo minus de flagello quo caſtigamur murmurare debemus, quanto certius in eo paternæ dilectiõis pignus tenemus. Vnde & ipſe di- Apoc.3.d
cit: Ego quos amo, ar- Heb.12.b
guo & caſtigo. Notãdũ aũt quod pro hoc uerbo Lxx. interpretes dixere, Flagellat autẽ oẽm filiũ quem recipit: qđ mirãdũ cur Apoſtolus ad Hebræos Hebraice ſcribẽs, magis ſequi uoluerit.

c ¶Beatus homo q inuenit ſapientiam &c.) Quia F poſitos ſub diſciplina & correctione cõſolabatur, addit quod cœperat: inſinuãs quia beatitudo eſt uera hominis, nõ aduerſis carere in præſenti, ſed æternæ ſapiẽtię perceptione lætari: quod eſt in hac uita domini uoluntatem cognoſcere, & in futuro eius uiſione perfrui. Et bene cum diceret: Beatus homo qui inuenit ſapientiam: mox addidit: Et qui affluit prudentia. Sunt enim qui inueniunt ſapientiã, doctrinam ueritatis aure percipiẽdo: ſed affluere prudentia negligunt, nolendo cordis ſui ſinum ad percipiendam eius amplitudinem laxare. d ¶Melior eſt acquiſitio eius negociatione argenti & auri.) Non metuat de correptione inopiæ quiſquis opes acquiſiuit ſapiẽtiæ: qa theſauris terreſtribus incõparabiliter munus cœleſte præcellit. e ¶Primi & puriſſimi fructus eius.) Si iuxta Eccleſiaſticũ, radix ſapientiæ eſt timere deum: fructus ſapiẽtię qui ſunt niſi uidere deũ? Et hi ſunt primi ac puriſſimi: ſiue qa deus quidẽ ab initio eſt, & nihil inquinatũ in eius uiſione incurrit: ſiue quia primo ad hanc contemplandã homo creatus eſt. Vnde & adoleſcẽtior
Luc.15.c filius ubi ad patrem pœnitens redijt, primã ſtolam recepiſſe memoratur: ſiue quia primum & rude aurũ ſolet eſſe puriſſimũ. Et in prima ſtola noſtra uere eſt beatitudo credenda: quæ nobis in reſurrectione perfectius à dño promittitur eſſe reddenda. f ¶Precioſior eſt cũctis opibus: & oĩa quæ deſiderant̃ huic nõ ualẽt comparari.) Nõ modo terrenis, uerũ & cœleſtibus diuitijs, imò & ipſis angelorũ cõſpectibus huius ſapientiæ claritas antefertur,

Vnde & propheta: Quid enim mihi reſtat in cœlo, G
& à te quid uolui ſuper terrã: & cætera uſq; ad finẽ Pſal.72.d
pſalmi. g ¶Longitudo dierum in dextera eius & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.) Viſione ſuæ diuinitatis electos in perpetua luce cõdonat: & eoſdẽ in præſenti uita incarnationis ſuæ ſacramẽtis & chariſmatibus illuſtrat ac roborat. Dat eis q ob Matth.19.d
ſe comparandam ſua oĩa uẽdunt, centuplũ in hoc tẽpore: & in ſeculo uenturo uitã ęternã. Sequit̃ in hoc loco iuxta antiquã trãſlationẽ, qđ noſtri codices nõ habent. Ab ore eius ꝓficiſcitur iuſticia: legem autẽ & miſericordiam in lingua portat. Quod ideo adnotãdum credidi, quia hi uerſiculi in opuſculis patrum ſæpe poſiti inueniuntur. h ¶Viæ eius uiæ pulchræ: & omnes ſemitæ illius pacificæ.) Actiones eius & doctrinæ quæ in euãgelijs continent̃ pulchræ ſunt: quia diuinæ, ac puri hominis modũ lõge H
tranſgreſſæ: & omnia iuſſa eius ad pacem ducunt æternam. Omnia quæ in carne geſſit, ad recõciliandos deo mortales, ad pacificandum cum angelis genus humanũ, ad demõſtranda ſuis ſeruãdæ adinuicẽ pacis & dilectionis exẽpla ꝑtinent. i ¶Lignũ uitæ eſt his qui apprehẽderint eam: & qui tenuerit eam beatus.) Sicut in medio paradiſi lignum uitæ Moyſes eſſe teſtatur: ita ꝑ ſapientiam dei, uidelicet Gen.3.d
Chriſtũ uiuificatur eccleſia: cuius & nunc ſacramẽtis carnis ac ſanguinis pignus uitæ accipit, & in futuro præſenti beatificat̃ aſpectu. k ¶Dñs ſapiẽtia fundauit terrã: & ſtabiliuit cœlos prudẽtia.) Deus pater per filiũ omnia condidit. Typice autem fundauit terram ſapientia: cum per ipſum ſanctã eccleſiam in fidei ſoliditate locauit. Stabiliuit cœlos prudentia: cum per eundem ſublimia prædicatorum corda illuſtrauit. l ¶Sapientia illius eruperunt abyſſi.) Quando in diebus Noë rupti ſunt omnes Gen.7.b
fontes abyſſi magnæ: uel cũ quotidiano progreſſu fontes & flumina de abyſſo, ꝑ terræ uenas emanãt, ebulliunt, procedũt. Aliter ſapientia erũpũt abyſſi, cum largiente Chriſti gratia, profunda ſacramentorũ cœleſtiũ fidelibus innoteſcũt. m ¶Et nubes rore cõcreſcunt.) Patet iuxta literam. Sed allegorice nubes ſunt eccleſiæ magiſtri, ſublimes per cõtẽplationẽ & uitã rigantes cor auditorum quaſi ſubiectam ſibi terrã per doctrinam. Quæ rore concreſcunt, quia ſubtiliſſima diſcretione uirtutes ſuas qbus proficiant, quibus alta petant, quæq; minoribus in exemplum monſtrent, examinant.

¶Fili mi



a Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis. Cu-
b ſtodi legem atque conſilium meum. Et erit
c d uitã animæ tuæ. Et gratia faucibus tuis. Tũc
e ambulabis fiducialiter in uia tua. Et pes tu-
f g us nõn impinget. Si dormieris nõ timebis:
quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus. Ne pa-
ueas repentino terrore, & irruentes tibi po-
tentias impiorum. Dominus enim erit in la-
tere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capia-
h ris. Noli prohibere benefacere eum qui po-
i teſt: ſi uales & ipſe benefac. Nec dicas ami-
co tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi,
k cum ſtatim poſſis dare. Ne moliaris amico
tuo malum cum ille in te habeat fiduciam.
Ne contendas aduerſus hominem fruſtra:
l cum ipſe tibi nihil mali fecerit. Ne æmuleris
hominem iniuſtum: nec imiteris uias eius.
Quia abominatio domini eſt omnis illu-
m ſor. Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.

Ege

A a ¶Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis.) Ne diſciplina temporali fatigatus, ſapientiæ quæ tanta eſt gratiam perdas, præcaue. b ¶Cuſtodi legem atq; Matth.19.c
conſilium meum.) Lex ſapientiæ eſt quæ dicit: Si uis ad uitam ingredi: non occides, non mœchaberis, non furtũ facies, non falſum teſtimonium dices &c. Conſilium ſapiẽtiæ eſt cum protinus addidit: Si uis perfectus eſſe, uade uẽde omnia quę habes & cætera. c ¶Et erit uita animę tuę.) Anima tua habet uitam cum deo, ſi eius decreta cuſtodieris: quamlibet caro diſciplina correptiõis, aut etiam mortis prematur. d ¶Et gratia faucibus tuis.) Quàm dulcia, in- Pſal.118.n
quit, faucibus meis eloquia tua. Habet ergo ſenſus animi fauces ſuas, qbus uerba quæ audit dijudicet, quibus res & geſta ſingulorum quæ cernit diſcernendo examinet: & hæc amplectendo B
recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus nimirum faucibus cum legem atq; cõſilium domini cuſtodimus, gratia multiplicatur: quia quanto ſolertius quiſq; diuinis obtemperat iuſſis, tanto dulcius eius amorem concipit. Quàm noſtris faucibus ineſſe gratiam deſide- Pſal.33.b
rabat pſalmiſta, cum ait: Guſtate & uidete quoniã ſuauis eſt dominus. e ¶Tunc ambulabis fiducialiter &c.) Fiducialiter in uia noſtra incedimus, cum dei gratia confiſi, profectum in bona noſtra cõuerſatione ſuſcipimus. Si ergo eius imperijs humiliter ſubdimur, & guſtum ſuperni amoris ſuauius faucibus mentis attingemus, & operationis bonæ augmentum ſemper obtinebimus. Sed & in tentationibus ne deficiamus, ipſo iuuãte defendimur. Hoc eſt enim quod ſequitur: f ¶Et pes tuus non im- Rom.8.e
pinget.) Quoniam diligentibus deum, omnia cooperãtur in bonum. g ¶Si dormieris non timebis: quieſces & ſuauis erit ſomnus tuus &c.) Patet iuxta literam: quia ſecurus, & dormit, & uigilat, & quieſcit, & ambulat, qui ſe innocẽter ante deum & iuſte uiuere meminit. Sed & iuſtus cum in morte dormierit, non ſolum potentias malignorum ſpirituum non metuit: ſed in pace quieſcit, ac ſecurus diem reſurrectionis expectat: quia deum ubiq; pro- Pſal.22.d
tectorem habet & cuſtodem. Quale eſt in pſalmo: Nam & ſi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

h ¶Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi uales & ipſe benefac.) Quia ſupra diligenter legem domini & conſilium obſeruare monuit, & æternã C
requiem obſeruantibus promiſit: nunc multipliciter quæ ſint obſeruanda replicat. Primóque ad id quod intermiſerat rediens, miſericordiam proximo exhibendam; & iuſte cum illo docet eſſe uiuendum. Deinde & ab inimico cauendum eſſe præmonet. Noli ergo, inqt, prohibere benefacere eũ qui poteſt: quod ſi uales, & ipſe benefac: ne audias à domino cũ phariſæis: Ipſi non introiſtis, & eos Luc.11.g
qui introibant prohibuiſtis. i ¶Ne dicas amico tuo: uade & reuertere & cras dabo tibi cum ſtatim poſſis dare.) Non ſolum de eo qui eleemoſynam pecuniæ petit hoc mandatum datur, ut beniuoli ad largiendum, & prompti exiſtamus: ſed & per omnia Chriſti mãdata qui ait: Vos amici Ioan.15.b
mei eſtis ſi feceritis quæ ego præcipio uobis: ſtatim facere, & non in craſtinũ differre iubemur.
k ¶Ne moliaris amico tuo malum cum ille in te D
habeat fiduciam. Ne contendas aduerſum hominem fruſtra, cum ipſe tibi nihil male fecerit.) Non uetat contendere aduerſus eum qui mala facit ut corrigatur: quia hoc nimirum fruſtra non fit, quod certa neceſſitas cogit ut fiat: imò etiam qui ait: Si Matth.18.b
peccauerit in te frater tuus, increpa illum: uult ut errantem quantum uales ad uiam ueritatis reuocare contendas. l ¶Ne æmuleris hominem iniuſtum, nec imiteris uias eius: quia abominatio domini eſt omnis illuſor.) Omnis illuſor, inquit, quia illuſor eſt: qui uel uerba dei quæ nouit implere contemnit, uel eadem peruerſe intelligendo ac docendo corrumpit. Eſt illuſor & ille qui promiſſa eius quaſi parua deſpicit, & iram diſtrictionis eius quaſi tolerabilem ſpernit. Necnon & ille qui proximorum ſimplicitati, uel paupertati improbus inſultat. Ideóque omnem huiuſmodi illuſorem, merito diuina abominatur iuſticia. Bene autem ſubditur: m ¶Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius.) Quia ſæpe ſuperbi dum ſimplicibus illudunt, prudentiores ſe illis quos irrident iudicant. Sed horum prudentia iuxta quod Iacobus ait: terrena eſt, animalis, diabolica. Sermocinatio autem domini cum ſimplicibus eſt: quia illos cœleſtis ſapientiæ ſecretis illuſtrat: quos terreni faſtus ac duplicitatis nihil habere conſiderat. Hinc etenim dicit: abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

a Egeſtas à dŏmino in domo impij:hăbitacu
c la autem iuſtorum benedicentur. Ipſe dĕlu-
det illuſores,& manſuetis dabit gratiã. Glo
d riam ſapiĕntes poſſidebunt:ſtultorum exul
tatio ignominia. Cap. IIII.

e AVditĕ filij diſciplinam patris,& atten-
dite ut ſciatis prudentiam. Donũ bo-
num tribuam uobis: legem meam ne dere-
f linquatis.Năm & ego filius fui patris mei,
tenellus & unigenitus coram matre mea, &
g dŏcebat me, atq; dicebat: Suſcipiat uerba
mea cor tuum:Cuſtodi precepta mea,& ui-
ues.Poſſide ſapiẽtiã,poſſide prudentiã. Ne
obliuiſcaris,neq; declines à uerbis oris mei.
Ne dimittas eã & cuſtodiet te:dilige eam,&
cõſeruabit te.Principiũ ſapiẽtiæ, poſſide ſa-
h piẽtiam,& in omni poſſeſſionĕ tua acquire
prudentiã.Arripe illã,& exaltabit te,& glo
rificaberis ab ea,cum fueris eã amplexatus.
i Dabit capiti tŭo augmẽta gratiarũ:& coro-
na inclyta proteget te. Audi fili mi, & ſuſci-
k pĕ uerba mea,ut multiplicẽtur tibi anni ui-
tæ.Viam ſapiẽtiæ mõſtrabo tibi,& ducam
l tĕ per ſemitas æquitatis; quas cũ ingreſſus
m fueris,nõ artabuntur greſſus tui,& currĕns
nõ habebis offendiculum. Tene diſciplinã,
ne dimittas eam.Cuſtodi illam:quia illa eſt
uita tua.Ne delecteris in ſemitis impiorum,
nec tibi placeat malorum uia. Fuge ab ea,
nec trãſeas per illam,declina,& deſere eam.
Nõ enim dormiunt niſi cũ malefecerint, &
nõ rapit ſomnus ab eis,niſi ſupplãtauerint.
Come-

E a ¶Egeſtas à domino in domo impij.)Iuxta exem
plum purpurati diuitis,qui & in hac uita ſpirituali
bus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit
inopiam, ut de digito Lazari, quondam pauperis
unam aquæ guttam requireret. b ¶Habitacula
autem iuſtorum benedi
centur.) Iuxta hoc quod
Apoſtolus fidelibus de
dño loquens: Qui bene-
dixit nos,inquit, omĩ be
nedictiõe ſpirituali in cœ
leſtibus in Chriſto, q &
in remuneratione ab ipõ
ſunt audituri:Venite be
nedicti patris mei,perci-
pite regnũ. Sed & iuxta
literam ſæpe cogit eos,
qui aliena diripiũt,ad ul-
timum inopia conſumi.
At illos qui ſua largiun-
tur:etiam bonis abunda
re terrenis. c ¶Illuſores
ipſe deludet:& mãſ.&c.)
Hos uerſiculos apoſtoli
Iacobus & Petrus, iuxta
antiquam translationem
poſuere dicentes: Quia
deus ſuperbis reſiſtit, hu
F milibus aũt dat gratiam.
d ¶Gloriam ſapientes
poſſidebũt: ſtultorũ exul
tatio ignominia.) Et do-
minus ait: Omnis qui ſe
exaltat humiliabit,& qui
ſe humiliat exaltabitur.
Cap. IIII.
AVdite filij diſcipli-
nã patris, & atten-
dite: ut ſciatis prud.&c.)
Hic exhortaturus ad phi
loſophiam: qualiter ipſa
ſapientia ſit à patre edo-
ctus,explicat. f ¶Nam
& ego filius fui patris
mei:tenellus & unigeni-
tus corã pat.&c.) Nihil
magis ad ſpem percipien
dæ ſapientiæ mentes erigit:q̃ cum eos quos in ſa-
pientia iam clarere miramur,aliquãdo paruulos &
indoctos fuiſſe meminimus. g ¶Et docebat me
atq; dicebat,ſuſcipiat &c.) Huiuſmodi monita Sa-
lomoni à Dauid patre data:qui uerba dierum rele-
git,inuenit.Quare autem ſe Salomon unigenitum
coram matre nominat,quem fratrem uterinũ præ-
ceſſiſſe ſcriptura teſtatur; niſi quia ille mox natus
ſine nomine quaſi nunquam eſſet uita deceſſit?
h ¶Et in omni poſſeſſione tua &c.) In omnibus
quæ poſſides bonis, ſapienter te agere memento:
Vel in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam:
G omnia quæ poſſides terrena,contemne:dummodo
ſapientiam percipias: quod ipſe fecit Salomon, dũ
data ſibi optione,amorem ſapientiæ cũctis præpo
ſuit rebus.In euãgelio, qui precioſam margaritam
quæſiuit:hanc inuentam omnibus quæ habuit uẽ-
ditis,emit. i ¶Dabit ca
piti tuo augmẽta gratia-
rum &c.) Patet de Salo-
mone, quia dũ pro ſapiẽ
tia cuncta deſpiceret, ea
percepta maiore gloriæ
ſublimitate refulſit. Sed
& noſtro capiti: id eſt,
principali mentis,ſi ſapiẽ
tiam amplectimur, am-
plior gratia ſpiritus au-
getur,& corona ſupernę
uitæ in futuro donabit.
De qua Paulus: In reli-
quo repoſita eſt mihi co
rona iuſticiæ:quam red-
det mihi dominus in illa
die. Expoſitis ſanè his
quæ à patre uerba perce
perat, redit ad docẽdum
auditorem ſuum ſapien-
tiã quã cœpit. k ¶Au
di fili mi, & ſuſcipe &c.)
Id eſt,ut uitæ æternæ do
H na percipias. l ¶Ducã
te per ſemitas æquitatis
&c.)Semitæ,id eſt,actio
nes æquitatis, dũ inchoã
tur,arctæ uidentur & an
guſtæ; dum uero profe-
ctum capiunt, iam ex cõ
ſuetudine ſpecioſæ uidẽ
tur & latæ; pſalmiſta te-
ſtante, qui cum incipiẽs
domĩo dixiſſet: Propter
uerba labiorum tuorum
ego cuſtodiui uias du-
ras:poſtmodũ iam profi
ciens canebat: Viã man-
datorum tuorum cucur
ri, dũ dilatares cor meũ.
Et ſi ergo ſemitæ æquita
tis cum ingredi cœperis,arctæ tibi uidentur: tamẽ
eas cũ ingreſſus fueris,nõ artabuntur greſſus men-
tis tuæ:ſed iuxta quod dñs ait:Iugũ ſuaue, & onus
leue reperies.Etenim reprobi in hac uita,latum in-
trant iter:at in die nouiſſimo ligatis manibus & pe
dibus mittentur in tenebras. Pedes uero electorũ
dirigentur in uiã pacis. m ¶Et currens nõ habe-
bis offendiculum.) Quo alacrius ad implenda dei
mãdata cucurreris:eo minus aduerſa quæ te impe-
diant timebis.Nam quicunq; in praua actione de-
ſudant,offendiculũ in medio curſu reperiunt, quia
extemplo dũ non præuidẽt rapiuntur ad pœnam.
Come



a Comĕdunt panem impietatis:& uinum ini
b quitatis bibũt.Iuſtŏrum autem ſemita qua-
ſi lux ſplendens:procedit & creſcit uſque ad
c perfectam diem. Via impiŏrum tenebroſa:
d neſciunt ubi corruant. Fili mi, auſcŭlta ſer-
mones meos, & ad eloquia mea inclina au-
rem tuam.Ne recedant ab oculis tuis: cuſto
di ea in medio cordis tui.Vita enim ſunt in-
uenıẽtibus ea,& uniuerſæ carni ſanitas. O-
mni cuſtodia ſerua cor tuũ:quia ex ipſo uita
e procedit.Remŏue à te os prauum, & detra-
f hentia labia ſint procul à te. Ocŭli tui recta
uideant,& palpebræ tuæ præcedãt greſſus
g tuos.Dirige ſemităs pedibus tuis, & omnes
h i uiæ tŭæ ſtabilientur.Ne dĕclines ad dexte-
k ram, neq; ad ſiniſtram. Auĕrte pedẽ tuũ à
l malo. Viăs enim quæ à dextris ſunt nouit
m dominus:peruerſæ uĕro ſunt,quæ à ſiniſtris
ſunt.Ipſe enim rectos faciet greſſus tuos: iti-
nera autem tua in pace producet.

Caput V.

n FIli mi attĕnde ſapientiam meam,& pru-
dentiæ meæ inclina aurem tuam, ut cu-
o ſtodias cogitătiones; & diſciplinam labia
p tua conſeruent. Ne intĕnderis fallaciæ mu-
lieris.Fauus enim diſtillans labia meretricis:
& niti

A a ¶Comedunt panem &c.) In actione ſcelerum,
iniqui quaſi epulis delectantur appoſitis. Vel cer-
te uinum damnatorum bibunt, & eſurientibus ſpi
cas tollere gaudent, ut eſſe moris impiorum ſcri-
ptura ſacra teſtatur. b ¶Iuſtorum autem ſemita
quaſi lux ſplendens pro-
cedit & creſcit &c.) Iuſto
rum opera in luce ſcien-
tiæ peraguntur, & æter-
nam ducunt ad uitam:
quæ eſt perfecta dies.
c ¶Via impiorum te-
nebroſa,neſciũt ubi cor-
ruant.) Dicit de his Ioan
nes apoſtolus,qui diligit
fratrem ſuum, in lumine
manet, & ſcandalũ in eo
non eſt; qui autem odit
fratrẽ ſuũ in tenebris eſt,
& in tenebris ambulat,
& neſcit quò eat:quia te-
nebræ obcæcauerũt ocu
los eius.Cui contra ſupe
rius dicitur ſapiẽti; quia
currens non habebis of-
fendiculum,id eſt, ſcãda-
lum. d ¶Fili mi auſcul
ta ſermones &c.)Sũt qui
B recte uiuere uidẽt ho-
minibus: ſed qa recta in-
tentione non faciunt, à
deo qui cor reſpicit pra-
uum:uita eorũ reproba-
tur,quæ credebatur bo-
na.Omni ergo diligẽtia
cordis mũdiciam ſerua:
quia ad eius examen mo
dus æſtimabitur uitæ.
e ¶Remoue à te os pra
uum, & derrahẽtia labia
ſint procul à te.) Duobus modis ſentiendum,ut &
os tuum ne prauum loquatur aliquid,& tua labia
ne detractionibus aſſueſcãt cuſtodias,& alios quo-
que quos huic uitio ſubditos noſti, ne te corrum-
pant fugias. f ¶Oculi tui recta uideant:& palpe-
bræ tuæ &c.)Iter iuſticiæ quo ingredi debeas,dili-
genter ediſce:& in cunctis quæ agere diſponis,ſol-
licitus ad quem ſint finem uentura præuide. Hoc
eſt enim palpebras recta uidentium oculorũ; tuos
præcedere greſſus: bonum opus quod acturus es
ſedula cogitatione præuenire: & quia ſecundũ deũ
ſit meditando præuidere. Item palpebræ greſſus
præcedunt,cum operationem noſtram conſilia re-
cta præueniunt. Qui enim negligit conſiderando
præuidere quod facit,greſſus tendit, oculos clau-
dit,pergẽdo iter cõficit:ſed præuidẽdo ſibimetipſi
non antecedit:atq; idcirco citius corruit; quia quò
pedem operis ponere debeat,per palpebram conſi
lij nõ præuidet. g ¶Dirige ſemitas pedibus tuis.)
Ne uidelicet erres in actibus aut fide. h ¶Et o- C
mnes &c.) Ne leuitate mẽtis à bono mouearis pro
poſito.Hinc & Apoſtolus:Stabiles eſtote & immo 1.Cor.15.g
biles,abũdantes in opere dñi ſemper. i ¶Ne de-
clines ad dexterã &c.)Dextera uia,bona:ſiniſtra ac
cipitur reproba. Non er
go dexteram uiã ambu-
lare,ſed ad dexteram de-
clinare prohibemur.De-
clinat enim ad ſiniſtram,
qui iniuſtus eſt.Declinat
ad dexterã, qui ſibi uult
arrogare qđ iuſtus eſt.
Declinat ad dexterã, qui
de ſuis uiribus pręſumit.
Declinat ad ſiniſtrã, qui
præ ſua fragilitate deſpe
rat ſe poſſe ſaluari. Decli
nat ad ſiniſtrã,qui ſtulti-
ciæ famulatur. Declinat
ad dexterã, qui uult plus
ſapere q̃ oportet ſapere:
qđ & de cæteris uirtuti-
bus ac uitijs,eodẽ modo
intelligit. k ¶Auerte
pedem tuũ à malo.)Hoc
eſt, ne uel huc uel illuc à
recto deuies: quia uirtu-
tes diſcretionẽ quærunt, D
& nimietas omnis in ui-
tio eſt. l ¶Vias enim
quæ à dextris &c.) Id eſt
elegit,& placent illi: ideo
diſplicẽtibus & reprobis
dicturus eſt; Non noui
uos:quod eſt dicere,non
uos elegi, nõ mihi place-
tis. m ¶Peruerſæ ue-
ro ſunt &c.) Si auerteris
à malo pedẽ tuũ, ſi bona
quæ docui dño iuuãte facere ſtudueris, aderit ipſe
propitius conatibus tuis,ut & nũc recte ingredi:&
tũc ad pacẽ ualeas peruenire ſempiternã. Ca. V.
FIlli mi attẽde &c.) Hactenus generaliter caſtiga
uerat auditorem. Hic ſub ſpecie meretricis,ab
hæreticorũ nequitia prohibet. o ¶Vt cuſtodias
co.&c.)Cogitationes qbus recte credas: labia qui-
bus ipſam fidẽ per ſimplicia uerba,& conſueta atq;
eccleſiaſtica profitearis.Sed & iuxta literã qui adhę
ret meretrici:etiam labia uel oſculando, uel turpia
fando cõmaculat. p ¶Ne intenderis fallaciæ mu
lieris.Fauus em̃ &c.)Recte ſapientia huius mundi,
atq; concupiſcentia eius,fallax mulier dicitur: quæ
per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedi-
nem,animas reproborum dum demulcet,à deo me
retricari facit:& de uana ſpe præſentis ſeculi dece-
ptos fallit.Aliter.Cum in ore hæreticorum dulce-
do eloquentiæ,non ad ſufficientiã ſolummodo ue-
rumetiam ad ſuperfluitatem reſonat, ob id falſitas,
 quia

a & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima au-
b tem illius amara quaſi abſinthium, & lin-
c gua acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius
deſcendunt in mortem,& ad inferos greſſus
eius penetrant. Per ſemitam uitæ nõ ambu-
lant;uagi ſunt greſſus eius,& inueſtigabiles.
d Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à
uerbis oris mei. Longe fac ab ea uiã tuam,
& ne appropinques foribus domus eius.
e Ne des alienis honorem tuum,& annos tu-
f os crudeli. Ne forte impleantur extranei ui-
ribus tuis, & labores tui ſint in domo alie-
g na. Et gemas in nouiſſimis quando conſum
pſeris carnes & corpus tuum & dicas: Cur
h deteſtatus ſum diſciplinam,& increpationi-
bus non acquieuit cor meum. Nec audiui
uocem docentium me, & magiſtris non in-
i clinaui aurem meam. Pene fui in omni ma-
lo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ.

Bibe

E quia apte proferri cernitur, ueritas à ſtultis exiſtimatur. a ¶Et nitidius oleo guttur eius.) Oleo ſpiritusſancti, fides catholica cõſecratur: quo nitidius ſuum guttur oſtentant, qui ſuos ſenſus, patrũ fidei anteponunt. Patet de meretrice, quia & ſermonis ſuauitatem, & formoſitatem corporis, ad capiendos miſeros quærit.

b ¶Nouiſſima autẽ illius amara quaſi abſinthiũ: & lingua acuta quaſi gladius biceps.) Potio abſinthij intus amareſcit in uiſceribus, gladio foris membra feriũtur. Vt igitur oſtendat iniquos in nouiſſima ultione & interius impleri, & extrinſecus pœnis circũdari perpetuis, & amaritudine illos abſinthij torquendos, & gladio aſſeuerat eſſe truncandos. Quare autem idem gladius biceps ſit dictus, dominus aperit cũ ait: Sed eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

F c ¶Pedes eius deſcẽdũt in mortem; & ad inferos greſſus eius penetrant: per ſemitam uitæ nõ ambulant. Vagi ſunt &c.) Vagi ſunt ſenſus hæreticæ deceptionis; quia alij Chriſtum deum; alij hominem eſſe negant; alij carnem accepiſſe, alij animam contradicunt; alij eum de uirgine natum; alij ſpiritũſanctum; alij patrem deum eſſe; alij pœnitentibus ueniam dandam eſſe cõfiteri prohibent. Et in tam innumera hæc peſtis ſe findit itinera, ut penitus quot ſint inueſtigari nequeant. At catholica ueritas uaga & inueſtigabilis non eſt; quia una eademq́ꝫ cunctis eſt agnita, totum per orbẽ fidelibus. d ¶Nũc ergo fili audi me, & ne rec. &c.) Et Apoſtolus ait:
1. Cor. 6. d Fugite fornicationem; quia nimirum primum huius uitij remedium eſt longe ab eis fieri; quorũ præſentia uel alliciat, uel cooperetur ad uitiũ. Sed & ab hæreticorum auditu prorſus ſegregari, infirmis auditoribus prodeſt. e ¶Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.) Ne honorem quo ad imaginem dei creatus es, immundorum ſpirituum uoluntatibus ſubdas; neq́ꝫ accepta uiuẽdi ſpacia ad libitum aduerſarij immitis expendas. Cuicũq́ꝫ eñ ſceleri quiſq́ꝫ ſubijcitur, in hoc profecto dominatui malignorum ſpirituum mãcipatur. f ¶Ne forte impleantur extranei uiribus t. &c.) Ne dæmoniorum facta adiuues: ſi uel ingeniũ animi, uel corporis tui uires ad patrãda facinora tradas, domumq́ꝫ alienam: id eſt, numerum perditorũ, te adiecto multiplices. Et pulchre dicit: Labores tui ſint in domo aliena: quia ſunt qui iuxta prophetam, ut inique agant, laborant, & hæretici quantum laborem contra eccleſiam ſubierint, utinam lateret. G g ¶Et gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris car. &c.) Præponendum à ſuperiori, ne forte: & eſt ſenſus: Ideo te caſtũ cuſtodi, ne forte ĩ pœnis gemere cogaris: quando nõ ſolum carnales illecebræ tranſeunt: ſed & ipſo corpore relicto, anima quæ p̄ corpus geſſit cuncta reddere compellitur. Verũ & in hac uita ſæpius contigit: ut qui in adoleſcẽtia luxurioſe uiuendo habita diſperſerant; tẽpore ſenectutis inopia deficiãt, & refrigeſcẽte calore carnis, ac flore iuuentutis marceſcente, rebus ſuis; quas laſciue uendiderãt, alios uti conſpiciant; gementesq́ꝫ ſera pœnitẽtia dicant quæ ſequuntur:
h ¶Cur deteſtatus ſum diſciplinã, & increpationibus &c.) Diſciplinã dicit eccleſiaſticæ fidei, increpationes autẽ quibus
H hæretici cur ab eccleſia receſſerint obiurgant. Patet de fornicarijs. i ¶Penè fui in omni malo in med. &c.) Eccleſia & ſynagoga Græca nomina ſunt & unam eãdemq́ꝫ rem Latine ſignificant; id eſt, conuentum plurimorum ad inuicem. Si autem ſubtilius diſtinguantur, eccleſia conuocatio, & ſynagoga congregatio interpretatur. Et uetus quidẽ dei populus utroq́ꝫ nomine uocabatur: Nunc autem gratia diſtinctionis, ille ſynagoga, noſter eccleſia, dicitur merito ſcilicet fidei & ſcientiæ maioris: quia & irrationalis creatura poteſt congregari. Deniq́ꝫ dixit deus: Congregentur aquæ Gene. 1. in congregationem unam. Rationalis autem ſolũ & ſenſibus poteſt conuocari. Verũ aliquando hæc nomina & malorũ conuentus ſignificant, unde eſt illud: Exarſit ignis in ſynagoga eorum. Pſal. 105. Et: Odiui eccleſiam malignantium. Ibid. 25. Quod ergo ſero pœnitens ait: cõtemptor ſapientiæ penè fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ; uidetur miſero magnitudinem ſuæ damnationis perpẽdenti, quia nihil penè fuerit ſceleris, quo non ipſe ſit irretitus, qui tanta meruit tormenta ſubire, & hoc ad cumulum acceſſerit miſeriæ; quod non extremus ipſe peccantium, ſed medius magis & quaſi autor extiterit: uel certe in medijs ſanctorum conuenticulis corpore poſitus, alienam ab eis uitam ducere nõ timuerit. Et de hæreticis ſpecialiter ſentiendum: qui nec ueterum patrum, nec nouorum dictis & exemplis potuerint ab errore reuocari.

Bibe



a Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta pu-
b tei tui. Deriuentur fontes tui foras; & in pla-
c teis aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus:
d nec ſint alieni participes tui. Sit uena tua be-
nedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ
e tuæ. Cerua chariſſima & gratiſſimus hin-
f nulus. Vbera eius inebrient te omni tempo
g re; in amore illius delectare iugiter. Quare ſe
duceris fili mi ab aliena; & foueris ſinu alte-
h rius. Reſpicit dominus uias hominis, & o-
i mnes greſſus illius conſiderat. Iniquitates
ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorũ
k ſuorum conſtringitur. Ipſe morietur: quia
non habuit diſciplinam; & multitudine ſtul
ticiæ ſuæ decipietur.

## Caput VI.

1 Filli mi ſi ſpoponderis pro amico tuo: de-
fixiſti apud extraneum manum tuam.

Illa

A a ¶Bibe aquã de ciſterna tua, & fluẽta putei tui.) Deſiderio utere propriæ mulieris, & eius miniſterijs fouere deuotis. b ¶Deriuentur fontes tui foras, & in plateis &c.) Filium tuum ac filiam nuptui trade: & hoc manifeſte facito pluribus conſcijs.
c ¶Habeto eas ſo. &c.) Solus in tua poteſtate retine qualibus matrimonijs liberos tuos ſocies: nec ſint fornicarij uel meretrices, tuæ ſobolis participes. d ¶Sit uena tua benedicta, & lætare &c.) Tanta te temperantia cũ muliere quam adoleſcẽs accepiſti, etiam cũ ſenuerit ſerua: ut merito fidelis caſtimoniæ benedictionem conſequaris in prole. e ¶Cerua chariſſima & gratiſſi. &c.) Illa ſit tibi ſemper chariſſima cõiunx quæ ſicut cerua ſerpẽtes, ita perſequatur ſcorta & ſuis effugat ab ædibus: ſit natus ex ea filius & ipſe caſtitatis amator gratiſſimus.
f ¶Vbera eius inebriẽt
B te omni tempore: in amore illius delectare iugiter.) Non uxorio operi ſemper inſiſtere docet; ſed monet, ne uel prima uiuente aliam ducas, uel meretrici unquam ſocieris. Aliter.
Alia expoſitio. Quod ait: Bibe aquã de ciſterna tua; & fluenta putei tui: Docet ab hæreticis cauendum, & cuſtodiæ ſcripturarum ac lectioni attendendum: ſcientiam, inquit, quam prædicas alijs ipſe ſerua, & tui irrigationem ſermonis infundere. Diriuentur fontes tui foras & in plateis aquas tuas diuide. Cum ipſe ſeruaueris: tunc & alijs prædica, & in magna auditorũ amplitudine, diuina eloquia iuxta uniuſcuiuſq́ꝫ qualitatem diſpenſa. Habeto eas ſolus. Aquas & in plateis diuidimus, & tamen ſoli poſſidemus: quando exterius late prædicationem fundimus, & tamẽ per eam laudes humanas conſequi minime ambimus. Nec ſint alieni participes tui. Immundi ſpiritus participes fiunt doctori: ſi eius mẽtem uel faſtu elationis dum prædicat, uel hæreſi, uel quolibet uitio corrumpunt. Solus autem aquas poſſidet, cum membris eccleſiæ fideliter connexus, ab extraneorum ſe conſortio liberum ſeruat. Sit uena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Sit doctrina tua & quæcunq́ꝫ naſcuntur ex ea in benedictione eccleſiæ, & lætare cum ea cui ab adoleſcentia, id eſt, à primo credendi tempore cõiunctus es. Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus, ubera eius inebrient te omni tempore, in amore illius delectare iugiter. Cerua chariſſima ſiue gratiſſima, ut quidam codices habent, ſancta eſt eccleſia; quæ ſerpentinam ſolet odio habere & conterere doctrinã. C Gratiſſimus hinnulus, populus eſt eius uirtutũ uarietate delectabilis, & eadẽ caſtæ fidei ſemper æmulatione ſuccenſus. Cuius uberibus inebriamur, cũ utriuſq́ꝫ teſtamenti paginis contra hæreticorũ fraudes inſtruimur: cuius pace & amore iugiter delectari, magna eſt exercendarum occaſio uirtutũ. g ¶Quare ſeduceris fili mi ab aliena &c.) Et de meretrice & de hereſi ſentiendum. h ¶Reſpicit dñs uias ho. &c.) Nõ putent ſe adulteri tenebris noctis ac parietum obtegi: non hæretici ſua molimina poſſe celari: quia tenebræ non obſcurabuntur à domino, & nox ſicut dies illuminabitur. Pſal. 138. b
i ¶Iniquitates ſuæ capiunt impium &c.) Diſtat inter peccatorẽ & impium: quod peccator appellatur omnis qui uel in paruis uel in magnis ſceleribus decidit. Impius autem qui uel nunq́ꝫ fidẽ
D recepit, uel enormitate ſcelerum ab ea quam accepit anathema factus eſt: ut hæretici uel catholici publicis flagitijs inuoluti. Qui funibus peccatorum ſuorum cõſtringuntur, cum inceſſabili augmento ſuæ prauitatis intereũt. Qui enim funem facit torquendo ſemper & inuoluendo fides fidibus auget. Talis eſt tortitudo operum malorum; tales libri hæreticorũ in quibus praua prauis nectentes, nõ aliud ſcribendo quàm quo ſe arctius obligent agunt. k ¶Ipſe morietur &c.) Quia multa de adulteris uel de hæreticis diſputauerat, more ſuo in clauſula narrandi qualis ſit talium finis oſtendit; id eſt, qui ad mortem tendant æternam, qui diſciplinam deteſtati ſunt uitæ. Multitudinem autem ſtulticiæ ſuæ dicit, cum hæretici ſe ſapientiores ſanctis patribus autumant; uel cum opera tenebrarum facientes iniqui, aut dominum hæc non uidere, aut ſe facile eius iram putant poſſe tolerare.

## Caput VI.

Filli mi ſi ſpoponderis pro amico tuo defi. &c.) In promptu eſt literæ ſenſus; quia ſuadet ei qui ſpopondit pro amico, ut ipſum amicum ſollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia quam debet creditori, & ſe & ipſum liberet. Allegorice autẽ in Allegor. hac περιοχῇ doctorem: porrò inſequenti uacantem quemlibet, ut ſe gerere debeat inſtruit. Dicitur eñ præceptori: ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam: quod eſt aperte dicere: ſi animam fratris in periculo tuæ conuerſationis acceperis, iam ligaſti mentem apud curam ſoli-

 citudi

E citudinis quæ ante deerat. a ¶Illaqueatus es uerbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus.) Quia dum commiſſis tibi cogeris bona prædicando dicere: teipſum prius neceſſe eſt quæ dixeris cuſtodire. b ¶Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum &c.) Non tantum tu ipſe bene uiuendo uigilare memento, ſed & illum cui præes à peccati torpore prædicando diſiunge. c ¶Ne dederis ſomnū oculis t. &c.) Somnū oculis dat, qui ſubditorū curā omnino negligit. Dormitat autem qui reprehēſibilia eorū geſta cognoſcit: ſed hæc propter mētis tædium digna inuectione non corripit. d ¶Eruere quaſi dāmula de manu, & quaſi auis de laqueo.) Quantū auis de laqueo uel dammula de manu captantis quærit euadere: tantum nitere, ut auditore tuo ſalubriter inſtituto, ipſe à ſpōſione uitæ eius liber reddaris. Vel certe quia dā-
F mula mūdum natura eſt animal, uelox curſu uiſuq́ acerrimū. Vnde & Græce ἀπὸ τοῦ δέρκειν, id eſt, à uidendo dorcas nūcupatur. Auis autem uolando alta petere conſueuit. Cum in docendis occuparis ſubditis, mūdus à peccatis omnibus, & ſtrēnuus in operibus bonis: perſpicax in deprehendendis malorum inſidijs, & uirtutum pennis fultus eſſe ſatage: quatenus expleto prædicandi negocio, & ad ſuperna trāſuolare, & cœleſtis uitæ paſcua merearis intrare. e ¶Vade ad formicam ò piger & conſidera &c.) Hinc uacantem hortatur quenq́; ut ſi ad alios erudiendos non ſufficit, ſaltem ſuimet curam agere non negligat. Et ſi ſapientiam docēdi nequit ab homine diſcere, uel operandi ſapientiam diſcat à formica. Formica dicitur ſtrennuus quiſq́ & prouidus operarius, qui in præſenti uita uelut in æſtate, fructus iuſticiæ quos in æternum recipiat ſibi recondit. f ¶Quæ cum, nō habeat ducē &c.) Si tantillum animal principe carens & rationis expers, natura duce ſibi prouidet in poſterum: multo magis tu ad imaginē dei conditus, ad uidendam eius gloriā uocatus, doctorum magiſterio adiutus, ipſum conditorem habēs ducem: debes in præſenti bonorum operū fructus congregare, quibus in æternum uiuas in futuro. Hæc etenim uita in eo meſſi comparatur & æſtati:
G quod nunc inter ardores tentationum tempus eſt colligendi futurorum merita præmiorum. At dies iudicij hyemis ſimilatur rigoribus: quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro uita laborandi, ſed tantum cogitur quiſq́ de horreo priſcæ actionis, quod recōdidit, proferre. Vnde & dn̄s præcipit dicens: Orate autē ut non fiat fuga ueſtra in hyeme uel ſabbato. Hyeme enim facultas; ſabbato licētia iuxta legē deeſt fructus uitæ colligēdi ac penuriam fugiendi perpetuam. g ¶Vſq́quo piger d. &c.) Vſquequo, inqt, dormis in uitijs qn̄ potes reſurgere ad bene operandū, qui noxio torpore depreſſus ſemp dicis: paululum adhuc iacebo, & ſic poſtea pœnitendo reſurgam. Fit nāq́ ut te ſemper differēte opus bonū, repente iudex qui mala tua facta puniat adſit. Hoc eſt enim quod ſequitur: h ¶Et ueniet tibi quaſi uiator ege. &c.)
H Egeſtas nanq́ & pauperies pœna eſt ultima: in qua damnati nil diuitiarum merētur: quæ quaſi uiator ueniet, qa improuiſa & ſubitanea: quaſi uir armatus, quia deuinci perpetuò non poteſt. Patet iuxta literā, quia pigritia nutrix eſt egeſtatis & penuriæ. i ¶Si uero impig. &c.) Fructus terreni quos metimus, nō fonti comparant̄ ſed ciſternæ; quia ad tēpus paſcūt colligentē: & in tēpore deficiūt. At qui impiger fuerit pro cœleſtibus laborare diuitijs, huius meſſis & fons adueniet; qa mercedē laborꝫ indeficientē percipiet. k ¶Et egeſtas &c.) Quia ſatiabor, inquit pſalmiſta, dū manifeſtabit̄ gloria tua. Pſal. 16. d l ¶Homo apoſtata &c.) Dixerat de hæreſibus & alijs uitiorū generibus; inſtituerat præceptorem; excitauerat pigrum; at nūc redarguit & ſchiſmaticū. Vbi notandum; qui ſeminantē iurgia dicere uoluit, prius apoſtatam nominauit; quia niſi more ſuperbientis angeli à conſpectu conditoris prius intus auerſione mentis caderet, foras poſtmodum uſq́ ad ſeminanda iurgia non ueniret. Qui recte dicitur quod annuit oculis, terit pede, digito loquit̄. Interior nanq́ eſt cuſtodia quæ ordinata ſeruat exterius membra. Quia ergo ſtatum mentis perdidit, foras in inconſtantiam motionis fluit; atque exteriori mobilitate indicat, quod nulla radice interius ſubſiſtat.

a Illaqūeatus es uerbis oris tui: & captus pro-
b prijs ſermonibus. Fac ergō quod dico fili
mi, & temetipſum libera: quia incidiſti in
manum proximi tui: diſcurre, feſtina, ſuſcita
c amicum tuum. Nē dederis ſomnum oculis
d tuis nec dormitent palpebræ tuæ. Eruēre
quaſi dammula de manu, & quaſi auis de la
e queo. Vāde ad formicam ò piger & conſi-
f dera uias eius: & diſce ſapientiam. Qūæ cū
non habeat ducē, nec præceptorē, nec principem, parat æſtate cibum ſibi, & congregat
g in meſſe quod comedat. Vſqueqūo piger
dormis; quando cōſurges à ſomno tuo: paululum dormies, paululum dormitabis, pau-
h lulum cōſeres manus ut dormias. Et uenīet
tibi quaſi uiator egeſtas, & pauperies quaſi
i uir armatus. Si uēro impiger fueris, uenit ut
k fons meſſis tua. Et egeſtās longe fugiet à te.
l Hōmo apoſtata, uir inutilis; graditur ore
peruerſo; annuit oculis; terit pede; digito loquitur; prauo corde machinatur malum, &
omni tempore iurgia ſeminat. Huic ex templo ueniet perditio ſua, & ſubito conteretur,
nec habebit ſubito medicinam.

Sex

Sex



A a ¶Sex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimū deteſtatur anima eius.) Eundē quem ſupra plenius quàm ſit deo odibilis diſcordiam ſeminādo inſinuat. Qđ autem animam habere deum dicit: humano more facit, ut eum plena intentione, & nō leuiter tales odiſſe ſignificet. Tale eſt in Eſaia: Calēdas ueſtras & ſolēnitates ueſtras odiuit anima mea. Eſa. 1. d b ¶Oculos ſublimes: linguā mendacē: manus effundentes innoxiū ſanguinem &c.) Enumerat ſex capitalia crimina, quæ tamē cōparatione diſcordiam ſeminantis quaſi minora deponit: quia nimirum maius eſt facinus illud quo unitas & fraternitas quę per ſpiritus ſancti gratiā eſt connexa diſſipat̄. Poteſt enim quilibet oculos iactanter extollere: lingua mentiri: homicidio pollui: mala ꝓximo machinari: alijs ſceleribus membra ſubdere: falſum
B cōtra quempiā teſtimonium proferre, quod nō idem eſſe putandum eſt quod ſupra linguam mēdacē nominat. Poteſt em̄ mendaciū ſed non cōtra proximum dici. Nam & beatus Auguſtinus octo eſſe genera mendacij, in libro quem de mendacio cōpoſuit docet. Poteſt, inquam, perditus quiſq́ huiuſmodi mala, uel ſibimetipſi uel alijs inferre, pace ſeruata eccleſiæ. At Donatus & Arius eorumq́ ſequaces, grauius eſt quod fecere: qui concordiam fraternæ unitatis diſcordias ſeminādo ſciderunt. c ¶Cōſerua fili mi præcepta pa. &c.) Nunc ſub adulteræ mulieris ſpecie prohibet ab auditione hæreſeos. d ¶Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda &c.) Et in cogitatione præcepta dei fixa retine, & loquelam tuam horum undique dulcedine, ne forte lingua labaris communito. e ¶Cū ambulaueris gradiantur tecū &c.) Tanta ſit tibi meditatio diuinæ legis, ut cum uigilans aliquid operaris: hanc ſedula mēte recolas: Cum dormire uelis, in huius memoria quieſcas: cum euigilaueris, hanc primo ad mentem reuoces. Sic etenim
C fiet ut nec uigilās offendas: nec à timore nocturno lædaris. Aliter: Cū ambulaueris in profectu iuſticiæ, gradiantur tecum mandata dei ut te inſtruant: Cum dormieris in morte, cuſtodiāt animam tuam ne rapiat hoſtis. Cū euigilaueris in reſurrectione loquere cum eis expectando præmia quæ tibi ſi ea ſeruaueris promiſſa erant. f ¶Ne capiaris nutibus illius.) Patet de adultera. Sed & hæretici ſi bene uiuere, & apte ſe agere uidentur: uide ne ſeducaris eorum doctrinis. g ¶Precium enim ſcorti uix unius pa. &c.) Recordare quia breuis uoluptas eſt fornicatiōis & perpetua pœna fornicatoris. Sicut enim unus panis diurnam ſolū effugat eſuriem, & nihilominus poſtmodum eſurit, qui comeſto pane ſatur abſceſſerat: ſic qui intrat ad ſcortum, ad horā qui-
D dem euaporat libidinē, ſed poſt paululū ardentior redit. h ¶Nunqđ poteſt abſcondere homo ignem in ſinu ſuo &c.) Soli ei conceditur hæreticorū libros legere, qui adeo ſolidatus eſt in fide catholica, ut uerborum dulcedine, uel aſtutia nequeat ab ea ſegregari. i ¶Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit &c.) Furtum non ex ſua æſtimatiōe, ſed ex cōparatione peccati maioris, ideſt, adulterij nō grādis eſſe culpæ perhibet̄, ſicut Hieruſalē grauius peccanti dicitur: Iuſtificata eſt Sodoma ex te, non quia Sodoma nulla uel pauca, ſed quia Hieruſalem plura peccauit. Ezech. 16. f k ¶Quia ſcelus & furor uiri non parcet in die uindictæ &c.) Et de domino intelligendum: quia qui nunc parcit reprobis, non parcet in die mortis: nec acquieſcet precibus ſero clamantium ad ſe: nec dona quorum non eſt ibi tēpus uel facultas ſuſcipiet. Zelatur em̄ ſi quis ſponſam ſuam, id eſt, eccleſiam ſiue animam quanq́ fidelem corrumpere præſumit.

a Sāex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimū de-
b teſtatur anima eius. Ocūlos ſublimes: linguā
mendacem: manus effundentes innoxium
ſanguinem: cor machinans cogitationes peſſimas: pedes ueloces ad currēdum in malū:
proferentem mendacia: teſtem fallacem, &
c eū qui ſeminat inter fratres diſcordias. Cōnſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimit-
d tas legē matris tuæ. Ligād ea in corde tuo iu-
e giter, & circūda gutturi tuo. Cēum ambulaueris gradiantur tecum, cum dormieris cuſtodiant te, & euigilans loquere cū eis. Quia
mandatum lucerna eſt, & lex lux, & uia uitę
increpatio diſciplinæ, ut cuſtodiant te à muliere mala & à blanda lingua extraneæ. Nō
concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum.
f Nēf capiaris nutibus illius. Prēgcium enim
g ſcorti uix unius panis eſt. Mulier autem uiri
h precioſam animam capit. Nunqūhid abſcondere poteſt homo ignem in ſinu ſuo, ut ueſtimenta illius non ardeant: aut ambulare ſup
prunas ut non plantæ comburantur eius?
Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui
i non erit mundus cum tetigerit eam. Nōin
grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit: furatur enim ut eſurientem impleat animam:
deprehenſus quoq́ reddet ſeptuplum: & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe. Qui autē adulter eſt propter cordis inopiam, perdet animam ſuam. Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, &
k opprobrium illius nō delebitur. Qūkia ſcelus
& furor uiri non parcet in die uindictæ: nec
acquieſcet cuiuſquàm precibus: nec ſuſcipiet
pro redemptione dona plurima.

Cap.

E

## Cap. VII.

FIlli mi cuſtodi ſermones meos & præcepta mea &c.) Hæc [illegible] eadem quæ ſuperior ſub meretricis perſona plenius explicat. b ¶Et legẽ meã quaſi pu.&c.) Tam ſolicite ſerua quæ doceo, quaſi nil recte ſine his aſpicere ualeas. c ¶Liga eam in digitis tuis:ſcribe il.&c.) In digitis, in actibus dicit; in tabulis cordis, in latitudine cognitionis. Deniqꝫ & alia tranſlatio ſic dicit: Deſcribe eam in latitudine cordis tui. d ¶Dic ſapientiæ, ſoror mea es &c.) Sapientiam eccleſiaſticæ doctrinæ, ſororia tibi dilectione coniunge, ut hæc te à pollutiõe ſeruet hæretica; quæ à caſtitate eccleſiæ ꝓbatur extranea. e ¶De feneſtra enim domus meæ per cãcellos ꝓſpexi &c.) Apte aũt Salomon de feneſtra domus ſuæ ſe per cancellos proſpexiſſe dicit, ut paruulorum geſta F diiudicaret. Qui enim de feneſtra per cãcellos proſpicit, ipſe quidẽ ea quæ foris aguntur plene conſiderare ſufficit, nec tamẽ ipſum qui foris infra degunt aſpiciũt. Nanqꝫ hoc eſt quod Apoſtolus ait; Spiritualis enim iudicat 1.Cor.2.d omnia; ipſe autem à nemine iudicatur. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi & uideo paruulos. Patet iuxta literam; quia ſapientiũ aſpectus magiſtrorum, & infirmorum actus ſedulo ſpeculatur & fortium æterna dei ſapientia de cœlo proſpexit, & uidet omnes filios hominum.

f ¶Conſidero uecordem iuuenem &c.) Iuuenem uocat adulterum; non propter uirtutem, ſed ꝓpter inſtabilitatem. Qui tranſit in platea; quia deſeruit anguſtam uiam quæ ducit ad uitã. Iuxta angulum, quia deflectit à rectitudine. g ¶Et prope uiã domus illius graditur.) Quia à uia ueritatis declinauit; merito uiæ domus meretricis uel hæretici appropiat, quæ recte iuxta quod expoſuimus, & in platea, & iuxta angulũ poſita eſt. h ¶In obſcuro aduesperaſcente die, in noctis tenebris & caligine.) Quia iam talis per cæcitatem cordis ad tenebras feſtinat peccati & damnationis. i ¶Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiẽdas animas.) Patent hæc cuncta iuxta literã de meretricijs operibus. Verum doctrina hæreticorum G quẽcunqꝫ incautum reperit & uecordem, hũc decipere tentat; ipſa etenim ornatu apparet meretricio, quia immunda præfulget eloquẽtia. Præparata eſt ad capiendas animas; quia quoſcũqꝫ ſibi ſociare poteſt, ſpirituali morte perimit. k ¶Garrula & uaga, quietis impatiens.) Quietem eccleſiæ turbare deſiderans. l ¶Nec ualens in domo conſiſtere pedibus ſuis.) Nulla eſt hæreſis quæ primis ſit contenta diſcipulis; hi ſunt ẽm domus eius, ſed ſemper nouos quos decipiat quærit. m ¶Nũc foris, nunc in plateis, nũc iuxta angulos inſidiãs.) Foris, cũ paganos rapit; in plateis, cum uoluptuoſos; iuxta angulos, cũ alios hæreticos. n ¶Apprehẽſumqꝫ deoſculatur iuuenẽ.) Verborum fallentium blandimẽtis tentat inſtabilem. o ¶Et ꝓcaci uultu blanditur dicens; uictimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi uota mea &c.) Iuxta literã patet intellectus quia meretrix conuiuium ſe permagnificum præparaſſe H fatetur; at hæretici in cũctis quæ agũt, uictimam ſe ſalutis deo immolare, uel autumãt, uel autumare geſtiunt. Nam & dominus ad diſcipulos; Sed Ioan.16.a uenit, inquit, hora ut oĩs qui interficit uos, arbitretur ſe obſequium præſtare deo. p ¶Intexui funibus lectum meum, ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto.) Solent lecti qui ex funibus, uel iuxta aliam tranſlationem, inſtitis intexũtur, molliores fieri, quàm qui ex ligno uel corio, uel qualibet alia materia ſubſtruuntur. In lecto ergo funibus intexto, meretrix mollitiem quieſcendi deſignat. In tapetibus uero pictis ex Aegypto, etiam oculorum tentat illecebras; quibus nefando aſpectu irretitis, facilius ad ſeducenda mentis arcana penetret. Quia uero nomine funium aliquando ſolent diuina præcepta figurari; quæ à noſtris nos uoluptatibus cohercendo religant; promittunt ſe hæretici contextu uerborum cœleſtium ſalubre ſuis auditoribus quaſi ſtratum parare; in quo à uitiorum tumultibus libero corde quieſcant, ſed ueraciter illis funibus peccatorum conſtruunt locum perditionis, ubi perpetuo pedes manuſqꝫ alligati damnantur

### Cap. VII.

a FIlli mi cuſtodi ſermones meos & præce-
pta mea reconde tibi. Fili honora domi
num & ualebis; præter eum uero ne timue-
ris alienum. Serua mandata mea & uiues.
b Et legem meam quaſi pupillã oculi tui. Li-
c gã eam in digitis tuis; ſcribe illam in tabulis
d cordis tui. Dic ſapientiæ, ſoror mea es; &
prudentiam uoca amicam tuam, ut cuſto-
diat te à muliere extranea & ab aliena quæ
e uerba ſua dulcia facit. De feneſtra enim do-
mus meæ per cancellos proſpexi & uideo
f paruulos. Conſidero uecordem iuuenẽ qui
g tranſit per plateas iuxta angulum. Et prope
h uiam domus illius graditur. In obſcuro ad-
ueſperaſcente die, in noctis tenebris & cali-
i gine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu mere
k tricio; præparata ad capiendas animas. Gar
l rula & uaga, quietis impatiens. Nec ualens
m in domo conſiſtere pedibus ſuis. Nunc fo-
ris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſi-
n dians. Apprehenſumqꝫ deoſculatur iuue-
o nem. Et procaci uultu blanditur dicens; ui-
ctimas pro ſalute deuoui; hodie reddidi uo
ta mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tu-
p um deſiderans te uidere & reperi. Intexui fu
nibus lectum meum, ſtraui tapetibus pictis
ex Aegy-



G A damnãtur. De quo dñs in Apocalypſi; Et dedi, in- Apoc.2.f quit, illi tẽpus ut pœnitẽtiam ageret, & nõ uult pœnitere à fornicatione ſua; ecce mitto eã in lectum, & qui mœchantur cum ea in tribulationẽ maximã. In tapetibus uero pictis ex Aegypto, ornatus eloquẽtiæ, & dialecticę artis uerſutia quæ ab ethnicis originẽ ſumpſit, intelligit; ꝑ quã mens hæretica ſenſum doctrinæ peſtilentis quaſi meretrix thoꝝ facinoris ſe texuiſſe gloriat. a ¶Aſperſi cubile meũ mir.&c.) Promittũt ſe talesodorẽ cœleſtiũ habere uirtutũ; quibus ſua ſuorumqꝫ corda uelut funibus cubilia uenuſta cõſecrẽt, ſanctificẽt, perficiãt, 2.Cor.2.d ac dicere poſſe cũ Apoſtolo; Quia Chriſti bonus odor ſumus deo. b ¶Veni inebriemur ube. &c.) Doctrinæ ſactæ poculis ſe inuicẽ ſatiãdos iactant hæretici, & uirtutũ gratia cõiungendos; donec eorũ geſta lux ſequatur B æterna. c ¶Nõ eſt ẽm uir in domo &c.) Nõ eſt inquiũt, Chriſtus corporaliter in eccleſia; ſurgẽs ẽm à mortuis aſcendit in cœlũ, nobiſqꝫ miniſteriũ gubernãdæ eccleſiæ, ſuã uidelicet domũ reliquit. d ¶Sacculũ pecu. &c) Gloriã reſurrectionis & immortalitatis deus ſecũ detulit, quo illius patriæ ciues lætificaret ac ditaret. e ¶In die plenæ lunæ reuerſurus &c.) In tẽpore ẽm quo electorum ſuoꝝ eccleſia numerum cõpleuerit reuertet ad iudiciũ. f ¶Statim eã &c.) Id eſt, quaſi ſtultus neſciens ipe ductus ad interitũ. g ¶Et fortiſſimi qꝗ Iudi.14. & 16. interf.&c.) Vt ipſe Salomon ſapiẽtiſſimus uiro- 3.Reg.11.d rũ, ut Samſon fortiſſimus, ut Dauid mãſuetiſſimus 2.Reg.11.a à muliebri decipula, ut Origenes ab hęretica, quem poſt Apl'os eccleſiæ magiſtrũ fuiſſe ꝗdiu recte ſapuit qui negauerit errat. h ¶Viæ inferi do. &c.) Matth.16.c Sed de eccleſia dñs ait; Quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eã. Interiora autẽ mortis, acerrima gehẽnæ tormenta, quaſi arctiora & obſcuriora dicit quibus hæreticos & fornicarios conſtat eſſe C mergẽdos, ſicut de ſanctis ꝓ dño in hac uita patientibus aduerſa dicitur; Quia miſit eos cuſtos in interiorem carcerem, atrociorem uidelicet & fœdiorem & obſcuriorem.

## Cap. VIII.

NVnqd nõ ſap.&c.) Nunqd nõ dñs palàm locutus eſt mundo, Ioan.18.d & in occulto locutus eſt nihil? Quid ergo eiuſneglecto euãgelio ad hæreſim potius uel laſciuiam quæ in angulo ſuſurrant audiendã miſeri cõfluũt? k ¶In ſũmis excelſ.&c.) In mõte diſcipulos ſimul & turbas docuit, ſed & ꝑ uias ſæpe his q cõueniebãt prædicabat, & eos q cura indigebãt ſanabat. In ipa etiã porta ciuitatis Luc.7.b Naim mortuũ reſuſcitãs; exẽplo miraculi uerba q̃ edocuerat commẽdabat. Vt quid ſequimini eos q in abditis contra eũ ſuas exerunt linguas? l ¶In ipſis foribus &c.) Ad uiros clamat; id eſt, ad ſtrẽnuos uerbi auditores in D utroqꝫ ſexu. Nã q fœminea; id eſt, fluxa mẽte ſũt ſapiẽtiæ uerba percipere nequeũt. m ¶Intelligite paruuli &c.) Manifeſtũ eſt de dño, quia & cũ eſſet ipſe in mũdo, oĩ ætati, ſexui, cõditiõi locutus eſt uerbũ, imò etiã clamabat ſtans in tẽplo; Si qs ſitit, Ioan.7.b ueniat ad me & bibat. Et nũc ꝑ doctores eccleſiæ; ipſi ẽm ſunt fores ciuitatis eius; uiris ſimul ac fœminis, ſapientibus & inſipiẽtibus grãdæuis prędicat & paruulis. At cõtra doctrina fallax clã & priuatim, quos ſeducere ualeat quærit. n ¶Audite qm̃ &c.) Magnis nẽpe; qa regnũ cœlorũ, & ꝓmiſit & dedit; fidẽqꝫ ſanctæ trinitatis docuit; atqꝫ alia inumera quæ ꝓphetæ ei loquẽda relinquebãt. o ¶Et aper. lab.) Labia eius ſunt duo teſtamẽta cõcordia ad inuicẽ ueritatis atteſtatiõe cõiũcta, q̃ ipſa in carne apparẽte, ꝑ ſancti ſpũs donũ ſunt ad prædicãdũ ſalutẽ, uniuerſum aperta ꝑ orbẽ. p ¶Accipite diſciplinã &c.) Nõ poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. Matth.6.c

Ego

a ex Aegypto. Aſperſi cubile meum mirrha,
b aloë, cinnamomo. Veni inebriemur uberi-
bus & fruamur cupitis amplexibus, donec
c illuceſcat dies. Nõ eſt enim uir in domo ſua;
d abijt uia lõgiſſima. Sacculũ pecuniæ tulit ſe-
e cũ. In die plenæ lunæ reuerſurus eſt ĩ domũ
ſuã; irretiuit eũ multis ſermonibus, & blandi
f tijs labiorũ protraxit illũ. Statim eã ſequitur
quaſi bos ductus ad uictimã, & quaſi agnus
laſciuiens & ignorans quod ad uincula ſtul-
tus trahatur; donec transfigat ſagitta iecur
eius; uelut ſi auis feſtinet ad laqueũ, & neſcit
quod de periculo animæ illius agitur. Nũc
ergo fili audi me & attende uerba oris mei,
ne abſtrahatur in uijs illius mens tua; neqꝫ
decipiaris ſemitis eius. Multos enim uulne-
g ratos deiecit. Et fortiſſimi quiqꝫ interfecti
h ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetran-
tes interiora mortis.

### Cap. VIII.

i NVnquid nõ ſapiẽtia clamitat; & prudẽ
k tia dat uocẽ ſuã? In ſummis excelſiſqꝫ
uerticibus ſuꝑ uiã in medijs ſemitis ſtãs, iux
l ta portas ciuitatis; In ipſis foribus loquit di
cens; O uiri ad uos clamito & uox mea ad fi
m lios hominũ. Intelligite paruuli aſtutiam, &
n inſipientes animaduertite. Audite qm̃ de re
o bus magnis locutura ſum. Et aperient labia
mea ut recta prædicent. Veritatẽ meditabit
guttur meũ, & labia mea deteſtabuntur im-
piũ. Iuſti ſunt oẽs ſermones mei; nõ eſt in eis
prauũ quid neqꝫ peruerſum. Recti ſunt intel
ligẽtibus, & æqui inueniẽtibus ſcientiã. Acci
p pite diſciplinam meam, & nõ pecuniam; do
ctrinam magis q̃ aurum eligite. Melior eſt
ẽm ſapientia cũctis opibus precioſiſſimis, &
omne deſiderabile ei nõ poteſt comparari.
Ego

E a ¶Ego ſapiẽtia habito in cõſilio, & eruditis &c.) [Matth. 18.c] Vbi duo uel tres cõgregati fuerint in nomine meo: ibi ſum ego in medio eorum. b ¶Arrogantiam & ſuperbiam & uiam prauam &c.) Arrogantiã & ſuperbiam in eis qui ſe cæteris meliores æſtimant. Viam prauam in eis qui aperte mala faciunt. Os bilingue in illis qui in bonis quæ loquũtur, ſtabile quippiam nõ habent, ſed iuxta auditorũ libitũ ſua uerba commutant.

c ¶Meũ eſt cõſilium & æq̃tas: mea eſt prudẽtia: mea eſt fortitudo.) Non ſe extollat humana præſumptio: plenitudinẽ uirtutũ ſola dei ſapiẽtia poſſidet: ab hac humana infirmitas q̃cquid uirtutis habet accipit. d ¶Per me reges regnãt &c.) Reges dicit Apoſtolos ſiue alios ſctõs: qui & ſeipſos primũ, & deinde eccleſiã ſibi ſubditã bene regere ſciunt. Legũ conditores, F autores utriuſq; teſtamẽti, & ſequentes eccleſiæ ſcriptores. Principes & potentes, cæteros fideliũ præceptores ac rectores appellat: qui utiq; omnes non niſi per ſapientiã ut eſſent aliquid habẽt. Ait [Ioan. 15.a] enim: Quia ſine me nihil poteſtis facere. e ¶Ego diligẽtes me diligo &c.) Tale eſt & in euangelio: [Ibid. 18.e] Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Mane quippe uigilãt ad ſapientiam, qui ſemper innouato mentis ſtudio ad Chriſti uiſionem pertingere ſatagũt. f ¶Mecũ ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ & iuſticia. Melior eſt &c.) Opes ſuperbas, opes excelſas dicit, ut cœleſtia dona ſignificet. Græce enim ſuperbus ὑπερήφανος; id eſt, ſuper apparens dicitur. Et ideo recte ſapientia opes hyperiphanos ſecum eſſe dicit: quia quicquid donorum cœlitus fidelibus datur: cunctis mundi opibus excellentius eſſe probatur: quod etiam addendo iuſticiam manifeſtius inculcat, nam terrenas opes, & gloriam ſæpius habent [2.Pet.3.c] iniuſti. Nos autem in reſurrectione, ſicut Petrus ait: nouos cœlos & nouam terram, & promiſſa ipſius expectamus: in quibus iuſticia habitat.

a Ego ſapientia habito in conſilio: & eruditis
interſum cogitationibus. Timor dñi odit
b malum. Arrogãtiam & ſuperbiam & uiam
c prauam, & os bilingue deteſtor. Meum eſt
conſilium & æquitas: mea eſt prudẽtia: mea
d eſt fortitudo. Per me reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt. Per me principes imperant: & potentes decernunt iuſti
e ciam. Ego diligentes me diligo, & qui mane
f uigilauerint ad me, inuenient me. Mecum
ſunt diuitiæ & gloria: opes ſuperbæ & iuſticia. Melior eſt fructus meus auro & lapide precioſo: & genimina mea argento electo. In uijs iuſticiæ ambulo in medio ſemitarum iudicij, ut ditem diligentes me: theſauros eo
g rum repleam. Dominus poſſedit me in ini
h tio uiarum ſuarum: antequàm quicquàm faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequàm terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego iam cõcepta eram: necdum fontes aquarum eruperãt: necdum montes graui mole conſtiterant. Ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat & flumina & cardines orbis terræ. Quãdo præparabat cœlos aderam: quando certa lege & gyro uallabat abyſſos. Quando æthera firmabat ſurſum & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum ſuum: & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.

Et dele⸗

g ¶Dominus poſſedit me in initio uiarum ſuarum.) Vox Chriſti qui uera eſt dei patris ſapientia, quæ ante omnem mundi creaturam ineffabiliter ex patre genita, quia ipſe cunctam cœli terræq; materiam potentialiter creauit atq; mirabiliter diſpoſuit. G Viæ domini ſunt opera eius: quorum conſideratione ad fidem uel agnitionem peruenit genus humanum. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur. Viæ eius ſunt ipſæ illuminationes per quas ſe & angelicis ſpiritibus & mentibus oſtendit humanis; in quarum initio uiarum ſapiẽtiam poſſedit: quia in primordio creaturæ naſcentis, filium qui cum eo cuncta diſponeret habuit. Sed ne putaret aliquis harum initio uiarum uel aliquãdo ante tempora filium eſſe cœpiſſe, uigilãter adiunxit. h ¶Antequam quicquàm faceret à principio. H Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis anteq; &c.) Cui ſimile eſt in euãgelio: [Ioan. 1.] In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum: & deus erat uerbum: Omnia per ipſum facta ſunt. Pereãt ergo qui negant dei uirtutem & dei ſapientiam, uidelicet Chriſtũ ab initio, imò & ante omne q̃d dici uel cogitari poteſt initium ab ipſo patre fuiſſe progenitũ. Alia trãſlatio hunc locum ita concipit: Dominus creauit me, principium uiarum ſuarũ in opera ſua. Quod de incarnatione dominica dictum patres intelligũt dicentes: quia certi gratia myſterij dixerit: Dominus creauit me, & non pater creauit me. Et caro, inquiunt, dominum agnoſcit: gloria, patrem ſignat: creatura, dominum confitetur: charitas, patrem nouit. Principium uel in principio uiarum ſuarum, [Ioan. 14.a] & ipſe ait: Ego ſum uia: quia ſurgens à mortuis iter fecit eccleſiæ ſuæ ad regnum dei, ad uitam æternã. In opera ſua: quia ad redimenda opera patris ex uirgine creatus eſt, ſuſcipiens carnem ut opera patris à corruptibili ſeruitio liberaret: caro em̃ Chriſti propter opera: diuinitas ante opera.

Et dele⸗



A a ¶Et delectabar per ſingulos dies: ludens coram eo omni tempore &c.) Ludẽtem dicit gaudentem. Erat ergo ludens corã patre per ſingulos dies, quia [Mich. 5.a] ut propheta ait: A principio ex diebus æternitatis gaudebat unum eſſe cum patre. Erat omni tempore ludens in orbe terrarum, quia & cum tempora orbis ac creaturæ eſſe cœpiſſent: ipſe quod erat in patre filius manebat. Hæc ideo, ne quis eũ cũ creaturis & temporibus cœpiſſe p̃hiberet. Et deliciæ eius ſunt eſſe cum filijs hominum: quia deſiderat in noſtro amore quieſcere: noſq; bonorũ gratia meritorum ad ſe uidendum perducere. b ¶Beatus homo q̃ audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei &c.) Fores ſuas & poſtes oſtij ſui, ſcripturas ſanctas & eorũ doctores nũcupat: ſine quibus ad uitam quã pollicetur nõ ualemus ingredi.

B Cap. IX.

Sapientia ædificauit ſibi domum.) Quia de æternitate diuinitatis Chriſti ſufficienter dixerat: addidit & de aſſũpta humanitate dicere. Sapiẽtia ædificauit ſibi domũ: quia hominem filius dei quem in unitatẽ ſuæ perſonæ ſuſciperet ipſe creauit. d ¶Excidit colũnas ſeptẽ.) Eccleſias per orbẽ ſeptiformi gratia ſpiritus erexit, quæ domum dei; id eſt, myſterium incarnationis eius: ne perfidorũ improbitate memoria tolleretur, credendo, colendo & prædicando quaſi ſuſtentando continerent. Vel certe ſapientiæ domus, eccleſia Chriſti eſt, ex lapidibus uiuis: hoc eſt, ſanctis in tabernaculum ſibi cõſtructa. Columnæ autẽ [Gal. 2.b] doctores ſanctæ eccleſiæ ſeptiformi ſpiritu pleni: quales fuere Iacobus, Cephas, & Ioannes: quas nimirum columnas ſapientia excidit: quia ab amore præſentis ſeculi diſiunctas, ad portandam eiuſdem eccleſiæ fabricam mentes prædicantium erexit.
e ¶Immolauit uictimas ſuas.) Suis paſſionibus eccleſiam cõſecrauit: uel uitam prædicantium mactari in perſecutione permiſit: quibus uidelicet uictimis cõtrariæ ſunt uictimæ meretricis: ad quas ſtultos [Pro. 7.c] inuitat, ut ſupra lectũ eſt dicens: Victimas ꝓ ſalute deuoui, hodie reddidi uota mea. f ¶Miſcuit uinum & propoſuit &c.) C Diuinitatis ſuæ arcana capere non ualentibus, aſſumptæ humanitatis ſacramenta patefecit, & ſcripturæ ſacræ pabulum nobis aperiendo præparauit. g ¶Miſit ancillas ſuas ut uocarent ad arcem &c.) Prædicatores ĩfirmos ac deſpicabiles elegit, qui fideles populos ad ſuperna patriæ cœleſtis ædificia colligerẽt. h ¶Si q̃s eſt paruulus ueniat ad me &c.) Paruulos dicit humiles: inſipiẽtes uero eos qui de mundanæ ſapiẽtiæ faſtu nil habẽt. Tales autẽ uocat, ut eos ſua doctrina ſapiẽtes reddat & altos. i ¶Venite comedite panem meum, & bibi. &c.) In pane, diuina eloquia: in uino mixto, cõiuncta in unã Chriſti perſonam deitatis & humanitatis eius natura exprimitur, ut ſupra dictũ eſt. Vel certe in pane, corporis ipſius: in uino mixto, D ſanguinis ſacroſancti myſteriũ, quo in altari, mẽſa uidelicet eius ſatiamur, oſtẽditur. k ¶Relinquite infantiã & uiuite &c.) Poſt ablatas epulas addit & uitæ monita, ut quos pręceptis ſuæ incarnationis myſterijs refecit: doctrinæ pariter inſtruat uerbis. l ¶Qui erudit deriſorẽ ipſe ſibi fa. iniuriã &c.) Quaſi interrogares, cur ſapientia paruulos præ cæteris, & inſipiẽtes ad ſuas inuitaret epulas, Ideo, inquit, feci: quia fruſtra laborat qui uerbum ſapientiæ inculcare nititur ei qui audire cõtemnit: ſapiẽtiorem ſe doctore & maiorẽ exiſtere credẽs. m ¶Noli arguere deriſorẽ ne oderit te.) Deriſor eſt Iudæus ſiue hæreticus ſeu omnis hypocrita: qui ob hoc quod iuſtũ ſe eſſe æſtimat, uerba correptionis nequicquàm recipit. Non eſt timendum ne tibi deriſor cum arguitur contumelias inferat, ſed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium peior fiat. Ideoq; tibi aliquoties ab eius correptione nõ tuæ timiditatis, ſed dilectionis eius gratia ceſſandum. n ¶Argue ſapientem & diliget te. Da ſapienti &c.) Sapiẽtem in profectu poſitum: id eſt, amatorem ſapientiæ dicit, quem ſupra pro humilitate paruulum nũcupauit: nam perfectus ſapiens non habet opus argui.

Mulier

a Et delectabãr per ſingulos dies, ludens corã
eo omni tempore: ludens in orbe terrarũ: &
deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Nũc
ergo filij audite me: Beati qui cuſtodiũt uias
meas. Audite diſciplinam & eſtote ſapien
b tes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui
audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitam & hauriet ſalutẽ à domino. Qui autem in me peccauerit, lædet animam ſuam: omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Cap. IX.

c SApiẽntia ædificauit ſibi domum. Exci
d e dit columnas ſeptem. Immolauit uicti
f mas ſuas, Miſcuit uinum & propoſuit men
g ſam ſuam. Miſit ancillas ſuas ut uocarẽt ad
h arcem & ad mœnia ciuitatis. Si quis eſt paruulus ueniat ad me, & inſipientibus locuta
i eſt: Venite, comedite panem meum, & bibi
k te uinum quod miſcui uobis. Relinquite infantiam & uiuite, & ambulate per uias pru
l dentiæ. Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniuriam: & qui arguit impium, generat ma
m culã ſibi. Noli arguere deriſorẽ ne oderit te.
n Argue ſapientẽ & diliget te. Da ſapienti occaſionẽ, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtũ, & feſtinabit accipere. Principium ſapiẽtiæ timor domini, & ſcientia ſanctorũ prudentia.

Per me

E a ¶ Mulier ſtulta & clamoſa plenaq; illeceb.&c.) Mulier hæc hæreſis eſt,cõtraria nimirum ſapiẽtiæ, quæ ſua ſuperius ſacramenta cecinit: ſtulta ſcilicet per fatuum intellectum,& clamoſa per garrulitatẽ: plenaq; illecebris uitiorum;& nihil omnino ſciens, ſicut ait Apoſtolus:Qui ſe exiſtimat ſcire aliquid cum nihil ſcit, ipſe ſeducit ſe. Sedit aũt & ipſa in foribus domus ſuæ: id eſt,in doctoribus falſitatis qui in penetralia perfidiæ miſeros fallẽdo introducunt.Super ſellam aũt,quia cathedram ſibi prædicationis uſurpat. Hæc eſt cathedra peſtilẽtiæ,in qua beatus uir ſedere detrectat. b ¶In excelſo urbis loco.) Dicit de ſapiẽtia;qa in ſummis excelſiſq; uerticibus dat uocẽ ſuam, ſed illa in ſublimitate uirtutũ, hæc in ſupercilio elationis attollitur. c ¶Vt uocaret tranſeuntes per uiam,& pergẽtes in itinere ſuo.)
F Vocat hæreſis ad perfidiã ſępe catholicos;quos iter rectum agere, & uiã ſeculi huius rrãſire citius uelle;atq; ad æternam patriam feſtinare cõſpicit. d ¶Quis eſt paruulus, declinet ad me &c.) Sapiẽtia paruulos atq; inſipiẽtes ad ſuum cõuiuium penè eiſdem uerbis uidetur inuitare.Sed diſtat,quod illa ſimpliciter ad ſe uenire;hæc autẽ quos uocat ad ſe declinare ſuadet:quia illa nimirum ad rectum actionis iter quos errantes cernit,accerſit: hæc recte gradientes,ab itinere ſuo deuiare,& ad ſe diuertere docet. e ¶Aquæ furtiuæ dulciores ſunt,& panis abſconditus ſuauior.) Aquæ furtiuæ,& panis abſconditus,doctrina hæreticorum,quæ ſtultis ac perditis ſuauior uidetur. Sapientia palàm menſam propoſuit, & miſcuit uinum ſuum.At ſtulta mulier nil meracum habẽs,ad aquas furtiuas,& abſconditum panem quoſcunq; ualet,aggregat;quia catholica eccleſia palàm mundo diuinorum eloquiorum conuiuia pandit; diuinitatis & humanitatis Chriſti myſteria celebranda præcipit.Vel certe in uino mixto,hiſtoricam ſimul & allegoricam auditoribus ſuis ſciẽtiam propinat: ut pro ſuo quenq; captu,uitæ poculis reficiat. At hæreticorum doctrina,publicæ fidei & profeſſioni ſua ſecretim decreta præponit;& cum nil ſpirituale habeat,ſuauiorẽ ſe catholicis paſtoribus ſcientiam iactat docere,ut ſcilicet libentius audiãtur,& agantur quæ palàm in eccleſia dici crediq; phibentur,&

G dulcius hauriatur inſipientia quæ putatur ſcientia, cuius prohibita fuerat audientia. Poteſt in aquis furtiuis,baptiſma hæreticorum;in pane abſcondito,eorundem ſacrificium deſignari. At iuxta literam;Mulier adultera,in aquis furtiuis & pane abſcondito, prohibita & illicita connubia dulciora aſſeuerat. f ¶ Et ignorauit quod gigantes ibi ſint, & in profundis inferni conuiuæ eius &c.) Neſcit adultera, neſcit hæreticus; quia immũdi ſpiritus ſuas domos habitant, & qui in profundis inferni pœnas luũt æternas;ipſi actibus luxurioſorum,ipſi hæreticorum dogmatibus, quaſi conuiuis delectãtur opimis. At cum rite in eccleſia, Chriſti ſacramenta celebrantur,Chriſti uerbum auditur & conſeruatur; qui eſt ſapientia dei;conſtat quod angelicæ uirtutes ibi ſint, & in excelſis cœlorum,conuiuæ fidelium. Panem enim cœli dedit eis;panem angelorum manducauit homo. Pſal.77.c
H

COMMENTARIORUM lib. primi finis.

Per me enim multiplicabuntur dies tui,& addentur tibi anni uitæ. Si ſapiens fueris,tibimetipſi eris;ſi autem illuſor, ſolus portabis malũ.
a Mulier ſtulta & clamoſa plenaq; illecebris,& nihil omnino ſciens,ſedet in fo-
b ribus domus ſuæ ſuper ſellam;In excelſo ur-
c bis loco;Vt uocaret tranſeuntes per uiã, &
d pergentes in itinere ſuo. Quis eſt paruulus, declinet ad me;& uecordi locuta eſt: Aquæ
e furtiuæ dulciores ſunt,& panis abſconditus
f ſuauior.Et ignorauit quod gigantes ibi ſint, & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi deſcendet ad inferos; nam qui abſceſſerit ab ea,ſaluabitur.

Cap. X.

g PArabolæ Salomonis filij Da-
h uid regis Hieruſalẽ.Filius ſapiens lætificat patrẽ;filius uero ſtultus,mœſticia eſt matri
i ſuæ. Non proderũt theſauri ĩpietatis;iuſticia uero liberabit à morte. Nõ
k affliget dñs fame animã iuſti,& inſidias impiorum

COMMENT. BEDAE PRESBYT. IN Parabolas Salomonis lib. ſecũdus. Cap. X.

PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Hieruſalem.) Nouum ponit titulum; quia nouum genus locutionis incipit, ut nõ ſicut prius de ſingulis bonorum malorũue partibus diutius diſputet, ſed alternis uerſibus,actus utrorumq; deſcribat. h ¶ Filius ſapiẽs lætificat patrẽ;filius uero ſtultus, mœſtitia eſt matri ſuæ.) Qui accepta fidei myſteria bene ſeruat,lætificat deũ patrẽ;qui uero hæc actiõe mala,uel hæreſi cõmaculat matrẽ cõtriſtat eccleſiã. i ¶ Non proderũt theſauri impietatis;iuſticia uero liberabit à morte.) Et à trãſitoria morte ſæpius; ut Danielem & tres pueros,à perpetua ſemper iuſticia liberat. Daniel.6.c & 3.c At uero theſauri per impietatem congregati,& ſi aliquando à morte corporali uidentur eripere,plus tamẽ mali pro impietate qua acquiſiti ſunt,quàm cõmodi in eo,quod pro uita ſunt dati conferunt. k ¶ Non affliget dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.) Et ſi quando iuſtũ impij fame affligunt,uel etiam necãt, non lædet animam eius,quam dominus in uita futura ſuæ gloria uiſionis cõſolatur,qui & eaſdẽ impiorum



A piorum inſidias,in ipſos iuſte iudicãdo retorquet. a ¶Egeſtatem operata eſt manus remiſſa;manus autem fortium diuitias parat.)Qui negligenter uiuit in hoc ſeculo,egebit bonis in futuro.At qui fortiter dño militat,diuitijs æternæ beatitudinis remunerabitur. b ¶Qui cõgregat in meſſe, filius ſapiens eſt;qui autẽ ſtertit æſtate,filius cõfuſionis.) Qui congregat Chriſto animas fidelium,filius ſapiens eſt;& quidẽ meſſis hæc multa eſt, operarij aũt pauci. Matth.9.d Qui uero hoc tẽpore acceptabili à ſua ſalute curanda torpeſcit, confundetur in die retributionis. c ¶Benedictio domini ſuper caput iuſti: os autẽ impiorum operit iniquitas.) Iuſtis dicetur in iudicio;Venite benedicti, percipite regnum. Ibidẽ.25.c Os autem impiorum quod comeſſationi & ebrietati,& colloquijs malis ſeruiebat,iniquitate quam geſſit, condemnabitur. Deniq; os illius
B operuit iniquitas;qui in tormẽtis poſitus, linguã ſibi in qua ob plura ſcelera plus punitus eſt,refrigerari quęſiuit. d ¶Memoria iuſti cũ laudibus; & nomen impiorum putreſcet.) Et in hac uita boni bonos ſiue uiuentes ſiue defunctos,laudibus efferunt. Impiorum autem & actus deteſtantur & nomen;& in uita futura,iuſti in dei laudibus uiuunt. Reproborum autem honor,nomenq; & laudes,putribus gehennæ ſupplicijs mutantur;ubi uermis eorum non morietur;& ignis eorum non extinguetur. e ¶ Qui ambulat ſimpliciter,ambulat confidenter;qui autem deprauat uias ſuas,manifeſtus erit.) Qui ſimpliciter ſe uiuere nouit,facile cuncta ſpernit aduerſa;quia ſe per hæc ad gaudia uenturum eſſe confidit, dicens cum propheta;Dominus defenſor uitæ meæ,à quo trepidabo. Pſal.26.a Dum appropiant ſuper me nocentes; ut edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei; ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. At qui prauis incedit uijs,nolens licet,pateſcit;ac digna factis recipit;Nihil enim occultum quod non reueletur. Matth.10.c
f ¶Qui annuit oculo,dabit dolorem.)Qui in nutibus oculorum irridet aliquem,nõ euadet ſine dolore tormenti aut pœnitudinis; de qualibus dicit pſalmiſta;Qui oderũt me gratis;& annuunt oculis. Pſal.34.c Vel certe qui annuit oculo,dabit dolorẽ;quia filius ſtultus mœſticia eſt matri ſuæ. Infra eodẽ. g ¶ Stultus labijs

uerberabitur.) Vel ſuis uidelicet quibus damnari meruit;quia mors & uita in manibus linguæ. C Infra.18.d Vel eorum à quibus (quia corrigi non potuit) ſententiam damnationis accepit. Quomodo pſalmiſta,cũ ait;Domine libera animam meam à labijs iniquis, Pſal.119.a & à lingua doloſa. Vtrũq; à dño quærit;ut & ipſe labia iniqua, ac linguam doloſam nõ habeat;& aliorũ iniquitate ac dolis minime poſſit decipi. h ¶Vena uitæ os iuſti.) Et dominus de doctoribus: Qui credit,inquit, in me,ſicut ſcriptura dicit,flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ. Ioan.14.f i ¶Os autem impiorũ, operit iniquitatem &c.) Impij ſunt,qui uel ſua uel proximorum errata, ne ad ſanitatem perueniãt, defendendo contegunt; quod execrãs propheta, dominum orat,ut nõ declinet cor ſuum in uerbũ malũ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Pſal.140.a
D k ¶In labijs ſapientis inuenietur ſapientia;& uirga in dorſo eius q &c.) Virga in dorſo, eſt uindicta in poſterioribus,id eſt in ſequẽti uita;quam bene plaga illa famoſa qua Philiſtæi in natibus feriebantur,exprimit. 1.Reg.5.b Qui ergo nõ uult uirgam in dorſo portare;portet in labijs ſapientiam;loquatur laudes Chriſti,& præcepta prædicet. Verum quia ſemper dominum laudare;non autem ſemper docere;nec omnia quæ nouit,omnes docere ſapienti cõuenit,recte ſubditur. l ¶ Sapientes abſcondunt ſcientiam.) Scientes uidelicet;quia tempus tacendi & tempus loquendi. Eccl'es.3.b Vnde propheta; Dum conſiſteret,inquit, peccator aduerſum me, obmutui;& humiliatus ſum,& ſilui à bonis. Pſal.38.a Et Apoſtolus;Nihil me iudicaui ſcire inter uos;niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. 1.Cor.2.a m ¶Os autem ſtulti,confuſioni proximum eſt.) Quia uel inordinate bona, uel aperte loquitur mala. n ¶ Subſtantia diuitis, urbs fortitudinis eius;pauor pauperũ, egeſtas eorum.) Diuites confidunt in diuitijs, quaſi in urbe munita. Pauperes ideo pauent,ne deficiant; quia ſe norunt egenos.Spiritualiter; qui in deum diues eſt per bona opera,confidit in illo quaſi in urbe inexpugnabili;quia à nullo poſſit hoſte ſuperari.At qui uirtutum inopia coanguſtantur;ideo cœleſtibus egent diuitijs,quia noxio pauore timẽt duros pro domino tolerare labores.

a piorum ſubuertet. Egeſtatẽ operata eſt manus remiſſa;manus autem fortium diuitias parat.Qui autem nititur mendacijs, hic pa-
b ſcit uentos;idem ſequitur aues uolãtes. Qui congregat in meſſe,filius ſapiens eſt;qui au-
c tem ſtertit æſtate,filius confuſionis.Benedictio domini ſuper caput iuſti;os autem im-
d piorum operit iniquitas. Memoria iuſti cũ laudibus;& nomen impiorum putreſcet.Sapiens corde præcepta ſuſcipiet;ſtultus cædi-
e tur labijs. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; qui autem deprauat uias
f ſuas,manifeſtus erit. Qui annuit oculo, da-
g bit dolorem. Stultus labijs uerberabitur.
h i Vena uitæ, os iuſti. Os autem impiorum operit iniquitatem.Odium ſuſcitat rixas;&
k uniuerſa delicta operit charitas. In labijs ſapientis inuenietur ſapientia;& uirga in dor-
l ſo eius qui indiget corde. Sapientes abſcon-
m dunt ſcientiam. Os autem ſtulti,confuſioni
n proximum eſt.Subſtantia diuitis, urbs fortitudinis eius;pauor pauperum, egeſtas eorum.Opus iuſti,ad uitam;fructus autẽ impij,ad

pij, ad peccatum. Via uitæ, cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit,
a errat. Abſcõndunt odiũ labia mẽdacia: qui profert cõtumeliam, inſipiens eſt. In multiloquio non deerit peccatũ: qui autem modera
b tur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Argentum electũ lingua iuſti: cor autem impiorũ pro nihilo. Labia iuſti erudiũt plurimos: qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur. Benedictio domini diuites facit: nec ſo
c ciabitur eis afflictio. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus: ſapiẽtia autẽ eſt uiro prudẽ
d tia. Quod timẽt impius, ueniet ſuper eũ: de
e ſiderium ſuũ iuſtis dabitur. Quaſi tẽpeſtas tranſiens nõ erit impius: iuſtus autem quaſi
f fundamentũ ſempiternũ. Sicut acetum, dentibus: & fumus, oculis: ſic piger his qui miſe
g runt eum in uia. Timor domini apponet
h dies: & anni impiorum breuiabũtur. Expectatio iuſtorum, lætitia: ſpes autem impio
i rum peribit. Fortitudo ſimplicis, uia domini: & pauor his qui operãtur malum. Iuſtus in æternum nõ commouebitur: impij autẽ nõ habitabunt ſuper terram. Os iuſti parturiet ſapiẽtiam: lingua prauorum peribit. Labia iuſti cõſiderant placita: & os impiorum peruerſa.

Cap. XI.

k STatera doloſa, abominatio eſt apud deum: & pondus æquum, uoluntas eius. Vbi

E a ¶Abſcondunt odium labia mendacia: qui ꝓfert contumeliam, inſipiẽs eſt.) Si ergo uerax & ſapiens eſſe deſideras, odiũ neq; in abſcõdito cordis cõtege; nec per oris contumeliã profer; ſed tuũ & cor dilectione, & os ueritate repleatur. b ¶Argentũ electũ, lingua iuſti: cor autẽ impiorum pro nihilo.) Sanctorum prædicatio igne ſpiritus ſuccincta; uelut argẽtũ examinata. Argentũ quippe uel aurum, ſi reprobũ eſt, igne cõſumitur: ſi uero ꝓbatũ igne declaratur; ſic nimirum eſt ſenſus uniuſcuiuſq; operantis. Nam qualis ſit in eo qđ laudatur, oſtenditur; hoc eſt, ſapientia huius mundi, ſeu hæreticorꝝ dogma apud eos qui in uerbo dei eruditi eſſe noſcuntur pro nihilo exiſtimatur.

c ¶Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus; ſapiẽtia aũt eſt uiro prudẽtia) Prudentia à prouidẽdo nomen accepit. Stultus
F igitur eſt qui gaudet in ſcelere. Sapientis autẽ eſt & eius qui uiri nomine
Infra.14.b dignus ſit præuidere; quia riſus dolore miſcebitur; & gaudia peccandi, pœna ſequetur ultionis.

d ¶Qđ timet impius, ueniet ſuper eum; deſiderium ſuũ iuſtis dabitur.) De illo impio dicit: qui ſciẽs peccat. Timet ergo impius uidere diſtrictũ
Phil.1.c iudicem: Deſiderãt iuſti diſſolui & eſſe cum Chriſto. Ille ne terrenis gaudijs priuetur, & ſempiterna ultiõe plectatur; iſti ne incolatus eorũ prolongetur; ſed præmia ꝓ quibus certauere, percipiant; utriſq; aũt quod corde tenẽt, adueniet. e ¶Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius &c.) De perſecutoribus eccleſiæ dicit, qui domũ fidei ſubuertere quærũt; ſed illa in uero fundamẽto, hoc eſt, in Chriſto collocata, ipſi extemplo diſpereunt. f ¶Sicut acetum dẽtibus, & fumus oculis; ſic piger his qui miſerunt eum in uia.) Sicut acetum dentibus, & fumus cõtrarius eſt oculis: ita ſacerdos in eccleſia prauus per acredinem peccati fidelium ſenſus obtũdere facit; atq; erroris ignorãtia oculos cordis eorum ab intuitu fidei ſeu intellectu rectitudinis, dum caligant, uelut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctoribus
G moleſtiam generat & lachrymas; ſic male uiuẽs catholicus eis qui ſe fidem ſuã ex operibus oſtendere iuſſerunt per inertiam grauis eſt. Oculi quippe & dentes, prædicatores ſunt ſanctæ eccleſiæ; qui ei & recta itinera præuidere; & alimẽta ſpiritualia ſuggerere ſolẽt. Porrò acetum quod à uino degenerat; & fumus q ab igne aſcendẽs euaneſcit; eos qui ab eccleſiaſtica ſuauitate & charitate per ſuperbiam uel ſocordiam recedẽtes; hanc etiam uerbis impugnãt, figurate denũciant; de quibus dicit Ioannes: Ex nobis exierũt, ſed nõ erant ex nobis. 1.Ioan.2.c g ¶Timor dñi apponet dies; & anni impiorum breuiabuntur.) Qui deo fideliter ſeruiunt, æterna luce donabũtur; at qui impietati mancipãtur cum hac uita, perdunt bona quæ amant. h ¶Expectatio iuſtorum lætitia; ſpes aũt impiorũ peribit.) Patet quia iuſti lætãtur in expectatione uitæ ſequentis, ꝗuis contriſtetur afflictione preſſuræ H præſentis. Vnde eſt illud: Tu Pſal.31.b es mihi refugiũ in preſſura quæ circũdedit me, exultatio mea. At uero impij qui ſe putant in futuro requieturos; aut certe nullos poſt mortẽ futuros falluntur. Neq; huic repugnat ſentẽtiæ quod ſupra dictũ eſt: Quod timet impius, ueniet ſuper eum. Sunt enim qui ſciẽtes futurorũ bonorũ malorumq; iudicium; nihilominus negligentia uel deſperatione, uel etiã de induſtria peccãt: talibus ergo interitus quẽ timent, eueniet. Sunt qui mala faciũt; & aut nunq; punienda æſtimant: aut ut bene geſta, ideoq; bona mercede remunerãda iudicant; de quibus recte dicitur: Quia ſpes impiorum peribit. Nã & de his qui ſcientes delinquunt, ſubſequenter adiungit. i ¶Fortitudo ſimplicis, uia domini &c.) Si, inquit, abdita ſcripturarum comprehẽdere non uales; non tamen de ſalute deſperes; ſed gradere uiã domini, age bona quæ noſti, & inter fortes connumeraberis. Sed merito paueant illi, qui recta quæ nouerunt, facere contẽnunt: quia certa reſtant quæ ſequantur mala.

Cap. XI.

STatera doloſa &c.) Statera doloſa, non tantum in men



a Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia.
b Vbi autem humilitas, ibi & ſapientia. Simplicitas iuſtorum diriget eos: & ſupplãtatio peruerſorum uaſtabit illos. Non proderunt diuitiæ in die ultionis: iuſticia autem liberabit à morte. Iuſticia ſimplicis diriget uiam eius: & in impietate ſua corruet impius. Iuſticia rectorum liberabit eos: & in inſidijs ſuis
c capientur iniqui. Mortuo homine impio,
d nulla erit ultra ſpes. Et expectatio ſollicito
e rum peribit. Iuſtus de anguſtia liberatus
f eſt: & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuum: iuſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum ſubuertetur.
g Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde
h eſt: uir autem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem
i fidelis eſt, cælat amici commiſſum. Vbi nõ eſt gubernator, populus corruet: ſalus autẽ,
k ubi multa conſilia. Affligẽtur malo, qui fidẽ facit

A in menſuratione pecuniæ, ſed in iudiciaria diſcretione tenetur. Qui enim aliter cauſam pauperis, aliter potentis, aliter ſodalis, aliter audit ignoti; ſtatera utiq; librat iniqua. Sed & is qui ſua bene geſta meliora q̃ proximorũ, ſuaq; errata iudicat leuiora; trutina ponderat doloſa.
Luc.11.f Necnon & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum; ipſe autẽ uno digito ſuo non uult ea tãgere; Ille etiam qui in publico bona, & mala agit in occulto, pro iniquitate libræ doloſæ abominatur à domino. At qui ſynceriter agit in omnibus, qui cauſam & cauſam æqua lance diſcernit; is nimirũ iuſti iudicis uolũtati, & actioni congruit. a ¶Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & cõtumelia.) Quia ſuperbi uel contumelioſe ſe gerunt per cõtemptum, ſiue per ignorantiam diſciplinæ, uel proximis contumelias ingerũt; uel certe quia omnis qui ſe exal
B tat, humiliabit. b ¶Vbi autem humilitas, ibi & ſa
Luc.10.d pientia.) Abſcõdiſti, inquit, hæc à ſapiẽtibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, id eſt, humilibus. c ¶Mortuo homine impio, nulla erit ultra ſpes.) Heu miſere hãc ſententiã pertranſijt Origenes; qui poſt uniuerſale extremumq; iudicium, uitã credidit omnibus impijs & peccatoribus dandam. Notandum autem quod & ſi impijs poſt mortem ſpes ueniæ non eſt; ſunt tamen qui de leuioribus peccatis cum quibus obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui; uel pœnis uidelicet caſtigati, uel ſuorum precibus & eleemoſynis, miſſarumq; celebrationibus; ſed hæc quibuſcunq; fiũt; & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis. Qui uero ſe longo poſt iudicium tempore liberandos putant, falluntur; & fortaſſe ad eos pertinet quod ſequitur: d ¶Et expectatio ſollicitorum peribit.) Item alia eſt ſollicitudo qua boni ſemper ad implenda dei præcepta ſunt præcincti; alia qua reprobi cũ ſciẽter peccant, ſolliciti metuũt; quando æternam rapiantur ad pœnam. Ideoq; recte expectatio eorum qui deo ſollicita mente ſeruiunt, coronabitur; eorum uero qui deum contemnentes, & ante iudicium propria cõſcientia ſe accuſante cõdemnantur, Expectatio ſollicitorũ peribit. Hũc uerſum lõge aliter habet antiqua trãſlatio quę ait: Defuncti hominis iuſti, non periet ſpes: gloria
autem impiorum peribit. e ¶Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo.) Martyr quiſq; de anguſtia paſſionis liberatus eſt poſt mortem; & tradetur in pœnam ꝓ eius cauſa perſecutor qui illum anguſtiauit. Iacobus martyrio coronatus Act.12.a eſt. Petrus de carcere ſaluatus; & Herodes q eos perſecutus eſt, à uermibus uiſibiliter conſumptus, raptus eſt, ubi inuiſibiliter uermis eius non morietur; & ignis nõ extinguetur. f ¶Simulator ore decipit amicum ſuum; iuſti autem liberabuntur ſcientia.) Hæreticus ſimulãs doctrinam catholicam, decipit auditorem ſuum; qui autẽ iuſte ueritatem ſequuntur euangelij, liberabuntur ſcientia catholica, ne decipula rapiantur hæretica. g ¶Qui deſpicit amicũ ſuum, indigẽs corde eſt: uir autẽ prudẽs tacebit.) Non eſt deſpiciẽdus uel deridendus à nobis, qui nos ſimpliciter amare ꝓbatur, etiam ſi inepte qđ per imperitiã faciat: qui enim hoc facit, indigens eſt ſapiẽtiæ. At uero prudens quiſq; de talium cõmiſſis publice tacet: ſed hæc occulte caſtigat. Qđ idem in ſequentibus uerſiculis arctius inculcatur dum dicitur: h ¶Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis eſt, cælat amici cõmiſſum.) Et in euangelio dominus dicit: Si peccauerit Luc.17.c in te frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum; ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos; ut in ore duorum uel trium teſtium, ſtet omne uerbum, & cætera. Vnde & hic recte ſubinfertur: i ¶Vbi non eſt gubernator, populus corruet; ſalus autem, ubi multa conſilia.) Ne enim te putares amici commiſſa, ſi corrigere non potes, ultra cælare debere; recte dicit populum ſine gubernatore corruere; ſaluari autem ubi multa ſint conſilia; ut oſtendat quod ſolus emendare nõ uales, pluribus eſſe reuelandum; ut una anima omnium corrigatur induſtria. k ¶Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.) In promptu eſt literæ ſenſus. Sed eſt à ſorte ſanctorũ extraneus, qui peccata ſua pœnitẽdo corrigere diſſimulat; & quicũq; talibus, uel cõmunionis gratiam concedit, uel uitã promittit æternam; quia pro extraneo fidem facit, ſeipſum profecto ante diſtricti iudicis oculos, ultione di-

E gnum reddit. Vel ille pro extraneo fidem facit, qui indignus ad ſacerdotium anhelans, in ſponſionis ſuæ fide animas proximorum ſuſcipit. a ¶Qui autem cauet laqueos, ſecurus erit.) Securus erit in futuro, qui nunc bene formidoloſus, & ſua ſedulus errata per pœnitentiam curat; & ab impœnitentiũ ſe ſocietate ſeruat immunẽ. b ¶Mulier gratioſa inueniet gloriam.) Mulier gratioſa, ſancta eccleſia intelligitur: quæ in p̃ſenti uita, gratia dei, hoc eſt, chariſmatum donis repleta eſt, & in futuro gloriam æternam adeptura eſt. c ¶Et robuſti habebũt diuitias.) Robuſti, ſunt omnes perfecti q in hac uita præſenti per donũ ſpiritus ſancti uirtutũ diuitias poſſident; & in futuro æterna beatitudine perfruetur. d ¶Manus in manu, nõ erit innocẽs malus.) Qui manum iungit in manu, nil utiq; operat̃; ſed manus in manu, nõ erit innocens malus: quia & ſi ab iniqua actiõe manus ad horã ſubtrahit, cordis tamen innocentiã malus habere nõ ualet. Vnde & præmittitur: Abominabile domino cor prauum. e ¶Semen aũt iuſtorum ſaluabitur.) Hoc eſt quod ſupra dicitur: Seminanti autem iuſticiam, merces fidelis. Vel certe, ſemen iuſtorum ſaluabitur: quia qui præcedentium iuſtorum exempla ſectantur, horum quoq; ueſtigia ad uidẽda ſalutis æternæ gaudia ſequũtur. De quibus Eſaias: Omnes qui uiderint eos, cognoſcent illos: quia iſti ſunt ſemen cui benedixit dñs. (Eſa.61.d) f ¶Circulus aureus in naribus ſuis, mulier &c.) Circulũ aureum ſi in naribus ſuis infixeris, nihilominus ille terram uertere naſo, & uolutabro luti properat immergi; ita mulier fatua ſi pulchritudinẽ uultus uel habitus acceperit, ſuam tamen faciem ad infima declinare; ſuam ſpecioſitatem ad euertendos ubiq; caſtitatis floſculos circunferre; & ſe cœno uoluptatis inquinare diligit. Aliter: Qui ornamentum diuinorum eloquior̃ meditando cõſequitur, ſed hoc male uidendo inſequitur, circulum aureũ habet in naribus; ſed more ſuis terrã ſubigere nõ deſiſtit; quia quod odore iuſticiæ percepit, immũda actione ſordidauit. Ideoq; talis anima, mulier pulchra & fatua eſſe cenſetur; quia carnalibus dedita illecebris, pulchra eſt per ſciẽtiam; ſed per actionẽ, fatua. Aliter: Qui doctrinã hæreticã nitore uidit eloquij reſplendere, nec tamen ſapientiæ apto intellectui cõgrue-

a facit pro extraneo. Qui autem cauet laqueos, b ſecurus erit. Mulier gratioſa inueniet glo- c riam. Et robuſti habebunt diuitias. Benefacit animæ ſuæ uir miſericors: qui autem crudelis eſt, propinquos abijcit. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſticiam, merces fidelis. Clementia præparat uitam: & ſectatio malorum, mortem. Abominabile domino cor prauum: & uoluntas eius in d his qui ſimpliciter ambulant. Manus in ma- e nu, non erit innocens malus. Semen autem f iuſtorum ſaluabitur. Circulus aureus in na- g ribus ſuis, mulier pulchra & fatua. Deſiderium iuſtorum, omne bonum eſt: præſtola- h tio impiorum, furor. Alij diuidunt ꝓpria, & i ditiores fiunt. Alij rapiunt non ſua, & ſemꝑ k in egeſtate ſunt. Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoq; ine- l briabitur. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput

G re, circulus aureus in naribus ſuis, id eſt, pulchra & circumflexa locutio in ſenſibus mẽtis ſtultæ; cui ex eloquio aurum ſplẽdet, ſed tamen ex terrenæ intentionis põdere more ſuis ad ſuperiora non reſpicit. Quod ſecutus expoſuit dicens: Mulier pulchra & fatua, id eſt, doctrina hæretica. Pulchra per uerbum, fatua per intellectũ. g ¶Deſideriũ iuſtorũ, omne bonũ eſt: præſtolatio impiorum, furor.) Deſiderium iuſtorũ, regnum cœlorũ: expectatio uero impiorũ, furor iudicij uenturi. Semper iuſti iuſticiam ubiq; regnare deſiderãt: at impij etiã cum quieſcere ab impietatis executione uidẽtur, ꝓpoſito tamen diræ mentis ad inferendã cuilibet uim furoris intendũt. Et hoc eſt qđ ſupra dicitur: Manus in manu non erit innocẽs malus. Item: Preſtolatio impiorum, furor: Quia plerũq; ira per ſilentium clauſa intra mentẽ uehemẽtius æſtuat. H h ¶Alij diuidũt propria, & ditiores fiũt.) Quia cẽtuplum accipiũt in hoc tempore, & in ſeculo uenturo, uitam æternam. Electi qui proprias ſubſtantias præſenti in uita ob amorem regni cœlorum indigentibus per eleemoſynas diuidunt, ditiores fiunt in cœleſtibus & ſpiritualibus donis, q̃ olim fuerãt in terrenis & carnalibus poſſeſſiõibus. i ¶Alij rapiunt nõ ſua; & ſemper in egeſtate ſunt.) Semper, inquit, in egeſtate; non ſolum in tormẽtis, ubi nec ſtillam aquæ, unde ad modicum refrigerentur, accipiũt; ſed & in præſenti, ubi q̃uis innumera rapiat, ſemper auarus eget. k ¶Anima quæ benedicit, impinguabitur; & qui inebriat, ipſe quoq; inebriabitur.) Qui exterius benedicit prædicando, interius augmenti pinguedinem recipit; & dum ſacro eloquio mentem auditorum deebriare nõ deſinit, potu multiplicis muneris deebriatus excreſcit. l ¶Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autẽ ſuper caput uendentium.) Qui ſanctæ prædicatiõis apud ſe uerba retinet, talis maledicitur in populis; quia non ſolum culpa ſilentij, ſed ꝓ multor̃ quos corrigere potuit, pœna damnatur. Ipſe eſt ſeruus piger & malus, qui ꝓ retentione talenti quod accepit, in exteriores tenebras miſſus eſt. Vendunt aũt frumentũ, qui uerbũ uitæ audiẽtibus cõferunt; à quibus precium fidei & cõfeſſionis recipiant, dicente dño: Negociamini dum uenio: (Luc.19.c) quorũ capiti benedictio ſuperuenit, dũ ſingulis de tali



A tali negocio redeuntibus dñs dicit: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. a ¶Bene conſurgit diluculo qui quærit bona: qui &c.) Bona quærere quæ facere debeas, quibus ad cœleſtia bona ꝑuenias: hoc eſt bene diluculo cõſurgere: id eſt creſcẽte luce ſcientię ad bonũ opus accingi. Vel certe bene, id eſt, ad uitam cõſurget in tẽpore reſurrectionis, qui nunc bona quærit in tẽpore operationis. Qui autẽ mala quæ dicat ſiue agat modo ſolers inquirit; tunc eorum pondere ne ad altiora regni perueniat, retardat̃. b ¶Qui confidit in diuitijs ſuis corruet: iuſti autẽ quaſi uirẽs foliũ germinabũt.) Qui præſentibus bonis inhians futura nõ cogitat, utriſq; in nouiſſimo carebit; qui autem ſpe futurorum B præmiorũ bona faciunt in præſenti iuſte quod ſperãt accipiũt. Virẽs quippe in arbore foliũ, fructus quos nõdũ oſtẽdere habet, ſignat affuturos; & iuſti quaſi uirens folium germinant: quia ſpe ſalui facti, in fidei ac uirtutum gratia proficere non ceſſant. c ¶Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit uentos; & qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.) Stultus, eſt peccator quilibet: qui dum uitam ſapientis, hoc eſt, iuſti inuidet atq; inuidendo perſequitur, ad probationem eius uelut ignis auro deſeruit. Qui mẽtem ſuam tumultibus cogitatuum noxiorum conturbari non metuit; hanc utiq; malignorum ſpirituum fluctibus quibus obruatur, aperit. Et qui ſtultus eſt, ſapientem perſequitur. Per hoc ei etiam dominando ſeruit: quia patientiam eius præmendo probatiorem reddit; ut ſe uidelicet damnato, ille brauium pro quo certabat, accipiat. d ¶Fructus iuſti, lignum uitæ.) Merces iuſti, uiſio eſt Chriſti; Ipſe nancq; eſt ſapientia, de qua dictũ eſt: Lignum uitæ eſt amplectentibus eam. Et in Apocalypſi: (Apoc.2.b) Qui uicerit, inquit, dabo ei edere de ligno uitæ, quod eſt in paradiſo dei mei. Et hunc fructum modo iuſti expectant, q̃diu ſicut prædictum eſt, quaſi uirens folium germinant. e ¶Et qui ſuſcipit animas, ſapiens.) Qui animarum curam ꝓ domino ſuſcipit; ut eas ſcilicet uel errantes doceat, uel mœſtas conſoletur; uel egentes tẽporalibus bonis ſuſtẽtet; uel renitẽtes ad remedia ſalutis pertrahat; uel paſtore deſtitutas gubernet; quo unà ſecum

a put uendentium. Bene conſurgit diluculo qui quærit bona: qui autẽ inueſtigator ma- b lorum eſt, ab eis opprimetur. Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet: iuſti autem quaſi ui- c rens folium germinabunt. Qui conturbat domum ſuã, poſſidebit uẽtos: & qui ſtultus d eſt, ſeruiet ſapienti. Fructus iuſti, lignum ui- e tæ. Et qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt. Si iu- f ſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Qui diligit diſciplinã, diligit ſcientiam; qui aũt odit increpationes, inſipiẽs eſt.

Caput XII.

g QVi bonus eſt, hauriet à domino gratiam: qui autem confidit cogitationibus ſuis, impie agit. Non roborabitur homo ex impietate: & radix iuſtorum non cõ- h mouebitur. Mulier diligens, corona eſt uiro ſuo: & putredo in oſſibus eius, quæ confu- i ſione res dignas gerit. Cogitationes iuſtorum, iudicia: & conſilia impiorum, fraudulenta. Verba impiorũ inſidiantur ſanguini: os iuſto

C plures ad dñm perducat; qui, inquam, ita animas ſuſcipit, ſapiẽs eſt. Quia nimirum ſuæ animæ per hæc unde ſublimius cum domino regnet, procurat. f ¶Si iuſtus in terra recipit; quanto magis impius & pec. &c.) Si ſancti martyres tanta paſſi ſunt iuſti, quanta putas eos manere tormenta, qui illos affligebãt iniuſti? Si Iob & Tobias, cæteriq; dei electi tanta in hac uita receperunt aduerſa; quid cõtriſtaris, ſi te qui tam longe à iuſtorũ ueſtigijs iaces, tẽtans uel modicum afflictio tangit? Et quidẽ te & ſi impiũ dicere aut credere non debes: peccatorem tamen te eſſe, id eſt, aliqua habere peccata parua ſiue magna, aperta ſiue occulta, inficiari non debes; imò confiteri debes, ne te ipſe ſeducas; & ueritas in te eſſe non poſſit. Si ergo iuſti in terra cœperunt, Abel martyrij, & Iob exẽpla patiẽtiæ: D quanto magis impij Antiochus, atq; Herodes, & peccatores in euãgelio paralytici; qui non niſi dimiſſis primo peccatis, curari à domino potuerunt? Notandũ quod hanc ſententiam Petrus in epiſtola iuxta antiquam translationem poſuit, dicens: (1.Pet.4.d) Et ſi iuſtus uix ſaluabitur, impius & peccator ubi parebunt?

Caput XII.

QVi bonus eſt, hauriet à domino gratiam: qui autem &c.) Horum uerſiculorum connexio talis eſt: Qui bonus eſt, non cõfidit cogitationibus ſuis; ſed domini gratiam quærit: ac per illã accipit, ut pie uiuere poſſit. Qui autem cogitationibus ſuis cõfidit, bonus eſſe nequit. Nam quia gratiã ſuperni adiutoris petere nõ curat, merito in impia actione perdurat. h ¶Mulier diligẽs, corona eſt uiro ſuo, & putredo in oſſibus &c.) Patet literę ſenſus: Quia mulier bona & caſta, honorem uiro ſuo præbet in omnibus eius uirtutibus; ipſa domum bene regẽs, quaſi gratiam addit coronæ. At uero adultera; & ſi foris ſpecioſa paret, intus tamẽ fœtore luxuriæ ſua membra inquinat. Verum ſpiritualiter, eccleſia coronam Chriſto non aliam q̃ ſeipſam offert: omnes (Pſal.76.b) enim qui in circuitu eius ſunt, offerunt munera; & filius Sirach de magno ſacerdote: ipſe ſtans iuxta (Eccli.50.b) aram, & circa illum corona fratrũ. At oſſa, id eſt, uirtutes quas hæreticorũ factio cernitur habere, putredo praui dogmatis corrumpit. i ¶Cogitationes iuſtorum, iudicia; & conſilia impiorũ fraudulenta.)

os iuſtorū liberabit eos. a Verte impios & nō
erunt; domus autem iuſtorum permanebit.
b Doctrina ſua noſcitur uir. c Qui autem ua-
nus & excors eſt, patebit contemptui. d Me-
lior eſt pauper & ſufficiens ſibi, q̃ glorioſus
e & indigens pane. Nouit iuſtus animas iu-
f mentorum ſuorum. Viſcera autem impio-
g rum crudelia. Qui operatur terram ſuam, ſa-
turabitur panibus; qui autem ſectatur ociū,
ſtultiſſimus eſt. Qui ſuauis eſt, uiuit in mo-
derationibus; & in ſuis monitionibus relin-
h quit contumeliam. Deſiderium impij mo-
i numentum eſt peſſimorum. Radix autem
iuſtorum proficiet. Propter peccata labiorū
ruina proximat malo: effugiet autem iu-
k ſtus de anguſtia. De fructu oris ſui, unuſ-
l quiſq; replebitur bonis. Et iuxta opera ma-
nuum ſuarum retribuetur ei. Via ſtulti re-
cta in oculis eius; qui autem ſapiens eſt, au-
m dit conſilia. Fatuus indicat ſtatim iram ſuā;
qui autem diſſimulat iniuriam, callidus eſt.
Qui quod nouit loquitur, iudex iuſticiæ eſt:
qui

E Iuſti ſua facta ſi domino placeant, ſedula meditatione diiudicant: ne forte ipſis minus ſolicitis, ſupernus arbiter contra eos inuiſibiliter aduerſa diſponat; iuxta illud Apoſtoli: *1. Cor. 11. g* Si noſmetipſos diiudicaremus, non utiq; diiudicaremur. At reprobi diuini timoris obliti, de fraude quam faciunt, ſua cōſilia cogunt. a ¶Verte impios & nō erunt; domus autem iuſtorum permanebit.) Verſi de hac uita impij, non erunt quod fuerant; quia poſt mortē non qualia credebāt, inueniunt; ſed ſpe ſua fruſtrati, ꝓ præmijs tormenta recipiunt. Domus aūt iuſtorum, id eſt, eccleſia: quæ partim peregrinat̃ in terris, partim regnat in cœlo; nūq; deficit, ſed quæcunq; membra eius hinc illò perueniūt; ibidē gaudia quæ ſperabāt, inueniūt. *Alia expo.* Aliter: Verte impios & non erunt; Quod multa impietas in dijs gētilium, multa in ſectis hæ- F reticorum, multa in præſtigijs magorum, multa in perſecutionibus extitit paganorū; ſed his domino donāte ſubuerſis, ablata eſt pariter & memoria impietatis eorum; etiam ipſi apices ſtulti, ipſa dogmata igne rapta; ut *Act. 19.* in Epheſo actum tempore Apoſtolorum legimus. Domus autem iuſtorum permanebit; quia ſancta eccleſia nunq; uel abſcondi potuit uel auferri: nihil ex eius corrumpere ſcripturis: in nullo eius fidem uiolare; tanta temporum longitudo præualuit. Poteſt & ita intelligi: Verte impios & non erunt; conuerte eos ab impietate; & non erunt iam impij, ſed iuſti; pro quo alia translatio dicit: Quocunq; ſe cōuertit ſceleſtus, exterminabitur; cui contra de ſan- *Rom. 3. c* ctis dicitur: Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. b ¶Doctrina ſua noſcitur uir.) Viros uocare ſcriptura ſolet eos, qui uir- *1. Cor. 16. c* tutibus ſunt præditi diuinis. Vnde Apoſtolus: Vigilate, ſtate in fide, uiriliter agite. Doctrina ergo ſua quiſq; uir eſſe noſcitur; quia ſi recta docet, & hæc operibus implet, ſanctus eſſe colligitur. c ¶Qui autem uanus & excors eſt, patebit contemptui.) Quia ſcilicet ipſe uirilis animi fortitudinem habere contempſit. d ¶Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, q̃ glorioſus & indigēs pane.) Melior eſt idiota & ſimplex frater, qui bona quæ nouit operans, uitam meretur in cœlis; q̃ qui clarus eruditione ſcripturarū, uel etiam doctoris functus officio, indiget

pane dilectionis. De cuius dilectionis ea parte quæ G ad proximum pertinet, ſubſequenter adiungit. e ¶Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum.) Id eſt, miſeretur & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorum ſibi commiſſorū. f ¶Viſcera aūt impiorum crudelia.) Qui non ſolum non cōpatiūtur ſubditis, ſed etiā iuxta hoc quod dominus ait: percutiunt pueros & ancillas, dicentes: Moram facit dn̄s meus *Luc. 12. f* uenire. g ¶Qui operatur terram ſuam, ſaturabitur panibus; qui aūt ſectatur ociū, ſtultiſſimus eſt &c.) Ille terram ſuam ſtrēnue operatur, qui arcana cordis ſui per quotidiana exercitia, per legis meditationem, per uigilantiam mentis; quaſi qui exercet agriculturā, inſtanter erudit; atq; ſpiritualibus cibis uelut panibus, ne fame ignorantiæ periclitetur, interioris hominis ſui ſenſum H reficere non deſiſtit. Qui exercet animam ſuā ſpiritualibus ſtudijs; & nunc uirtutibus, & tunc dapibus ſaturabitur pręmiorum. Qui autē pro ſalute animæ ſuæ nūc laborare detrectat; tunc inter ſtultos reprobabitur: tametſi nunc uel diuina, uel mūdana ſapientia glorioſus uidetur. h ¶Deſideriū impij, monumētum eſt peſſimorū.) Deſiderat impius præcedētes malos imitari; & de illoꝝ uita atq; actibus loqui. Vel certe deſideriū eius eò tendit, q̃uis ipſo neſciēte; ut cū prioribus iniuſtis, æternę mortis carcere claudat̃. Verū quia tales exitū quē minime præuident, incurrunt; dicit ecōtra de bonis. i ¶Radix autem iuſtorum proficiet.) Quia nimirum fides, & charitas electorū, qua radicati ſunt in Chriſto, nequaq; eos fallit; ſed ad perfectiora ſemper creſcēs, pluſq; ſperare nouit, ĩ futuro percipiet. k ¶De fructu oris ſui unuſquiſq; replebitur bonis.) Fructus oris, eſt ſermo bonus. Nam qui mala loquitur, non fructum ore generat, ſed damnū. Omnis igitur qui bona loquitur, bonis donabitur æternis; ſi tamē his quæ loquitur actu nō repugnat. Hoc etenim uigilanter adiungit cum dicit. l ¶Et iuxta opera manuū ſuarū retribuet̃ ei.) Neq; eñ aliter fructuoſus fit ſuus ſermo doctori, niſi ipſe prior faciat bona q̃ docet. m ¶Fatuus indicat ſtatim iram ſuam &c.) Qui ſe in præſenti deſiderat ulciſci, fatuus eſt; qui autem pro dn̄o iniuriam contemnit, ſapiens. Hunc uerſiculum alia translatio



qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.
a Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur
b conſcientiæ. Lingua autem ſapientiū eſt ſa-
c nitas. Labium ueritatis firmum erit in per-
petuum; qui autem teſtis eſt repentinus, con
cinnat linguam mendacij. Dolus in corde
cogitantium mala: qui autem pacis ineunt
conſilia, ſequitur eos gaudium. Non contri-
ſtabit iuſtum quicquid ei acciderit; impij au
tem replebuntur malo. Abominatio eſt do-
mino labia mendacia: qui autem fideliter
d agunt, placēt ei. Homo uerſutus cælat ſcien-
e tiam. Et cor inſipientium prouocat ſtulticiā.
f Manus fortium dominabitur: quæ autem
g remiſſa eſt tributis ſeruiet. Mœror in corde
uiri humiliabit illum; & ſermone bono læti-
h ficabitur. Qui negligit damnū propter ami
i cum iuſtus eſt. Iter autem impiorū decipiet
k eos. Non inueniet fraudulentus lucrum: &
ſubſtantia hominis erit auri precium. In ſe-
l mita iuſticiæ, uita; iter autem deuium ducit
ad mortem.

Cap. XIII.

m Filius ſapiēs, doctrina patris; qui aūt illu-
ſor eſt, non audit cū arguitur. De fructu
oris

A translatio ſic habet: Stultus eadem hora pronunciat iram ſuam; occultat autem ignominiam ſuam aſtutus. Non autem ignominioſam iracundiæ paſſionem ita à ſapientibus occultādam eſſe decernit; ut eius uelocitatem culpans, non prohibeat tarditatem; quam utiq; ſi per neceſſitatem humanæ infirmitatis irruerit, ideo cenſuit occultandam: ut dū ad præſens ſapiēter obtegitur, à ſapientibus amoueatur, & in perpetuum deleatur. Hæc eñ eſt natura iræ, ut dilata langueſcat & pereat; ꝓlata uero magis magiſq; ferueat. a ¶Eſt qui ꝓmittit &c.) Promittunt ſe nonnulli obedire ueritati: ſed ubi tentatio terrens ſiue blādiens impedimentū præſtiterit, deſerunt quidem cœpta; ſed tamen cōſcientia promiſſi, quaſi gladio pungunt̃. b ¶Lingua aūt ſapientiū eſt ſanitas.) Quia & bona quæ promittunt, ipſi perficiendo B ad uitam perueniunt; & alijs quæ ſequantur, prædicando demonſtrant. c ¶Labium ueritatis firmum erit in perpetuum qui aūt &c.) Labiū ueritatis, eſt prædicatio apoſtolorum atq; prophetarum; quorum locutio dū à tramite ueritatis non deuiat, in æternū firma perſiſtit; quia diſſolui minime poteſt. Teſtis repentinus, doctor eſt hæreticorum; qui ab eorum dictis aberrans; dum ea quæ recte non ſentit, repente pronunciare cupit; mendacium potius q̃ ueritatis locutionem cogitatione ſua componit. Fides eccleſiaſtica ſemper manebit; qui autem repente noua dogmata infert, mēdacij eſt miniſter. d ¶Homo uerſutus cælat ſcientiam.) Verſutus hoc loco in bono intelligitur; id eſt ſapiens & prudēs, qui nonnunq; de induſtria, ſuam cælat ſcientiam; duplici nimirū ratione, uel nō ualens infirmis auditoribus loqui quaſi *Matth. 7. d* ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: uel nolens dare ſanctū canibus; neq; ante porcos margaritas proijcere. e ¶Et cor inſipientiū &c.) Quando uel ipſi *Rom. 12. d* plus appetētes ſapere, q̃ oportet ſapere, eò uſq; meditādo proſiliunt; ut pro ſapientia, ſtulticiā teneāt. Vel certe alios quę necdū capere queunt, docere nitentes, ad maiorē eos ſtulticiā prouocant: & quaſi ſaucijs oculis lumen ingerentes, ſolis modicū lucis, quod cernere uidebant̃, auferunt. f ¶Manus fortium dn̄abitur &c.) Perfecti quippe nō ſolū uitioꝝ

bella ſuperant, ſed & electis fratribus maiori uirtu- C tum gratia principantur. Qui autē diſſoluti animo peccatis implicari nō metuūt, peſſimo exactori diabolo tributa uitioꝝ quotidie ſoluūt; & ſi nō dn̄ium eius uiuētes pœnitēdo euaſerint, poſt mortē traditi eidē in carcerē ab eo pœnaꝝ mittunt̃ ęternaꝝ; iuxta qđ dn̄s in euangelica parabola teſtat̃. Neq; eñ *Matth. 5. d* de talium correctione deſperandum eſt, cum protinus adiūgat̃. g ¶Mœror ĩ corde uiri hu. &c.) Quia nimirū neceſſe eſt ut prius peccatorē mœror pœnitentiæ ſalubriter hūiliet; & ita poſtmodum per iudicium ſacerdotis, ſermo datæ reconciliationis lætificet. h ¶Qui negligit damnū propter amicū, iu. eſt.) Si hoc de generali pecuniæ largitione, & puro homine amico recte dicit̃; quāto magis iuſticiæ corona dignus eſt; q propter eū q dixit; Dico uobis ami- *Luc. 12. d* cis meis, ne terreamini ab his qui occidunt cor- D pus; uel uēdens quæ poſſidet, paupibus tribuit; uel rapinam bonoꝝ ſuorum cū gaudio ſuſcipit; uel certe ipſam in paſſione carnē mortificandā, ſiue occidendam tradit. i ¶Iter aūt impiorū &c.) Cum uel ſua retinere, uel aliena rapere gaudent. Vnde recte ſubiungitur. k ¶Non inueniet fraudulentus &c.) Fraude naq; acquiſita pecunia, plus in anima damni q̃ lucri addit in arca; & qui propriā pro dn̄o ſubſtantiā nouit diſpenſare, remunerante ipſo, pro terrenis cœleſtia dona recipiet. Aliter: Nō inueniet fraudulentus lucrum; & ſubſtātia hominis erit auri preciū; qui fraudulenta mēte ſimulat ſe eſſe bonū; nequiter uiuens in occulto, nō inueniet bona uitæ ſequētis. Qui aūt ſubſtantiā uirtutū ſpiritualiū ueraciter acq̃rit, mercabitur ex ea claritatē regni perrēnis: quod uerbis ſequētibus apertius dicit. l ¶In ſemita iuſt. &c.) In ſemita eñ iuſticiæ, ſubſtantiā acq̃rit uirtutū; qui bus æternæ uitæ claritas auro precioſior emitur. Iter autē prauū quo fraudulētus incedit perdito lucro tēporali quod appetit; ad mortē quā præuidere noluit tendit ſempiternam.

Cap. XIII.

Filius ſapiens, doctrina patris &c.) Tantum inter ſapientem diſtat & ſtultum; ut hic aliquādo profectu eruditionis ad eum qui ſe docuerat, docēdum perueniat; ille nec cū arguitur, nouerit audire.

E a ¶Vult & nõ uult piger &c.) Recte pigri uocabu lo denotatur, qui uult regnare cum domino & nõ pati pro eo: delectant præmia, cum pollicentur: deterrent certamina cum iubentur, de quo Iacobus
Iaco.1.b ait: Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Et filius Sirach:
Eccli.2.c Væ peccatori terram ingrediẽti duabus uijs: qui aũt iuſſa operantur dñi: ideo faciunt: quia anima illorũ perfecta ſupernorum dulcedine reficitur, iuxta eum qui dominũ
Pſal.26.b obſecrat dicẽs: Sicut adipe pinguedinis repleatũ anima mea. Vel certe anima operantium impinguabitũ: quia qui pijs pro domino laboribus inſudant, cœleſti & immarceſſibili poſt labores corona donabuntũ. b ¶Eſt quaſi diues cum nihil ha
Luc.16.c beat &c.) Diues ſibi uidebatur ille qui induebatũ purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. Sed quia deum nõ ha
F buit, comperit in fine nihil fuiſſe qđ habuit. Vnde dictum eſt de talibus:
Pſal.75. Dormierunt ſomnũ ſuũ: & nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiarum in mani-
Luc.16. bus ſuis. Pauper econtra uidebatur Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, ulceribus plenus: ſed in multis erat diuitijs, quia uirtutem habuit humilitatis: quia cõditorem omnium diuitiarũ, uidelicet deum corde geſtabat. Quid autem ueræ diuitiæ ualeant: quid uera paupertas agat, ſubdendo manifeſtat. c ¶Redemptio animæ uiri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt, increpationẽ non ſuſtinet.) Qui ergo animam ſuam uult redimi à futura ira, cõgreget diuitias operum bonorum: Qui enim eget huiuſmodi diuitijs, increpationem diſtricti iudicis ſuſtinere non ualet, de qua pſalmiſta poſtulat, dicens:
Pſal.6. Domine ne in ira tua arguas me: neqꝫ in furore tuo corripias me. Alioqui pauperes non ibi increpanẽ à domino, ſed benedictionem æternæ hæreditatis percipiunt. d ¶Lux iuſtorũ lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.) Lux iuſtorum quæ perpetuo lætificat, ſpes eſt futurorum. Lucerna impiorum quæ repente extinguitur, felicitas eſt ſeculi labentis. e ¶Inter ſuperbos ſemp iurgia ſunt qui autem agunt &c.) Iurgantur inter ſe ſemper hæretici: iurgantur & cæteri reprobi: quia uidelicet non norunt unitatem fidei & ueritatis. Fideles autẽ qui conſilio diuinorum eloquiorum frui non ceſſant, reguntur moderatione ſapientiæ, quæ eos iurgari non ſinit. f ¶Subſtantia feſtinata minuetur, quæ autem paulatim colligitũ manu multiplicabitur.) 1.Timo.6 Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem: neqꝫ ipſas diuitias quas uel acquirũt uel cupiũt, perpetuo poſſidẽt. Qui autẽ pro accipienda ſubſtantia præmiorum cœleſtiũ iuſtis inſiſtit laboribus, multiplicia ſupernæ beatitudinis munera percipiet, de quo apte ſubditur. g ¶Spes quæ differtur, affligit animam: lignum uitæ deſideriũ ueniẽs.) Quia nimirũ q̃diu differtur ſpes æternorũ, affligitur anima fideliũ: uel pro dilatione uidelicet bonorum, quæ amat: uel pro illatione malorũ, quę tolerat. At ubi uenerit quod deſiderat, facile obliuiſcitur quod ſuſtinuerat: quia in æternum uiuere incipit cũ ſuo redemptore: quem tota intentione quærebat: ipſe eſt enim lignũ uitæ amplectẽtibus ſe. h ¶Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurũ obligat.) Qui bonę rei detrahit, ſe in futurũ obligat: quia quod non debuit faciendo, pœnam ſibi qua conſtringatur præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit, ipſe ſe in futurum obligat: Nõ ut pro tali detractione pœnas luat, ſed ut poſt detractionẽ ſeſe cautius agat: quia nimirum quæ in alijs iuſte reprehendit, in ſe impune non admittit, clamãte Apoſtolo: Qui præ- Roma.2 dicas non furandum, furaris: qui dicis nõ mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, ſacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deũ inhonoras. i ¶Qui aũt timet præceptũ, in pace uerſabitur.) Melius eſt ergo de ſua quenqꝫ fragilitate metuere, ne forte diuina præuaricetẽ imperia, quàm aliorum errata ſtulto ore lacerare. Dicente rurſus Apoſtolo: Et ſi præoccupatus fuerit Gala.6.a homo in aliquo delicto: uos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis: conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. k ¶Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui aũt fa. &c.) Vbi omnia cum

G
H

oris ſui homo ſatiabitur bonis: anima autẽ impiorum iniqua. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſide-
a ratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Vult & non uult piger: anima autem operãtium impinguabitur. Verbum mẽdax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit & confundetur. Iuſticia cuſtodit innocentis uiam: impietas autem peccatorem ſupplantat. Eſt
b quaſi diues cũ nihil habeat: & eſt quaſi pau-
c per, cũ in multis diuitijs ſit. Redemptio animæ uiri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt,
d increpationem non ſuſtinet. Lux iuſtorum lætificat: lucerna autẽ impiorum extingue-
e tur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt cuncta conſilio, reguntur ſa-
f pientia. Subſtantia feſtinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur, manu multipli-
g cabitur. Spes quæ differtur, affligit animã:
h lignum uitæ, deſideriũ ueniens. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat. Qui
i autem timet præceptum, in pace uerſabitur. Animæ doloſæ errant in peccatis: iuſti autẽ miſericordes ſunt & miſerantur. Lex ſapientis, fons uitæ: ut declinet à ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam: in itinere cõtem-
k ptorum uorago. Aſtutus omnia agit cũ cõſilio: qui autem fatuus eſt, aperiet ſtulticiam.
Nuncius



A cum conſilio docet agenda, diuinum potius quod ſacris eloquijs inditum eſt, quàm humanũ intelligẽ conſilium. Fatuus eſt enim qui extra hoc cõſilium uiuit, quamuis naturaliter aſtutus eſſe uideatur & prudens. De quo recte ſubditur: a ¶Nũcius impij cadet in malũ.) Ariũ dicit & Sabellium cæteroſqꝫ angelos, id eſt, nuncios ſatanæ: qui quoniã conſilium neglexere diuinarum ſcripturarũ, deciderunt in malum gehẽnalium tormentorum. b ¶Legatus autem fidelis, ſanitas.) Id eſt, catholicus quiſqꝫ prædicator, ſanitatem ſibi ſuiſqꝫ auditoribus acquirit æternã. c ¶Deſiderium ſi compleatur, delectat animã: deteſtanẽ &c.) Omne deſiderium ſiue bonum, ſiue malum ſit: ubi ad effectũ peruenerit, delectat animã. Sed ſtulti qui carnalibus ſolum deſiderijs gaudent, deteſtãtur eos qui pro amore cœleſtiũ, infima oblectamenta cõ
B temnunt. d ¶Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit &c.) Cum ſapientibus ire, eſt ſapientium actus imitari. Quamlibet ergo ſimplex quiſqꝫ ſit & ruſticus, qui arcana ſapientiæ comprehendere nequeat; ſi tamen ſapientium exempla uiuẽdo ſectatur, iure inter ſapientes annumerabitur. Qui uero ſtultos non propter naturam, quia homines ſunt: ſed propter ſtulticiam, quia mimi ſunt, uel hiſtriones, uel aliqui tales: non ut inſtruendo corrigat, amat: ſed ut fauendo deteriores efficiat: alijs nimirum & ſi per ingenium, uel doctrinam, ſapiens uidetur, ſtultorum nota peccat: uel turpitudine dignus, ſimul & damnatione tenebitur. e ¶Bonus relinquet hæredes, filios & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris.) Sæpe uidemus bonos ſine filijs obire: imò maiora à domino præmia polliceri, his qui filiorum procreationi uirginitatis caſtimoniam præpoſuerint, ſed & ſubſtantiam iuſtorum à peccatoribus tolli.
Hebr.10.g Nam & Apoſtolus glorificat eos qui rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſceperũt. Vnde ſpiritualiter intelligendum: quia bonus & iuſtus dominus eſt, qui poſt paſſionem ſuam aſcẽdens in cœlũ, reliquit hæredes ſuæ doctrinæ, apoſtolos & ſucceſſores eorum: ad cuius fidem conuerſa eſt multitudo gentium, quæ erat ſubſtantia diaboli. Intrauit nanqꝫ in domum eiuſdem male fortis aduerſarij: & eum maiori uirtute conterens, diripuit arma eius in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuit: ut
Luc.11.c ipſe in euangelio teſtatur. Vel certe iuſto ſubſtãtia peccatoris cuſtodita eſt, quando ablatum eſt à Iudæis regnum dei: & datum eſt gẽti facienti fructus eius. C Matth.21.d f ¶Multi cibi in noualibus patrum: & alijs cõgregantur abſqꝫ iudicio.) Abſqꝫ iudicio recto facit, qui diuitijs congregandis ſedulus inſiſtit: & has aggregatas non ipſe pro redemptione animę ſuæ pauperibus diſpẽſat, ſed alijs poſt ſe diſpẽſandas reſeruat, iuxta quod in ſuperiore uerſu iuxta literam dicitur: Et cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris: maxime cum ſibi uictus abundet ex iure paternæ hæreditatis: neqꝫ ulla pecunias colligendi neceſſitas incũbat. Hoc eſt enim quod ait: Multi cibi in noualibus patrum. Iuxta uero ſenſum ſpiritualem, multi ſunt cibi alimoniæ cœleſtis in dictis & exemplis uenerabilium patrũ. Et abſqꝫ ratiõe facit, qui his legendis, meditandis, & exponendis inſtans: non ſuæ ſaluti per hoc, ſed aliorum potius ſeruit: dum D ipſe ab his quæ legit, uel actibus reprobis, uel etiã in impietate ſenſus hæretici diſcrepat. Talis nanqꝫ in noualibus, id eſt, operibus ſiue ſermonibus patrum, optima inſtitutione excultis: nõ ſibi, ſed alijs ſubſidium acquirit: illis uidelicet qui tractatus eius legẽtes, arcana per eos ſpiritualis ſenſus, quibus interius reficiantur, inueniunt. Vtriqꝫ autem ſenſui conuenit apte quod ſequitur: g ¶Qui parcit uirgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit.) Nam & pater bonus, filium: & diſcipulum, magiſter catholicus: ne ad iniquitatem deflectat, ſollicitus erudit. Præcedentem autẽ uerſiculũ, antiqui interpretes ita tranſtulerunt: Viri iuſti diuitijs, annis multis fruentur: iniqui autem periẽt breuiter. h ¶Iuſtus comedit & replet animam ſuam: uenter autem impiorum inſaturabilis.) Iuſtus percipit cibos ſapientiæ: qui in noualibus patrum, hoc eſt, in operibus ac uerbis præcedentium iuſtorum probantur exorti: & hos ad profectum animæ ſuæ bene uiuendo traijcit. Venter autem impiorum, id eſt, capacitas ſenſus hæreticorũ inſaturabilis, quia ſicut Apoſtolus ait: Semper diſcentes, nunq̃ ad ueritatis ſcientiam perueniunt. 2.Timo.3.b Quare autem ſaturari ſcientia non merentur: niſi quia nequaq̃ refecti cibis paternæ inſtitutionis, alijs hoc cõgregant abſqꝫ iudicio?

Cap. XIIII.

Sapiens mulier ædificabit domum ſuam: inſipiens extructã &c.) Et unaquæqꝫ anima fidelis, & eccleſia ꝑ orbẽ catholica, manſionẽ ſibi in patria cœleſti

a Nũncius impij cadet in malũ. Legatus au-
b tẽm fidelis, ſanitas. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinã, qui autem acquieſcit
c arguenti, glorificabitur. Deſiderium ſi completur, delectat animam: deteſtantur ſtul-
d ti eos qui fugiunt mala. Qui cum ſapiẽtibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum efficietur ſimilis. Peccatores perſequitur malũ:
e & iuſtis retribuẽtur bona. Bonus relinquet hæredes, filios & nepotes: & cuſtoditur iu-
f ſto ſubſtantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrũ: & alijs congregãtur abſqꝫ iudi-
g cio. Qui parcit uirgæ, odit filium ſuum: qui
h autẽ diligit illũ, inſtãter erudit. Iuſtus cõmedit, & replet animam ſuam: uenter autẽ impiorum inſaturabilis. Cap. XIIII.
i Sapiens mulier ædificabit domũ ſuã: inſipiẽs extructã quoqꝫ deſtruet manibus.
Ambulans

a Ambulans recto itinere, & timens deum:
deſpicitur ab eo qui infami graditur uia. In
b ore ſtulti, uirga ſuperbiæ: labia ſapientum
c cuſtodiunt eos. Vbi nōn ſunt boues, præſe-
pe uacuum eſt: ubi autem plurimæ ſegetes,
ibi manifeſta fortitudo bouis. Teſtis fidelis
non mentietur: profert mendacium dolo-
d ſus teſtis. Quærit deriſor ſapientiam, & non
inueniet: doctrina prudentium facilis. Va-
e de contra uirum ſtultū: & neſciet labia pru-
dentiæ. Sapientia callidi eſt intelligere uiam
ſuam: & imprudentia ſtultorum errās. Stul-
tus illudit peccatum: & inter iuſtos mora-
f bitur gratia. Cor quod nouit amaritudinē
animæ ſuæ; in gaudio eius non miſcebitur
g extraneus. Domus impiorum delebitur: ta-
bernacula iuſtorum germinabunt. Eſt uia
quæ uidetur homini iuſta: nouiſſima autem
eius deducunt ad mortem. Riſus dolore mi-
ſcebitur: & extrema gaudij, luctus occupat.
Vijs ſuis replebitur ſtultus: & ſuper eū erit
h uir bonus. Innocens credit omni uerbo: aſtu-
tus conſiderat greſſus ſuos.

Sapiens

E coeleſti bonis actibus ædificat. At uero reprobi, ea quæ bene ſunt à bonis ordinata, male uiuendo aliquando etiam aperte repugnando diſſipāt. Quare autem ſtulti ſapientium actus lacerent, ſequētibus uerbis oſtenditur, cum dicitur: a ¶Ambulans recto itinere, & timens deū deſpicitur ab eo qui infami gradit̃ uia.) Abominatio eſt enim peccatoribus bonorū religio: ſtultumq́ uidetur incredulis, cū fideles propter dei timorem: nō tantū abijciunt timorem, ſed & tormenta rident eorum qui occidunt corpus. De quibus adhuc apte ſubiungitur. b ¶In ore ſtulti, uirga ſup. &c.) Quia ſtulti per uaniloquium, humiles quos deſpiciunt, affligunt: ſed idē humiles ſpiritu per doctrinam ſe ſapientia ne decipiant̃, muniunt. c ¶Vbi nō ſunt boues, præſepe uac. &c.) Hærent hæc ſuperiori-

F bus. Boues nanq; doctores catholicos: præſepe, cœtum auditorum: ſegetes dicit fructus operum bonorū. Incaſſum ergo tumet ſuperbus; & indocta eloquentia uerberat aures ac corda ſubiectorum: quia ubi non ſunt docti prædicatores, fruſtra ad audiendum confluit turba plebium. Vbi autē plurimæ operationes apparent uirtutum, ibi apertiſſime claret: quia nō hæreticus in uanum garrit, ſed pro uerbi fruge laborauit ille, qui & ipſum uerbum caſto ore ruminare, & uiam ueritatis recto diſcretionis pede noſcet incedere. Nec mirandum, cur in præſepi, auditores ſignificari dixerimus; cum bos alatur de præſepi: doctor autem uerbo audientes ſoleat nutrire; ſed intuendum: quia & de labore bouis præſepe impletur; & ipſe bos ſuo fructu de præſepi reficit̃. Quia nimirum prædicator fidelis, & audientes uerbo reficit; & eadem refectione apud deum ipſe proficit, quod in opere figuratur Heliæ, qui Saraptanam ui-

3.Reg.17.b duam paſcit, à qua & ipſe paſcitur. d ¶Quærit deriſor ſapientiam, & non inueniet &c.) Caiaphas

Matth.26.f qui domino dixit: Adiuro te per deum uiuum: ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus; quia male quærebat, inuenire quod rogabat, non meruit. At diſcipuli qui ſeſe humiliter auditui ueritatis ſubdiderant, accepta ſpiritus gratia: non ſolummodo Chriſtū dei filium cognoſcere, ſed & abdita ſcripturarum intelligere meruerunt. Sed & tunc doctrina prudētium facilis erat, quādo Cornelius cum domo ſua, & cæ-

G teri tales uerbum humiliter audientes, mox crede- Act.10.a

bant: & accepto ſpiritu ſancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei catholicæ prudens quiſque dum catechizatur, facile percipit: quam hæretici quia peruerſe quærunt, nunquam prorſus inueniūt. e ¶Vade contra uirum ſtultum: & neſciet labia prudentiæ &c.) Ideo deriſor ſapientiā quā quærit, non inuenit; quia & ſi aperte contra illius ſtulticiam diſputando incedas, neſcit ītelligere quæ dicis; ut Arius, qui uerbum conſubſtantialitatis in patre & filio, nuſquam in ſcriptura inueniri poſſe cōtendebat, cū ei manifeſte ſcriptū obijceret̃: Ego & pater unū ſumus. Ioan.10.f Et: Deus eſt uerbum: & cætera talia. Ideo doctrina prudentium facilis eſt: quia labia prudētiæ ſapientia: id eſt, quia labia quæcunq; prudentiæ moderamine regun-

H tur, de ſapientia ſolum loqui & audire dulce habent; eiusq; meditationi operam dare ſatagunt. f ¶Cor quod nouit amaritudinem animæ &c.) Amaritudinem habent animæ & electi, quàmdiu à gaudijs differuntur æternis: & reprobi cum deſiderijs affliguntur peruerſis. Sed electi quia in luce ambulant amaritudinem ſuam quando ſit gaudio mutanda præuident. Porrò reprobi propria ſponte cæcati; quid in præſenti patiantur, non uident: quid in futuro ſint paſſuri, non præuident: ideoq; à futuris bonorum gaudijs remanebunt extranei: quia amaritudinis eorum præſentis, non nouerunt eſſe participes. Vnde & apte ſubditur: g ¶Domus impiorum delebitur: tabernacula iuſtorum germinabunt.) Domus quippe in manſione, tabernaculis uti ſolet in itinere. Domus igitur impiorum delebitur; quia habitationem uitæ præſentis, in qua ſemper manere deſiderabant perdent in morte reprobi; & hoc quod non præuidebant, exilium perpetuæ damnationis ſubibunt. Tabernacula autem iuſtorum germinabunt; quia præſens eorum conuerſatio, in qua incolæ ſunt apud deum & peregrini, creſcentibus ſine ceſſatione meritis, ad fructum uſq; ſuauiſſimum patriæ cœleſtis pertingit. h ¶Innocens credit omni uerbo: aſtutus cōſiderat greſſus ſuos.) Hanc innocentiam

uetuit:



a Sapiēns timet, & declinat à malo: ſtultus trā-
b ſilit & confidit. Impātiens operabitur ſtulti-
ciam, & uir uerſutus odioſus eſt. Poſſidebūt
paruuli iuſticiam: & expectabunt aſtuti ſciē-
c tiam. Iacebūnt mali ante bonos: & impij an-
te portas iuſtorum. Etiam proximo ſuo pau-
per odioſus erit: amici uero diuiti, multi.
Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: qui
autē miſeretur pauperi, beatus erit. Qui cre-
dit in domino, miſericordiam diligit: errant
qui operantur malum. Miſericordia & ueri-
tas præparant bona. In omni opere bono
erit abundantia: ubi autem uerba ſunt plu-
d rima ibi frequenter egeſtas. Corona ſapien-
tium diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorum, im-
e prudentia. Liberāt animas teſtis fidelis: &
f profert mendacia uerſipellis. In timore do-
mini fiducia fortitudinis: & filijs eius erit
g ſpes. Timor domini, fons uitæ: ut declinet à
h ruina mortis. In multitudine populi, digni-
tas regis: & in paucitate plebis, ignominia
principis. Qui patiēs eſt, multa gubernatur
ſapientia: qui autem impatiens, exaltat ſtul-
i ticiam ſuam. Vita carnium, ſanitas cordis:

putredo

A uetuit; & hanc habere docuit aſtutiam Ioannes cū ait: Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere: ſed pro- 1.Ioan.4.a bate ſpiritus, ſi ex deo ſunt. a ¶Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit & confidit.) Sicut ſtulti eſt de ſua alacritate confidere, torrentem rapidum, uel uoraginem latiorem ſaltu uelle trāſire: ſapientis autem ad planū uel pontem diuertere: ita qui peccatum quantum ualet, declinat: timens ne inuoluatur malis, ſapiēs eſt: Stultus autē ille qui contemptim peccat, blādiens ſibi quia aut poſteriori tempore pœnitentiā agat cōmiſſorum: aut ſi repente moriatur, fortiter pœnas inferni ſufferat. b ¶Impatiēs operabitur ſtulticiā &c.) Reprehenſibilis quidem eſt homo impatiēs: ſed multo peior & odioſior deo eſt uerſutus: tametſi apud homines melior æſtimetur. Ille enim palàm omnibus ſuam oſtendit ſtulticiam: iſte autē cū ſit cor-

B de peruerſus, ſæpe ſimplicitatem ſimulat & iuſticiam; atq; humano iudicio ſanctū ſe dici delectat, cum ſit diuino examine inter reprobos æſtimatus. c ¶Iacebūt mali ante bonos: & im. &c.) In nouiſſimo iudicio coronatis iuſtis, damnabunt̃ reprobi, qui eos in præſenti premebant. Quod em̄ ait, ante: id eſt, ante bonos, & ante portas iuſtorū: non ad uicinitatem loci, ſed ad uiſionē pertinet bonorum, quia malorum tormēta ſemper aſpiciunt, ut maiores ereptori ſuo gratias ſine fine referant.

Eſa.66.g Vnde Eſaias de illis: Egredientur & uidebunt, inquit, cadauera uirorū, qui præuaricati ſunt in me: Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt uſq; ad ſatietatem uiſionis omni carni. Quod autem ait, egredientur: non pedū proceſſum, ſed oculorum ſignificat intuitum: quē intus in regno poſiti, ad uidenda prauorum ſupplicia foras cum uoluntate mittunt. d ¶Corona ſapientium, diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorū, imprudentia.) Sapientes non terreni aliquid emolumenti pro diuitijs habent: ſed coronam ſolummodo quā pro uirtutibus in futuro percipient. At ſtultorum fatuitas maxima hæc eſt: quia improuidi æternorum, de præſentibus tantum commodis gaudent. Imprudentia enim quaſi improuidentia dicitur. e ¶Liberat animas teſtis fidelis &c.) Liberat ani-

C mas Chriſtus, qui eſt teſtis fidelis, ut in Apocalypſi legimus, & ſicut Apoſtolus ait: Teſtimonium red- Apoc.3.c didit ſub Pontio Pilato bonā confeſſionē. 1.Tim.6.b Et profert mendacia diabolus. Qui recte appellatur uerſipellis: quia mala quæ facienda gerit, bona eſſe pronūciat: & gaudia promittit æterna eis quos ad inferni tormēta præparat. Itē liberat animas catholicus doctor, qui teſtimonia ſcripturarum fideliter, id eſt, recte prædicat: profert mendacia hæreticus. Vel ſicut alia æditio manifeſte tranſtulit: Incēdit autem mendacio doloſus, ſubaudit̃, animas eorū: quos ſuo errore decepit. f ¶In timore dn̄i fiducia fortitudinis &c.) Timor dn̄i fiduciam fortitudinis præſtat: quia nimirum mens noſtra tanto ualentius terrores rerum temporalium deſpicit; quanto ſe autori earum ueracius per formidinem ſubdit. Filij autē

D timoris dn̄i dicūtur: qui diuino timore regūtur, ſicut filij uirtutis, & filij reſurrectionis qui uirtutibus ſtudent: uel qui ad gaudia reſurrectiōis pertinent, quibus erit ſpes, iuxta illud pſalmiſtæ: qui Pſal.113.c timent dn̄m ſperēt in domino. De qua ſpe conſequenter adiungit. g ¶Timor domini, fons uitæ, ut declinet à ruina mortis.) Hæc eſt ergo ſpes eorum qui timent dominum; ut declinātes à ruina mortis, peruenire mereantur ad Ioan.14.a eum qui dicit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Dictum Supra.13.c eſt autem ſupra: Lex ſapientis, fons uitæ: ut declinet à ruina mortis. Et nūc dicitur: Timor domini, fons uitæ; ut declinet à ruina mortis. Ex quo patet: quia nulla prior eſt lex ſapientis, qua mortē uitare, & uitam acquirere debeat æternam; q̄ habere timorem domini. Vnde & alibi dictum eſt: Initiū ſapien- Pſal.11.b tiæ, timor domini. h ¶In multitudine populi, dignitas regis; & in paucitate plebis &c.) Vbi multitudo ſeruientium deo, ibi ſpecialiter Chriſti gloria: ubi ſoli catechumeni uel recens nati infantes ſub regno adhuc tenentur diaboli: & ipſi tēpore cōgruo feſtinantes in Chriſto renaſci: ignominia ibi manifeſta principis mundi. Vel certe in cōuenticulis hæreticorū, quæ ſemper ſunt pauciora eccleſijs catholicorū: ignominia patet eorū qui hæc ab eccleſiaſtica unitate ſegregarunt. i ¶Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium inuidia.) Per carnem, infir-

ma quæ

putredo oſſium, inuidia. Qui calumniatur
egentem, exprobrat factori eius: honorat au-
tem eum qui miſeretur pauperis. In malicia
ſua expelletur impius: ſperat autem iuſtus
in morte ſua. In corde prudẽtis requieſcit ſa-
pientia: & indoctos quoſqꝫ erudiet. Iuſticia
eleuat gentem: miſeros facit populos pecca-
a tum. Accẽptus eſt regi miniſter intelligens.
b Iracũdiam eius inutilis ſuſtinebit.

Cap. XV.

c RESpõnſio mollis frangit irã: ſermo du-
d rus ſuſcitat furorem. Lingũa ſapientiũ
ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtulti-
ciam. In omni loco oculi dñi: cõtemplantur
e bonos & malos. Lingũa placabilis lignũ ui-
tæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpi-
ritum. Stultus irridet diſciplinam patris ſui:
qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior
fiet. In abũdanti iuſticia, uirtus maxima eſt:
cogitationes autem impiorum eradicabun-
f tur. Domũs iuſti, plurima fortitudo: & in
g fructibus impij, conturbatio. Labiã ſapien-
tium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorũ
h diſſimile erit. Victimæ impiõrum abomina-
biles domino: uota iuſtorũ placabilia. Abo-
minatio eſt dño uia impij: qui ſequitur iuſti-
i ciam, diligitur ab eo. Dõctrina mala deſe-
rentium uiam uitæ: qui increpationes odit,
morietur. Infernus & perditio coram domi-
no: quanto magis corda filiorũ hominum?
Nõ amat peſtilens eum qui ſe corripit: nec
ad ſapientes graditur. Cor gaudens exhila-
rat faciem: in mœrore animi deijcitur ſpiri-
tus. Cor ſapientis quæret doctrinam: & os
k ſtultorum paſcetur imperitia. Omnẽs dies
paupe-

E ma quædam ac tenera: per oſſa, fortia acta ſignant.
Bene ergo dicit: Vita carniũ, ſanitas cordis. Quod
ſi mentis innocentia cuſtoditur: & ſi qua foris infir-
ma ſunt, quandoqꝫ roborantur. Et recte ſubditur:
Putredo oſſium, inuidia: quia per liuoris uitiũ ante
dei oculos perecũt & quæ
humanis oculis fortia ui-
dentur. Oſſa quippe per
inuidiam putreſcere, eſt
quædam etiam robuſta
deperire. a ¶Acceptus
eſt regi miniſter intelli-
gens.) Ille uidelicet cui di-
Matth. 25. b citur: Quia ſuper pauca
fuiſti fidelis, ſupra multa
te conſtituã: intra in gau-
dium dñi tui. b ¶Iracũ-
diam eius inutilis ſuſt.) Il-
le utiqꝫ, de quo idem ait:
Ibid. e Et inutilem ſeruũ eijcite
in tenebras exteriores.

Cap. XV.

RESpõſio mollis frã-
git iram: ſermo du-
rus ſuſcitat furorẽ.) Qui
uerba increpantis humi-
liter recipit, iam propin-
quat ueniæ reatus quem
F geſſit. At qui ſupbus ar-
guenti reſultat, maiorem
contra ſe iram diſtricti iu-
dicis prouocat. d ¶Lin-
gua ſapientiũ ornat ſciẽ-
tiam: os fatuorum ebul-
lit ſtult.) Lingua catholi-
corum patrũ, ornat ſcien-
tiam diuinorũ eloquio-
rum: latius exponendo
quæ ſcriptura canonica,
aut obſcura poſuit, aut
hiſtorica tantum ratione
ſcripta reliquit: & os hæ-
reticorum ebullit ſtulti-
ciam: dicta ſacræ ſcriptu-
ræ peruerſe intelligẽdo:
ſuoſqꝫ ſenſus eius autori-
tati præponendo. Poteſt
& de paganorum philo-
ſophis intelligi quod ait:
Os fatuorum ebullit ſtul-
ticiam: quales fuere Por-
phyrius & Iulianus: qui cõtra eccleſię doctores ſtul-
ticiæ ſuæ fluenta fundebant. e ¶Lingua placabi-
lis, lignum uitæ: quæ autem immoderata &c.) Lin-
gua catholici doctoris ad fructũ uitæ ducit ſempi-
ternum: quæ autem immoderata eſt, modum eccle-
ſiaſticæ normæ ignorat: & ſuum ſpiritum, & eorũ
qui ſe audiunt, male loquendo conteret. f ¶Do-
mus iuſti plurima fortitudo: & in fructibus impij,
conturbatio.) Domus Chriſti, id eſt, eccleſia pluri- G
mam habet fortitudinem: ita ut pluuia, uentis, flu-
minibusqꝫ tentationum frequentiũ, nequaqꝫ poſſit
dirui: & in operibus diaboli conturbatio feruet aſſi-
dua: quæ eandem Chriſti domum, uel per falſos fra-
tres, uel per apertos ad-
uerſarios deijcere tentat.
g ¶Labia ſapientiũ diſ-
ſeminabunt ſcientiã: cor
ſtultorũ diſſimile erit.)
Labia catholicorũ diſſe-
minabunt prædicãdo ſci-
entiã rectæ fidei: cor hæ-
reticorum diſſimile erit:
quia perfidiam pro ſcien-
tia cõcipit ut doceat. Po-
teſt & ita intelligi: quia cor
ſtultorum etiã ſibimet-
ipſi diſſimile erit: dũ mu-
tabilitate diuerſarum co-
gitationum uariũ ſe exhi-
bet: & nuncqꝫ idem quod
fuerat manet: cui contra
de Anna cũ domino in-
tenta mente ſupplicaret
dicit: Vultuſqꝫ eius non 1. Reg. 1
ſunt amplius in diuerſa
mutati. h ¶Victimæ
impiorum abominabiles
dño: uota iuſtorum pla- H
cabilia.) Orationes, ope-
ra, & ſacrificia hæretico-
rum abominatur domi-
nus: & uota eorum acce-
pta habet, qui fidẽ catho-
licã iuſtis operibus affir-
mant. i ¶Doctrina ma-
la deſerentium uiam ui-
tæ: qui increpationes o-
dit, morietur.) Mala eſt
ergo doctrina eorũ qui
uiam deſerunt ueritatis,
de quibus dominus ait:
Qui ergo ſoluerit unum Matth. 5
de mandatis iſtis mini-
mis, & docuerit ſic homi-
nes, minimus uocabitur
in regno cœlorũ. Sed tali-
bus adhuc ſi correpti pœ-
nituerint, patet reditus
ad ueniã. Si autẽ nec cor-
reptionibus eccleſiaſticis annuerint, iam certus eis
reſtat interitus. k ¶Omnes dies pauperis mali: ſe-
cura mens quaſi iuge conuiuium.) Omne tempus
populi dei quãdiu in præſenti pauper eſt, afflictioni-
bus abundat & ærumnis: quia necdum ad diuitias
ſupernæ bonitatis & perpetuæ mãſionis peruenit.
Vnde monet Apoſtolus dicens: Redimentes tem- Ephe. 5
pus: quoniam dies mali ſunt. At uero reprobi qui
metu



pauperis, mali: ſecura mens, quaſi iuge con-
a uiuium. Meliũs eſt parũ cum timore domi-
b ni, quàm theſauri magni & inſatiabiles. Meliũs
eſt uocari ad holera cum charitate, quàm ad ui-
tulum ſaginatum cum odio. Vir iracundus
prouocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſci-
c tatas. Itẽr pigrorum quaſi ſepes ſpinarum.
d Via iuſtorũm abſque offendiculo. Filius ſa-
piens lætificat patrem: & ſtultus homo de-
ſpicit matrem ſuam. Stulticia gaudium ſtul-
to: & uir prudens diriget greſſus ſuos. Diſſi-
pantur cogitationes ubi non eſt conſilium:
ubi uero plures ſunt conſiliarij, confirman-
e tur. Lætãtur homo in ſentẽtia oris ſui: & ſer-
f mo opportunus eſt optimus. Sẽmita uitæ
ſuper eruditũ: ut declinet de inferno nouiſſi-
g mo. Dõmum ſuperborũ demolietur domi-
h nus: & firmos faciet terminos uiduæ. Abõ-
minatio domini, cogitationes malæ: & pu-
rus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo.
Conturbat domum ſuam qui ſectatur auari-
ciam: qui autem odit munera, uiuet. Per mi-
ſericordiam & fidem purgãtur peccata: per
timorem autẽ domini declinat omnis à ma-
lo. Mens iuſti meditatur obedientiã: os im-
piorum redundat malis. Longe eſt dñs ab
i impijs: & orationes iuſtorũ exaudiet. Lũx
oculorum lætificat animam: fama bona im-
k pinguat oſſa. Aũris quæ audit increpatio-
nes uitæ, in medio ſapientiũ cõmorabitur.
Qui

A metu carentes diuino, ſecuri mũdo utuntur: quaſi
iugibus ſtulti reficiuntur epulis. Vnde recte ſubiũ-
git: a ¶Melius eſt parum cum timore domini, quàm
theſauri magni & inſatiabiles.) Quale eſt in pſal-
mo: Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias pecca-
torum multas. Melius er-
go eſt ut ſeruato timore
dei, egeas opibus, uel eti-
am uictu quotidiano: quàm
ut deſiderio plura acqui-
rendi dei timorem deſe-
ras. b ¶Melius eſt uo-
cari ad holera cum. &c.)
Omnis qui operum bo-
norum exempla proxi-
mis quæ imitentur oſtẽ-
dit: quaſi ad epulas qui-
bus reficiantur, cõuiuas
uocat. Melius eſt autem
uocari ad holera cũ cha-
ritate, quàm ad uitulum ſagi-
natum cũ odio: quia ni-
mirum multo eſt utilius
ſimplicis uitæ innocen-
tiam cum charitate ſerua-
re, quàm maioribus uir-
tutũ miraculis foris ful-
gere: & interiora mentis
B ab odiorum ſorde nõ ex-
purgare. Vnde quibuſ-
dã in fine dicentibus: Do- Matth. 7. c
mine, dñe, nónne in no-
mine tuo prophetauimus:
& in tuo nomine dæmo-
nia eiecimus: & ĩ tuo no-
mine uirtutes multas fe-
cimus? dicet ipſe domi-
nus: Quia nunquã noui
uos: diſcedite à me ope-
rarij iniquitatis. c ¶Iter
pigrorũ quaſi ſepes ſpi-
narum.) Pigros dicit eos
quos piget operari iuſti-
ciam: qui cum uiam dñi
appetũt, eos uelut ſpinæ
obſiſtentium ſepium, ſic formidinum ſuarũ oppoſi-
tæ ſuſpiciones pũgunt. Quod quia electos præpe-
dire non ſolet, adiunxit: d ¶Via iuſtorum abſqꝫ
offendiculo.) Iuſti quippe in conuerſatione ſua,
quodlibet eis aduerſitatis obuiauerit, non impin-
gunt: quia temporalis aduerſitatis obſtacula, æter-
næ ſpei, & internæ cõtemplationis ſaltu trãſiliunt.
e ¶Lætatur homo in ſententia &c.) Humanũ qui-
dem eſt de ſua ſentẽtia quaſi prudẽter prolata que-
qꝫ lætari: ſed uerus ſapiens, non ſolum res quas lo-
quitur: uerum etiam opportunitatem loci uel tem-
poris, uel perſonæ cui loquatur, diligẽter inquirit.
f ¶Semita uitæ ſuper eruditum &c.) Eruditum di-
cit: non ſolum ſcientia, ſed & operatione perfectũ.
Huic etenim iure ſemita uitæ deſuper aperta eſt: C
huic cœli ianua patet. Infernus autẽ nouiſſimus de
quo liberatur, ultima eſt pœna damnationis. Nam
primus infernus, eſt cæcitas animæ peccãtis, & ue-
ræ lucis ſcientia carentis, de quo dicitur in pſalmis:
Et deſcendant in infernũ Pſal. 54. c
uiuẽtes: id eſt, ſcientes la-
bentur in peccatum.
g ¶Domum ſuperborũ
demolietur dñs &c.) Cõ-
uenticula hæreticorũ cæ-
terorumqꝫ eccleſiæ perſe-
cutorum demolit dñs: &
firmos facit in orbẽ uni-
uerſum terminos eiuſdẽ
eccleſiæ: ſpõſæ uidelicet
ſuæ pro cuius uita mori
dignatus eſt. h ¶Abo-
minatio dñi, cogita. &c.)
Abominatur dñs cogi-
tationes hæreticorũ, imò
omnes pietati cõtrarias:
& purus ſermo rectæ fi-
dei firmabit ab eo, quan-
do in iudicio non ſolum
factis, ſed & uerbis omni-
bus digna præmia red-
det. Abominatus eſt co-
gitationes malas eorum
qui dicebãt: Quis eſt hic D
qui etiam peccata dimit- Luc. 7. g
tit? Et purum ſermonem
eius quem dixit: Tu es Chri- Matth. 16. c
ſtus filius dei uiui: pul-
cherrimũ eſſe firmauit,
cum reſpõdit: Beatus es
Simon Bariona: quia ca-
ro & ſanguis non reuela-
uit tibi: ſed pater meus qui
in cœlis eſt. i ¶Lux
oculorum lætificat ani-
mam &c.) Iure mentem
delectat humanam, cum
ſe lucem cœleſtium arca-
norum, domino reuelãte
percepiſſe cognoſcit: quod alia æditio manifeſtius
dicit: Videns bona oculis oblectat cor: bona utiqꝫ
domini in terra uiuentium. Quæ qui mentis oculo
contemplatur, merito in corde oblectatur: tametſi
extrinſecus triſtis incedere, inimico affligente uide-
tur. Fama quoqꝫ illa feliciſſima: qua noſtros non ſo-
lum actus & ſermones, ſed & cogitatus angelis de-
ferẽtibus in cœlo patere cognouimus, pinguedinẽ
dilectionis & fidei, noſtris uirtutibus ne deficien-
do areſcant, exhibet. Quãto enim certius tenemus
occulta noſtri cordis, ſimul & aperta operis diui-
nis patere conſpectibus: tanto magis fortitudinem
noſtræ bonæ actionis, oleo charitatis eius ne laſſe-
ſcat, impinguare ſatagimus. k ¶Auris quæ au-
DD dit

Qui abijcit diſciplinam, deſpicit animã ſuã: qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Timor domini, diſciplina ſapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

Cap. XVI.

a HOminis eſt animũ præparare: & dñi b gubernare linguã. Omnes uiæ hominum patent oculis eius: ſpirituum pondera- c tor eſt dñs. Reuela dño opera tua: & dirige- d tur cogitationes tuæ. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dñs: impium quoq; e ad diem malum. Abominatio eſt domini omnis arrogans: etiam ſi manus ad manũ fuerit, nõ erit innocens. Initium uitæ bonæ, facere iuſticiam: accepta autem apud deum magis quàm immolare hoſtias. Miſericordia & ueritate redimitur iniquitas: & in timore f domini declinatur à malo. Cum placuerint domino uiæ hominis: inimicos quoq; eius g conuertet ad pacem. Melius eſt parum cum iuſticia, quàm multi fructus cũ iniquitate. Cor hominis diſponet uiam ſuam: ſed domini h eſt dirigere greſſus eius. Diuinatio in labijs i regis: in iudicio non errabit os eius. Pondus & ſta-

E dit increpationes uitæ, in medio ſapientium cõmorabitur &c.) Diſcipulus qui increpationibus docẽtium obedienter annuit, plerũq; proficiendo ad cathedram uſq; doctoris aſcendit. Deniq; Paulus qui increpationi ſui conditoris ſeſe humiliter ſubſtrauit, ad ſedem poſtmodũ apoſtolicę dignitatis ſublimiter peruenit.

Cap. XVI.

HOminis eſt animũ præparare: & dñi gubernare linguã.) Certum eſt quia neq; animũ præparare, neq; gubernare linguã: neq; aliquid facere boni abſq; diuina Ioan.13.a gratia ualemus: Quia ſine me, inquit, nihil poteſtis facere. Quomodo ergo hominis eſt animum præparare, & dei gubernare linguam? Niſi quia hæc proprie tẽpus perſecutionis ſignificat. De Matth.10.c quo dñs ait: Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim F uobis in illa hora quid loquamini. b ¶Omnes uiæ hominũ patent &c.) Ita uias, id eſt, actiões omnium, & bonorum uidelicet & malorũ dñs uidet: ut etiam ſpiritus ſingulorum quid in occulto cogitẽt, certa lance diſcernat. Vnde recte ſubiungitur: c ¶Reuela dño opera tua &c.) Domino quippe opera noſtra reuelamus: quãdo eũ quẽ nihil latere nouimus, in cunctis quæ agimus, in memoriam reducimus: atq; illius in omnibus flagitamus auxilium: & cum hoc deuoti agimus, fit ut nõ opera eadem tantummodo, ſed etiã internæ noſtrę cogitationes, illo dirigente procedant. d ¶Vniuerſa propter ſemetipſum opatus eſt dñs &c.) Nulla fuit dño cauſa creaturam uiſibilem uel inuiſibilẽ faciendi, niſi uoluntas ſua: ut ſuam uidelicet bonitatem rationabili creaturæ, quam perpetuò beatã faceret, oſtenderet: eum quoq; qui bonum conditionis propria ſponte deſeruit: id eſt, diabolum cũ ſuis ſequacibus, iuſta ſeueritate damnauit. e ¶Abominatio eſt dñi omnis arrogans &c.) Quicũq; ſibi tribuit bonum quod facit: etiã ſi nihil mali uidetur manibus operari, iam cordis innocẽtiam perdidit: in quo ſe largitori donorum prætulit. Et ideo talẽ conditor ſuus abominatur ut reum, quem ſibi beneficijs contemplatur ingratũ. f ¶Cum placuerint dño uiæ hominis: inimicos &c.) Tanta eſt ſanctitas diuinæ religionis, ut eam plerunq;, etiam qui foris ſunt, uenerationi habeãt: & quos perfecte deo ſeruire perſpexerint, cum his pacem habere, quàmuis religioni diſcrepantes incipiant. Deniq; quia placuerunt dño uiæ Danielis & trium puerorũ: inimicos quoq; eorũ qui eos in ignem uel beſtijs miſerunt, cõuertit ad pacem. G Quia placuerũt domino uiæ ſanctorum prædicatorum: multos eorũ perſecutores non ad pacem tantummodo, ſed ad eandem etiam fidei & religionis unitatẽ cõuertit. g ¶Melius eſt parũ cum iuſticia, quàm multi fructus cum iniquitate. Cor hominis &c.) Et beati, inquit Luc.6.c dominus, pauperes: quia ueſtrum eſt regnum cœlorum. Et iterũ: Væ uobis diuitibus: quia habetis cõſolationem ueſtrã. Poteſt & ſic accipi. Quia melius ſit in ſimplici conuerſatiõe deo deuote ſeruire, quàm multis abundantẽ uirtutibus: uerbi gratia, eleemoſynis, orationibus, ieiũijs, doctrina, caſtitate, proximorum facta deſpicere: & de ſua quaſi ſingulari ſublimitate gloriari. H h ¶Diuinatio in labijs regis in iudicio non errabit os eius.) Illum ſignificat regẽ, de Pſal.71. quo dictũ eſt: Deus iudiciũ tuum regi da. Quis eſt enim regũ temporaliũ, qui nunquã erret in iudicio? In cuius labijs eſt diuinatio: quia nõ ſuorũ ſolũmodo ſermones & facta dirigit, ſed & gẽtilium uates, qui uulgo diuini appellantur: quid ſciſcitãtibus reſpondeant, illo intus indicante diſponitur: teſtante 3.Reg.22. Michea propheta: qui ad deceptionẽ Achab regis impijſſimi teſtatur miſſum à ſuperni iudicis ſolio ſpiritũ, qui prophetarũ eius ora impleret: atq; ad ſuadendum ea quibus rex nefandus periret, armaret. Neq; enim in hoc iudicio errauit os regis æterni: ſed quod rex impius audire peccatis præcedentibus meruit, ipſe hoc prophetas erraticos eloqui permiſit. Sed & Ezechiel peccãti ac perituro Ammo- Ezech.21. nitarũ populo dicit: cũ tibi uiderentur uana, & diuinarentur mẽdacia. Non eſt dæmonũ diuinatio, ſed dei iudiciũ: qui perfectæ maliciæ elidit finem. Hũc uerſiculum alia translatio ſic habet apertius de domino: Nihil falſum exiet de ore eius: quia nimirum ipſe nec ullo mentiente falli, nec poteſt aliquando mentiri. i ¶Pondus & ſtatera, iudicia dñi ſunt: & opera



& ſtatera iudicia domini ſunt: & opera eius omes lapides ſeculi. Abominabiles regi qui agunt impie: quoniam iuſticia firmatur ſo- a b lium. Voluntas regum labia iuſta. Qui re- c cta loquitur, dirigetur. Indignatio regis, nũ- d cij mortis. Et uir ſapiens placabit eum. In hi- e f laritate uultus regis, uita. Et clementia eius quaſi imber ſerotinus. Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt: & acquire prudentiã, quia precioſior eſt argento. Semita iuſtorũ declinat mala: cuſtos animæ ſuæ ſeruat ui- g tam ſuam. Cõtritionem præcedit ſuperbia: & ante ruinã exaltatur ſpiritus. Melius eſt humiliari cum mitibus, quàm diuidere ſpo- h lia cum ſuperbis. Eruditus in uerbo reperiet bona: & qui in domino ſperat, beatus eſt. i Qui ſapiens corde eſt, appellabitur prudẽs: & qui dulcis eſt eloquio, maiora percipiet. k Fons uitæ eruditio poſſidẽtis: doctrina ſtul- torũ fatuitas. Cor ſapientis erudiet os eius: l & labijs eius addet gratiã. Fauus mellis uerba compoſita: dulcedo animæ ſanitas oſſiũ. Eſt uia quæ uidetur homini recta: & nouiſſima

A & opera eius, omnes lapides ſeculi &c.) Lapides ſeculi, iuſtos & fide fortes appellat: quales eſſe deſiderabat apoſtolus Petrus eos, quibus admonẽs dicit: 1.Pet.2.a Et uos tanquã lapides uiui ſuperædificamini in domos ſpirituales. Nullus igitur ab initio ſeculi ſua uirtute electus, & cœleſti ædificio aptus eſt: ſed eius potius opere, qui omnia in pondere & menſura & numero conſtituens, unicuiq; ſicut uoluit menſurã fidei & gratiarũ diſtribuit. a ¶Voluntas regũ, labia iuſta.) Reges dicit ſanctos, qui uitijs principaliter imperare: & uirtutibus animę quaſi obſequentium comitum cuneis ſtipari cõſueuerũt, de quibus dñs: Luc.10.d Multi, inquit, prophetæ & reges cupierũt uidere quæ uos uidetis, & nõ uiderunt. Alioquin reges terreni multũ ſæpe labia iuſta deteſtantur, ut He- Mar.6.c rodes Ioannis: propter quod eũ & capite puniuit. b ¶Qui recta loquitur, dirigetur.) Vt uideli- B cet rectis operum greſſibus ad uitam pertingat æternam. At contra: Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. Nec repugnat huic ſentẽtiæ, quod de Antiocho dicitur: Et dolus in manu eius dirigetur. Non enim hominem illum dirigendũ ſcriptura dixit, quem peruerſum ac peſſimum futurũ eſſe præuidit: ſed dolus, inquit, in manu eius dirigetur: quia ſcilicet fraudes & ſcelera quæ diſpoſuit, ad effectum quem propoſuit, nullo retardante perduxit: quibus tamen peractis in æternum ut meruerat perijt. c ¶Indignatio regis, nuncij mortis.) Nuncij mortis, ſunt angeli ſatanæ, id eſt, hæretici, & uani philoſophi: imò omnes qui uerba nũciant proximis, unde à morte rapiantur æterna: qui quo amplius autori mortis ſeruiũt, eo grauius uitæ largitorẽ offendunt: nec tamen talibus iter pœnitẽtiæ præcluditur. Nam ſubditur: d ¶Et uir ſapiens &c.) Poteſt enim reſipiſcendo dñm placare, quem contigit ſtulte loquendo offendiſſe. e ¶In hilaritate uultus, regis uita.) Quicunq; hilarem Chriſti uultum uidere merentur, his in æternũ cũ illo uiuere dabitur. Alioquin Luc.3.a in die iudicij, ſicut ſcriptum eſt: Videbit omnis caro ſalutare dei. Sed hunc reprobi tunc iratum, iuſti uidebunt placidum. f ¶Et clementia eius &c.) Serotinus imber in Iudæa iam maturis meſſibus uſq; hodie uenire conſueuit: ubi dñs & matutinam pluuiam promittit, dicens per prophetã: Dabo uo- C bis pluuiam matutinam & ſerotinam terræ. Pluuia Deuter.11.b ergo matutina eſt, ſiue temporanea, ut alibi nominatur: quando prima credẽdi in Chriſtum ſemina ſuſcipimus. Pluuia uero ſerotina, quando maturis uirtutum frugibus ablati de hac uita, in dominico horreo recõdimur. Et recte clementia regis, imbri ſerotino comparatur: quia quod fructum uitæ bene agẽtes percipimus: nõ hoc noſtri libertas arbitrij, ſed ſuperni facit irrigatio doni. g ¶Contritionẽ præcedit ſuperbia &c.) Contritionẽ enim futuræ condemnationis præcedit ſuperbia uitæ præſentis: & unde hic omnis reprobus eleuatur: inde illic iuſte deijcitur. h ¶Eruditus in uerbo reperiet bona &c.) Non ſolum qui ad prædicandum dei uerbũ eruditus eſt, bona apud illũ repe- D riet: ſed & ille qui in dño ſpem ponere didicit: etiã ſi ad prædicandum alijs idoneus nõ eſt, eiuſdem beatitudinis particeps exiſtit. i ¶Qui ſapiẽs corde eſt &c.) Qui ſapientiã catholicæ fidei quam didicit, illibatam ſuo in corde cuſtodit, merito prudẽtis nomen accipit. At qui eandem ſapientiam etiam docte prædicare, & contra hæreticos defendere nouit, maiora laboris amplioris præmia percipiet. k ¶Fons uitę eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum fatuitas &c.) Cũ diceret, poſſidentis: nõ addidit, quid poſſidẽtis. Quid autẽ putamus eũ uoluiſſe intelligi, niſi forte ipſam eruditionem: ut ſit plena ſententia: fons uitæ eruditio poſſidentis ipſam eruditionem ſuam: quod eſt aperte dicere: quia ille prædicator uere ſuis auditoribus uitæ uias aperit, qui exercet ipſe quæ prædicat: qui amorẽ uerbi quo alios erudit, fixũ in corde poſſidet: nec tantummodo memoria retentũ quaſi collectum gremio ſemen iactat in terram. Idcirco nanq; doctrina ſtultorum fatuitas eſt: quia & ſi qua bona dicere uſu eruditionis didicerunt, eadẽ tamẽ quæ dicunt bona ipſi fatuo corde contemnunt. l ¶Fauus mellis uerba compoſita: dulcedo animæ ſanitas &c.) Multi per eloquentiã poſſunt amãtibus & fauẽtibus ſuauiter pronũciare bona quæ ipſi nõ amant: ea autẽ ſolũ uerba ad ſanitatẽ oſſiũ tuorum: hoc eſt, ad uirtutum tuarũ ſpiritualia incrementa proficiũt: quæ ex interna animæ tuæ dulcedine procedũt.

a ſima eius ducunt ad mortem. Animă laborantis laborat ſibi: quia compulit eũ os ſuũ. b Vir impius fodit malũ: & ĩ labijs eius ignis ardeſcit. Homo peruerſus ſuſcitat lites: & uerc boſus ſeparat principes. Vir iniquus lactat amicum ſuũ: & ducit eum per uiam non bod nã. Qui attonitis oculis cogitat praua: mordens labia ſua perficiet malum. Corona dignitatis ſenectus: quæ in uijs iuſticiæ repee rietur. Melior eſt patiẽs uiro forti: & qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium. f Sortes mittuntur in ſinum: ſed à domino tẽperantur.

Cap. XVII.

g MElior eſt buccella ſicca cum gaudio, ꝙ domus plena uictimis cũ iurgio. Serh uus ſapiens dominabitur filijs ſtultis: & ini ter fratres hæreditatem diuidet. Sicut igne probatur argentum & aurum camino: ita corda probat dominus. Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labijs mẽdacibus. Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, k nõ erit impunitus. Corona ſenũ filij filiorũ: & gloria filiorũ patres eorũ. Nõ decent ſtultum uerba cõpoſita: nec principẽ labiũ menl dax. Gemmă gratiſſima expectatio præſtolantis:

E a ¶Anima laborantis laborat ſibi: quia compulit eum os ſuum.) Cõſtat iuxta literam, quia expulſus de paradiſo homo, quotidianũ laborem ne deficiat exercet. Compulit enim os ſuum, quando cum ſerpente loquutus eſt: quando uetitum tetigit: ut exilium longum cum ſudore ſufferat: & in ſudore
Gene.3.d uultus ſui pane ueſcatur. Sed & doctorem os ſuũ ut laboret cõpellit: quia neceſſe habet agere bona quæ dicit: b ¶Vir impius fodit malũ: & in labijs eius &c.) Et ꝓpheta ait:
Hiere.9.b Vt inique agerent laborauerunt. Poteſt & de hęretico ſpecialiter intelligi: qui pulcherrimos ac florentiſſimos diuinorum eloquiorũ campos, noxio linguæ ſuæ uomere rumpit: ut de internis eorum finibus, ſenſus impios qui ibi nõ inſunt, eruat. In cuius labijs ignis ardeſcit: quo ſe ſuosq; auditores in perpetuũ perdat. Vñ & Iacobus:
Iaco.3.b Lingua, inquit, cõſtruitur in
F mẽbris noſtris, quæ maculat totũ corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. c ¶Vir iniquus lactat amicũ ſuum: & ducit eum &c.) Poteſt & de hæretico & de omĩ fautore malorum accipi:
Pſal.9.d Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ: & qui iniqua gerit, benedicitur. d ¶Qui attonitis oculis cogitat praua, mordẽs labia ſua &c.) Grauius eſt perficere malum ꝙ facere. Non ſolum autem ille perficit malum, qui per membra ſui corporis peruerſum quid operatur & noxium: uerum etiam ille qui fixa intentione malum patrare diſponit. Solent enim ſuperbi indignantes labia mordere: ſolent attonitos habere oculos: & præſentia nõ uidere dum aliquãdiu taciti ſedula mente pertractant. Vnde datur cõijci quod attonitis oculis praua cogitare dicat eum, qui ſic mala quæ facit, inquirit: ut quæ ſe in futurum retributio malorum operum ſequatur, non uideat. e ¶Melior eſt patiens uiro forti: & qui dominatur &c.) Minor eſt uictoria urbes expugnare, quia extra ſunt quæ uincunt: maius autem eſt quod per patientiã uincitur: quia ipſe à ſe animus ſuperatur: & ſemetipſum ſibimetipſi ſubijcit, quoniam eum patientia in humilitate tolerantiæ ſternit. f ¶Sortes mittũtur in ſinum:

sed à dño temperantur.) Sicut ſortes palàm in ſinũ mittuntur, at clauſæ in ſinu continentur: diuini autem eſt iudicij, cuius ſors elata palmã teneat: ſic hominum facta in præſenti quidem uita latent: ſed cuius ſint meriti pateſcet in futuro, prolato uidelicet tunc ac manifeſtato iudicio ſingulorum, quaſi de ſinu examinis diuini. G

Cap. XVII.

MElior eſt buccella ſicca cum gaudio ꝙ domus plena &c.) Melius eſt parua bona cum charitate facere ſine ſciẽtia prædicãdi: hoc eſt em̃ ſiccam eſſe buccellam: ꝙ magnis effulgere uirtutibus cum admixtione diſcordiæ. h ¶Seruus ſapiens dominabitur filijs ſtultis &c.) Seruit quilibet peccator delictis ſuis ſubditus olim q poſt cõuerſionem uitæ ſuæ ſapiens effectus, atq; flagrãtiſſimo amore dilectione dei feruens, filijs ſtultis: H hoc eſt, quibuſdam fidelibus à charitate dei, ꝑ acceptam fidem tepeſcentibus actu uel prædicatione ſua, eis prælatus dominatur: atque inter fratres ꝑfectos ſcilicet ſanctos, ſupernæ patriæ hæreditatẽ diuidet. i ¶Sicut igne probatur argentũ, & aurum camino, ita corda probat dñs.) Argentum quippe uel aurum ſi reprobum eſt, igne conſumitur: ſi uero probatum, igne declaratur: ſic nimirũ eſt ſenſus uniuſcuiuſq; operantis: nã qualis ſit, in eo quod laudatur uel uituperatur, oſtenditur. k ¶Corona ſenum, filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. Nõ decẽt ſtultum uerba compoſita: nec &c.) Senes dicit patriarchas & prophetas, qui à filijs filiorum, hoc eſt, à ſucceſſoribus apoſtolorum, digna laude celebrantur: & gloria eſt prædicatorũ noui teſtamẽti, quod filij ueterum patrum eſſe meruerũt. l ¶Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocũq; ſe uerterit prudenter intelliget. Qui cælat delictũ, quærit amicitias: qui altero ſermone &c.) Qui præmia futura fideliter expectat, quaſi gemmæ ſplendidiſſimæ poſſeſſione lætatur. Nam & in euãgelio nego- Matth.13. ciator ſapiẽs pro acquiſitione precioſæ margaritæ: id eſt, deſiderio cœleſti, omnia quæ habuit uẽdidit: taliſq; exactor ſiue aduerſa ſeu proſpera contigerint, à ſua intẽtione nõ flectit: prudẽter intelligens: Quoniã



lantis: quocunq; ſe uerterit prudenter intelliget. Qui cælat delictũ, quærit amicitias: qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. Plus proficit correctio apud prudentem, ꝙ a centum plagæ apud ſtultũ. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mitteb tur cõtra eum. Expedit magis urſæ occurrere raptis fœtibus, ꝙ fatuo confidenti ſibi in ſtulticia ſua. Qui reddit mala pro bonis: nõ c recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquã, caput eſt iurgiorũ: & anteꝙ patiatur contumeliam iudicium deſerit. Et qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum: abod minabilis eſt uterq; apud deum. Quid prodeſt habere diuitias ſtulto: cum ſapientiam emere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinã: & qui euitat diſcere, incie dit in mala. Omni tempore diligit qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur. f Homo ſtultus plaudet manibus: cum ſpoponderit pro amico ſuo. Qui meditatur diſcordias, diligit rixas: & qui exaltat os ſuũ, quærit ruinam. Qui peruerſi cordis eſt, non inuenit bonum: & qui uertit linguã, incidet in malum. Natus eſt ſtultus in ignominia ſua: ſed nec pater in filio fatuo lætabitᷣ. Anig mus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu impius accipit: ut peruertat ſemitas iudicij. In h facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ. Ira patris filius ſtultus: i & dolor matris quæ genuit eũ. Nõn eſt bonũ damnũ inferre iuſto: nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & precioſi ſpiritus uir eruditus. Stultus quoq; ſi tacuerit, ſapiẽs reputabitur: & ſi cõpreſſerit labia ſua, intelligẽs. Occaſiones quærit q uult recedere ab amico: omni tẽpore erit exprobrabilis. Non recipit ſtultus uerba prudentiæ

A Quoniam diligentibus deum omnia cooperantur
Rom.8.e in bonum. a ¶Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.) Angelus crudelis, immundus eſt ſpiritus: qui à dño contra peccantes mittitur: ut eos uel in præſenti affli-
Pſal.77.e gat, ut Aegyptios: quibus immiſit irã indignationis ſuæ: indignationẽ & iram & tribulationẽ, immiſſionẽ per angelos malos: uel etiã poſt mortem ad interitum rapiat
Ibid.33.b æternum. At contra immittit angelũ dñs in circuitu timentium eum & eripiet eos. b ¶Expedit magis urſæ occurrere raptis fœtibus ꝙ fat. &c.) Facilius erat doctoribus ſanctis, furori gẽtilitatis occurrere, raptis à ſe populis aliquibus, atq; à beſtiali eius ſæuitia ad fidei pietatẽ prædicãdo cõuerſis, ꝙ hęretico cuilibet cõfidenti in ſui perfidia dogmatis: quia nimirum illud cõtra exteros, hoc cõtra ſua uiſcera certamen
B agebant. Poteſt urſæ nomine ipſius hoſtis antiq malicia intelligi: cuius fœtus rapimus, cũ eos qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum dei ſocietati adiũgimus: & hoc plerunque multo leuiore labore ꝑficitur, ꝙ ſit hæreticum ad fidem rectã reuocare, uel catholicũ praua agentẽ, ad bonæ operationis ſtatum reducere. c ¶Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorũ.) Aquam dimittere, eſt linguã in fluxum eloquij relaxare: quo cõtra in bonã partem dicitᷣ: Aqua ꝓfunda uerba ex ore uiri. Qui ergo dimittit aquam, caput eſt iurgiorũ: quia qui linguam nõ refrenat, concordiam diſſipat. Vnde ediuerſo
Infra.26. ſcriptũ eſt: Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. d ¶Quid prodeſt habere diuitias ſtulto &c.) Quid prodeſt populo Iudæorũ infideli habere diuitias ſcripturarũ, cũ in

his Chriſtum intelligere nõ poſſit? Quid hæretico eiſdem abũdare diuitijs, cũ unitatẽ fidei in eis diſcere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere ueræ fidei, cum ſapientiã piæ actionis habere neglexerit? e ¶Omni tẽpore diligit &c.) Qui dñm uere amat, omni tẽpore eius cuſtodit amorẽ: neq; in anguſtia paſſionis deſerit, quẽ in pacis trãquillitate cõfeſſus eſt. C f ¶Homo ſtultus plaudet manibus cũ &c.) Stultus eſt, qui cum animam fratris ſuſcipit regẽdam de ſuis gloriatᷣ actibus: & non potius ei humili cõpaſſione quicqd poteſt auxilij ſalutaris impẽdit. g ¶Animus gaudens, ætatem floridã facit: ſpiritus &c.) Qui ĩterna ſpiritus ſancti conſolatione lætatur, etiã bonæ actionis flore decoratᷣ: & fructus præmiorum pręſto latur cœleſtiũ. Qui uero triſticia ſeculi, quæ mortẽ operatur, angitur, pinguedinem diuinæ charitatis in robore uirtutum D quas exercere uidetᷣ habere nullatenus ualet: ſed quaſi exiccatis oſſibus marceſcit: quia in bonis actibus quæ facit gratiã dilectionis amiſit. h ¶In facie prudẽtis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ.) In facie quidem domini ſaluatoris lucet ſapientia diuinitatis: quam in carne apparens, uirtutũ & doctrinæ teſtimonijs demõſtrabat. Verum oculi Iudæorum non credentiũ, terrenis potius deſiderijs perficiẽdis ꝙ ſalutaribus eius monitis intẽdebãt. Sed & gñaliter ſæpe prudẽtes grauitatem ſui ſenſus in ipſo etiã frontiſpicio præmonſtrãt: nec tñ ſtulti ad hanc admirandã ſectandãq; oculos mẽtis attollũt: ſed ecõtra qualiter ad finẽ uoluptatũ carnaliũ pertingãt, tota intẽtione perquirũt. i ¶Nõ eſt bonũ damnũ inferre iuſto &c.) Et de ipſo princi

E pe ac iudice ſeculorũ qui pro noſtra ſalute percuti
uoluit accipi põt:& de omibus gñaliter eccleſiæ re⸗
ctoribus:qui uel facultatibus nudati ab impijs: uel
ipſa æterna ſunt morte cõſumpti. Cap. XVIII.
IMpius cum in profundũ uenerit peccatorꝝ con⸗
temnit: ſed ſequit̃ eũ
ignominia & opprobr.)
Qui longis peccatorꝝ te⸗
nebris inuolutus ſemel
de luce deſperat, iã ex de
ſperatiõe paſſim ſibi pec
cãdi frena relaxat:ſed ta⸗
lisꝰ opprobrium futuræ
damnationis nulla ratio⸗
ne euadit:quẽ ab uſu ſuę
iniquitatis nulla diuini ti
moris memoria cohi⸗
buit. b ¶Aqua ꝓfun⸗
da,uerba ex ore ui.&c.)
Verba ſapientium aquæ
comparantur,quia & la⸗
uant mẽtes audientium,
& irrigant, ne uel pecca⸗
torũ ſorde deformes re⸗
maneãt:uel doctrinæ cœ
leſtis inopia tabeſcant:&
quaſi nociua ariditate de
ficiãt.Et quia eadem do⸗
F ctorũ uerba fideliũ,quæ⸗
dam myſtica latent & oc
culta quæ ſolertiore cõ⸗
prehendantur induſtria:
quædam uero aperta &
cunctis audientibus faci
lia ad intelligẽdum pro⸗
fluunt:recte hæc & aquã
profundam & torrẽtem
dicit eſſe redundantem.
Poteſt autẽ & ita diſtin⸗
gui:ut quia ueteris teſta⸗
mẽti ſcriptura typice ꝓ⸗
lata eſt,dicatur de ea: A⸗
qua profunda, uerba ex
ore uiri.Quia dñs & apo
ſtoli palàm utriuſqꝫ teſtamenti ſacramenta mundo
reſerabant,adiũgatur de illis: Et torrẽs redundans
fons ſapiẽtiæ. c ¶Verba bilinguis &c.)Bilingues
ſunt cuncti hæretici,qui praua perſuaſione locutio
nis ſuæ mẽtes ſimpliciũ uelut peſtifero ueneno ita
corrumpunt,ut ad ſanitatẽ difficile uenire poſſint.
d ¶Qui mollis & diſſolutus eſt &c.) Quia qui cœ
pta bona diſtricte nõ exequitur,diſſolutione negli
gentiæ manũ deſtruentis imitatur. e ¶Subſtan⸗
tia diuitis urbs roboris eius &c.) Nõ terrena ſub⸗
ſtantia ſemper defendere poteſt: imò pleriqꝫ ꝓpter
diuitias ſunt capti uel occiſi. Vnde & Eccleſiaſtes
Eccles.5.c ait:Diuitiæ cõſeruatæ in malũ dñi ſui: pereũt enim
in afflictione peſſima.Melius ergo intelligit̃ ſubſtã
tiã laudare uirtutũ, quibus quicũqꝫ abundat, quaſi

tiæ, niſi ea dixeris quæ uerſantur in corde
eius. Cap. XVIII.
a IMpius cum in profundũ uenerit peccato
rũ cõtemnit:ſed ſequitur eũ ignominia &
b opprobriũ. Aqua profunda, uerba ex ore
uiri:& torrens redũdans fons ſapientiæ. Ac
cipere perſonam impij in iudicio nõ eſt bo⸗
nũ,ut declines à ueritate iudicij. Labia ſtulti
immiſcẽt ſe rixis:& os eius iurgia prouocat.
Os ſtulti contritio eius:& labia ipſius ruina
c animæ eius. Verba bilinguis quaſi ſimpli⸗
cia, & ipſa perueniunt uſqꝫ ad interiora uen
tris.Pigrũ dejcit timor:animæ aũt effœmi⸗
d natorũ eſurient.Qui mollis & diſſolutus eſt
in opere ſuo:frater eſt ſua opera diſſipantis.
Turris fortiſſima nomen dñi:ad ipſam cur⸗
e rit iuſtus & exaltabitur. Subſtantia diuitis
urbs roboris eius; & quaſi murus ualidus
f circũdans eũ. Anteqꝫ cõteratur,exaltat̃ cor
hominis:& anteqꝫ glorificetur, humiliatur.
g Qui prius reſpondet qꝫ audiat: ſtultũ ſe eſſe
h demonſtrat & cõfuſione dignum. Spiritus
i uiri ſuſtentat imbecillitatem ſuã. Spiritum
uero ad iraſcendum facilem quis poterit ſu⸗
ſtinere? Cor prudentis poſſidebit ſcientiam:
& auris ſapientium quærit doctrinam. Do⸗
k num hominis dilatat uiã eius: & ante prin⸗
l cipes ſpacium ei facit. Iuſtus prior eſt accu⸗
ſator ſui; uenit amicus eius & inueſtigabit
eum

muro inexpugnabili cunctas hoſtiũ arcet inſidias. G
f ¶Anteqꝫ cõteratur,exaltatur &c.)Id eſt ante con
tritionem futuræ ruinæ uel damnationis,præcedit
elatio cordis atqꝫ praua actio. g ¶Qui prius re⸗
ſpondet qꝫ audiat, ſtultum &c.) Qui prius doctor
eſſe deſiderat qꝫ diſcat,
ſtulticiæ noxam non de⸗
clinat.Qui iudicare pro⸗
ximorum facta prius qꝫ
plenæ cauſam utriuſque
partis cognoſcat,inordi⸗
nate feſtinat:ſe confuſio⸗
ne dignum demonſtrat.
h ¶Spũs uiri ſuſtentat
imbecillitatẽ ſuã.)Et ipſe
uir ait:Spũs quidẽ prom Mat.14.c
ptus eſt:caro autem infir
ma.Poteſt & de quolibet
uiro ſancto accipi q car⸗
nis imbecillitatem ne in
tentationibus cedat,mẽ⸗
tis fortitudine ſuſtentat.
i ¶Spiritũ uero ad iraſcẽ
dũ facilem quis pot.&c.)
Quia qui ad iraſcendum
facilis eſt,nec ſeipſum po
teſt ſuſtinere: ita ut ira⸗
tus ſæpe dicat ea q̃ poſt⸗
modum placidus quia di H
xerit pœniteat: & plerũ⸗
qꝫ an dixerit ignoret.Cu
ius tamen ueſania non⸗
nunqꝫ per ſapientiũ mo⸗
deſtiam facillime ſuffert,
atqꝫ ex tempore ſopitur.
k ¶Donum hominis di
latat uiam eius: & ante
principes ſpacium ei fa⸗
cit.)Donum charitatis ſi
ue aliarum uirtutũ quas
à dño fideles accipiunt,
dilatat uiam actionis eo⸗
rũ: quia quo magis gra⸗
tia ſpiritus intus replen⸗
tur:eo latius foris bonorꝝ operũ greſſus multipli⸗
cant:atqꝫ inter magnos eccleſiæ rectores, in futuro
culmẽ ſortiuntur honoris. Aliter: Donũ ſpirituale
ſaluatoris quod mũdo attulit,dilatauit uiã eius: qđ
ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis
ſuæ præſentiã ueniret; nec ſolũ populos, ſed ipſos
etiã rerũ dños,cõcupiſcentijs renũciare,ac ſibi libẽ⸗
ter obtemperare faceret. l ¶Iuſtus prior eſt accu
ſator ſui:uenit &c.) Omnis qui uere iuſtus eſt, ubi
peccantiũ errata cõſpicit, primo ad ſeipſum oculũ
cõſiderationis inflectit:dũqꝫ ſuã fragilitatẽ ſolicitus
accuſauerit, ſic demũ ad corripiendos alios linguã
benignus exerit.Sed ille qui ſuis fidelibus dicere di
gnatus eſt:Vos autẽ dixi amicos;quia quæcũqꝫ au
diui à patre meo, nota feci uobis: uenit in cor eius
per præ



A per præſentiã diuinæ cõtemplatiõis:& quẽ mundũ
à ſorde iniquitatis agnoſcit, eius humilitatẽ digna
mercede remunerat. a ¶Cõtradictiões cõprimit
ſors:& inter potentes quoqꝫ dijudicat.) Sors eſt oc
culta & incõprehenſibilis prædeſtinatio ex diuina
regula ꝓcedẽs. Quæ in⸗
ter potentes:hoc eſt, ele⸗
ctos dum ſingulis pro⸗
pria aſſignat dijudicat.
b ¶Frater qui adiuuat̃
à fratre quaſi ciuit. &c.)
Cum populus uterqꝫ,Iu
dæorꝝ ſcilicet & gẽtium,
fraterna ſibi in Chriſto
charitate cõſentit: unã iã
catholicæ eccleſiæ ciuita
tẽ cõſtruit:& ſicut uectes
urbiũ portas muniũt, ita
dogmata utriuſqꝫ teſta⸗
menti,eccleſias per orbẽ
quæ unam catholicã fa⸗
ciunt,ab infideliũ incur⸗
ſione defendũt. c ¶Cũ
obſecrationibus loquet̃
pauper: & diues effabit̃
rigide.)Humiles ſpiritu,
humiliter dñm adorant:
ut euangelicus ille publi⸗
B canus:ſuperbi ſua meri⸗
Luc.18.b ta iactant, ut phariſæus.
d ¶Vir amicabilis ad ſo
cietatẽ:magis amicus erit
qꝫ frater.)Credẽs ex gẽti
bus populus magis ama
tus eſt à dño qꝫ Iudaicus
ſine fide perdurãs:ĩ quo
ſecundũ carnẽ natus eſt.
Poteſt & de apoſtolis ex
Iudæa natis intelligi: qa
magis eos amarent cre⸗
dentes ex gentibus qꝫ ex
ſua gente increduli.
Cap. XIX.
MElior eſt pauper q
ambulat in ſimpli
citate &c.) Melior eſt ſimplex auditor uerbi dei:ſi
ea quæ intelligere in ſcripturis potuit,operando ꝓ⸗
ficit:qꝫ eruditus quiſqꝫ ſi in illis quæ acute intellexit
ad hæreſim prædicandã labia retorquet. f ¶Vbi
nõ eſt ſciẽtia animæ &c.) Animæ quidẽ humanæ,
ſcientia uitę cœleſtis eſt neceſſaria:quia nimirũ ſine
hac beata in perpetuũ eſſe nõ poteſt:attamẽ qui ef⸗
frenatis ſenſibus mẽtis,plus appetit ſapere qꝫ decet,
plerunqꝫ offẽſionẽ hæreticæ ſtulticiæ temerarius
incurrit. Quod ĩ primis humani generis parẽtibus
myſtice ſignatũ eſt:qui dũ appetitu ſciẽtiæ maioris,
uetitũ cõtingere ꝓperabant:à ſtatu beatitudinis in
qua cõditi ſunt deuiãtes,in pœnã miſeriæ & morta
litatis inciderũt. g ¶Stulticia hominis ſupplantat

a eum. Contradictiões cõprimit ſors:& inter
b potentes quoqꝫ dijudicat.Frater qui adiuua
tur à fratre quaſi ciuitas firma:& iudicia qua⸗
ſi uectes urbium.De fructu oris uiri replebi⸗
tur uenter eius:& genimina labiorum ipſius
ſaturabunt eũ. Mors & uita in manibus lin⸗
guæ:qui diligunt eã comedent fructus eius.
Qui inuenit mulierẽ bonã, inuenit bonũ:&
hauriet iocunditatẽ à dño.Qui expellit mu⸗
lierem bonã,expellit bonũ:qui autem tenet
c adulterã,ſtultus eſt & inſipiens. Cum obſe⸗
crationibus loquetur pauper:& diues effabi
d tur rigide.Vir amicabilis ad ſocietatẽ magis
amicus erit qꝫ frater. Cap. XIX.
e MElior eſt pauper qui ambulat in ſim⸗
plicitate ſua, qꝫ diues torquens labia
f ſua & inſipiens.Vbi nõn eſt ſcientia animæ,
non eſt bonũ:& qui feſtinus eſt pedibus of⸗
g fendit.Stulticia hominis ſupplantat greſſus
h eius:& contra deum feruet animo ſuo. Diui
tiæ addunt amicos plurimos:à paupere aũt
& hi quos habuit, ſeparantur. Teſtis falſus
non erit impunitus:& qui loquitur menda⸗
cia,non effugiet.Multi colunt perſonam po
tentis:& amici ſunt dona tribuentis. Fratres
omnes pauperis oderũt eum:inſup & amici
i procul receſſerunt ab eo.Qui tantum uerba
ſectat̃ nihil habebit:q aũt poſſeſſor eſt men⸗
tis diligit animã ſuã:& cuſtos prudẽtiæ:ĩue⸗
k niet bona. Falſus teſtis non erit impunitus:
& qui

greſſus eius &c.) Stultorũ moris eſt, ut cũ peccãdo C
uiam ueritatis deſerũt,nõ ſe erraſſe fateãtur:ſed ad
culpã conditoris, ſui reatus originẽ referant:quaſi
ipſe occaſionẽ peccandi tribuerit,qui uel fragilẽ fe⸗
cerit hominẽ,uel ad tẽtationem eius hoſtẽ uerſutũ
admiſerit. Vñ & primus
noſtri generis parẽs,poſt
præuaricatiõis exceſſum
increpatus à dño, ad de⸗
fenſionẽ mox excuſan⸗
do refugit, dicẽs:Mulier Gene.3.c
quã dediſti mihi ſociam,
dedit mihi de ligno,& co
medi.Et ipſa mulier:Ser
pens,inquit, decepit me.
Ambo nãqꝫ in creatorẽ
quod peccauerãt, retor⸗
quebãt. Ille quod mulie⸗
rem per quã periret à do
mino ſociã accepiſſet:illa
ꝙ dñs ſerpentẽ qui ſe de⸗
ciperet in paradiſo cõſti⸗
tuiſſet:quo cõtra ſapiens
dñm precat̃:ut nõ decli⸗
net cor ſuũ in uerbũ ma⸗ Psal.140.
lum ad excuſandas excu
ſationes in peccatis. Sed
& ille ſuos ſupplantans
greſſus cõtra deũ feruet
animo,qui diuina impe⸗ D
ria per ſuã inertiam con⸗
temnens, inſuper ipſum
dñm quaſi importabilia
hominibus onera impo⸗
ſuerit, mẽte reprehendit
inſana. h ¶Diuitiæ ad⸗
dunt amicos plurimos:
à paupere aũt & hi quos
habuit ſeparãtur.) Diui⸗
tiæ regni cœleſtis,quæ ꝑ
ſanctos doctores fideli⸗
bus tribuẽdo prędicant̃,
multos amicos & eiſdem
prædicatoribus, & earũ
largitori dño aſciſcũt:A
philoſophis aũt cæteriſqꝫ gentiũ magiſtris:quia nil
certæ beatitudinis in futurũ norunt promittere:&
hi quos habuere ſeparãtur,uidelicet cõuerſi ad fidẽ Roma.2.b
ſpemqꝫ dominicæ ꝓmiſſionis certiſſimam. i ¶Qui
tantum uerba ſectatur, nihil habebit:qui autẽ poſ⸗
ſeſſor eſt mentis, diligit animã ſuã &c.) Et Apoſto
lus ait: Non auditores legis iuſtificabuntur apud
deum,ſed factores legis iuſtificabũtur. k ¶Teſtis
falſus nõ erit impunitus:& qui mendacia loquitur,
peribit &c.) Redarguerat eũ qui uerba tantũ ſcien
tiæ abſqꝫ operationis efficacia ſectat̃:redarguit nũc
illum qui ipſa uerba diuinæ autoritatis male inter⸗
pretãdo corrũpit.Quod aũt multa ſæpius iterãtur,
firmitatis indiciũ eſt: ut Ioſeph ſomnium regis in⸗
 terpretãs

a & qui loquitur mendacia peribit. Nõn de-
cent ſtultũ deliciæ:nec ſeruũ dominari prin
b cipibus. Dõctrina uiri per patiẽtiã noſcitur.
c Et glõria eius eſt iniqua prætergredi. Sicũt
d fremitus leonis,ita & regis ira:& ſicut ros ſu
e per herbam , ita & hilaritas eius. Dõlor pa-
f tris filius ſtultus. Et tectã iugiter perſtillantia
litigioſa mulier. Domus & diuitiæ dantur à
parẽtibus:à dño aũt proprie uxor prudens.
g h Pigrẽdo immittit ſoporem. Et ãnima diſſo-
luta eſuriet. Qui cuſtodit mandatum, cuſto-
dit animã ſuã:qui autẽ negligit uiam ſuam,
i mortificabitur. Fœnerãtur domino qui mi-
ſeretur pauperis:& uiciſſitudinem ſuam red
k det ei. Erũdi filium tuum & nõ deſperes:ad
interfectionem autẽ eius ne ponas animam
l tuam. Qũi impatiens eſt,ſuſtinebit damnũ:
& cum rapuerit,aliud apponet. Audi conſi-
lium & ſuſcipe diſciplinam:ut ſis ſapiens in
nouiſſimis tuis. Multæ cogitationes in cor-
de uiri:uolũtas autem domini in æternum
perma

E terpretãs ait:Eo ꝙ ſit ſermo dei & ueraciter implea
Gene.41.d tur. a ¶ Nõ decent ſtultũ deliciæ:nec ſeruũ domi
nari principibus.) Nõ decent hæreticũ deliciæ ſcri
pturarũ:quia his bene uti nõ nouit:neq; illũ qui ſer
uus adhuc peccati eſſe ꝓbatur,præferri iuſtis in re-
gimĩe eccleſiæ. b ¶Do
ctrina uiri per patiẽtiam
noſcit.) Doctrina eccle-
ſiaſtica per patientiã do-
ctorũ quàm ſit perfecta
mõſtratur:quia dum ma
gis afflictionibus ac mor
ti corpus ſubdere ꝗ̃ à do
cẽdi officio ceſſare uolue
rũt:oſtẽdebãt utiq; quã-
tum eſſet ſalutaris,quam
tanta inſtantia defenſare
curarũt. Aliter: Doctri-
na uiri per patiẽtiã noſci
tur:quia tanto quiſq; mi
nus oſtẽdit doctus, quã-
to cõuincitur minus pa-
tiens. Neq; enĩ poteſt ue
raciter bona docẽdo im-
pendere,ſi uiuẽdo neſcit
æquanimiter aliena ma-
la tolerare. Recte aũt ſub
ditur: c ¶Et gloria eius
F eſt iniqua prætergredi.)
Quia nimirũ perfecti do
ctoris eſt,ſic aliorum im-
probitatẽ patiẽter ſuffer
re,ut ſuam quoq; fragili-
tatem nouerit ab iniqua
actione ſolerter obſeruare. Neq; enĩ aut mũdicia ꝓ-
priæ cõuerſationis, ſine tolerantia ſufficit externæ
perturbationis:aut ſi is qui fortiter aduerſa foris ſu
ſtinet,ĩtus adhuc eneruiter iniquis motibus feruet.
d ¶ Sicut fremitus leonis , ita & regis ira : & ſicut
ros ſuper herbã,ita & hilaritas eius.) De Dauid re-
ge dicit,qui in iudicio,& hilaris ac blandus iuſtis,&
terribilis apparebat iniuſtis. e ¶ Dolor patris fi-
lius ſtultus.) Deus qui in ſua natura ĩpaſſibilis ſem-
per eſt & placidus,dolere tamẽ noſtro more dicit,
cum homines quos ad ſe credẽdũ laudandũq; crea-
uit,hoſti potius maligno ꝗ̃ ſibi ſeruire conſiderat.
Gene.6.d Vnde & Moyſes loquitur:Pœnituit eum ꝙ homi-
nem feciſſet in terra:& tactus dolore cordis intrin-
ſecus:Delebo,inquit,hominẽ quẽ creaui à facie ter
ræ. f ¶ Et tecta iugiter perſtillãtia litigioſa mul.)
Sicut tecta perſtillantia pluuiã quidẽ de cœlo ſuſci-
piunt:nec tamẽ hanc ad utilitatẽ aliquã diſpertiũt:
ſed ad moleſtiã potius inhabitãtium deriuãt. Ita ni-
mirum hæreticorũ eccleſia, cœleſtiũ dona uerborũ
nõ ad ſalutẽ animarũ:ſed ad ſuæ uſum nequitiæ ma
le interpretando,& cõtra catholicos litigando con-
uertit. Tecta etenim perſtillantia, mundas quidem
pluuiæ guttas accipiunt,ſed ſub tectis in domo ſor
didas reddunt: & hæreticus limpidiſſima cœleſtis
oraculi uerba , auditu corporis haurit:at ubi hæc G
corde polluto attigerit , auditoribus ſuis ſorde mi-
xta miniſtrat. g ¶ Pigredo immittit ſoporẽ.) Pi-
ger appellatur,q recte ſentiẽdo quaſi uigilat:ꝗ̃uis
nihil operando torpeſcat. Sed pigredo immittit ſo-
porẽ,quia pauliſper etiã
recte ſentiẽdi uigilãtia a-
mittitur,dũ à bono ope-
randi ſtudio ceſſatur. Re
cte autẽ dicitur: h ¶Et
anima diſſoluta eſu.&c.)
Nam qui ſe ad ſuperiora
ſtringẽdo nõ dirigit, ne-
glectũ ſe inferius per de-
ſideria expãdit. Et dum
ſtudiorũ ſubtiliũ uigore
non cõſtringitur:cupidi
tatis infimæ fame ſaucia-
tur:ut quo per diſciplinã
ligari diſſimulat,eò ſe eſu
riens per uoluntatũ deſi
deria ſpargat. i ¶Fœ-
neratur dño qui miſeret
pauperis:& uiciſſitudinẽ
ſuã reddet ei.) Fœneratẽ
dño qui miſeretur pau-
peris. Fœnus eſt pecunia
ad uſurã cõmodata: qui
enĩ miſeretur pauperis,
fœneratẽ dño: quia ideo H
erogat modica tempora-
lia, ut ab eo recipiat am-
pliora æterna. Cuius ſen
tentiæ ueritatẽ ꝓbat ipſe
dñs,cum ſe eleemoſynam facientibus dicturum eſſe
prædixit:Quãdiu feciſtis uni de his minimis meis, Matth.25.d
mihi feciſtis. k ¶Erudi filium tuũ & nõ deſperes:
ad interfectionẽ autẽ eius ne ponas animã tuam.)
Subiectũ tibi quẽlibet ſi errare cõſpicis, diligenter
caſtigare curato:quod ſi curari renuit , ita erga illũ
circũſpecte & temperanter age:ne quid omnino in
tuis uerbis uel actibus , unde amplius peccet inue-
niat. Cui ſenſui opitulatur illud quod ſequitur:
l ¶Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnũ:& cum ra
puerit aliud apponet &c.) Si enim duritia cõtradi-
centis fratris quẽ erudire cœpiſti , prouocatus ipſe
in impatientiæ uitium labaris,damnũ profecto tuæ
uirtutis incurris:& cum illi durius forte increpãdo
ſpem promerendæ ſalutis agendæq; pœnitentiæ
quã habuerat rapueris:rationẽ pro eo ꝙ fratrẽ ſcã-
dalizaſti,diſtricto iudici reddes. Patet literę ſenſus:
quia qui per impatientiam inopiæ,furto ſeruit,aut
rapinis,damnum ſuæ animæ facit:& cum rem ꝓxi
mi tollit,& ſi nõ homini pro hoc: certe æterno iu-
dici rationem reddere habet. Vnde alia æditio ita
hunc uerſum tranſtulit:Male cogitans homo,mul-
to damno affligetur:& ſi pernicioſus fuerit, animã
ſuam apponet:quia nimirum cum pecuniam uio-
lentus abſtulerit,pro hac animam inuitus dabit.

Homo



a permanebit. Hõmo indigens miſericors eſt.
b Et mẽlior eſt pauper ꝗ̃ uir mendax. Timor
domini ad uitam:& in plenitudine cõmora
c bitur abſq; uiſitatione peſſimi. Abſcõndit
piger manum ſuam ſub aſcella: nec ad os ſu
um applicat eam. Peſtilente flagellato, ſtul-
tus ſapientior erit:ſi autem corripueris ſapi-
entem,intelliget ſapientiam. Qui affligit pa-
trem & fugit matrem , ignominioſus erit &
infelix. Non ceſſes fili audire doctrinam:nec
d ignores ſermones ſciẽtiæ. Tẽſtis iniquus de-
e ridet iudicium. Et õs impiorum deuorat ini-
f quitatem. Pãrata ſunt deriſoribus iudicia:&
mallei percutientes ſtultorum corporibus.
Luxurioſa res uinum : & tumultuoſa ebrie-
tas. Quicũq; his delectatur, nõ erit ſapiens.
Sicut rugitus leonis,ita & terror regis:qui ꝓ
uocat eum,peccat in animam ſuam. Honor
eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus:
omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs.

Cap. XX.

g PRõpter frigus piger arare noluit:men-
dicabit ergo æſtate & non dabitur ei.
Sicut aqua profunda,ſic conſilium in corde
h uiri:ſed homo ſapiens exhauriet illud. Mũl-
ti homines miſericordes uocantur:uirũ autẽ
i fidelem quis inueniet? Iũſtus qui ambulat
in ſimplicitate ſua:beatos poſt ſe filios dere-
k linquet. Rẽx qui ſedet in ſolio iudicij , diſſi-
l pat omne malum intuitu ſuo. Qũis poteſt
dicere,mundum eſt cor meum , purus ſum
à peccato

A a ¶Homo indigens miſericors eſt.) Indigẽtem di-
cit humilem qui ſe perpetuis bonis egere ſine ceſſa
tione recolit:talis nanq; ut miſericordiam cõſequatẽ
à domino,nũq; proximo miſereri recuſat. De quo
& ſubſequenter annectit. b ¶Et melior eſt pauꝑ
ꝗ̃ uir mendax &c.) Me-
lior eſt nãq; humilis cor-
de,qui nihil fidit ſuis opi
bus,ꝗ̃ qui ſe præ excellẽ
tia uirtutum uiri noĩe di
gnũ ducens fallitẽ,neſcius
dũ ſuꝑbiendo ꝑdit bona
quę geſſit. c ¶Abſcõdit
piger manũ ſuã ſub aſcel
la,nec ad os ſuũ applicat
&c.) Nemo ita piger eſt
ut ad os manũ uel come-
dẽdo reducere laborem
putet:ſed pigro labor ẽ,
manum ad os porrigere:
quia deſidioſus quiſq; p̃-
dicator,ne hæc uult oꝑa-
ri quæ dicit. Manũ quip
pe ad os porrigere,ẽ uo-
ci opere concordare.
d ¶Teſtis iniquus deri
B det iudiciũ.) Illud uideli-
Exo.20.b cet de quo dicitur: Non
falſum teſtimoniũ dices:
uel certe uenturũ de quo
ſupra dẽ:Teſtis falſus nõ
erit impunitus:& q loqẽ
mendacia,ꝑibit. e ¶Et
os impiorũ deuorat iniq
Supra 10.d tatẽ.) Sicut famelicus re-
fici cibis deſiderat: ita im
pius ut iniquitatis execu
tione ſatietur, ardẽter ex
quirit. f ¶Parata ſunt de-
riſoribus iudicia, & mal-
lei ꝑcutiẽtes ſtultorũ cor
poribus &c.) Et ſi repro
bi,ſicut prædictũ eſt, uel
iuſſionis uel cõminatio-
nis diuinæ iudiciũ deri-
dent:parata tñ eos expe-
ctant iudicia damnationis:quæ ut mallei ferrũ can-
dens,ita eos in fornace gehennæ ſine fine uerberẽt.

Cap. XX.

PRopter frigus piger arare noluit: mendicabit
ergo æſtate,& nõ dabitur ei &c.) Qui nunc ꝓ-
pter deſidiã in dei ſeruitio laborare neglexit:uentu
ro die regni mẽdicabit,& nõ dabitur ei:quia quæ-
Gal.6.b cunq; ſeminauerit homo, hæc & metet. Bene ergo
regnũ dei æſtati cõparatur:quia tunc mœroris no-
ſtri nubila tranſeunt,& uitæ dies æterni ſolis clarita
te fulgeſcunt. h ¶ Multi homines miſericordes
uocantur:uirum autẽ fidelẽ quis inueniet?) Multi
quidẽ miſericordes præſenti in ſeculo apud homi-
nes uidenẽ:uirũ aũt fidelẽ,hoc eſt, q recta intentiõe C
bonum opus faciat,inueniri difficile eſt. i ¶Iuſtus
qui ambulat in ſimplicitate ſua &c.) Non hoc ſecũ-
dum literã ſemꝑ ſtare poteſt. Nã & beatus Samuel 1.Reg.8.a
uir iuſtus ac ſimplex,diſſimiles ſui filios reliquit: &
Achaz iniuſtus ac repro 4.Reg.18.a
bus,beatum poſt ſe filiũ
reliquit Ezechiam: ſed
filios iuſti dicit eos, qui
exempla iuſti ſequũtur.
Vnde nunc omnes ele-
cti propter fidẽ, filij dicũ
tur Abrahæ: teſte Apo-
ſtolo qui ait:Si autẽ uos
Chriſti,ergo ſemẽ Abra Roma.4.
hæ eſtis:quibus beatitu-
do non huius ſeculi, ſed
futura ꝓmittitur. Vñ re
cte ſubiungitẽ: k ¶Rex
qui ſedet in ſolio iudicij,
diſſipat omne malũ intu
itu ſuo.) Et ſi enĩ in hac
uita electi mala patiãtur
reproborũ, ubi uniuer-
ſalis iudicij dies apparue
rit,omnia mala diſſipan-
tur: & coronatis cum do
mino iuſtis, ſoli pœnas
ſubibunt iniuſti. Quod
etiam nũc per partes agi
tur,cũ quis ſanctorũ ui- D
ctor exierit de ſeculo , &
ille qui eum tribulabat ꝑ
ſecutor digna factis per-
ceperit. Poteſt hic uerſus
& de electis accipi, qui
habent aliquando laten-
tia in mẽte mala: quæ ab
alijs uideri non poſſunt
hominibus: quæ tamen
dñs cernit, qñ ea occulto
reſpectu gratiæ deſtruit.
Deniq; cõuerſus dñs re-
ſpexit Petrũ, & recorda- Luc.22.g
tus eſt Petrus uerbi dñi,
& cætera. l ¶Quis po
teſt dicere,mundũ eſt cor meũ:purus ſum à pecca-
to?) Notãdum quod nõ ait:Quis poteſt mundum
habere cor, & purus eſſe à peccato:ſed quis poteſt
dicere,inquit mundum eſt cor meum,purus ſum à
peccato:quia ſunt qui largiente diuina gratia,poſ-
ſunt iuxta humanum modum & cordis & operis
mundiciam habere:unde eſt illud dominicum:Bea Matth.5.a
ti mundo corde:quoniam ipſi deum uidebunt. Et
in pſalmo: Quis aſcendet in montem domini:aut Pſal.23.a
quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus
& mundo corde. Si enim nemo mũdum habet cor,
neq; ullus purus eſt à peccato:conſequens eſt pro-
fecto:ut nullus aſcendat in montem domini:nullus

hominum

a à peccato? Põndus & pondus, menſura &
menſura: utrũq; abominabile eſt apud deũ.
b Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer ſi munda &
c recta ſint opera eius. Aurem audientem &
oculum uidẽtem, dominus fecit utrũq;. No-
d li diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat:
e aperi oculos tuos, & ſaturare panibus. Malũ
eſt, malum eſt dicit omnis emptor: & cũ re-
f ceſſerit, tunc gloriabitur. Eſt aurũ & multitu
do gẽmarũ: & uas precioſum labia ſcientiæ.
Tolle ueſtimẽtũ eius qui fideiuſſor extitit a-
g lieni: & ꝓ extraneis aufer pignus ab eo. Sua-
uis

E hominum ſtet in loco ſancto eius. Quia uero conſtat multos aſcenſuros in mõtem dñi, ſtaturosq; in loco ſancto eius: reſtat utiq; ut ſint multi mũdo corde, & iuxta humanæ poſſibilitatis modũ puri à peccato: nec tamen ſeipſum quiſq; mundũ corde & immunẽ eſſe à peccato abſq; temeritate pronũciat. Stulta eſt nãq; ꝓpriæ laudis iactãtia: temerarium de ſua quęq; innocentia, uel iuſticia gloriari. Et quia ſunt qui ſua laudare quaſi fortia: ꝓximorũ uero facta uelut uilia ſolẽt improbare: recte ſubiungitur: a ¶Pondus & pondus mẽſura & mẽſura &c.) Põdus & pondus: hoc eſt, maius & minus: mẽſura & menſura, ſimiliter maior et minor, utrunq; eſt abominabile apud deũ. Præpoſiti enĩ in eccleſia praue uiuentes: has duplices menſuras in domibus: hoc eſt, conſcientijs ſuis habent: quia bonum quod alijs imperãt, ipſi minime faciunt: & malum quod in ſubditis damnant, ipſi perpetrare non deſinunt. Pondus & pondus, menſurã & menſurã,
F hypocritæ atq; hæretici in domibus: hoc eſt, in ſenſibus ſuis habent, in eo quod ſe mundos in cogitatione & puros in actione ſua eſſe mẽtiũtur: cæteros uero uelut ſordidos atq; peccatores reſpuunt & cõtemnunt: quaſi ſtatera doloſa & menſura duplici, aliter ſua, & aliter facta ꝓximorum penſant, ac per hoc in utroq; abominabiles apud deũ exiſtunt. Diuerſum nãq; pondus in domo ſua, diuerſam habet mẽſuram: ut aliter uidelicet in ſemetipſo, aliter metiatur in proximo: qui in ſuis ſemper actibus quæ laudari: in aliorum uero quæ uituperari poſſint rimatur. Et ideo talẽ iuſte abominat̃ dominus: quia nimirum quãtum ſibimetipſi abſq; meritis placet, tanto ſuperno inſpectori merito diſplicet. Verum quia periculoſum eſt cuiq; de aliena conſcientia iudicare, cuius intentionem ſcire nequit, dat cõſilium quibus indicijs iudicium noſtri cordis erga proximũ dirigere debeamus. Nã ſequitur: b ¶Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer ſi munda & recta ſint opera eius.) Quemcunq; enim uirtutibus ſtudere, modeſtiæ, continentiæ, auditioni ſapientium, & obſeruantiæ mandatorum dei: maximeq; humilitati ac ſimplicitati uideris: huius mũda eſſe & recta opera intellige. Quem uero his cõtrarium iter tenere deprehendis, hunc uelut immundi ac diſtorti cordis hominem, aut corrigere & caſtigare: aut ſi hoc non uales, uitare ac declinare ne ab eo ipſe corrumparis curato. Nec uideri contrariũ debet, qđ hic ſtudioſi pueri mũda eſſe & recta opera teſtatur: ſupra uero ait: Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum: purus ſum à peccato? In hoc enim uerſu ſtudiũ recte

G uiuendi ſuadet: in illo præſumptionẽ propriæ puritatis diſſuadet. In iſto mundiciam & rectitudinem qualis in hac uita eſſe iuſtorum poteſt, docet habendam: in illo ſubtilitatẽ diuini examinis, qua hominũ facta & intentiones dijudicat, monet ſemper ante oculos habẽdam. Vnde & illum locũ antiqui interpretes ita trãſtulerũt. Cũ ſederit rex iuſtus in ſolio iudicij: quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor: aut quis gloriabitur mũdum ſe eſſe à peccato? q & hunc quẽ exponimus uerſiculum, manifeſtius poſuere dicẽtes: Iuuenis qui cum iuſto eſt, directa erit uia illius. Qui enim Sup.13.d cum ſapiẽtibus graditur, ſapiens erit. Sicut ecõtra, amicus ſtultorũ efficietur ſimilis. c ¶Aurem audientem & oculum uidentem, dñs fecit utrunq;.) Aurem audiẽtem, dicit auditorem uerbi obedientem. Oculũ uidẽtem, doctorem eruditum. Nemo ergo cũ ſe ſcripturarum ſcientia inſtitutum & ad dicendum uerbum dei uiderit idoneum: deſpiciat ſimplicitatẽ fratris: qui &
H ſi minus doctus ad prædicandum: nõ tamẽ minus eſt promptus ad diſcendum, uel ad implendum bona quæ didicit: ſed recolat quia qui ſibi maiorẽ ſciẽtiæ gratiã dedit: ipſe fratri quę habet ſpiritualia dona tribuit: nec ſibi propter ſe ſolũmodo, ſed etiam propter fratris commoda tribuit dona quæ uoluit: dans unicuiq; gratiã ſecundum mẽſuram donationis ſuæ. d ¶Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat &c.) Noli diligere ſomnũ peccati & inertiæ: de quo Apl'us ait: Hora eſt iam nos de ſomno Roma.13 ſurgere: ne te ſi non bene uigilare noueris, egeſtas in futuro, illa grauiſſima ubi nec ſtillam aquæ unã ſitiens inuenire queas occupet. Aperi oculos tuos cordis ad uigilias ſanctas, & ſaturitatem tibi gaudiorum cœleſtium bene uiuendo conquire.
e ¶Malum eſt, malũ eſt dicit omnis emptor: & cũ receſſerit, tunc gloriabitur.) Ergo & is qui æterna in cœlis præmia cõparare deſiderat, malũ eſt quod in præſenti debet ſuſtinere: ut cũ receſſerit de mundo: tunc glorietur aperte perſpiciens: Quia nõ ſunt Ibi.8.d cõdigne paſſiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. f ¶Eſt aurũ & multitudo gemmarũ: & uas precioſum labia ſciẽtiæ &c.) Hæc eſt gloriatio ſapiẽtis emptoris, qui q̃diu emerit, malum eſſe dicit quod ſecum agitur: cum autem receſſerit, lætabitur ſe ſapienter emiſſe: ſic etenĩ etiã cœleſti regni emptor ubi hinc receſſerit exultabit, cõperiens labia ſciẽtiæ: id eſt, doctrinæ ſpũalis qua uſus eſt in cõparatione cœleſtiũ, auro, gẽmis & uaſis eſſe aſſimulanda precioſis. g ¶Suauis eſt homini panis mendacij: & poſtea implebitur os &c.)
In



uis eſt homini panis mendacij: & poſtea im-
plebitur os eius calculo. Cogitatiões cõſilijs
roborantur: & gubernaculis tractanda ſunt
a bella. Ei q reuelat myſteria, & ambulat frau-
dulenter, & dilatat labia ſua, ne cõmiſcearis.
Qui maledicit patri ſuo & matri, extingue-
b tur lumen eius in medijs tenebris. Hæredi-
tas ad quam feſtinatur in principio: in no-
c uiſſimo benedictione carebit. Nẽ dicas red-
dam malum: expecta dominũ & liberabit
d te. Abominatio eſt apud dominum põdus
& pondus: ſtatera doloſa non eſt bona.
e f A domino dirigũtur greſſus uiri. Quis autẽ
g hominũ intelligere poteſt uiam ſuã? Ruina
eſt homini deuotare ſanctos: & poſt uota
h retractare. Diſſipat impios rex ſapiens: & in-
i curuat ſuper eos fornicem. Lucerna domini
ſpiraculum hominis: quæ inueſtigat omnia
ſecreta uentris. Miſericordia & ueritas cuſto
diunt regem: & roboratur clemẽtia thronus
k eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum:
& di

A In quocũq; membro quis amplius peccauerit, in eo ampliora in ultione patietur tormenta. Vnde recte qui in lingua magis deliquit, in ea plus arſurus eſſe perhibetur: dum os eius calculo qui eſt lapis ignitus implendum eſſe refertur: quod accidiſſe conſtat diuiti illi, Luc.16.c qui epulabatur quotidie ſplendide: cũ in inferno ardens, refrigerari ſibi à Lazaro linguam petebat. Nã quia in uerbis ſuperuacuis in epulãdo defluxerat, in lingua amplius ardebat. a ¶Ei qui reuelat myſteria & ambulat fraudulenter: & dilatat labia ſua, ne cõmiſcearis &c.) Si qs uoluerit tuis miſceri amicitijs: & hũc uideris prioris amici pandentem ſecreta, hũc ueluti perfidũ caue. b ¶Hæreditas ad quam feſtinatur in principio: in nouiſſimo benedictione carebit.) Qui per auariciæ nequitiã in hac uita multiplicari appetunt: in futuro ab æterno patrimonio exhæredes fiunt. Aliter: Hęreditas ad quã
B feſtinatur in prĩcipio, in nouiſſimo benedictione carebit. Qui gradũ regiminis priuſq; ſubeſſe didicerit: id eſt, ante tempus feſtinans præpoſterus accipit: in nouiſſimo mercede benedictionis, quæ bonis rectoribus debetur, carebit: qui ad myſteriũ altaris ĩdoctus & temerarius acceſſit, & ipſe in die nouiſſimo gratiam remuneratiõis quæ bene miniſtrãtibus repromittit̃ perdet. Poteſt & ita accipi: ꝙ qui in præſenti ſuas ulciſci uult iniurias, hic corona patiẽtiæ in futuro carebit. Cui ſenſui potiſſimũ uidet̃ cõuenire quod ſequitur: c ¶Ne dicas, reddã malum: expecta dñm & liberabit te.) Quod etiã uerſiculo ſequẽti aſtruit, cũ dicit: d ¶Abominatio eſt apud dñm põdus & pondus: ſtatera doloſa non eſt bona.) Duplex nãq; pondus & ſtateram habet ſuo in corde doloſam: qui dum peccauerit, ipſe ueniam petit a dño: & nihilominus peccanti in ſe homini ac pœnitenti, quod peccauit dimittere nõ uult: eũ qui deus eſt flectere ad miſerãdum precibus ſatagit, cũ ipſe homo exiſtens, nullis hominum precibus flecti ad miſericordiã poſſit. Qui iure quaſi iniquus ponderator abominat̃ à domino: quia ſuas iniurias grauiores q̃ dñi menſurat. Verbi gratia: nolens indulgere ei qui ſuã uxorẽ polluit: & poſtulãs ſibi indulgere, cũ forte deſponſatã Chriſti uirginẽ maculauerit: uel certe aĩam ſuam deo in baptiſmate conſecratã, aliqua uitiorum ſorde fœdauerit. e ¶A dño

C diriguntur greſſus uiri.) Quicũq; hominum greſſus rectum iter incedunt, nõ fit hoc libertate humani arbitrij: ſed gubernatione illius, cui dicit Eſaias: Omnia enim opera noſtra operatus es nobis. Eſa.26.c
f ¶Quis autem hominum intelligere poteſt uiam ſuam?) In hoc, inquit, manifeſte claret, quia quicquid boni habet quiſq;, à ſeipſo non habet, ſed per gratiã dei: quod nec per ſui libertatẽ arbitrij qualis futurus ſit, qualiter ul' q̃diu uicturus intelligere poterit. g ¶Ruina eſt homini deuotare ſanctos: & poſt uota retractare.) Cũ peccatũ ſit ulli hominũ nocere: quanto maius eſt cũ quis ſanctos dei offenderit ſiue læſerit & quaſi uile mancipiũ ꝓ libito ſuæ uoluntatis eos tractare non timuerit. Quõ quadraginta uiri in Actibus apoſtolorũ de Act.23.c uouerũt ſe nõ manducaturos neq; bibituros, donec occiderent Paulum. Et pagani ſæpe, ut legimus, dijs ſuis Chriſtianorũ deuouere ſanguinem.
D Hunc uerſiculũ antiqua æditio, iuxta aliũ ſenſum poſuit, dicẽs: Muſcipula eſt uiro citato aliquid de ſuis conſecrare: poſtea autem quàm uotum fecit pœnitentiam agit. Et quia utroſq;, & eos uidelicet qui ſua uota cõtemnunt, & eos qui ut ſua uota cõpleãt ſanctos perſequuntur, dãnatio reſtat æterna: recte ſubdit̃: h ¶Diſſipat impios rex ſapiens &c.) Moris aũt fuit antiquorũ, ut adepta de hoſte uictoria, fornices ſibi erigerẽt: in qbus uirtutũ ſuarũ laudes deſcriberẽt: ut in Saulis 1.Reg.15.c ope legimus. Dñs ergo rex noſter, nõ ſolũ impiorũ deſtruet in fine maliciã: ſed & magnã cũ electis ſuis eiuſdẽ triũphi gloriã ꝑpetuo celebrat. Hũc uerſum antiqua trãſlatio ſic habet: Ventilator impiorũ rex ſapiens: & immittet illis rotam malorũ: id eſt, pœnã nullo fine cõſummãdã. Cui uidelicet rotæ cõtraria eſt corona uitæ æternæ: quã repromiſit deus diligẽtibus ſe. i ¶Lucerna domini ſpiraculũ &c.) Diuini afflatus illuminatio cum in mentem hominis uenerit, eã ſibimetipſi illuminãs oſtẽdit: quę ante ſpũs ſancti aduentũ cogitatiões prauas & portare poterat, & pẽſare neſciebat. k ¶Exultatio iuuenũ fortitudo &c.) Caniciẽ ſapientiã dicit. Tunc etenĩ ciuitatis cuiuſq; bene ordinatæ: tũc res ſanctæ eccleſiæ recte agũt̃: cũ & fortiores quiq; uiribus neceſſarijs inſiſtũt opibus: & ſeniores maiore prudẽtia prædicti, de his quæ agenda ſunt ſalubriter conſulunt.

Liuor

a & dignitas ſenũ canicies. Liuõr uulneris abſterget mala: & plagæ in ſecretioribus uentris.

Cap. XXI.

b SIcut diuiſiones aquarum: ita cor regis in manu domini quocũqꝫ uoluerit inclinabit illud. Omnis uia uiri recta ſibi uidetur: appendit autẽ corda dominus. Facere miſericordiam & iudicium: magis placet domino quàm uictimæ. Exaltatio oculorum, eſt dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatũ. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger in egeſtate eſt. Qui congregat theſauros lingua mẽdacij, uanus & excors eſt: & impingetur ad laqueos mortis. Rapinæ impiorum detrahent eos: quia
c noluerunt facere iudicium. Pẽruerſa uia uiri aliena eſt: qui autẽ mũdus eſt, rectum opus
d eius. Melius eſt ſedere in angulo domatis, q̃ cum muliere litigioſa & in domo communi. Anima impij deſiderat malum: non miſerebitur proximo ſuo. Mulctato peſtilente, ſapientior erit paruulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam. Excogitat iuſtus de domo impij: ut detrahat impios à
e malo. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis: & ipſe clamabit, & non exau-
f dietur. Munus abſcõditum extinguet iras: & donum in ſinu indignationẽ maximam.
g Gaudium iuſto eſt facere iudicium: & pauor
h operantibus iniquitatem. Vir qui errauerit à uia doctrinæ, in cœtu gigantiũ cõmorabitur

E a ¶ Liuor uulneris abſterget mala: & plagæ in ſecretioribus uẽtris.) Cum em̃ exterius percutimur ad peccatorꝫ noſtrorꝫ memoriã, tacti afflictiqꝫ reuocamur: & per hoc qd' foris patimur, magis intus qd' fecimus dolemus: ſicqꝫ fit ut inter aperta uulnera corporis magis nos abluat plaga ſecreta uẽtris: quia ſanat nequitias praui operis occultum uulnus doloris. Solet quippe uentris appellatione mẽs accipi: quia ſicut uẽter cõſumit eſcas: ita mẽs pertractando excoquit curas. Cap. XXI. SIcut diuiſiones aquarũ: ita cor regis in manu dñi quocũqꝫ uo. &c.) Quare cor regis & non potius hominũ in manu dei eſſe perhibet; cũ ſcri- Pſal.94.a ptum ſit: Quia in manu eius ſunt oẽs fines terræ: niſi forte regẽ, ſanctum quẽqꝫ appellat, qui uitiorũ bella in ſeipſo uincere, uirtutũ militiã nouit ſtipare. Sicut em̃ dñs mul- F tifidis aquarũ diuiſionibus terrarũ fines latæ ſimul & aëris implet: tegit quoqꝫ aqs ſuperiora cœlorũ: ita cor regis quocũqꝫ uoluerit inclinabit illud: quia ſicut diuiſiones gratiarũ iuxta ſuã uoluntatẽ, & angelis & hominibus tribuit: ita & corda ſanctorꝫ quibuſcũqꝫ uoluerit digna donatiõibus reddit. Neqꝫ ullum habet Pelagianiſta locum quo abſqꝫ dei gratia qs ſaluus fieri poſſit. c ¶ Peruerſa uia uiri aliena eſt: qui aũt &c.) Iuſte coram dño uiuere, propriũ eſt humanæ cõditionis. Vnde alibi Eccles.12.d dicit: Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt, omnis homo. At qui peruerſe uiuit, alienam profecto à natura humana uiam incedit. Peruerſa ergo actio, aliena eſt & contra naturam. Qui autẽ mundus eſt in opere, hic recte quod per naturam originaliter ſumpſit exequitur. d ¶ Melius eſt ſedere in angulo domatis, q̃ cum muliere litigioſa &c.) Adeo uerum eſt, melius eſſe ſedere in angulo domatis: id eſt, in ſecreta altitudine uitæ continentioris, q̃ cũ muliere mala in domo quæ tibi ſit cum illa communis: ut etiam ſi optima tibi mulier ducenda offeratur, melius ſit contempto cõnubio ꝓpter comitatum agni, cœlibem ducere uitam. Aliter: Quid per angulũ domatis, niſi uita religioſa, ab om̃i actione terrena remota: & à turbationibus uitæ præſentis quieta? Quid per mulierẽ litigioſam, niſi perturbati ſeculi actio deſignatur: quæ amatoribus ſuis inceſſanter tẽtationes mouet: iurgia atqꝫ ſcãdala ſeminat, immittit lites, cõcitat bella, diuidit unitatẽ, pacẽ uiolat, amicitias diſſipat: eoſqꝫ dũ uarijs cupiditatibus inflãmat: nec in ſemetipſis qeſcere ſinit: nec in fraterna dilectione cõnexos eſſe permittit? e ¶ Qui obturat aurẽ ſuã ad clamorẽ pauperis: & ipẽ clamabit & nõ exaudietur.) Generaliter hæc accipiẽda ſententia: & nõ egeno tantũ uel corporaliter infirmo. Nam & qui criminibus alienis nõ affectu miſericordiæ cõdolere, ſed iudicãtis mauult tenere cenſuram: oſtendit ſe necdũ uitiorũ fecibus eliquatũ, neqꝫ auditu diuinæ miſerationis exiſtere dignũ. f ¶ Munus abſconditũ extinguet iras: & donum in ſinu indignationẽ maximã.) Qui iram diſtricti iudicis quã peccãdo meruit placare deſiderat: eleemoſynas det pauperibus: & hoc nulla delectatiõe fauoris humani, ſed tantũ amore conditoris: qui cordium occulta reſpicit. Sic em̃ fit munus abſconditum, ſic ad mitigandum cõditoris iram proficuũ, ſi nullo extraneæ retributiõis intuitu porrigatur: ſic implebit quod ipſe præcepit. Te aũt Matth.6. faciente eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. g ¶ Gaudiũ iuſto eſt facere iudiciũ: & pauor operantibus iniquitatẽ.) Gaudet iuſtus cum bonis deſudat operibus: quia ſperat ſe propter hæc bonis remunerãdum eſſe perennibus. At uero reprobi dum mala quæ dñm prohibuiſſe norunt, faciũt, q̃uis ſuæ luxuriæ perpetratione carnaliter delectẽtur mẽtis tamẽ pauore interno carere nequnt: quia ſe mala perpetua paſſuros ꝓ his quæ tẽporaliter malefecerint nõ ambigunt. h. ¶ Vir qui errauerit à uia doctrinæ, in cœtu gigantium cõmorabitur &c.) Gigantes dicit immundos ſpiritus: de quibus G



tur. Qui diligit epulas in egeſtate erit: qui a-
a mat uinum & pinguia non ditabitur. Prô iuſto datur impius: & pro recto iniquus. Melius eſt habitare in terra deſerta: q̃ cum
b muliere rixoſa & iracunda. Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti, & imprudens homo diſſipabit illud. Qui ſequitur iuſticiam & miſericordiam: inueniet ui-
c tam, iuſticiam & gloriam. Ciuitatem fortiũ aſcendit ſapiens, & deſtruxit robur fiduciæ eius. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuã: cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Superbus & arrogans uocatur indoctus: qui in ira operatur ſuperbiam. Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicq̃ manus eius operari. Tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt, tribuet & non ceſſabit. Hoſtiæ impiorum abominabiles quæ offe-
d runtur ex ſcelere. Teſtis mẽndax peribit: uir
e obediens loquetur uictoriam. Vir impius procaciter obfirmat uultum ſuum: qui au-
f tem rectus eſt corrigit uiam ſuam. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſi-
g lium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem ſalutem tribuet.

Cap. XXII.

h MElius eſt nomẽ bonum quàm diuitiæ multæ

A bus beatus Iob: Ecce gigantes, inquit, gemunt ſub Iob.26.b aquis, & qui habitant cum eis: id eſt, ſuperbi & malefactores ſpiritus dæmoniorum cũ his quos deceperint hominibus pœnis ſubacti torquentur: horũ enim cœtui ſociabuntur, qui à uia ueritatis errauerunt, ipſo iudice atteſtante qui ſe illis dicturũ eſſe Matth.25.d prædixit: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. a ¶ Pro iuſto datur impius, & ꝓ recto ini. &c.) Iuſti & recti idem eſſe uidẽtur, ſed diſtat inter impios & iniquos, qd' iniq ſunt omnes reprobi: impij uero qui maioribus implicati ſceleribus, uel nunq̃ ſanctæ myſteria fidei perceperunt, uel poſt accepta ad apoſtaſiam redierũt. Vnde poteſt hoc loco impius omnis fideliũ perſecutor dictus accipi: Porrò iniquorũ uocabulo, generaliter om̃es mali ſignari. Et pro iuſto B datur impius, cũ ꝓ martyre perſecutor qui eum morti dederit punitur: ꝓ rectis iniqui, qui eorum iuſticiam uidentes imitari nolebant. Damnatur Herodes, non tantũ pro innocẽtibus quos impiæ neci tradidit, ſed & argumentum dãnationis accipit: quia fidẽ magorum ſequi ad quærendũ dñm noluit cum eſſet Iudæus, & prophetarum dicta cognoſceret, hinc em̃ domi- Matth.12.d nus ait: Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta & cõdemnabit eam &c. Nõ quia ipſa ſua uirtute ac potentia condemnabit, ſed quia in eius comparatione condemnabuntur, qui deuotionem eius ſcientes cum multo facilius poſſent, ſapientiæ curam diſſimulabant habere. b ¶ Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti &c.) Claritas bonorum operum deo ſemper amabilis, & pinguedo dilectionis in ſanctorum eccleſia refulget. Verum reprobi nõ tantum uirtutes ſe nõ aſſequi, ſed & perſequi & quantum ualent in bonis obruere feſtinant. Poteſt ſane hic uerſus & de quolibet martyrum accipi, in cuius habitaculo: id eſt, corpore anima ſancta, dei uidelicet theſaurus ſeruet̃, abũdat & unctio gratiæ ſpiritualis: at perſecutor ĩprudẽs huiuſmodi habitaculũ diſrũpere poteſt: theſaurũ uero qui habitaculo tenebatur & oleũ, nequaq̃ tãgere poteſt. Vt dñs docet: Nõ timete eos qui occi- C dunt corpus & poſt hæc non habent amplius quid Matth.10.c faciant. c ¶ Ciuitatẽ fortium aſcẽdit ſapiens &c.) Ciuitatem fortium, mundum dicit qui quondã magnorum ſpirituũ & tyrãnidi ſtultæ ſubactus ſeruiebat: habẽs fiduciam uitæ in occulto eorum qui nõ ſũt dij, ſed opera manuũ hominum. Hanc ciuitatem intrauit ille natus in carne q eſt dei uirtus & dei ſapientia: deſtruxitqꝫ ꝑ ſuos prædicatores cultum deorꝫ, in quibus fuere cõfiſi, ueritatis ignari: atqꝫ in fide cœleſtium docuit habendam eſſe fiduciam quæ nunq̃ poſſet deſtrui. Sed & quotidie ciuitatem fortiũ aſcendit ſapiens, & deſtruit robur fiduciæ eius, cum aliquis fidelis doctor argumẽto philoſophorum, uel hæreticorum, uel etiam contumaces carnaliũ fratrũ contradictiones quibus ſcelera ſua defendere & D alleuiare nitũtur aſpernatione fidei eccleſiaſticæ, caſtigatiõis diſciplina redarguit atqꝫ euiſcerãs annullat. d ¶ Teſtis mendax peribit: uir obe. &c.) Qui ſe deo ſeruire teſtat̃, nec factis dicta exequit̃, peribit: qui autẽ fideliter ut ꝓmittit, iuſſis ſubditur diuinis: huius loquela ad uictoriã perueniet: quia dum per obediẽtiam ſuã deſideria uincere ſatagit, per iuſticiam iudicis poſtmodum uictoriæ palmam percipit. e ¶ Vir impius procaciter obfirmat uultũ ſuũ &c.) Iudas quia impius corde erat, q̃uis ipſo domino ſe redarguente, noluit mala cœpta reſtringere. Porrò Petrus qa Luc.22.g rectus erat corde: id eſt, rectitudinis amator, reſpiciente ſe domino mox pœnitendo correxit quod negando deliquit. f ¶ Non eſt ſapientia, non eſt pruden. &c.) Quæcunqꝫ cõſiliantur & ſapiunt hæretici: nihil eſt & uanũ & inutile. g ¶ Equus paratur ad diem belli: dñs autem ſalu. &c.) Hominum quidem eſt deo deuote tempore perſecutionis animum præparare, corpus offerre diſcrimini, ſed diuini eſt adiutorij: ut cœpto labori, agonis uictoria ſaluſqꝫ ſuccedat. Cap. XXII. MElius eſt nomen bonum q̃ diuitiæ multæ.) Nomen bonum dicit, non quod à turbis uulgi imperiti, ſed quod à fidelium q̃uis paucorũ teſti

E teſtimonio laudatur. Neq; enim bonus habere no-
men bonum refugit, ſed à bonis ſolum quærebat
*Galat. 1. b* laudari qui ait: Si adhuc hominibus placerē, Chriſti
ſeruus non eſſem. Nomen ergo bonum eſt nomen
religionis, quod diuitijs mundialibus iure præfer-
*Matth. 16. d* tur. Nam & ſi mundum
quis lucraret̃ uniuerſum
merito hunc contemne-
ret, tantum ut nomē eius
ſcriberetur ĩ cœlo, eiuſq;
memoria & inter ange-
los, & inter homines ſan
ctos figeretur æterna.
a ¶ Super argentum &
aurum gratia bona.) Illā
ſignificat gratiā cum qs
ꝓ bono opere laudatur
à bonis, imò pro collatis
ei donis meritorum glo-
rificatur pater qui in cœ
lis eſt. b ¶ Diues & pau
per obuiauerūt ſibi: utri-
uſq; operator eſt dñs.)
Neq; diuitē propter di-
uitias honores: neq; ꝓ inopia pauperem deſpicias,
ſed hoc in utroq; merito uenerare: quia opus ſunt
diuinum & ad imaginem dei facti ſunt. c ¶ Calli-
*Ioan. 12. f* dus uidet malum & abſcōdit ſe &c.) Multi ex prin
cipibus credidere in dominum, ſed propter phari-
F ſæos non confitebantur, ut de ſynagoga non eijce-
rentur: quia enim erant callidi, uidebant malū per-
ſecutionis quod imminebat, & abſcōderunt fidem
pietatis quam parumper conceperant. Innocentes
uero Apoſtoli pertranſierunt itinere recto profeſ-
ſionis quo cœperunt, & afflicti ſunt uerbere, uincu
lis, carcere & ipſa etiam morte mulctati. V troruq;
autem exemplum multi uſq; nunc, & in certamine
fidei & in communibus ſequuntur actibus. Hunc
uerſum antiqui interpretes manifeſtius, ſed in aliū
ſenſum trāſtulerunt: Nequam puniri ualde ipſe di-
ſciplinam accipit: inſipientes autem prætereuntes
damno afflicti ſunt. d ¶ Finis modeſtiæ timor do
mini &c.) Modeſtiam dicit conſtantiam operum
bonorum: timorem uero domini illum qui perma-
net in ſeculum ſeculi: quia nimirum perfectio uirtu
tum eſt, ad hunc animi ſtatum cōſcendere quo gra-
tiam conditoris, uel in modico timeamus offende-
re: nihil prorſus eius memoriæ præponentes, quæ
*1. Ioan. 4. d* alibi charitas uocatur perfecta, foras mittens timo-
rem, ſeruilē uidelicet & incipientē: quo metuit qſq;
ne forte peccando pœnis mereatur ſubigi. Quod
autē ſubiungit: Diuitiæ & gloria & uita: in futuro
ſignificat. Finis ergo modeſtiæ timor domini, diui-
tiæ & gloria & uita. Quia nimirum perfectio uirtu
tū eſt in hac uita, ut timeamus dominū timore ſan-
cto: hoc eſt, ſyncera illum dilectione colamus: finis
uirtutum in futuro, ut diuitijs hæreditatis promiſ-
ſæ, regni cœleſtis gloriam & uitā ſine fine percipia-
*1. Pet. 1. b* mus à dño. Vnde Petrus: Itaq; cū uideritis, exulta-

a multæ. Super argētum & aurum gratia bo-
b na. Diues & pauper obuiauerūt ſibi: utriuſ-
c q; operator eſt dominus. Callidus uidet ma
lum & abſcondit ſe: innocens pertranſit &
d afflictus eſt damno. Finis modeſtiæ timor
e domini: diuitiæ & gloria & uita. Armā &
gladij in uia peruerſi: cuſtos autem animæ
f ſuæ longe recedit ab eis. Prouerbiū eſt: ado-
leſcens iuxta uiam ſuam: etiam cum ſenue-
g rit non recedet ab ea. Diues pauperibus im-
perat: & qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœ-
h nerantis. Qui ſeminat iniquitatem: metet
i mala. Et uirga iræ ſuæ conſummabitur.
Qui

bitis lætitia inenarrabili & glorificata, portantes fi- G
nem fidei ueſtræ ſalutē animarū ueſtrarū. e ¶ Ar-
ma & gladij in uia peruerſi &c.) Dupliciter intelli-
gendū: quia peruerſi & armati ſemper ad nocendū
proximis uerbo uel opere ſceleſto, & ipſos parata
ſemper expectat ultio di
uini examinis. Qui uero
animam ſuā in æternum
ſaluari ꝓcurat, lōge refu-
git ab huiuſmodi armis
& gladijs, quia & mētem
manumq; ſuam à proxi-
morum læſione refrenat,
& ne animaduerſione di
ſtricti iudicis ipſe feriat̃,
intenta mente præcauet.
f ¶ Prouerbiū eſt: adole
ſcēs &c.) Cōſtat pleroſq;
in ſenectute domino do-
nante maturari à uitijs
quæ adoleſcentes habue
rant, & econtra nōnullos
illo ſe deſerente, deſerere
circa ſeniū uirtutes qui-
bus ab adoleſcentia uidebantur illuſtrari. Sed quia
multo ſæpius quiſq; mores quibus ab adoleſcentia
imbutus eſt, in reliquum uitæ tempus exequi con-
ſueuit: prouerbium eſſe dicit: quia quod adoleſcens
quiſq; cœperit, in ſenecta non mutauerit: nō tamen
ipſum ſemper ita uenire confirmat. Idcirco autem H
huiuſmodi prouerbium ponit, ut auditores ſuos à
prima ætate uirtutibus ſtudere perſuadeat: ne forte
in ſenectute nō poſſint deſerere ſtudia, quibus in te
nera ætate mancipari deſpexerant. Nam & quo ſe- *Horatius*
mel eſt imbuta recēs ſeruabit odorem Teſta diu. Et
Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potētiſſimum
regem orbiſq; domitorem, & in moribus & in in-
ceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere
uitijs quibus paruulus adhuc fuerat infectus.
g ¶ Diues pauperibus imperat, & qui accip. &c.)
Patet iuxta literam. Sed & diuites uirtutibus in iu-
dicio occulte inſpectoris principantur eis, imò eo-
rum in futuro iudices exiſtunt, qui uirtutum diui-
tijs caruerunt. Et qui uerbū doctrinæ ſalutaris acci
pit à doctore, ſeruus eſt eiuſdē doctoris: id eſt, debi
tor implēdi omnia quæ illi magiſterij cœleſtis iure
præcipit. h ¶ Qui ſeminat iniquitatē, metet ma-
la.) Certum eſt quod is qui uel uerbo uel exemplo
docuit iniquitatem, recipiet uindictam. Sed quod
ſequitur: i ¶ Et uirga iræ ſuæ conſummabitur.)
Illam maxime iniquitatem uidetur dicere, quæ im-
miti & impia mēte peragitur, ut eſt latrocinia exer-
cere, homines ſeruitio premere, tormentis laniare,
morte perimere, bouem uiduæ ꝓ pignore auferre:
ipſam de aduerſario cum poſſit uindicare nō uelle:
Talis uirga iræ ſuæ conſummabitur, quia ſicut dñs
ait: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribūt: *Matth. 26*
id eſt, qui iniuſte in alios ſæuiunt, ipſa ſæuitia ſibi-
metipſis interitum conſciſcunt. Verum quia dixe-
rat de



A rat de impio ſequitur econtra de pio. a ¶ Qui
pronus eſt ad miſericordiā benedicetur &c.) Huic
ſimile eſt illud iudicis eiuſdem qui miſericordes ab
impijs diſcernens ait: Venite benedicti patris mei,
poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione
mundi. Quia eſuriui &
dediſtis mihi manduca-
re &c.) Poſſunt autē pa-
nes qui pauperi dantur,
nō ſolū alimēti carnalis,
ſed & doctrinæ ſpiritua-
lis quibus anima recrea-
tur intelligi. b ¶ Eijce
deriſorem & exibit cū eo
iurgium &c.) Eijce hæ-
reticum quem corrigere
non potes de eccleſia, &
cum illi libertatem prædi
candi abſtuleris, catholi-
cę paci auxilium præſta-
bis. c ¶ Qui diligit cor-
dis mūdiciam &c.) Qui
mundo corde recta præ-
dicat, inter illos annume
rabitur, de quibus eidem
regi & cōditori ſeculorū
*Pſal. 138. c* propheta dicebat: Mihi
aūt nimis honorati ſunt
amici tui deus. Nam ſi
B quis gratiam labiorū re-
cta prædicando præmō-
ſtrat: cordis autem mūdiciam cuſtodire diſſimulat,
nequaq; talis æterni regis amicitia frui poſſe putan
dus eſt. d ¶ Oculi dñi cuſtodiunt ſcientiam &c.)
Superna conſpectio cuſtodit ſemper in eccleſia ſciē
tiam ueritatis quam docuit. Verba autē hæretico-
rum, imò omnis ſermo pietati & iuſticiæ cōtrarius
qui à domino rege nō ſeruatur, cū ſuo autore ſub-
uertitur. e ¶ Dicit piger leo eſt foris: in medio
plat. &c.) Dicit ſæpe in animo ſuo is qui ad agenda
bona opera piger eſt, ad confitendam fidem quam
corde tenet timidus: non audeo fidem quam noui
foras profiteri: ne me perſecutor impius quia fide-
lem audit perimat. Timeo ad exercendas uirtutum
actiones in publicum progredi, ne forte me uel an-
tiqui hoſtis aduerſitas grauior tētet: uel etiā homo
quilibet peruerſus cum ſuorū turba derideat, cum
uitijs confundat, iniurijs afficiat: aut ſicut multos
iuſtorum qui ab eius uita diſcordant, tormentis &
morte conſumat. Leo, inquit, foris, in medio platea
rum occidendus ſum, quod eſt aperte dicere, & uer
ba & opera uirtutum, ubi oſtendi foris cœperint:
ſtatim perſecutio uel hominum, uel ſpirituum co-
mitatur immundorum, nec ualeo tentationibus re
ſiſtere, ſed impijs boni propoſiti uincor inceptis.
f ¶ Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt domi
nus incidet in illam.) Qui uerba uel oſcula meretri
cis libenter amplectitur, quaſi ianuam iam gehēna-
lis pulſat abyſſi: citoq; mergetur ſi pedē cautus nō

a Qui pronus eſt ad miſericordiam benedice
tur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. Vi
ctoriam & honorem acquiret qui dat mu-
nera: animam autem aufert accipientium.
b Eijce deriſorem & exibit cū eo iurgium: ceſ-
c ſabuntq; cauſæ & contumeliæ. Qui diligit
cordis mundiciam propter gratiam labio-
d rum ſuorum, habebit amicum regem. Ocu-
li domini cuſtodiunt ſcientiam, & ſupplan-
e tantur uerba iniqui. Dicit piger, leo eſt foris:
f in medio platearum occidēdus ſum. Fouea
profunda os alienæ: cui iratus eſt dominus
g incidet in illam. Stulticia colligata in corde
h pueri: & uirga diſciplinæ fugabit eam. Qui
calumniatur pauperem ut augeat diuitias
i ſuas: dabit ipſe ditiori & egebit. Inclina au-
rem tuam, & audi uerba ſapientium: appo-
k ne autem cor ad doctrinam meā. Quæ pul-
chra erit tibi cum ſeruaueris eam in uentre
tuo, &

retrahit: ſi nō membra cætera à uicinia cohibet fo- C
ueæ pœnalis: quam nullus omnino niſi filius iræ il-
labitur. g ¶ Stulticia colligata eſt in corde pueri
&c.) Multos nouimus pueros ſapientia præditos.
Nam & Hieremias puer ꝓphetiæ myſteriū ſuſce- *Hiere. 1. c*
pit: & Daniel ſcribit, qđ *Danie. 1. c*
dedit deus pueris abſti-
nentibus ſcientiā & diſci
plinam in omni uerbo &
ſapientia. Vnde reſtat in
telligere, qđ pueros hoc
loco non ætate ſed ſenſu
paruulos ſignificet: qua-
les uetabat Apoſtolus
eſſe eos quibus ait: No- *1. Cor. 14. d*
lite pueri effici ſenſibus,
ſed malicia paruuli eſto-
te. Huiuſmodi enim pue
ros: id eſt, animos ſtulti-
ciæ uel laſciuiæ uel iner-
tiæ deditos: neceſſe eſt iu
uenili diſciplina caſtiga-
ri, & ad iuſtum uitæ tra-
mitem prudētium uigo-
re perduci. h ¶ Qui ca
lumniatur pauperem ut
augeat diuitias ſuas &c.)
Conſtat quia rapaces, &
quę pauperibus auferūt,
& quæ iuſte uidētur poſ
ſidere, pariter om̄ia per-
dent, cum in examine diſtricti iudicis pœnas ꝓ his
quæ geſſere recipient. Sed & is qui pauperē ſpiritu D
fratrem calumniatur: uirtutibus eius detrahendo,
ut per hanc uituperationem ipſe diuitias quas deſi
derat augeat: id eſt, gloriam laudis humanæ maio-
rem, quaſi ſanctior accipiat: merito talis calūniator
quicquid bonæ actionis habere uidebatur amittit,
& à fructu uirtutū uacuus in fine manebit. Huc-
uſq; pertingit titulus parabolarum Salomonis qui
ſupra poſitus eſt, ex quo nouū locutionis genus ꝓ-
batur aſſumpſiſſe, ut ea quę diceret nō quaſi ad aliū
quem doceret loquendo, ſed uelut ſolus ſecum ra-
tiocinando uideatur effari: quarum uidelicet para-
bolarum primus eſt uerſiculus: Filius ſapiens lætifi
cat patrē: filius uero ſtultus mœſticia eſt matris ſuę:
Vltimus iſte ad quē uſq; explanando peruenimus.
Hinc ad priorem loquendi modū reuertitur, ut ſpe
cialiter ad eum quem inſtruit uerbū faciat, quod ita
incipit. i ¶ Inclina aurem tuā & audi uerba ſapiē
tium: appone autem cor ad doctrinam meam.) Pul
chrum initium ponit nouæ locutionis, ut aurē pari
ter ad audiēdum, & cor apponere ad intelligēdum
quæ ſibi ſapiētes loquātur eum quē erudit iubeat.
k ¶ Quæ pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in
uentre tuo, & redundabit in labijs tuis &c.) Aſpe-
ra ſæpe uidetur incipientibus & inſuauis doctrina
ſapientiæ, ſed cum eius uirtutem intimo corde per-
ceperint & operibus ſeruare, cum hāc quoq; labijs

E propinare fratribus didicerint, pulchriorẽ hanc cæteris dogmatibus eſſe deprehẽdent. a ¶ Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſciẽtia, ut oſtenderem tibi firmitatem & eloquia ueritatis &c.) Tripliciter auditori doctrinam deſcripſit ſuã, quia cogitare, loqui & operibus hanc exercere præcepit, qua deſcriptione triplici, totus iſte libellus, ſi quis bene conſiderat, plenus refulget. b ¶ Nõ facias uiolentiã pauperi quia pauper eſt, neq; cõteras egenum in porta, quia dominus iudicabit cauſam eius.) Poteſt de quolibet paupere uel egeno accipi, de quo Pſal.9.g dictũ eſt: Tibi derelictus eſt pauper pupillo tu eris adiutor. Verum quia ſequitur, c ¶ Et cõfiget eos qui confixere animã eius.) Melius de illo intelligitur, 2.Cor.8.b qui cũ diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt, & non ſolum pauper ut nos ditaret, ſed & ut nos redimeret, crucifigi F dignatus eſt. Prohibet ergo ſapientia ſuos auditores dño in carne prædicanti uiolentiam mortemq; inferre, quia nimirum certus reſtat interitus eis qui in autorem uitæ manum mittere nõ timuerunt. d ¶ Noli eſſe amicus homini iracundo, neq; ambules cũ uiro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius & ſumas ſcandalũ animæ tuæ.) Et cum hæc de omni iracundo uel furioſo poſſint generaliter accipi, tamen nihil ꝓhibet ſpecialiter accipi de illis qui cõtra ſaluatorem & diſcipulos eius ueſana mente furiebãt. A quorũ amicitia & comitatu prohibentur quicunq; in eum credentes, curam ſuæ ſalutis agebant, ne ex uicinia prauorũ & ipſi perirent, quod ex Iudæ Iſcariothis caſu fieri poſſe probatum eſt. Generaliter autem dicendum: quia ſicut perfecti uiri peruerſos proximos nõ debẽt fugere qui illos ſæpe ad rectitudinem trahunt, & ipſi ad peruerſitatem nunq; trahuntur, ita infirmi quiq; ſocietatem debent declinare prauorum, ne mala quæ frequenter aſpiciunt, & corrigere nõ ualent, delectentur imitari. e ¶ Noli eſſe cũ his qui defigunt manus ſuas, & qui uades ſe offerũt pro debitis. Si enim non habet unde reſtituat &c.) Noli eſſẽ cum his qui ſe cum eſſent liberi ac ſibi uacantes, defigunt manus in curas ſalutis malorum, ſpondentes ſe rationem pro eorum animabus dño G reddituros. Si enim ille pro quo ſpopondiſti, nõ habet bona opera quibus te liberum ac ſecurũ reddat tuæ ſponſionis, quæ tibi utilitas eſt ut in die iudicij pro eius anima iudiceris, amittasq; habitũ iuſticiæ quo indutus eſſe uidebaris, ac nudus ab ornamẽto uirtutum exiſtere cõprobaris, quia quod dño teſte pollicitus es implere nequiueras. Hoc autẽ dictum eſt, nõ quod curam regendarum animarũ cũ tibi regulariter impoſita fuerit ſuſcipere nõ debeas, ſed ne paſſim nullo iubẽte doctoris tibi ac præſulis officiũ temerarius uſurpes. f ¶ Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerũt patres tui.) Ne trãſgrediaris terminos fidei quos catholici ab initio ſtatuere doctores. g ¶ Vidiſti uirũ uelocem in opere ſuo: corã regibus ſtabit, nec erit ante ignob, &c.) Quencunq; uelocem uideris in opere ſuo, uel in H opere bono quod erat ei facere ſtrennuum atq; ſolicitum: ſcito hunc in die nouiſſimi examinis corã apoſtolis, qui cum Chriſto mundum iudicantes ſedebũt eſſe ſtaturum: q̃a uidelicet eorum iuſſa ſeruauerit, neq; ĩ parte ignobilium doctorum quoꝝ cauere fecit errorem: id eſt, ad ſiniſtram iudicis eſſe ponendum.

Cap. XXIII.

QVando ſederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante faciem tuam &c.) Per Allegoriã cuncta dicũtur: Quando ſederis ad legendum cum magiſtro, ut uero pane uerbi reficiaris: diligẽter intellige quæ ſcripta ſunt, & diſcretionem ſacræ lectionis in tua locutione cõſerua: ſi tamen talis es tantumq; eruditus qui in poteſtate habeas animã tuam: nec quaſi indoctus mente tua circunferaris omni uento doctrinæ. Guttur nanq; pro loquela poſuit: quia uox in gutture eſt: Cultrum pro diſcretiõe: quia cibo cum reficimur, cultro ſecante præparamus. Et ſedens ut comedat cultrum in gutture ſuo ſtatuit, quando is qui diuina ſedulus meditatur eloquia, diſcreta ex ore uerba depromit: nec alia ſæpius in lingua quàm cœleſtis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius eſt facere qui in poteſtate habet animam ſuam: id eſt, immobilem inter errores fallentium ſapiẽtis animæ ſtatum ſeruare didicit. Vnde & recte ſubiungit.

tuo, & redundabit in labijs tuis, ut ſit in do-
mino fiducia tua, unde & oſtendam eam ti-
a bi hodie. Eccẽ deſcripſi eam tibi tripliciter in
cogitationibus & ſcientia, ut oſtenderem ti-
bi firmitatem & eloquia ueritatis reſponde-
b re ex his illis qui miſerunt te. Nõn facias uio
lentiam pauperi quia pauper eſt, neq; con-
teras egenum in porta, quia dominus iudi-
c cabit cauſam eius. Et cõnfiget eos, qui confi-
d xere animam eius. Noli ẽſſe amicus homini
iracundo, neq; ambules cum uiro furioſo, ne
forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcãdalum
e animæ tuæ. Nõli eſſe cum his qui defigunt
manus ſuas, & qui uades ſe offerunt pro de-
bitis. Si enim non habet unde reſtituat, quid
cauſæ eſt ut tollat operimẽtũ de cubili tuo?
f Nẽ tranſgrediaris terminos antiquos quos
g poſuerũt patres tui. Vidiſti ũirum uelocem
in opere ſuo, coram regibus ſtabit nec erit
ante ignobiles.

Cap. XXIII.

h QVandõ ſederis ut comedas cum princi
pe, diligenter attende quæ poſita ſunt
ante faciem tuã, & ſtatue cultrum in gutture
tuo, ſi tamẽ habes animam tuã in poteſtate.

Ne de

Ne deſi



A a ¶ Ne deſideres de cibis eius in quo eſt panis mẽdacij.) Quod eſt aperte dicere: Ne deſideres eius Supra.22.d auſcultare ſermones, q̃ dulcedine mẽdaciũ dogmatum auditores ſuos fallere conſueuit. b ¶ Noli laborare ut diteris.) Diuitias ſcientiæ ſignificat, quas ultra mẽſuram capacitatis noſtræ quærere ꝓhibemur. c ¶ Sed prudẽtiæ tuæ pone modũ.) Illũ uidelicet de quo ſupra dictũ eſt: Ne trãſgrediaris terminos antiquos quos poſuere patres tui: hoc eſt, terminos datos à patribus ueritatis & fidei. d ¶ Ne erigas oculos tuos ad opes &c.) Ne erigas mẽtẽ tuã ad perſcrutanda diuinitatis arcana, quæ penetrare nõ potes: hæc enĩ cœleſtibus ſolũ ciuibus patent. e ¶ Ne comedas cũ homine inuido, & ne deſideres cibos eius &c.) De ſcripturis cũ hæretico nõ loquaris: qui inuidet humanæ ſaluti & mallet decipere q̃ corrigi. Quoniam ſicut B hariolus & cõiector ſomniorũ æſtimat qđ ignorat: ita hæreticus quæ nõ intelligit in ſcripturis ꝓ ut libet interpretari præſumit. f ¶ Comede & bibe dicet tibi, & mens eius non eſt tecũ.) Securus, inquit, diſce quæ dico & age quæ doceo, cũ in his quæ docet, ipſe fidem certam non habeat, ſciẽs finxiſſe quæ docet. g ¶ Cibos quos comederas euomes & perdes pul. &c.) Senſus peruerſos quos ab hæreticis didiceras, neceſſe eſt ut uel per pœnitentiã corrigendus deſeras: uel poſt mortẽ ꝓ his pœnas luere cogaris, perdaſq; ſermones confeſſionis quibus eis prædicantibus humiliter fauendũ eſſe putaueras. h ¶ In auribus inſipientiũ ne loquaris: quia deſpicient doctrinã eloquij tui.) Matth.7.a Huic ſimile eſt illud euãgelij: Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ãte porcos. Sicut ergo ſupra admonuit ne hæreticorũ doctrinis auſcultares: ita nunc cohortatur ne amore uanæ gloriæ ſeductus, immundis hominibus paſſim arcana ueritatis ingeras. C i ¶ Ne attingas paruulorũ terminos, & agrum pupillorum ne introëas. Propinquus enim eorũ fortis eſt, & ipſe iudicabit cõtra te cauſam illorum &c.) Propinquum paruulorum & pupillorum, dominum appellat: qui cũ eſſet in carne, pauperũ magis quàm diuitum conſors fieri dignatus eſt. Alioquin idẽ dominus eſt omnium, Roma.10.c diues in omnes qui inuocãt illum. Poſſunt autem cõgruenter pupillorum ac paruulorum nomine illi deſignari, de quibus dñs ait: Matth.8.b Videte ne cõtemnatis unum ex his puſillis qui in me credũt. Dico enĩ uobis, quia angeli eoꝝ in cœlis ſemper uident faciẽ patris mei qui in cœlis eſt. Quoꝝ agros et terminos qui attigerit: hoc eſt, qui cõuerſationẽ eorum bonã inquietãdo læſerit, iudicium dñi non euadit. k ¶ Nõ æmuletur cor tuũ peccato, &c.) Si tota die: id eſt, toto tẽpore quo in ſeculi huius D luce cõſiſtis, & peccatoꝝ exempla uitaueris & dominum timere ſatageris: habebis ſpem beatæ retributiõis in nouiſſimo: hoc eſt, cũ ad uitæ finem perueneris: ipſo atteſtãte qui ait: Eſto fidelis uſq; Apoc.2.c ad mortẽ, & dabo tibi coronam uitæ. l ¶ Noli eſſe in cõuiuijs potatoꝝ: neq; in comeſation. &c.) Carnes ad ueſcendũ conferre, eſt in collocutione derogationis, uiciſſim ꝓximorum uitia dicere: de quorum pœna mox ſubditur. m ¶ Quia uacãtes potibus & dãtes ſymbola conſumentur &c.) Symbolum Græcum nomen eſt, & interpretatur collatio. Eſt autem collatio ſermonum, ſicut in conſilijs ſolet: eſt & pecuniarum ſiue aliarum rerum, ut præſens locus docet. Potibus ergo uacat, q̃ de opprobrio alienæ uitæ ſe inebriat. Symbolũ uero dare, eſt ſicut unuſquiſq; ſolet pro parte ſua cibos ad ueſcendum, ita in confabulatione detractionis uerba conferre. Sed uacantes potibus & dantes ſymbola, ſicut ſcriptum eſt: conſumentur: quia omnis

a Ne deſiderẽs de cibis eius in quo eſt panis
b c mendacij. Nõli laborare ut diteris. Sẽd pru-
d dentiæ tuæ pone modum. Ne ẽrigas ocu-
los tuos ad opes quas non potes habere:
quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & uo-
e labunt in cœlum. Ne cõmedas cum homi-
ne inuido, & ne deſideres cibos eius: Quo-
niam in ſimilitudinem harioli & coniecto-
f ris æſtimat quod ignorat. Cõmede & bibe
g dicet tibi, & mens eius non eſt tecum. Cibõs
quos comederas euomes, & ꝑdes pulchros
h ſermones tuos. In aũribus inſipientium ne
loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij
i tui. Ne attingãs paruulorum terminos, &
agrum pupillorũ ne introëas. Propinquus
enim eorum fortis eſt, & ipſe iudicabit con-
tra te cauſam illorum. Ingrediatur ad do-
ctrinam cor tuum, & aures tuæ ad uerba ſci-
entiæ. Noli ſubtrahere à puero diſciplinã: ſi
enim percuſſeris eum uirga, non morietur.
In uirga percuties eum, & animam eius de
inferno liberabis. Fili mi ſi ſapiens fuerit ani
mus tuus: gaudebit tecum cor meum, & ex-
ultabunt renes mei cum locuta fuerint recta
k labia tua. Nõn æmuletur cor tuũ peccato-
res: ſed in timore dñi eſto tota die. Quia ha-
bebis ſpem in nouiſſimo: & præſtolatio tua
non auferetur. Audi fili mi & eſto ſapiens,
l & dirige in uia animum tuum. Nõli eſſe in
conuiuijs potatorum: neq; in comeſationi-
bus eorum, qui carnes ad ueſcendum confe-
m runt. Qũia uacantes potibus & dantes ſym-
bola conſumentur: & ueſtietur pannis dor-
mitatio. Audi patrem tuum qui genuit te:
& ne contemnas cũ ſenuerit mater tua. Ve-
ritatem

E detractor eradicabitur. Veſtietur aũt pãnis dormitatio: quia deſpectum & inopẽ à cunctis bonis operibus, mors ſua inueniet, quem hic alienæ uitæ exquirendo crimina, detractiõis ſuæ languor præoccupauit. a ¶ Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit &c.) Gaudeat deus pater de tua iuſticia: gaudeat & eccleſia mater tua, ſed & ſacerdos qui te per gratiã baptiſmi regenerauit, q te erudiuit à paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus. b ¶ Cui uæ? cuius patri uæ?) Quærit diſputãdo quibus hominum ſceleribus maxima à dño pœna ſeruetur. Et reſpõdet ipſe ratiocinando: quia his abſq; omni dubietate, qui per ebrioſitatem deuoluũtur ad luxuriam: Cui, inquit, uæ? cuius patri uæ? Væ æternũ interitũ nominat. De

Matth.18.a quo dñs: Væ, inquit, homini illi per quem ſcãda-

F lum uenit. Patrẽ autẽ cui uæ immineat: uel hominem dicit à quo exempla praui operis foras quiſq; ut peccaret accepit: uel certe diabolum qui intus in corde uirus peſtiferæ ſuggeſtiõis infundit. De quo Iudæis dictum eſt:

Ioan.8.f Vos ex patre diabolo eſtis & deſideria patris ueſtri uultis facere.

c ¶ Cui rixæ: cui fou.) Rixæ, quod cõcordiam ſeruare & pacem neſcit, quem ebrietas ſenſus impotem reddidit: Foueæ: quia paſſim in uolutabro uitiorum omnium cadere non trepidat, qui inter bona malaq; diſcernere quaſi mente captus ignorat. Illamq; ſæpiſſime foueam ebrioſus incidit de qua præfatum eſt: Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. d ¶ Cui ſine cauſa uulnera?) Quia multi nimis potati, uulnera per tumorem in membris acceperunt quæ nulla ferri cauſa pertulerunt. e ¶ Cui ſuffuſio oculorum.) Quia immoderatus uini hauſtus, & caliginem uiſus corporalis, & cæcitatem ingerit ſenſus interioris. f ¶ Nõnne his qui morantur in uino, & ſtudent calicibus epotandis? Ne intuearis uinum quãdo flaueſcit, cum ſplẽduerit in uitro color eius. Ingreditur blande &c.) Non uetat bibere uinum ad neceſſitatẽ, ſed morari ultra

G tempus & utilitatem in uino, & euacuandis alterutrũ certare calicibus. Iuxta illud Eſaiæ: Væ qui potentes eſtis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcendam ebrietatem. Eſa.5.c g ¶ Oculi tui uidebunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa.) Conſuetum & pene naturale eſt uitium poſt ebrietatis uenena diffuſa in corde, muliebrem ſequi concupiſcentiã: comitante prauitate ac turpitudine uerborum. h ¶ Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo.) In medio mari dormit, qui in huius mundi tentationibus poſitus, præuidere motus irruẽtium uitiorum quaſi imminẽtes undarũ cumulos negligit. Et quaſi ſopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, ſtudium ſolicitudinis perdit. i ¶ Et dices, uerberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & non ſenſi. Quando euigilabo & rurſus uina reperiam?) Vox percuſſi & dormientis exprimitur. Mens quippe à cura ſolicitudinis dormiens uerberatur & non dolet, quæ ſicut imminẽtia mala non proſpicit, ſic nec quæ perpetrauerat agnoſcit. Trahitur & nequaquam ſentit: qui per illecebras uitiorũ ducitur: nec tamen ad ſui cuſtodiam ſuſcitatur. Qui quidem euigilare optat, ut uina rurſum reperiat: quia quamuis ſomno ſtuporis à ſui cuſtodia prematur: uigilare tamen ad curas ſeculi nititur, ut ſemper uoluptatibus deebrietur. Et cum ad illud dormiat in quo ſolerter uigilare debuiſſet, illud appetit ad qđ laudabiliter dormire potuiſſet. H

Cap. XXIIII.

NE æmuleris uiros malos: nec deſideres eſſe cũ eis. Quia rapinas meditatur &c.) Ne deſideres eos imitari, quos cernis uitijs illis, de quibus cõ memoraui, implicari, ſed potius ſapientiæ operam dare curato. l ¶ In doctrina replebuntur cellaria uniuerſa ſubſtãtia precioſa & pulcherrima.) Cellaria ſunt corda iuſtorum, quæ non niſi per doctrinã ſapientiæ, donarijs uirtutum replentur.

Vir ſa

ritatem eme: & noli uendere ſapientiã & doctrinam & intelligentiam. Exultat gaudio pater iuſti, & qui ſapientem genuit lætabi-

a tur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui uias meas cuſtodiãt. Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Inſidiatur in uia quaſi latro: & quos incautos inuenerit interficiet.

b c Cui uæ: cuius patri uæ: Cui rixæ: cui foueæ:

d e Cui ſine cauſa uulnera: Cui ſuffuſio oculo-

f rum? Nõnne his qui morantur in uino, & ſtudẽt calicibus epotandis? Ne intuearis uinum quando flaueſcit, cum ſplẽduerit in uitro color eius. Ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regu-

g lus uenena diffundet. Oculi tui uidebũt extraneas: & cor tuũ loquetur peruerſa. Et eris

h ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopi-

i tus gubernator amiſſo clauo. Et dices uerberauerunt me, ſed nõ dolui: traxerunt me, & non ſenſi. Quando euigilabo & rurſus uina reperiam?

Cap. XXIIII.

k NE æmuleris uiros malos, nec deſideres eſſe cũ eis. Quia rapinas meditatᷣ mens eorum: & fraudes labia eorũ loquuntur. Sa-

pientia ædificabitur domus: & prudẽtia ro-

l borabitur. In doctrina replebuntur cellaria uniuerſa, ſubſtãtia precioſa & pulcherrima.

Vir ſa



A a ¶ Vir ſapiens, fortis eſt: & uir doctus, robuſtus & ualidus &c.) Non omnis qui fortis, etiã ſapiens eſt. Omnis autem ſapiens & fortis eſſe dicẽdus eſt: quia & ſi corpore imbecillis eſt, ſi adſit ſapientia, omnia fortis aduerſarij, id eſt, diaboli certamina uincit. b ¶ Excelſa ſtulto ſapiẽtia: in porta nõ aperiet os ſuum.) Nõ poteſt ſtultus ad ſapientiam attingere, adeo alta eſt: qa in infimis iacet uitiorũ. Qui & ſi in præſenti ſe aliquid ſapere putat: in porta tamen ciuitatis, id eſt, in exitu huius uitæ, inueniet nihil fuiſſe qđ ſapuit. c ¶ Qui cogitat mala facere, ſtultus uocabitur &c.) Ne putares ſtultum æſtimandum fuiſſe eum quẽ hebetẽ tardumq; ingenio uideres: palàm oſtendit: quia ille ſtultus ſit uocandus, qui uel in cogitatione peccati ſuggeſtioni conſentit, tametſi acer ingenio uidetur exiſtere: nõ autem

B ille qui hebes ſenſu apparet: dei tamen imperijs quæ diſcere potuit, obtemperare diſpoſuit.

d ¶ Si deſperaueris lapſus in die anguſtiæ, imminuetᷣ fortitudo tua.) Nihil execrabilius deſperatione: quã qui habuerit, & generales huius uitæ labores, & quod maxime nocet in fidei certamine, conſtantiam fortitudinis perdit. e ¶ Erue eos qui ducuntᷣ ad mortem, & qui trahuntur ad interitũ, liberare &c.) Poteſt myſtice accipi: Erue eos qui ab hæreticis decipiuntur rectam fidem prædicando, libera bonorũ operum exempla monſtrando, eos qui à male uiuẽtibus catholicis trahũtur ad interitũ. Sed & ſi quos in certamine perſecutionis lapſos uel lapſuros aſpexeris, ſolicita hos exhortatione ad uitam reſtaurare ſatage. Si quos fame perituros, ſi quos algore uideris, illis dato uictu & ueſtitu recrea. f ¶ Comede fili mi mel, quia bonum eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ t. &c.) Patet faciſſime quare doctrinam ſapientiæ, melli cõparet & fauo: quia nimirũ ſicut illud cibis: ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præſtat. Sed hoc inter utriuſq; ſignificantiam diſtat: quia mel quod in promptu eſt ad comedendum, moralem literæ ſuperficiem inſinuat. Fauus autem in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figurate denunciat: ut ſubducto literæ uelamine, ſuauitas ſenſus ſpiritualis, aliquanto cum labore uel mora percipiatur. C g ¶ Ne inſidieris & quæras impietatem in domo iuſti: neq; uaſtes requiem eius.) Ne quæras aliquam occaſionem, qua deroges homini iuſto. Ille enim ſi ceciderit, cito admouet pedem ſuum ut careat uitio: quod quidem non iteratur in facto: impij autem ſic corruunt, ut ulterius non reſurgant: ſicut ſubſequenter addit dicens: h ¶ Septies enim cadit iuſtus, & reſurgit: impij autem corruent in malum.) Quomodo autem iuſtus appellatur, qui cadere, id eſt, peccare memoratur? niſi quia de leuibus quotidianiſq; loquitur peccatis: ſine quibus nec iuſtorum quiſquàm eſſe in hac uita potuit. Quia nimirum per ignorãtiam, per obliuionem, per cogitationem, per ſermonem, per ſubreptionem, D per neceſſitatem, per fragilitatem carnis, ſingulis diebus, uel inuiti, uel uolentes frequenter reatum incurrimus: & tamen reſurgit iuſtus, uidelicet quia iuſtus eſt: nec iuſticiæ eius præiudicat lapſus humanæ fragilitatis. Vnde bene cum de iuſti caſu loqueretur, non addit in malum. Quia & ſi malũ eſt quod cadunt, ne tamen malo in quod ceciderant, hærere poſſint, citius reſurgẽdo procurant. At cõtra de reprobis: Impij autem, inquit, corruent in malum. Quia uidelicet impij cum ceciderint uel (quod eſt grauius) corruerint: ut ſcriptura dicit, id eſt, cũ capitalia crimina perpetrauerint: ita ſuo caſui delectando aſſentiunt, ut ab hoc pœnitendo releuari deſpiciant. i ¶ Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte uideat dñs & diſpliceat ei: & auferat ab eo irã &c.) Supra iuſto inſidias tendere uetuit: nunc autem ut perfectũ te reddat in omnibus, etiã inimicis cũ peccauerint, aut aliquid aduerſitatis incurrerint, inſultare prohibet. Ne forte ſi miſerante dño ad pœnitentiã ſalutẽq; animæ redierint: ac tecũ amicitias fideles habere cœperint: tũc erubeſcas: quia illos aliquando deſpexeris, quos diuina gra-

a Vir ſapiẽns fortis eſt, & uir doctus, robuſtus & ualidus: quia cũ diſpoſitione initur bellum, & erit ſalus ubi multa conſilia ſunt.

b Excelſa ſtultõ ſapientia: in porta nõ aperiet

c os ſuum. Qui cogitat mala facere, ſtultus uocabitur. Cogitatio ſtulti, peccatũ eſt, & abo-

d minatio hominum detractor. Si deſpẽraueris lapſus in die anguſtiæ: imminuetur for-

e titudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris, uires nõ ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipẽ intelligit: & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit: reddetq; homi-

f ni iuxta opera ſua. Comẽde fili mi mel: quia bonum eſt: & fauũ dulciſſimũ gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem:

g & ſpes tua nõ peribit. Ne inſidiẽris, & quæras impietatem in domo iuſti: neq; uaſtes re-

h quiem eius. Septies enim cadit iuſtus & reſurgit: impij autem corruent in malum. Cũ

i cẽciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte uideat dñs, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. Ne contendas cum peſſimis: ne æmuleris impios quoniam nõ habent futurorum ſpem mali: & lucerna impiorũ extinguetur.

Time

E tia ad uitam reſeruauerat. Sed quantum potes, iacē tibus condole: eoſq; ut reſurgere debeant, adiuua. Et ſi uotum conatumq; tuū ſequitur effectus, gaudebis de ſanato quem male habētem dolueras. Sin aliàs, tuæ tamen beneuolētiæ apud dñm fructu nō carebis. Vel certe ita dicē dum eſt: Ne gaudeas de caſu inimici: ne forte dominus ſuperbiam tuam, quæ illi abſq; dubio diſplicet, hoc ordine deijciēs, humiliet: ut te cadente in peccatum, ille reſipiſcēs ſanetur. a ¶Time dñm fili mi & regem.) Iu-

Luc.20.e xta quod dñs ait: Reddite ergo quę ſunt cæſaris, cæſari, & quæ ſunt dei, deo. Neq; aliquid obſtat in dño, ut regem, patrem & filiū intelligas deſignari, qui uno eodémq; ſunt diuinitatis honore colen-

Ioan.5.d di. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. b ¶Et cum detract. &c.) Illis uidelicet, qui dicentes ſe deum pa-

F trem noſſe, filium dei in carne apparentem noluerūt recipere. c ¶Quoniā repēte cōſurget &c.) Vtriuſq; dicit, & detrahentis, & eius qui illi fauendo cōmixtus eſt: derogantium Chriſto principū, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidē hæſiarcharum, & auſcultantium illis auditorum. d ¶Hæc quoq; ſapientibus.) Subauditur, ignota ſunt: quādo reproborū quiſq; ꝙ repentino interitu rapiatur à ſeculo. Vel hæc quoq; ſapientibus ſunt obſeruāda quæ docui: ne detractoribus cōmiſceantur: quia hoc ſpecialiter uitio totū penè genus periclitatur humanum. Vnde eidē uitio mederi uolēs beatus pater Auguſtinus, hos in ſua menſa fecit uerſiculos deſcribi: Quiſquis amat dictis abſentum carpere uitā: Hāc menſam indignam nouerit eſſe ſibi. Hūc uerſiculum antiqua æditio manifeſtius dicit. Hæc dico uobis ſapientiam agnoſcentibus. Quod ſequentium ſententiarum nō incōgrue poteſt eſſe principium. e ¶Cognoſcere perſonā &c.) Suprà regē timere docuit, & nunc perſonam in iudicio cognoſcere uetat. Vnde colligit: quia ita principibus debitū obſequij tēporalis ſubiectos oportet impēdere, ut nūq; reuerentiæ uel timoris eoꝝ reſpectu à uia ueritatis exorbitetur. f ¶Labia deoſculabit &c.) Oſculum

a Timē dominum fili mi, & regem. Et cū de-
b tractoribus ne commiſcearis. Quoniam re-
c pēte conſurget perditio eorum: & ruinam
d utriuſq; quis nouit? Hæc quoq; ſapiētibus.
e Cognoſcere perſonam in iudicio nō eſt bonum. Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicēt eis populi: & deteſtabuntur eos tribus. Qui arguunt, laudabuntur, & ſuper ipſos ueniet
f benedictio. Labia deoſculabitur, qui recta
g uerba reſpondet. Præpāra foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: & poſtea
h ædifices domum tuam. Ne ſis tēſtis fruſtra contra proximum tuum: nec lactes quenq; labijs tuis. Ne dicas: quomodo fecit mihi, ſic faciam ei: & reddam unicuiq; ſecundum
i opus ſuum. Per agrūm hominis pigri trāſiui, & per uineam uiri ſtulti, & ecce totum repleuerant urticæ: operuerunt ſuperficiē eius ſpinæ & maceria lapidum deſtructa erat. Quod cum uidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Vſquequo piger dormies: uſq;quo de ſomno cōſurges? Parum inquam dormies: modicum dormitabis. Pauxillū manus conſeres ut quieſcas, & ueniet tibi quaſi curſor egeſtas tua: & mēdicitas quaſi uir armatus.

Caput

G pacis & amoris eſt ſignū. Qui ergo reſpōdet recta, labia deoſculabit: qa quicunq; neglecta acceptione perſonarum ſola iuſticiæ uerba ſequitur, iſte & inſipientibus grauis forte uidet & auſterus: multos tamen cū quibus pacē habent prudentes: multos qui ſua dicta cū amore amplectant inueniet. Sæpe & illos quos aduerſantes ſuis rectis aſſertionibus tolerauerat, conuerſos poſtmodū ad meliora amicos recipiet & ſocios. g ¶Præpara foris &c.) Quid eſt præparato ope agrum diligēter exercere: niſi euulſis iniquitatis ſentibus, actionē noſtrā ad frugē retributiōis excolere? Et quid eſt poſt agri exercitiū ad ędificiū domus redire: niſi quod plerunq; ex bonis operibus diſcimus quantū uitæ munditiā & in cogitatione conſtruamus? Ille quippe bonæ mentis domū ædificat, qui primū

H agrū corporis à ſpinis uitiorū purgat: ne ſi deſideriorum ſentes in carnis agro proficiāt: intus tota uirtutū fabrica, fame boni creſcente deſtruatur. h ¶Ne ſis teſtis fruſtra contra prox. &c.) Hæc ad exercitiū agri noſtri, id eſt, ad cultū bonę actionis pertinēt: Innocentē uidelicet proximū falſo teſtimonio non lædere: peccanti cuilibet fiduciā amplius peccandi adulando nō tribuere, & malum pro malo nō reddere. Sic enim fit: ut cū primo actus exterius bene cōpoſueris, poſtmodū ad interioris quoq; hominis excolēdam mundiciā pertingas, & quaſi poſt exercitium agri & mentis, hoc habitaculū pijs cogitationibus ornare, altiuſq; conſtruere incipias. Quod quia reprobi facere diſſimulant, recte ſubditur. i ¶Per agrum hominis pigri tranſiui, & per uineā uiri ſtulti; & ecce totum &c.) Per agrum, uineamq; pigri ac ſtulti tranſire, eſt cuiuslibet uitam negligētis inſpicere quā urticæ uel ſpinæ replent: quia in corde negligentium prurientia terrena deſideria, & pūctiones pullulant uitiorum, iuxta quod ſcriptum eſt: In (Supra.) deſiderijs eſt omnis ocioſus. Et maceria lapidū, in uinea uel agro ſtulti deſtructa iacet: cū cœpta uirtutum munimina, uel improbitate hominū malorum deceptus: uel immūdorum ſpirituum perſuaſione callida quiſq; negligens perdit.

Cōment.



A COMMENT. BEDAE PRESBYT. in parabolas Salomon. Liber tertius.

Caput XXV.

HAe quoq; parabolæ Salomonis &c.) Hinc nouo ordine loq incipit: ut non ſicut prius quaſi ad audiētem uerbum faciat, ſed ſecū ipſe quid ratio ueritatis habeat diſputando pertractet: in quibus tamen legens quiſq; uel audiens quid appetere, quid cauere debeat, apertiſſime dinoſcat. Quas quidē parabolas uiri Ezechiæ tranſtuliſſe referunt: quia fortaſſis ad eius uſq; tempora, diſperſæ habebantur à pluribus: prout ex ore ſapientiſſimi regis ſemel dictas exceperāt: ſed per induſtriam illius collectę in unum: & in huius libelli ſunt corpus inſertę. Notandum ſanè: quia in his parabolis multo ſunt plura, quàm in cæteris p

B allegoriam dicta ex collatione uidelicet rerū, quæ figuris aptæ eſſe uident. b ¶Gloria dei eſt cælare uerbum &c.) Gloria domini eſt in carne apparētis humanitatis ſuæ infirmitatem, magis quàm diuinitatis æternitatem mortalium oculis oſtendere, & ſe potius operum miraculis ac myſticis locutionibus, quàm apertis aſſertionibus uerbum, id eſt, dei filiū fateri. Vnde multo ſæpius in euangelio filium ſe hominis, quàm filium dei appellare conſueuit. Et gloria fideliū eius diſcipulorum, eſt diligenter eius inueſtigare ſermonem: quo ſe deum etiam ubi patenter non dicit, my-

Ioan.10.f ſtice ſignificat, quale eſt illud: Ego & pater unū ſumus, & cætera huiuſmodi. Deniq; cælās uerbi æternitatem, & prætendens carnis firmitatem, ait: Quē

Matth.16.b dicunt homines eſſe filiū hominis? Cui rei eximius inueſtigator eius ſermonis, quem antea ſæpius audierat, reſpōdit: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Nec paruam hac inueſtigatione meruit gloriam: nā protinus audiuit: Beatus es Simon Bariona, & cætera. c ¶Cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor regū inſcrutabile.) Sicut altitudo cœli, & profunditas terræ conijci ab hominibus nō poteſt: ita ſcientia prophetarum & apoſtolorum, qui arcana diuinitatis ſpirituſancto reuelante cognouerunt, noſtræ fragilitatis capacitatem tranſcendit. d ¶Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas puriſſimū.) Au-

C fer literæ ſuperficiem de ſacro eloquio, & inuenies ſenſum puriſſimum ſub uilitate literæ recōditum: & ſub carnalium figuris ceremoniarum, ſpiritualia latuiſſe myſteria. e ¶Aufer impietatem de uultu regis & firmabit iuſticia thronus eius.) Aufer impietatē perſequēdi Chri-

Act.9.d ſtianos de animo Sauli, uel alterius cuiuslibet æmulatorum legis: & cum Chriſtum prædicare cœperint, firmabitur iuſticia cathedræ doctrinę eorum, quam prius ad ruinam ſua impellebat impietas: quàmdiu iuſticiæ dei repugnātes, ſuā præponere certabant. Iterū: Aufer impietatē de uultu regis: & firmabitur iuſticia thronus eius. Qui enim præſunt populis: ſi uolunt firmum eſſe ſolium ſuum, ſemper hilaritate & gratia, plenos uultus exhibeant: ne per arrogātiam rigidiores effecti, in muſſitationē incidant plebis. f ¶Ne glorioſus appareas corā re-

D ge & in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt eīn ut dicat tibi: aſcēde huc, quàm ut humilieris &c.) Superius præſulem monuit, nunc ſubditum: nā ſicut illi dixit, ut hilares uultus oſtendat ſubiectis: ita hunc admonet, ne in conſpectu maiorum arrogans appareat: ſed potius in mediocri loco ſuperius euocari mereatur, cui ſimile eſt illud dominicum: Cum inuitatus fueris ad

Luc.14.b nuptias, non diſcumbas in primo loco, & cætera. Poſſumus autem in rege & principe, dominum ſignificatum intelligere, in cuius conſpectu nos ſemper humiliari neceſſe eſt, monente apoſtolo Petro

1.Pet.5.b qui ait: Humiliamini igitur ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis. g ¶Quæ uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuam tracta cū amico tuo, & ſecretum ext. &c.) Et in euangelio dominus ait:

Matth.18.b Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c. h ¶Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbū in tēpore ſuo.) Sacra eloquia rectiſſime lectis comparantur argenteis: lectis uidelicet: quia requiē præſtāt animabus audientiū. Argēteis aūt: quia ſplēdida fulgēt uirtu-

Psal.11.b tibus patrū. Vnde ſcriptū eſt: Eloquia dñi eloquia caſta: argentū igne examinatum. Quorū ornatui lectorum, mala ſuperaddit aurea, quiſquis eadem diuina

Caput XXV.

a HAe quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt ui-
b ri Ezechiæ regis Iuda. Gloria dei eſt cælare uerbum: & gloria regum inueſtigare ſer-
c monem. Cœlūm ſurſum, & terra deorſum,
d & cor regum inſcrutabile. Aūfer rubiginem de argento & egredietur uas puriſſimum.
e Aūfer impietatem de uultu regis: & firma-
f bitur iuſticia thronus eius. Ne glōrioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt enim ut dicatur tibi: aſcende huc, quàm ut humilieris corā prin-
g cipe. Qūæ uiderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretū extraneo ne reueles: ne forte inſultet tibi cū audierit, & exprobrare non ceſſet. Gratia & amicitia liberant: quas tibi ſerua, ne expro-
h brabilis fias. Mala aūrea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore ſuo.

Inauris

E diuina eloquia, & ſpiritualibus plena ſenſibus &
myſterijs exponendo demonſtrat. Qui nimirū ſen
ſus apte mala uocantur, quia de arbore uitæ: id eſt,
dei ſapientia ſunt orti. Apte aurea mala: quia noti-
ciam amoremq́ perpetuæ claritatis, mentibus in-
fundunt. Mala ergo au-
rea in lectis argēteis, qui
loquitur uerbum in tem
pore ſuo: quia qui uerbū
dei opportune nouit iu-
xta audientium capaci-
tatem prædicare: modo
exempla ac dicta patrū:
per quorum cuſtodiam
ad requiem perueniatur
æternam, iuxta literā re-
plicat: modo ſuauiores
in his ſenſuum ſpiritua-
lium fructus, quibus pia
audientium deſideria pa
ſcat: remoto literæ uela-
mine pandit. a ¶Inau-
ris aurea, & margaritum
fulgens &c.) Recte hu-
milis auditor inauri com
paratur aureæ: quia dū
F libenter increpanti ac do
centi aurem accommo-
dat, iam ſeſe ad recipiendum claritatē ſapientiæ cœ
leſtis præparat: iam ſupernæ lucis uiſioni appro-
piat. Recte magiſter eruditus, margarito fulgenti
aſſimilatur: quia dum emēdationem morum, dum
ſupernorum ſcientiam deſiderantibus ac pie quæ-
rentibus animis oſtendit: quaſi aureo ornatui ma-
iorem inſuper gratiorémque fulgorem gemmæ ar
dentis annectit. b ¶Sicut frigus niuis in die
meſſis: ita leg. &c.) Importunum uidetur omnimo
dis tempore meſſis ningere. Nam & infra legimus:
Infra.26.a Quomodo nix in æſtate, & pluuia in meſſe: ſic inde
cens eſt ſtulto gloria. Sed tamen in feruētiſſimis Pa
læſtinæ regionibus non parum delectabile eſt me-
tentibus, ſi ſubito frigus quomodo in niue ſolet,
adueniat: quod incendia ſolis aliquantum refrige-
ret, ſudorem laborantium tergat: ardentes tempe-
ret anhelitus. Cui recte frigori legatus aſſimilatur
fidelis: qui mentem eius qui ſe miſit, prudenter agē
Myſtice. do repauſat. Myſtice autem, legatus fidelis, doctor
eſt catholicus: qui autem mittit eum dominus. Por
rò dies meſſis in æſtu, tempus eſt prædicationis in
Matth.9.d ter furores perſequentium. De quo dictū eſt: Meſ-
ſis quidem multa, operarij autem pauci. Frigus ni-
uis in meſſe, aliquantula eſt quies prædicantium à
perſecutione repugnantium. Recte ergo dicitur: Si
cut frigus niuis in die meſſis: ita legatus fidelis ei
qui miſit eum, animam illius requieſcere facit: quia
ſicut optabile eſt prædicatoribus uerbi, cum ab in-
fidelium rabie forte aliquid refrigerij accipiūt: nec
facultas docendi negatur: ita ipſi qui ad prædican-
dum eos miſit domino gratum eſſe conſtat: cum ſu

a Inauris aurea, & margaritum fulgens: qui
arguit ſapientem, & aurem obedientem. Si-
b cut frigus niuis in die meſſis: ita legatus fi-
delis ei qui miſit eum, animam illius requie-
c ſcere facit. Nubes & uentus, & pluuiæ non
ſequentes: uir glorioſus & promiſſa nō com
d plens. Patientia lenietur princeps: & lingua
e mollis confringet duritiam. Mel inueniſti,
comede quod ſufficit tibi: ne forte ſatiatus,
f euomas illud. Subtrahe pedem tuum de do
mo proximi tui: ne quando ſatiatus, oderit
te. Iaculum & gladius, & ſagitta acuta, ho-
mo qui loquitur contra proximum ſuum
g falſum teſtimonium. Dens putridus, & pes
laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die angu-
ſtiæ, & amittit pallium in die frigoris.
Acetum

ſceptam ab eo legationem, etiam inter aduerſa obſi G
ſtentium fideliter complēt. Deniq; ut Lucas refert:
Reuerſis à prædicationis officio diſcipulis, exultās Luc.10.d
ſpiritu ſancto, patri gratias obtulit dicens: Confi-
teor tibi domine pater cœli & terræ, & cætera.
c ¶Nubes & uentus, &
pluuiæ nō ſequētes &c.)
Huic ſimile uidet̄ quod
ſuperius ait: Ne lactes Supra.4.d
quēquam labijs tuis. Sed
ille uerſiculus ſpecialiter
hoc continet, ne promit-
tendo hominem ſuſcipi-
as: & non complendo de
cipias. Iſte uero uerſicu-
lus & hoc continere po-
teſt, & illud quod dicit
Apoſtolus: Habētes ſpe 1.Timo.3.d
ciem pietatis, uirtutē au-
tem eius abnegantes.
d ¶Patientia lenietur
princeps: & lingua &c.)
Quàmuis dominū pec-
cādo offendiſti, potes ta-
men eius mereri clemen
tiam, ſi patienter aduer-
ſa quæ tibi pro peccatis
irrogātur pertuleris, hu-
milíq; ſatisfactione duritiam domaueris contuma- H
ciæ prioris. e ¶Mel inueniſti, comede quod ſuffi
cit tibi: ne forte ſatiatus, euomas illud.) Dulcedinē
inueniſti cœleſtis intellectus: quæ ſpiritualium pa-
trum officio quaſi prudentiſſimarum apium tibi la
bore miniſtratur: uide ergo ne in eas plus ſapere ap
petas, quàm oportet ſapere: ne dum ſumma intelli-
gere ultra uires quæris: etiam quæ bene intellexe-
ras, amittas. Poteſt autē in hoc uerſiculo typice di-
ctum intelligi, quod in ſequenti aperte ſubijcitur.
f ¶Subtrahe pedem tuum de domo prox. &c.)
Et ſi etiam proximi cuiuslibet allocutionem uel ui
ſitationem melle dulciorem inueniſti: melius tamē
eſt ut rarius ueniendo facias eum ſemper tuum di-
ligere aduentum: quàm ut uel una uice, tam diu cū
illo maneas, uel toties ad eum uenias, donec te ui-
dere faſtidiat, & ne redeas quærat. g ¶Dens pu-
tridus, & pes laſſus qui ſperat ſuper infideli in die
anguſtiæ & amittit &c.) Et Hieremias ait: Maledi- Hiere.17.a
ctus qui ſpem ſuā ponit in homine, & ponit carnē
brachium ſuū. Qui recte dēti putrido & pedi laſſo
comparatur: quia qui illud unicum hominis bonū,
hoc eſt, adhærere deo, & ponere in deo ſpem ſuam
neſcit: iſte nec uitę percipere cibū: nec ad manſionē
poteſt deſideratæ ſalutis pertingere. Et talis amittit
pallium in die frigoris: quia & ſi in ſerenitate uitæ
præſentis, habitu religionis uidetur indutus: ubi ta
men diſtrictio iuſti iudicij ingruerit, nudus omni-
modis ab ornatu iuſticiæ patebit: nec eorum con-
ſortio dignus de quibus ſcriptum eſt: Beatus qui
uigilat & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambu-
let, &



A let, & uideant turpitudinem eius. a ¶Acetum
in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo &c.) Ni
trum à Nitria prouincia, ubi maxime naſci ſolet,
nomen accepit. Nec multum à ſalis Amoniaci ſpe-
cie diſtat: nam ſicut ſalem in littore maris feruor cō
ficit ſolis, durando in pe
trā aquas marinas, quas
maior uis uentorum, uel
ipſius maris feruor in lit
toris ulteriora proiece-
rit: ita ī Nitria. Vbi æſta
te pluuiæ prolixiores tel
lurem infundunt, adeſt
ardor ſideris tātus, quod
ipſas aquas pluuiales p
latitudinem arenarū con
coquat in petram: ſalis
quidem uel glaciei aſpe-
ctui ſimillimam: ſed nil
gelidi rigoris, nil ſalſi ſa-
poris habentem: quæ ta-
men iuxta naturam ſa-
lis, in caumate durare, &
in nubiloſo aëre fluere
ac liquefieri ſolet. Hanc
indigenæ ſumentes ſer-
uant, & ubi opus extite-
B rit, pro lomento utuntur. Vnde Iudææ peccanti di
Hiere.2.c cit propheta: Si laueris te nitro, & multiplicaueris
tibi herbam borith: maculata es iniquitate tua, di-
cit dominus deus. Crepitat autem in aqua quomo
do calx uiua: & ipſum quidem diſperit, ſed aquam
lauationi habilem reddit, cuius natura cui ſit apta
figuræ, cernens Salomon ait: Acetum in nitro, &
qui cantat carmina cordi peſſimo. Acetum quippe
ſi mittatur in nitrum, protinus ebullit: & peruerſa
mens, quando per increpationem corripitur: aut
per prædicationis dulcedinem bona ſuadentur: de
correptione fit deterior, & inde in murmurationis
iniquitatem ſuccenditur, unde debuit ab iniquita-
te compeſci. b ¶Si eſurierit inimicus tuus, ci-
ba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere.) Et de cor-
poralibus alimentis: & de ſpiritualibus poteſt intel
ligi. c ¶Prunas enim congregabis ſuper ca-
put eius: & dominus reddet tibi.) Non de incen-
dijs pœnarum dicit: neque enim doceret ſapientia,
ut bona faciendo inimico, perditionis eius cauſam
miniſtrares: ſed per prunas ſuper caput eius, ardo-
rem charitatis in corde eius ſignificat. Fit enim nō-
nunquam, ut inimicus crebris uictus beneficijs,
odiorum rigore emollito, calorem in mentem cha-
ritatis excipiat: ac de inimico amicus fieri: & eum
quem iniuſte oderit, redamare incipiat.
d ¶Ventus aquilo diſſipat pluuias: & facies tri-
ſtis, linguam detrahentem.) Si hilari uultu audie-
ris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: ſi
uero triſti uultu hæc audias, ut dixit quidam uir
dei: Diſcit non libenter dicere, quod didicerit non
libenter audiri. e ¶Melius eſt ſedere in angu-

a Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi
peſſimo. Sicut tinea ueſtimento, & uermis li
b gno: ita triſticia uiri nocet cordi. Si eſurierit
inimicus tuus, ciba illū: ſi ſitierit, da ei aquā
c bibere. Prunas enim congregabis ſuper ca-
d put eius: & dominus reddet tibi. Ventus
aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis, lin-
e guam detrahentem. Melius eſt ſedere in an-
gulo domatis, quàm cum muliere litigioſa
f & in domo communi. Aqua frigida ani-
mæ ſitienti: & nuncius bonus de terra lon-
g ginqua. Fons turbatus pede, & uena corru-
h pta, iuſtus cadens corā impio. Sicut qui mel
comedit multum, non eſt ei bonum: ſic qui
ſcrutator eſt maieſtatis, opprimet̄ à gloria.
Sicut

lo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in do- C
mo communi.) Doma, excelſus & ſecretus eſt lo-
cus, quod enim δῶμα Græce, Latine dicitur tectū.
Denique in Actibus apoſtolorum, ubi Petrus in Act.10.d
ſuperiora ad orandum aſcendit: pro ſuperioribus,
in Græco δῶμα ſcriptum
eſt. Melius eſt ergo in al-
titudine uirtutum mane
re quempiam liberum à
uinculis uxorijs, & à ſe-
culi huius ſecretum deſi
derijs, quàm cum carna-
li uſu uoluptatis quoti-
dianis nefariæ mulieris
contumelijs affici.
f ¶Aqua frigida ani-
mæ ſitienti: & nuncius
bonus de terra longin-
qua.) Dicit pſalmiſta: Si- Pſal.41.a
cut ceruus deſiderat ad
fontes aquarum: ita de-
ſiderat anima mea ad te
deus. Aqua ergo frigida
quæ ſitienti ardorem re-
ſtringit, & nūcius qui de
lōge ueniens, noua quę-
libet & inopinata gau-
dia portat, aſſimilantur: quia & dulcedo diuinæ ui-
ſionis animam diu deſiderantem conſolatur: atque
ab æſtu præſentium tribulationum liberam red- D
dit. Et angeli quotidie de terra longinqua, hoc eſt,
à ſuperna patria deſcendentes in mundum: iuſtos
uel inter tentationes ſpe cœleſtium roborant: uel
finitis tentationum certaminibus, ad palmam per-
petuæ retributionis inducunt. g ¶Fons tur-
batus pede: & uena corrupta, iuſtus cadens coram
impio.) Fons & uena uitæ, eſt os & lingua iuſti
qui meditatur ſapientiam, & loquitur iudicium. Et
ſi hunc à diabolo ſuperari atque in caſſum redigi
contigerit: merito fons turbatus, aduerſario con-
culcāte, & uena dicitur eſſe corrupta. Euenit enim
ſæpe ut qui maiori ſcientia præditi fulgebant, ad
ultimum plus uolentes ſapere, quàm fragilitati hu
manæ conceſſum eſt, in inſipientiæ foueam deci-
dant. Vnde conſequenter adiungitur.
h ¶Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bo
num: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à
gloria.) Dulcedo enim mellis ſi pluſquàm neceſſe
eſt, ſumitur: unde delectatur os, inde uita necatur.
Dulcis quoque eſt requiſitio maieſtatis: ſed qui
plus hanc ſcrutari appetit quàm humanitatis agni
tio permittit, hunc ipſa eius gloria premit: quia ue-
lut mel ſumptum immoderate, perſcrutantis ſen-
ſum dum non capitur rumpit. Non hoc autem ſo-
lum quiſque ſapiens attendere debet: ne altiora ſe
quærat: & ne fortiora ſe ſcrutatus ſit, uerumetiam
ne ea quæ recte atque utiliter ſcire potuit, immo-
deratis ſermonibus ſibimet minus utilia reddat.
Vnde adhuc apte ſubnectitur.
Sicut

E a ¶ Sicut urbs patens, & abſq; murorum &c.) Si enim murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis; & cum ſe per uerba extra ſemetipſam iacit, apertam ſe aduerſario oſtendit: quã tanto ille ſine labore ſuperat, quanto & ipſa quæ uincitur, contra ſemetipſam ꝑ multiloquium pugnat.

Cap. XXVI.

Quomõ nix in æſtate, & pluuia in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.) Hic uerſiculus, ne indoctis honor docẽdi committatur, præmonet. Nix nanq; æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſunt ꝑſecutiones infideliũ in tempore prædicationis euãgelicæ: quæ dum grauiores forte inſiſtunt, & calorẽ in multis impediũt dilectionis, & fruges bonæ operationis fœdant. Quibus recte gloria quę ſtulto confertur eſſe ſimilis aſſeueratur: quia ſi indocto cathedra docendi tribuitur; æque ſimiliter F per hoc eccleſia ut infidelium perſecutione lædit: qđ eſſe uerißimũ Arianę tempeſtatis calamitas probauit. c ¶ Nã ſicut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quò libet, uadens &c.) Verba quidem recte auibus comparantur, quod ſonando per aëra tranſuolent ab ore uidelicet loquẽtis, ad aures uſq; audientis. Sed diſtant in eo: quia poteſt fieri, ut auis quò libet uolãs, eo loco reſedeat: ubi nil ei certe neceßitatis aut utilitatis ſuppetat: Verba autem quæ loquimur, non quò libet, diſperſa in uentũ defluũt atq; euaneſcunt: ſed in autorem ſuum cuncta reuertuntur, & uel bene prolata iuuant loquentẽ: uel male ædita grauant. Itaq; ſi pro omni uerbo etiã ocioſo rationem in die iudicij reddere cogamur: quãto magis autem maledicta, nõ ſolum ea quæ malicioſa mente in inſontem iaculantur: uerum etiã illa quæ negligentiũ cõſuetudine paßim in quoslibet proferuntur: non aliũ, ſed ipſum maledicum opprimũt? 1. Cor. 6. b Neq; enim maledici regnum dei poßidebunt. Nõ autem ſine cauſa dicit maledictum fruſtra prolatũ: Eſt enim maledictũ iuxta diuinæ diſtrictionis irã in impios emiſſum, ut eſt illud beati Petri in Simonem magum: Act. 8. d Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ, & ea quæ in apoſtatas & hæreticos eccleſiaſtica animaduerſione proferuntur anathemata. De quibus Matth. 16. b dñs eidem eccleſiæ dicit: Quæcunq; alligaueris ſuper terram, erũt ligata & in cœlis. d ¶ Flagellum equo, & chamus aſino &c.) Et quid per equum, niſi ſuperbum? & quid per aſinum, niſi luxurioſum quemlibet figurat? Et ideo neceſſe eſt ut per diuinũ flagellum, elatio humilietur ſuperborum: ut per infirmitatem carnis uelut per chamũ cohibeatur uoluntas lubricorum: ut qui ſponte conuerti nolunt, coacti flagellis cõuertantur à uitijs, ſicut ait propheta: Pſal. 31. c In chamo & freno maxillas eorum cõſtringe: qui non approximãt ad te. e ¶ Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam, ne ſibi ſapiẽs eſſe.) Nõ hæc inuicem ſibimet contraria debent uideri: non reſpõdere ſtulto iuxta ſtulticiam eius, & reſpondere ſtulto iuxta ſtulticiam eius: utrũq; enim pro tẽporum & perſonarum diuerſitate cõcordat: dũ & ſtultus contemnitur: quia non percipit ſapientiam: & ſtulta ſuperbia alia decutitur ſtulticia: iuxta quod Apoſtolus dicit: H 2. Cor. 11. d Factus ſum inſipiẽs, uos me coëgiſtis. f ¶ Claudus pedibus, & iniquitatem bibẽs, qui mittit uerba per nũcium ſtultum.) Poteſt forte euenire, ut ſapiens quilibet ſtultum in legationem mittat, neſciens quia ſtultus eſt: nec tamen ipſe ſapientiæ ſuæ gloriam perdat, in eo quod de ignoto bonum quod audierat, credidit. Sed qui hæreticum ſciens mittit ad prædicandum populis, claudus eſt pedibus, & iniquitatem bibens: quia & operis boni foris inceſſum amiſit, & interiora ſui ſenſus hauſtu ſtulticiæ deebriat. g ¶ Quomodo fruſtra claudus pulchras habet tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.) Sicut enim fruſtra claudus habet tibias, cum ambulare non ualet: ita indecens eſt in ore cuiuslibet qui indigne ſe agit ſermo compoſitus: dum per degenerem uitam ſtultus potius quàm ſapiens eſſe approbetur. h ¶ Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipiẽti honorem.) Qui inſipienti, id eſt, hæretico, honorem docendi confert: nõ minus delinquit, quàm qui deos ac delubra gentilium cultu ueneratur inani. i ¶ Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum &c.) Spina in manu naſcitur temulẽti: cum in operibus qui carnalibus ſeruit illecebris, punctiones oriuntur ſcelerum. Quibus recte parabola quam ſtultus proponit aſſimilatur: quia & ſi uerba prudẽtię ſtultus dicere nouit: in his tamen uitiorum pũctiones, quibus uel ſcipſum, uel proximum lacerat uitare non nouit. Sæpe nãq; doctor imprudens in eo quod bona dicit aut ſancta, occulte ſuam laudem ab hominibus, aut uituperationem quærit aliorum.

a Sicut urbs patens, & abſq; murorum ambitu: ita uir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

Caput XXVI.

b Quomodo nix in æſtate, & pluuia in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria. Nã c ſicut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quò libet uadens: ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperueniet. d Flagellum equo, & chamus aſino, & uirga in dorſo imprudentiũ. e Ne reſpõdeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur: f Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit uerba per nunciũ ſtultũ. g Quomodo fruſtra claudus pulchras habet tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorũ parabola. h Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorẽ. i Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum. Iudiciũ determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilẽtium, iras mitigat. a Sicut canis qui reuertitur ad uomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtulticiam ſuam. b Vidiſti hominem ſapientẽ ſibi uideri, magis illo ſpem habebit ſtultus. c Dicit piger, leo eſt in uia: & leæna in itineribus. Sicut oſtium uertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo. d Abſcõdit piger manus ſub aſcella, & laborat ſi ad os ſuũ eas conuerterit. e Sapientior ſibi piger uidetur ſeptem uiris loquentibus ſententias. f Sicut qui apprehendit auribus canem: ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. Sicut noxius eſt qui mittit lanceas & ſagittas in mortẽ: ita uir qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus, dicit, ludens feci. Cũ defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia cõquieſcunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignẽ: ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. g Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia: & ipſa perueniũt ad interiora uentris. h Quomodo ſi argento ſordido ornare uelis uas fictile: ſic labia tumentia cũ peſſimo corde ſociata. i Labijs ſuis intelligitur inimicus: cũ in corde tractauerit dolos. Quãdo ſubmiſerit uocem ſuã, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Qui operit odiũ fraudulenter, reuelabitur malicia eius in concilio. Qui fodit foueam, incidet in eã: & qui uoluit lapidem re k uertetur ad eum. Lingua fallax nõ amat ueritatem, & os lubricum operatur ruinas.

Caput



G A a ¶ Sicut canis qui reuertitur ad uomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtulticiam ſuam.) Canis cum uomit, profecto cibũ qui pectus deprimebat, eijcit: ſed cum ad uomitum reuertitur: quo leuatus fuerat, rurſus oneratur. Et qui admiſſa plãgunt, profecto nequitiã de qua male ſatiati fuerant: & quæ mentis intima deprimebat, confitendo proijciũt: quam poſt confeßionem dum appetunt, reſumunt. b ¶ Vidiſti hominẽ ſapiẽtem ſibi uideri, magis illo ſpem habebit ſtultus.) Hoc exponẽs dominus ait: Ioan. 9. g In iudicium ego in hunc mũdum ueni: ut qui non uident, uideant, & qui uident cæci fiant. c ¶ Dicit piger, leo eſt in uia, & B leæna in itineribus. Sicut oſtiũ uertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo.) Multi cũ uerbum exhortationis audiunt, cauſantur de diabolo: dicentes uelle quidem ſe uiam iuſticiæ incipere, ſed impediri à ſatana, ne hãc perficere poßint. Sicq; huiuſmodi excuſationis ſermonibus ſemper in lecto ſui corporis, ſicut oſtiũ in cardine uertuntur, & modo exire ad operandũ, modo ad quieſcendum redire proponentes: in ſuis iacere prauitatibus nunquam deſiſtunt. d ¶ Abſcondit piger manus ſub aſcella: & laborat, ſi ad os ſuum eas conuerterit.) Per manum quippe operatio: per os uero locutio deſignatur. Pigro labor eſt ad os ſuũ manum ſuã porrigere: quia deſidioſus quiſq; prædicator non uult hoc operari quod docet. Manum quippe ad os porrigere, eſt uoci ſuæ prædicationis opera concordare. e ¶ Sapientior ſibi piger uidetur, ſeptem uiris loquentibus ſententias.) Septem uiros loquentes ſententias, illos dicit qui ſeptiformis ſpiritus gratia pleni, ſanctæ ſcripturæ nobis ſcientiam miniſtrauerunt. Quibus ſe ſapientiorem C ſtultus arbitratur: quia ſæpe nonnulli adeo mẽtem ab agendis his quæ dominus præcepit, deſpicientes auertunt: ut ne hæc quidem omnia, uel poſſe ab homine, uel debere impleri contendant: & quaſi ſapientiores his qui diuina eloquia ſcripſerũt, ea hominem facere non poſſe autumant: quæ illi dictãte ſpiritusancto, hominẽ facere iuſſerunt: imò etiã quæ multos homines iuuante ſpiritus eiuſdẽ gratia, perfeciſſe monſtrauerunt. f ¶ Sicut qui apprehendit auribus canẽ: ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius &c.) Dicit Apoſtolus: 2. Timo. 2. c Noli uerbis contendere: ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Quicũq; ergo duplex ſenſu eſt: & duobus inter ſe iurgãtibus, mordaci ſermone capta fuerit auricula eius, cito incipit & ipſe quaſi canis latrare, & contentiones D generare: ſed hoc ſapiens omnimodo uitat. g ¶ Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt &c.) Suſurronem, incentorem litis & bilinguẽ appellat: qui ſimulat laudem uerborum: & quærit audire unde iurgia ſeminet. h ¶ Quomodo ſi argento ſordido ornare uelis uas fictile &c.) Quid per argentum ſordidum, niſi ſcientia corrupta, & qđ ꝑ uas fictile, niſi cor carneũ deſignatur? Quod dum de ipſa falſa ſcientia ſe ornare ſatagit, in ſua locutione cõtra ueritatem tumet: atq; per elationem magiſter erroris fit. i ¶ Labijs ſuis intelligitur inimicus: cum in corde tractauerit dolos. Quãdo ſubmiſerit uocem ſuam, nec &c.) Inimicus iſte poteſt hæreticus non incongrue accipi: qui cũ uerba prædicationis ſuæ ficta humilitate ſubmittit, corda innocentium & minus intelligentium demulcendo ſeducit. k ¶ Lingua fallax non amat ueritatem, & os lubricum operatur ruinas.) Lingua fallax, prædicatio eſt mendax. Os lubricum, ſermo fucatus, atq; à luce iuſticiæ alienus.

E

Caput XXVII.

NE glorieris in craſtinū, ignorans quid ſuperuētura pariat dies &c.) Ne ſecurus ſis aliquā do de futuro tempore: quia & ſi hodie te domino ſeruire cōſpicis, qualis eſſe in futuro poſſis, & quomodo uitam finire, prorſus præuidere nō uales. Beatus enim homo qui ſemper eſt pauidus. b ¶ Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena; ſed ira ſtulti utroque grauior.) Graue quidem ſatis eſt, quenq; uel uno aliquo crimine capitali quaſi pōdere ſaxi deprimi; uel quaſi glareis arenæ, innumeris peccatis leuioribus onerari: ſed utroque grauior ira eſt ſtulti. Quia nimirum hæc quo certius q̄ ſint mala, pateſcunt: eo acrius animum ut caſtiget compungūt. Ira uero quia non corporale, ſed ſpirituale eſt uitium: quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. F Vnde non abſolute iram, ſed iram ſtulti dicit ſaxo & arena grauiorē. Nam ſapientes quomodo actus ſuos ac ſermones: ita mentis quoq; motus ſolerter examinare & caſtigare ſatagūt. c ¶ Ira non habet miſericordiā, nec erūpens furor, & impetū concitati ferre quis poterit?) Nō de omni ira dicit: nam de mitiſſimo ac modeſto uiro ſcriptum eſt: *Exod. 11. e* Quia exijt à Pharaone iratus nimis: ſed de ira ſtulti, cuius in priori uerſiculo meminerat: quæ ubi excāduerit, mox uiſcera pietatis amittit, & furori tantum ſuo nouit frena laxare. Alioquin de utili ac neceſſaria ira dictū eſt: *Eccles. 7. d* Melior eſt ira riſu: quia per triſticiam uultus corrigitur animus delinquētis. d ¶ Melior eſt manifeſta correctio quàm amor abſconditus.) Amorem abſconditum, hoc loco amorem dicit illicitum, ut eſt amor adulterinus: qui ob ſui turpitudinem merito ſapiētibus ne redarguatur, abſconditur. Cui iure manifeſta correctio præfertur: quia abſq; ulla contradictione melius eſt quempiā deſiderio corrigendi palàm corripere, quàm ſtudio ſimul peccandi clāculo diligere. e ¶ Meliora ſunt uulnera diligentis, q̄ fraudulenta odientis oſcula.) Melius eſt à dño, qui nos ut filios pater erudire conſueuit, uulnera afflictionum perpeti, quàm diaboli blandimentis decipi: qui ut nos cœleſti hæreditate priuet, noſtris fa-

uere ſolet erratibus: quaſi leue ſit malum quod agimus, & ultra modum peccatorum noſtrorū ſæuiēs tribulatio, quam domino diſpenſante toleramus. G f ¶ Anima ſaturata calcabit fauum &c.) Anima diuitum, qui habent conſolationem ſuam, & quibus dicit̄ à domino: *Luc. 6. d* Væ uobis ſaturati eſtis, quia eſurietis: ſpernit auditā cœleſtis regni dulcedinem. Anima autē eorum qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam, etiam aduerſa ſeculi pro domino, imò etiā ipſam mortem perpeti, dulce habet: ſciens ſe per poculū amaritudinis ad gaudia perpetuæ ſalutis eſſe uenturam. g ¶ Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo &c.) Sicut auis quæ negligit oua, ſiue pullos quos fouerat, aliarum auium uel animantium raptui dimittit: ſic nimirum ille qui cuſtodiā uirtutum in quibus proficiebat, deſerit: earūdem uirtutum quas habere uidebatur, immundis ſpiritibus, ipſe proditor exiſtit. H Vnde aliàs dicit: *Eccles. 10. a* Si ſpiritus poteſtatē habentis aſcēderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Quod eſt aperte dicere: Si principis mundi, id eſt, diaboli tentatio tibi forte inſtiterit, caueto ſolicitus, ne à bona operatione cui inſudabas, deſiſtas. h ¶ Vnguento & uarijs odoribus delectatur &c.) Vnguentum eſt nitor gloriæ de conſcientia pura, ſiue charitas diuinitus in corda electorū diffuſa. Varij uero odores, opinio optima ex diuerſitate uirtutum flagrans. i ¶ Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris, & domū fratris tui ne ingrediaris &c.) Amicus cuiuſq; electi monachi, pater eſt ſpiritualis: qui ob hoc quod ei conſilium bene uiuēdi præbet, amicus eius non incongrue dicitur. Ob id uero quod in his præceptis eiſdē ſpiritualis doctor paret, amicus domini, qui pater eſt omnium electorum, recte appellatur. Sed ſicut pernicioſum eſt eidem monacho à conſortio ſancti patris diſcedere: ita deterius illi eſt in die afflictionis ſuæ, qua ſe in conſpectu dei mortificare ſtudet, domū fratris ſui ingredi, id eſt, propinquorum ſuorum ſeculariter uiuentiū ſocietatem appetere. k ¶ Melior eſt uicinus iuxta, quàm frater &c.) Melior tibi eſt uicinus aliquis, qui tibi animū fraterna ſocietate connectit: q̄ ger-

manus

Caput XXVII.

a NE glorieris in craſtinum, ignorās quid ſuperuentura pariat dies. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & nō labia tua. b Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena: c ſed ira ſtulti utroque grauior. Ira nōn habet miſericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati ferre quis poterit? d Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus. e Meliora ſunt uulnera diligētis, quàm fraudulenta odientis oſcula. f Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens, etiam amarum pro dulci ſumet. g Sicut auis trāſmigrans de nido ſuo: ſic uir derelinquit locum ſuum. h Vnguento & uarijs odoribus delectatur cor, & bonis amici cōſilijs anima dulcoratur. i Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. k Melior eſt uicinus iuxta, q̄ frater procul. Stude ſapientiæ fili mi: & lætifica cor meum: ut poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. Aſtutus uidens malum, abſconditus eſt: paruuli trāſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. Tolle ueſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo: & pro



A manus frater qui iura fidei & pietatis cōmunia tecum habere neglexerit. Quod dominus in parabola uulnerati à latronibus, eius qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & Samaritani qui curam egit illius, manifeſte probauit. *Luc. 10. e* a ¶ Qui benedicit proximo ſuo uoce grandi de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis &c.) Voce grādi proximo benedicit, qui eum fauore ſuperfluæ laudis extollit: uel malis uidelicet actibus eius cōtra iuſticiam fauendo, uel bona plus iuſto laudando. Sed hic maledicenti aſſimilatur: quia plurimum lædit eū, cui laudando ſiue in mala actione confidentiam tribuit: ſeu in opere recto ſimplicitatē puri cordis minuit: ut uidelicet bonū qđ ſupernæ mercedis intuitu inchoarat, trāſitoriæ laudis amore cōſumat. b ¶ Ferrum ferro acuitur: & homo exacuit faciē amici ſui.) B Satis bona eſt collatio & conſiliū ſapientium: ubicunq; ſe inuicem conſulendo inſtruunt, ferrum ferro acuitur. c ¶ Qui ſeruat ficū, comedet fructus eius &c.) Ficum ſeruare, eſt legem diuinitus cōſtitutam, inoffenſo pedis opere cuſtodire: qđ qui fecerit, comedet fructus eius dum æternam obedientiæ ſuæ recipiet mercedem. d ¶ Quomodo in aquis reſplendent uultus proſpicientiū: ſic &c.) Aquæ dicuntur ſanctorum dogmata: in quibus doctores uel auditores, uelut in ſpeculo uultus ſuos proſpiciunt: dū non ſolum in actione, ſed etiam in cogitatione fœditatem ſuam recognoſcunt. e ¶ Infernus & perditio non replebuntur: ſimil. &c.) Inferni tormenta non replebuntur, terminum accipiendo: ſimiliter & intentiones eorum qui humana ſapiunt, inſatiabiles ſunt in deſiderio peccandi. Qui & ideo ſine fine pœnas luunt: quia uoluntatem habuerant ſine fine peccandi, ſi naturam haberent ſine fine uiuēdi. f ¶ Quomodo probatur in conflatorio arg. &c.) Laus quippe iuſtos cruciat: iniquos exaltat: ſed iuſtos dum cruciat purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monſtrat. g ¶ Diligenter agnoſce &c.) Paſtori dicitur eccleſiæ: Diligenter adhibe curā eis

C quibus te præeſſe contigerit: agnoſce animos actúſque ſingulorū, & ſi quid in eis uitij ſordidātis inueneris, citius caſtigare memēto. Nō enim tu ſemper oues dñicas paſcendi poteſtatē habebis: ſed æterna eſt corona quam percipies, ſi commiſſum tibi gradū tuo tempore bene miniſtraueris. h ¶ Aperta ſunt prata, & apparuerūt &c.) Aperta ſunt modo paſcua ſacramentorū cœleſtium, quæ diu fuerant typis præcluſa legalibus. Apparuit nouus uiror euangelicæ ueritatis & gratię: collecta ſunt in pabulū gregis dñici, ſcripta patrum ueterum: ablata quidem Iudæis ſuperbientibus, falce diuina animaduerſionis, & humilibus eccleſię populis, ad ſpirituale ſubſidiū data. Iuxta quod dñs ait illis: *Matth. 21. d* Auferetur, inquit, à uobis regnū dei, & dabitur gēti facienti fructus eius. i ¶ Agni ſunt ad ueſtimentū tuū, & hœdi ad agri preciū.) D Agnos innocētes, hœdos pœnitentes nūcupat. Agnorū ergo uellere ueſtieris, dū bonis obedientium diſcipulorū moribus paſtor ipſe profeceris: eorumq; laudabilia facta cernens, & in ornatu uirtutum, & in calore dilectionis ipſe glorioſior extiteris. Hœdis agrum comparabis: dum peccatores ad pœnitentiam uocādo, ſublimiorem tibi in terra uiuentium locum acquires. k ¶ Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in nec. &c.) Tanta inſtātia pecus tibi cōmiſſum paſce: ne tibi lac æſtate nouū ne frigore deſit: ſed tibi ſemp tuiſq; ſufficiat, id eſt, tam ſedulo doctrinæ inſta: ut etiā quoſdā pœnitentes ad officium docendi prouehas, quatenus per illos qui pridem pro fœditate uitiorū ad ſiniſtrā iudicis uidebant̄ eſſe ponendi, modo rationabiles & ſine dolo, lac uerbi paruulis ſenſu miniſtretur. Fit autem lac caprarum ad uictum ancillis: quādo hi qui nondū amore perfecto: ſed adhuc timore ſeruili domino deſeruiunt per exemplum uel uerba eorum qui per pœnitentiam ſalui facti ſunt, uiuificis uerbi epulis reficiuntur: atq; ut ad maiora uirtutum proficiant incrementa iuuantur. Quidā hoc quod dictū eſt: *Supra eodem* Aperta ſunt prata, & apparuerūt herbæ ui-

a & pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo ſuo uoce grādi de nocte cōſurgēs, maledicenti ſimilis erit. Tecta perſtillātia in die frigoris, & litigioſa mulier cōparantur. Qui retinet eam, quaſi qui uētum teneat, & b oleum dexteræ ſuæ euacuet. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. c Qui ſeruat ficū, comedet fructus eius, & qui d cuſtos eſt domini ſui glorificabit̄. Quomodo in aquis reſplendent uultus proſpicientium: ſic corda hominū manifeſta ſunt pru- e dentibus. Infernus & perditio nō replebuntur: ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles. f Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurū: ſic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui exquirit mala: cor autem rectum exquirit ſcientiam. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtulticia g eius. Diligenter agnoſce uultum pecoris tui: tuoſq; greges cōſidera, nō enim habebis iugiter poteſtatē, ſed corona tribuetur tibi in h generatione & generatione. Aperta ſunt prata: & apparuerunt herbæ uirentes, & colle- i cta ſunt fœna de mōtibus. Agni ſunt ad ueſtimentum tuū, & hœdi ad agri preciū. Suf- k ficiat tibi lac caprarū in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ, & ad uictū ancillis tuis. Fugit



rentes

E rentes,& collecta ſunt fœna de montibus: agni ad
ueſtimentum tuum, & hœdi ad agri preciū: ita ex=
Matth.27.f poſuit: Aperta ſunt monumenta: apparuerunt cor
pora rediuiua: ſeq̄ſtrati ſunt peccatores à ſanctis:
Ibid.25.c fœnum ad comburendum de locis excelſis. Seque=
ſtrati ſunt agni ad dexte=
rā, hœdi ad ſiniſtrā agni
ad ueſtimētum regis: qa
ipſe dixit: Inhabitabo in
eis. Hœdi pro precio ſan
ctorū, quibus nocuerūt,
ignibus uenundantur.

Cap. XXVIII.

FVgit impius nemi=
ne perſequēte.) Qui
non eſt in fide fortis: etiā
ſi nullus perſecutor inſi=
ſtat, non nunquam ſpon
te fidem deſerit: quando
uel latrocinijs, uel periu=
rijs, uel fornicationibus,
uel ueneficijs, alijsq́ꝫ hu=
ius mundi ſceleribus, ſe
infideli ſimilem reddit.
b ¶Iuſtus autem quaſi
leo cōfidens, abſq́ꝫ terro=
re erit &c.) In occurſu be
ſtiarum idcirco leo non
F trepidat: quia præualere
ſe omnibus nō ignorat.
Vnde uiri iuſti ſecuritas
leoni recte comparatur:
quia cōtra ſe cum quoſ=
libet inſurgere ſuſpicit,
ad mentis ſuæ confiden=
tiā redit, & ſcit quia cun=
ctos aduerſantes ſuperat
quia illum ſolum diligit,
quem inuitus nullo mo=
do amittit. c ¶Viri
mali non cogitant iudi=
cium: qui autē requirūt
dn̄m, animaduertunt o=
mnia &c.) Om̄ia animad
uertunt electi, hoc eſt, &
futurum eſſe diſcrimen
uniuerſalis iudicij, & qui
bus operibus requies, q=
bus pœna retribuat̄ ęter
na. d ¶Qui decipit iu
ſtos in uia mala, in interi
tu ſuo corruet, & ſimpli=
ces poſ. &c.) Qui per do
ctrinam hæreticā decipit
amatores iuſticiæ ut à ue
ritate deuient: ipſe quidē
pro malis ſuis pœnā quā
meretur, incurrit: bona
autem ſi qua gerebat, uel
utilia ſcribendo, uel cōtinenter uiuendo, alijs in ad= G
iutorium cedūt: eis nimirum qui hæc legentes ſiue
audientes, exempla ſibi ſalutis etiam ab eo quē pe=
rijſſe norunt, aſſumunt. e ¶In exultatione iuſto=
rum, multa gloria eſt.) Quia uidelicet non de præ=
ſentibus diuitijs, ſed de
æternis in futuro bonis
exultāt: nō de rebus mū=
di quæ uident, ſed de cre
atore mundi, cuius uiſio
nem ſperant, lætantur, di
cente pſalmographo: Læ Pſal.31.c
tamini in dn̄o, & exulta=
te iuſti. Vel certe in exul
tatione iuſtorū multa fit
gloria: quia quoties ele=
ctos in hac uita pro euen
tibus eccleſiæ proſperis
exultare contigerit: mul
ta dn̄o gloria ex plurimo
rū fide ac pijs operibus
datur. f ¶Regnātibus
impijs, &c.) Sicut multi
gloriā deo dare incipiūt,
cū iuſtos in profectu uir
tutū gaudere cōſpiciunt:
ita quoties reprobi re=
gnum tenēt, multos ſuæ
perfidiæ complices exhi H
bent. Quod & de paga=
nis & hæreticis, & de ma
lis catholicis recte pōt ac
cipi. g ¶Beatus homo
qui ſemper &c.) Sequen
tis ira iudicij, tāto tūc di=
ſtrictior portabit̄, quan=
to nunc inter culpas mi=
nime timet̄. Vnde alibi
ſcriptū eſt: In die bonorū Eccli.11.c
ne immemor ſis malorū:
& in die maloꝝ ne imme
mor ſis bonoꝝ. Sic ergo
utraq́ꝫ iungenda ſunt, ut
unū ſemper ex altero ful
ciatur. h ¶Leo rugiēs,
& urſus &c.) Et de prin=
cipibus paganis, & de hę
reticis poteſt intelligi: q
populi pauperis, id eſt,
ſanctæ eccleſiæ, uel patiē
tiam, uel ſapientiam, feri
na ſæpe ſæuitia tentant.
i ¶Hominē qui calum=
niatur animæ ſang. &c.)
Siue terrā agri, ſiue terrā
corpuſculi qui exercet, ſa
turabit̄: ille frumēto, iſte
uirtutibus: q utraq́ꝫ ſper
nit, replebitur egeſtate.
Vir qui

Caput XXVIII.

a FVgit impius nemine perſequēte. Iuſtus
b autem quaſi leo confidens, abſq́ꝫ terrore
erit. Propter peccata terræ multi principes
eius, & propter hominis ſapientiā & horū
ſcientiam quæ dicuntur, uita ducis longior
erit. Vir pauper calumnians pauperes, ſimi
lis eſt imbri uehementi in quo parat̄ fames.
Qui derelinquunt legē, laudant impiū: qui
cuſtodiunt, ſuccēduntur contra eū. Viri ma
c li nōn cogitant iudiciū: qui autem requirunt
dn̄m animaduertūt omnia. Melior eſt pau=
per ambulās in ſimplicitate ſua, q̄ꝫ diues in
prauis itineribus. Qui cuſtodit legē, filius ſa
piens eſt; qui aūt paſcit comeſatores, confun
dit patrem ſuū. Qui coaceruat diuitias uſu=
ris & fœnore liberali: in pauperes cōgregat
eas. Qui declinat aurem ſuā ne audiat legē,
d oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iu=
ſtos in uia mala, in īteritu ſuo corruet, & ſim
plices poſſidebūt bona eius. Sapiens ſibi ui=
detur uir diues: pauper autē prudēs ſcruta=
e bitur eum. In exultatione iuſtorū multa glo
f ria eſt. Regnantibus impijs, ruinæ hominū.
Qui abſcōdit ſcelera ſua, nō diriget̄: qui aūt
confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiā
g cōſequetur. Beatus homo qui ſemper eſt pa
uidus: qui uero mentis eſt duræ, corruet in
h malum. Leo rugiens, & urſus eſuriens, prin
ceps impius ſuper populum pauperē. Dux
indigens prudētia, multos opprimet per ca
lumniam: qui autē odit auariciā, lōgi fient
i dies eius. Hominē qui calumniatur animæ
ſanguinem: ſi uſq́ꝫ ad lacū fugerit nemo ſu=
ſtinet. Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit:
qui peruerſis graditur uijs, concidet ſemel.
Qui operatur terram ſuā, ſaturabitur pani=
bus: qui autem ſectatur ociū replebitur ege=
ſtate. Vir fidelis multum laudabitur: qui au
tem feſtinat ditari, non erit innocens. Qui
cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit:
iſte & pro buccella panis deſerit ueritatem.
Vir qui



A a ¶Vir qui feſtinat ditari & alijs inuidet, ignorat
quod egeſtas ſuperueniat &c.) Profecto enim qui
augere opes ambit, & peccatū negligit, more auiū
captus, cum eſcam terrenarum rerum auidus inſpi
cit: cum quælibet mundi bona deſiderat: & quæ de
futuro damna patiatur,
ignorat. b ¶Cum ſur=
rexerint impij, abſcōden
tur homines: cum illi pe=
rierint, multiplicabūtur
&c.) Eos homines iuſtos
appellat: qui uidelicet iu=
ſtum ſtatutumq́ꝫ à domi
no humanæ conditionis
ordinem ſeruant. Vnde
in libro beati Iob de pœ=
nitente quolibet peruer=
ſo dicitur: Reſpiciet ho=
Iob.33.d mines, & dicet, peccaui.
Quod eſt aperte dicere:
Reſpiciet eos qui natu=
ram humanæ creationis
recte cuſtodiūt, & ſe pec=
cando iumentis aſſimila=
tos eſſe cognoſcunt. Pa=
tet ergo ſenſus: quia fer=
uente impiorum perſe=
cutione, abſcōdentur ſæ=
pe fideles: uel nō auſi, uel
B non permiſſi ad publicū
procedere, dicente domi
Matth.10.c no: Si uos perſecuti fue=
rint in ciuitate iſta, fugi=
te ad aliam. Vbi aūt per=
ditis autoribus perſecu=
tio ceſſauerit, auguſtior
poſt preſſuras fideliū glo
ria clareſcit. Sed & infi=
delium plurimi uiſa infi=
delitatis damnatione, fi=
dei gratiam ſuſcipient, iu
xta id quod ſcriptū eſt:
Peſtilente flagellato, ſapi
entior erit paruulus.

Cap. XXIX.

HOmo qui blādis fi=
ctisq́ꝫ ſermonibus
loquit̄ amico ſ. &c.) Qui
fictis ſermonibus proxi=
mum laudat, illi quidem
parat inſidias: quibus pe
riculū incauti operis aut
uerbi ſecurior factus in=
cidat. Sed uideamus utrum retia fraudulentia eum
cuius greſſibus expanduntur: an potius illū à quo
expanduntur, inuoluant. Sequitur: d ¶Peccan=
tem uirum iniquum inuoluet laqueus: & iuſtus lau
dabitur atque gaudebit. Nouit iuſtus cauſam pau=
perum: impius ignorat ſcientiam. Homines pe=
ſtilentes &c.) Non ergo iuſto laqueus peccantium, C
etiam ſi corporaliter perimat, nocet: ipſos autem re
probos inſidiæ quas proximis parant, in perpetuū
damnant: gaudentibus iuſtis, ac rectum conditoris
iudicium laudantibus, uel de ſua ereptione, uel de
perditione prauoꝝ. De=
niq́ꝫ clauſulā prioris uer=
ſiculi, antiqua æditio ma
nifeſte poſuit: Retia cir=
cundat ſuis pedibus. Ex
ambiguo eñ Græco qđ
eſt περιβάλλει utrunq́ꝫ in=
terpretari poteſt. Nā qui Supra.16.d
fodit foueā ꝓximo ſuo,
incidet in eam ipſe, ut ali
bi dictum eſt. e ¶Vir
ſapiens ſi cum ſtulto con
tenderit, ſiue iraſcatur, ſi
ue rideat, nō inueniet re=
quiem &c.) Doctor ſa=
piens ſi cū infideli & con
tumace contenderit, ſiue
tormēta reproboꝝ, ſiue
gaudia narret bonorū,
fruſtra erga inſenſatum
laborat: Siue lamēta pœ=
nitentiæ ſuadeat: ſeu bo=
næ operationis quæ ſint
præmia dicat: non audi= D
tur à ſtulto. Hinc & apo Matth. 11.b
ſtoli Iudæis dicebant: La
mētauimus uobis, & nō
planxiſtis: cecinimus uo
bis, & non ſaltaſtis.
f ¶Totum ſpiritum ſu=
um profert ſtultus.) Im=
patientia impellente agi=
tur: ut totus foras ſpiri=
tus proferatur. Quē id=
circo citius perturbatio
eijcit: quia nulla interius
diſciplina ſapientiæ cir=
cuncludit. g ¶Sapiens
autem differt, & reſeruat
in poſterū. Princeps qui
libenter audit uerba mē
dacij, omnes miniſtros
habet impios.) Læſus e=
nim in præſens, ſe ulciſci
nō deſiderat: quia etiam
tolerans parci optat, ſed
tamen uindicari omnia
extremo iudicio nō igno
rat. Hūc locum antiqua tranſlatio ſic habet: Totam
iram ſuam profert impius: ſapiens autem diſpen=
ſat per partes: quia nimirum ſtultus ad ultionem
ſui, iræ perturbatione ſuccenditur: ſapiens autem
paulatim eam maturitate conſilij ac moderatio=
nis extenuat & expellit.

a Vir qui feſtinat ditari & alijs inuidet, igno=
rat quod egeſtas ſuperueniat ei. Qui corripit
hominē, gratiā poſtea inueniet apud eū: ma
gis q̄ꝫ ille qui per linguæ blandimenta deci=
pit. Qui ſubtrahit aliq̄d à patre ſuo & à ma=
tre, & dicit hoc nō eſſe peccatū, particeps ho
micidæ eſt. Qui ſe iactat & dilatat, iurgia cō
citat: qui uero ſperat in dn̄o ſaluabitur. Qui
cōfidit in corde ſuo, ſtultus eſt: qui autē gra=
ditur ſapienter, ipſe laudabitur. Qui dat pau
peri, nō indigebit: qui deſpicit deprecātem,
b ſuſtinebit penuriā. Cum ſurrexerint impij,
abſcōdentur homines: cū illi perierint, mul=
tiplicabuntur iuſti. Viro qui corripientē du
ra ceruice cōtemnit, repētinus ei ſuperueniet
interitus, & eum ſanitas nō ſequetur. In mul
tiplicatione iuſtorum lætabitur uulgus: cū
impij ſumpſerint principatum, gemet po=
pulus. Vir qui amat ſapientiam, lætificat pa
trem ſuum: qui autē nutrit ſcortum, perdet
ſubſtantiam. Rex iuſtus eriget terrā: uir aua=
rus deſtruet eam.

Cap. XXIX.

c HOmo qui blandis fictisq́ꝫ ſermonibus
loquitur amico ſuo, rete expādit greſſi=
d bus eius. Peccantem uirum iniquū inuoluet
laqueus, & iuſtus laudabitur atq́ꝫ gaudebit.
Nouit iuſtus cauſam pauperū: impius igno
rat ſcientiam. Homines peſtilentes diſſipant
ciuitatem: ſapientes uero auertunt furorem.
e Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue
iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem.
Viri ſanguinum oderūt ſimplicem: iuſti au=
f tem quærūt animā eius. Totum ſpiritū ſuū
g profert ſtultus. Sapiens autē differt: & reſer=
uat in poſterū. Princeps q libenter audit uer
ba mēdacij, omnes miniſtros habet impios.
Pauper

a Pauper & creditor obuiauerũt ſibi: utriuſq; b illũinator eſt dominus. Rex qui iudicat pauperes in ueritate, thronus eius in æternũ fir- c mabitur. Virga atque correctio tribuet ſapientiam: puer autem qui dimittitur uoluntati ſuæ, confundet matrem ſuam. In multiplicatione impiorum multiplicabũtur ſcelera: & iuſti ruinas eorum uidebũt. Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias ani- d mæ tuæ. Cũm prophetia defecerit, diſſipabitur populus: qui uero cuſtodit legem, bea- e tus eſt. Seruus uerbis nõ poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, & reſpõdere cõtemnit. f Vidiſti hominem uelocem ad loquendum, ſtulticia magis ſperanda eſt, quàm illius cor- g rectio. Qui delicate à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet illum cõtumacem. Vir h iracundus prouocat rixas, & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccata procliuior. Superbum ſequitur humilitas, & hu- i milem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam ſuam: adiurantem k audit, & non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. Multi requirũt faciem principis, & iudicium à domino egreditur ſingulorũ. Abominantur iuſti uirum impium, & abominantur impij eos qui in recta ſunt uia. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit.

Caput XXX.

l VErba congregantis, filij uomentis.

Viſio

E a ¶ Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, utriuſq; illuminator eſt dominus.) Pauper eſt humilis uerbi dei auditor: creditor autem, qui ei uerbi eiuſdem pecuniam prædicando committit. Qui obuiant ſibi, cum in unam eandemq; pietatis gratiam conueniunt. Et utriuſq; illuminator eſt dominus: quia neq; ille ſine diuinæ munere pietatis prædicare, nec iſte potuit credere. Veridica nanque manet ueritatis ſententia, quæ dicit: Quia ſine me nihil poteſtis facere. (Ioan. 15. a)

b ¶ Rex qui iudicat pauperes ĩ ueritate: thronus eius in æternum firmabitur.) Et pſalmiſta de Chriſto rege: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, uirga æquitatis, uirga regni tui. (Pſal. 44. b) c ¶ Virga atque correctio tribuet ſapientiam: puer autẽ qui dimittitur uolũtati ſuæ, confundet matrem ſuam &c.) De hac uirga Apoſtolus ad Corinthios ait: F An uultis in uirga ueniam ad uos an in ſpiritu manſuetudinis? (1. Cor. 4. d) Puer nanq; quem frequentiſſime corripiendum & erudiendum admonet, populus dei eſt: qui ſi non aſſiduis monitis & increpationibus ſacerdotum fuerit caſtigatus, confuſionem generat eccleſiæ, detrahentibus his qui foris ſunt religioni fidei Chriſtianæ. Vnde recte ſubiũgitur: d ¶ Cum prophetia defecerit, diſſipabit populus: qui &c.) Quia nimirum cũ ceſſauerit ſacerdotalis eruditio, ſoluetur continua diſciplina diuinæ legis: qua populus ad beatitudinis præmia pertingere debuerat. e ¶ Seruus uerbis non poteſt erudiri: quia &c.) Seruus, quilibet peccator: recte quidem intelligens, ſed in opere ueritatis abſq; flagelli diſciplina reſpondere contemnens. De talibus ait ueritas: Seruus ſciens uolũtatem domini ſui & non faciens, digne plagis uapulabit multis. (Luc. 12. f) f ¶ Vidiſti hominẽ uelocẽ ad loq. &c.) Graue quidem uitium ſtulticiæ, ſed non leuius eſt uerboſitatis. Nam ſæpe contingit ut idiota aliquis, & ipſarum quoq; neſcius literarum citius uerba ſalutiferæ correctionis accipiat: quàm is qui affluentia præditus ſermonis, magis ſua quæ nouit, uel quæ ſe noſſe autumat, iactanter proferre, quàm dicta ſapientium audire contendit. G g ¶ Qui delicate à pueritia &c.) Qui delicate à pueritia nutrit corpus ſuum, quod animo debuerat ſubiugare: is ubi ad annos adoleſcentiæ peruenerit, laſciuioſum hoc & indomabile ſentiet. Hunc uerſiculũ alia trãſlatio pulchre habet: Qui deliciatur à pueritia, ſeruus erit, nouiſſime autẽ contriſtabitur. Nanq; ſero malorũ pœnitet: qui ſe meminit noluiſſe in tenera adhuc ætate à ſuis uoluptatibus ad regulã continere prudentium. h ¶ Vir iracundus prouocat rixas: & qui &c.) Ianua uitiorum omniũ, iracundia eſt: qua clauſa, uirtutibus ĩtrinſecus dabitur quies: aperta uero ad omne facinus armabitur animus. i ¶ Qui cũ fure participat odit animam ſuam &c.) Auditorem ſuum ſapientia non H ſolũ à peccatis abſtinere, ſed & à peccantium ſe cõtubernio docet cohibere: ne forte à diſtricto iudice mereatur audire: ſi uidebas furẽ, ſimul currebas cum eo: & cũ adulteris portionem tuã ponebas. (Pſal. 49. c) Non enim fur ſolummodo, ſed etiam ille reus tenetur, qui cõſcius furti, quærenti poſſeſſori pecuniã qui perdidit, nõ uult indicare cum ualet. Verum ne quis cauſetur metu ſe perſonæ potentioris: neq; à furũ conſortio ſeparari: neq; ꝑdere poſſe quod nouit, apte ſubditur: k ¶ Qui timet hominem, cito corruet, qui ſperat in domino, ſubleuabitur. Multi requirũt faciem principis, & iudicium à dño &c.) Cui congruit illud euangelicum: Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autẽ non poſſunt occidere.

Caput XXX.

VErba congregantis, filij uomentis.) Hucuſq; parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt uiri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rurſum uerba Salomonis: ab ipſo quod Græce ἐκκλησιαστής dicitur: nunc interpretatio in Latinum nomine illo congregans appellatur: eccleſia enim congregatio uocatur.

Viſio



a Viſiõ quam locutus eſt uir cum quo eſt deus: & qui deo ſecum morante confortatus b ait: Stultiſſimus ſum uirorum: & ſapientia c hominum non eſt mecum. Nõn didici ſapi- d entiam: & noui ſanctorum ſcientiam. Quis e aſcendit in cœlum, atq; deſcendit? Quis con- f tinuit ſpiritum in manibus ſuis? Quis colli- g gauit aquas quaſi in ueſtimento? Quis ſu- h ſcitauit omnes terminos terræ? Quod nomen eſt eius: & quod nomen filij eius ſi no- i ſti? Omnis ſermõ dei ignitus, clypeus eſt ſpe- k rantibus in ſe. Ne addas quicq; uerbis illi- l us, & arguaris inueniariſq; mendax. Duõ rogaui te, ne deneges mihi anteq; moriar: Vanitatem & uerba mendacia longe fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen dei mei.

Ne tradas

A a ¶ Viſio quam locutus eſt uir cum quo eſt deus, & qui deo ſecum morante confortatus, ait.) Viſio, inquit, quam locutus eſt uir: quia quod uidit apud deum ſecretiora contemplando, patefecit hominibus foras loquendo. Quiſquis enim dei ſpiritu confortatur, hæc quæ ſequũtur humili corde profatur. b ¶ Stultiſſimus ſũ uirorum, & ſapientia hominũ &c.) Filij enim ſeculi huius prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. (Luc. 16. c) Et Apoſtolus: Si quis, inquit, uidetur ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. (1. Cor. 3. d) Et ipſe de ſe ſuiſq; ſimilibus, in quibus eſt deus: Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum: gentibus aũt ſtulticiam. (1. Cor. 1. d) c ¶ Non didici ſapientiam, & noui ſanctorum ſcientiam.) Non didicit Salomon ab homine ſapientiam, ſed deo gratis offerente percepit, ut ſanctorum ſcientiam noſſet. B Sed & Apoſtolus q̃ ait: Nos ſtulti propter Chriſtum: ipſe iterũ dicit: Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos. (1. Cor. 4. c; Ibidem. 2. b) Sapientiam uero non huius ſeculi, neq; principum huius ſeculi qui deſtruuntur. d ¶ Quis aſcendit in cœlum, atque deſcendit?) Hæc eſt ſanctorum ſcientia quæ à ſapientibus ſeculi ſtulticia putatur: quia uidelicet dei filius in aſſumpta carne, poſt mortem & reſurrectionem ſuam aſcendit in cœlum: ac noſtræ reſurrectiõis tempore deſcenſurus eſt de cœlo ad iudicãdos uiuos & mortuos. e ¶ Quis continuit ſpiritum in manibus ſuis?) Omnis ſpiritus & humanus & angelicus, & animalium & procellarum ne deficiat, dei potentia continetur. f ¶ Quis colligauit aquas quaſi in ueſtimento?) De ipſo etiam pſalmiſta: Congregãs ſicut in utre aquas maris. (Pſal. 32. b) g ¶ Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ?) Terminos terræ à torpore infidelitatis, uelut è ſomno ad credendum in ſe ſuſcitauit. Et nunc omnia quæ per orbem uiuunt & creſcunt, homines, animantia, germina, dominus ut ſua quæq; uita ſubſiſtant, excitat: & in die iudicij cunctum à quatuor uentis cœli genus humanum à morte ſuſcitabit. (Apoc. 7. a) h ¶ Quod nomen eſt eius: & quod nomen filij eius ſi noſti?) De dei patris & filij nomine dicit: cuius myſterium, ſecularis ſapientia naturaliter ſcire nõ poteſt: quãuis unum eſſe deum qui omnia fecerit, per ea quæ mirabiliter facta uidet, intelligere poteſt. Si noſti, inquit, ſubauditur, tu qui de tua te iactas ſapientia, noſtræ C fidei myſteria, ſtulticiam nuncupare præſumis? i ¶ Omnis ſermo dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe.) Hæc & tota Chriſti eccleſia nouit: & illi maxime ſentiunt, qui deo ſecum morante, terrenæ ſapientiæ faſtum cõtemnunt: quia nimirũ omnis ſermo diuinæ autoritatis, corda electorum & igne charitatis accendit, & ſcientia ueritatis illuſtrat, & uitiorum ſordes: ſi quas in eis inuenerit, conſumit: & ab hoſtium inſidijs, ſperantes in ſe, cunctiſq; defendit aduerſis. Verum ſolertius intuendum: quia proprietatem Græci ſermonis, quod eſt πεπυρωμένον, Latina trãſlatio uno uerbo nõ explicat. Vnde aliquando ignitum, aliquãdo igne examinatũ tranſfertur, ut: Ignitũ eloquiũ tuum uehementer. Et: Argẽtum igne examinatum: quod utrunq; in D Græco uno uerbo dicitẽ πεπυρωμένον. Et qđ huic Salomonis ſententiæ ſimillimũ ſonat: Eloquia domini igne examinata: id eſt, πεπυρωμένα, protector eſt omnium ſperantiũ in ſe: πεπυρωμένον ergo ſignificat, quod tanquàm cõflatum igne purgatum ſit. Sicut enim quæcunque metalla igne conflata, ſordem in ſe alienam atq; inutilem non continent: totum quicquid in his reſidet, uerum & perfectum, & omni uitiorum ſorde purgatum eſt: ita eloquium dei æternorum in ſe bonorum fidem teſtans. (Pſal. 11. b) Hinc illud eſt domini: Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. (Matth. 5. c) Vera enim omnia ſunt, & extra omnẽ ambiguitatem ſuperfluæ inanitatis ignita.

k ¶ Ne addas quicquàm uerbis illius: & arguaris, inueniariſq; mendax.) Non corrumpas eloquia ſanctarum ſcripturarum: quod quidem hæretici ne his conuincerentur, feciſſe noſcuntur.

l ¶ Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar: Vanitatem & uerba mendacia longe fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo neceſſaria: ne forte ſatiatus illiciar ad negandum &c.) Hæc adhuc uir cum quo eſt deus, ſermonis eius igne radiatus, ad ipſum dominum conuerſa uoce profatur, obſecrans ne uanitatem ſeculi unquàm uel uerba mendacia, ueritati cœleſtium præponat ſcripturarum: nec rurſum uel copia uel inopia tranſeuntium rerum, in obliuionem decidat æternorum.

a Ne trãdas ſeruum ad dominum ſuum ; ne b forte maledicat tibi & corruas. Generatio quæ patri ſuo maledicit,& matri ſuæ nõ be c nedicit,Generatio quæ ſibi munda uidetur: d & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis,Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ e eius in alta ſurrectæ,Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molari f bus ſuis.Vt comedat inopes de terra,& pau g peres ex hominibus. Sanguiſugæ duæ ſunt h filiæ dicentes:Affer, affer. Tria ſunt inſatiabilia,& quartum quod nunquàm dicit,ſufficit:Infernus,& os uuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua;ignis uero non dicit, ſufficit. i Oculum qui ſubſannat patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus ; & comedant eum filij aquilæ. k Tria ſunt difficilia mihi ; & quartum quod penitus ignoro;Viam aquilæ in cœlo;uiam colubri ſuper petram;uiam nauis in medio mari,& uiam uiri in adoleſcentia.

Talis

E a ¶ Ne tradas ſeruum ad dominũ ſuũ;ne forte maledicat tibi & corruas.) Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. (Ioan.8.d) Hunc ſeruũ ille domino ſuo tradit;qui quemlibet delinquentem,& à prauis actionibus ſe cõuertere uolentem, ſua exhortatione, uel exemplo prauæ actiõis, ad id quod renunciauerat, redire ſuadet;qđ plerimq; ſacerdotes praui in eccleſia facere conſueuerunt. b ¶ Generatio q̃ patri ſuo maledicit &c.) Cũ ſuperius puritatẽ ſibi uitæ à domino dari peteret ; conuertens ſubito intuitum ad contemplãdam prauorũ nequitiã; quantis hæc ſit inuoluta miſerijs, q̃ lõge à ueritate diſtet,inſinuat. Eſt inquiens,generatio nefandorꝝ,quę & ſi bona quęlibet agit, perdit hæc in eo quod honorem parẽtibus non defert.

c ¶ Generatio quæ ſibi munda uidetur &c.) De hac generatiõe loquitur pſalmiſta ; Quoniã deus (Pſal.52.b) F diſſipat oſſa hominũ ſibi placentium. d ¶ Generatio cuius excelſi ſunt oculi ; & palpebræ &c.) Huius cõſortium generationis uitabat pſalmiſta,cum dicebat:Domine nõ (Pſal.130.a) eſt exaltatum cor meũ;neq; elati ſunt oculi mei,&c.

e ¶ Generatio quæ ꝓ dentibus gladios habet &c.) De hac pſalmiſta:Filij hominum,dentes eorum arma & ſagittæ;& lingua eorum machæra acuta. (Pſal.56.a)

f ¶ Vt comedat inopes de terra & pauperes ex hominibus.) Ad hoc linguam armant perſecutores eccleſiæ;ut innocentes Chriſti , & humiles trucident.Quod ſi diligenter conſiderare uolueris,inuenies has generationes , congregationes eſſe nequiſſimas Iudæorum & hæreticorum. Iudæorum ergo generatio patri ſuo maledixit,illi uidelicet qui ait:Filius meus primogenitus Iſraël;quãdo filium (Exod.4.f) eius uenientem in carne negauit.Et matri ſuæ non benedixit , ſynagogæ uidelicet;cuius fidei priſtinæ quam in patribus ac prophetis de Chriſto habuerat,detraxit.Nouatianorum generatio munda ſibi uidetur,dicens ſe pœnitentia opus non habere; & tamen non poteſt munda eſſe à ſordibus peccatorum , quæ fontem pœnitentiæ peccantibus ueniam negando præcludit. Item generatio Arianorum excelſos habet oculos, & palpebras ſuper deum erectas,inquirens quid fuit antea, & dicens ; ſi natus eſt,fuit tẽpus quando non fuit filius;uel quæ eſt ſpiritus ſancti poteſtas , æqualis an inæqualis. Item generatio quæ pro dẽtibus gladios habet;illa G eſt cõgregatio prauorum quæ ſuam perfidiam etiã alijs intimare ſatagit,& ſicut corpora ſolent gladijs ſterni;ita animas audientium ueneno prauæ allocutionis morti perpetuæ ſubiugare contendit.

g ¶ Sãguiſugæ duę ſunt filię dicẽtes:Affer,affer.) Sanguiſuga,diabolus eſt qui ſiti peccandi, ac peccata ſuadẽdi inceſſanter accendit.Huic duæ ſunt filiæ;quia duę ſpecialiter hũani generis illecebræ. Hunc antiqui hoſtis imitantur ardorem, luxuria uidelicet & philargyria. Nam & luxuriæ quo liberius frena laxantur,eo noxius delectatur. Et ſicut quidam ait poëtarũ; Creſcit amor nũmi,quãtum ipſa pecunia creſcit. h ¶ Tria ſunt inſatiabilia, & quartũ quod nũq; dicit , ſufficit &c. ) Infernus nunq; redũdat;meretrix ſimiliter habet, eius corpus nõ ſatiatur delicijs;& auarus nũq; dicit, ſufficit.Quidam infernũ H interpretãtur diabolum; quia inſatiabilis ſit de ſeductione hũana. Os uuluæ, & terra quæ nõ ſatiatur aqua, ut ſupra;& ignem qui nõ dicit,ſufficit;incendiũ gehẽnæ, quod nũq; deſinat;ſed eos q peccatis finẽ ponere noluerunt,infinito ardore cõburat.

i ¶ Oculum qui ſubſannat patrem,& deſpicit &c.) Peruerſi dum diuina iudicia reprehendunt,ſubſannant patrẽ;& quilibet hæretici dum prædicationẽ ſanctæ eccleſiæ deridendo cõtemnunt, partum matris deſpiciũt;quia de ipſa exeunt qui contra ipſam loquũtur;Ex nobis exierunt,inquit,ſed nõ erãt ex nobis.Quorum intẽtionem dum prædicatores catholici de ſcripturarũ diuinarũ fluentis procedentes increpãdo reuincunt;quaſi oculum nefandum corui de torrẽtibus effodiunt,& filij aquilæ comedunt.Corui etenim uocantur doctores ſancti;quia per humilitatis gratiã,peccati in ſe nigredinem cõfitentur.Filij aũt aquilæ;quia per gratiã eius ſunt renati;qui in habitu aſſumptæ humanitatis , ad cœleſtia trãſuolant.Vnde & alibi filij ſponſi appellãtur.

k ¶ Tria ſunt difficilia mihi, & quartũ &c.) Quantum ad hiſtoriam ita eſt , ut ſcriptum eſt;ſed quia per parabolas loquitur;Via aquilæ in cœlo difficile inuenitur,hoc eſt,ſubtilitas inimici,quæ circa cœleſtium uirorum corda uolitat,magno cum labore deprehenditur . Similiter & uia colubri ſuper petrã;id eſt,aſtutia hoſtis uenenati, inſidiari non deſinit eis



a Talis ẽſt uia mulieris adulteræ quæ comedit;& tergit os ſuum,& dicit;Non ſum operata malum.Per tria mouetur terra;& quartum non poteſt ſuſtinere; Per ſeruum cum regnauerit ; per ſtultum cum ſaturatus fuerit cibo;& per odioſam mulierem cũ in matrimonio fuerit aſſumpta;& per ancillam cũ b fuerit hæres dominæ ſuæ.Quatuor ſunt mi nima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapien c tibus;Formicæ populus infirmus,qui præ d parat in meſſe cibum ſibi.Lepuſculus plebs inualida,quæ collocat in petra cubile ſuum. e Regem locuſta non habet;& egreditur uni f uerſa per turmas ſuas. Stellio manibus ni g titur;& moratur in ædibus regis. Tria ſunt quæ bene gradiuntur,& quartum quod incedit feliciter.

Leo

A nit eis;quos in petra fidei fundatos eſſe conſpicit. Necnõ & uia nauis in medio maris,hoc eſt,uia iniquitatis;quæ per amaras ſeculi huius undas immũdorum ſpirituum flatibus agitatas,tanta ſublimitate diſcurrit;ut uel uix uel nullatenus eius poſſit iter deprehendi. Nam quod aquila malignum hoſtẽ ſignificet,teſtatur ꝓpheta qui ait;Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli;id eſt, homines q nos perſecuti ſunt; (Eſa.30.b) tam ſæui fuerũt, ut ipſis dæmonibus crudeliores eſſe uiderẽtur. Quod coluber diabolũ ſæpę inſinuet,& in primi hominis trãſgreſſione probatum eſt,& cum uir ſapiẽs aiebat;Quaſi à facie colubri fuge peccatum. (Eccli.21.a) Nauis quoq; quod leuitatẽ deſignet eorum qui circunferuntur omni uento doctrinæ, demonſtrat propheta q ait;Et Chaldæos (Eccli.43.c) in nauibus ſuis glorianteſ,hoc eſt,immũdos ſpiritus de fragilitate , atq; B inſtabilitate mentis humanæ ſeſe extollentes;& de illius ruina quaſi uictores lætantes. Sicut ergo illa tam callida ſunt,ut inueniri nequeant;ſic adoleſcẽs qui uiam ueritatis deſerit,difficile eſt cogitatu,quo ſe per omnes horas,& in quot cogitamenta uecors uaga mente declinet. a ¶ Talis eſt uia mulieris adulteræ &c.) Adulteræ quoq; mens in ſimilitudinem eorum quæ commemorauit ſuperius, inſtabilis ſemper & uaga eſt,quæ ubi admiſſum turpitudinis ſuæ cælare potuerit,negat ſe aliquid patraſſe facinoris. b ¶ Quatuor ſunt minima terræ;& ipſa &c.) Minores uidentur in terra ſæpe iuſti q̃ reprobi,id eſt,humiliores,& huic mundo abiectiores,ſed tamen ſapientiores ſunt ſapientibus mũdi;in eo qđ æterna & cœleſtia bona ſapiunt;ac pro his appetendis quæ illi non norunt,aduerſa quæq; ſeculi fortiter pati deſiderant. c ¶ Formicæ populus infirmus,qui præpa.&c.) Et eccleſiæ populus, ut fortitudinem mẽtis cuſtodiat;infirmum ſe temporaliter aduerſarijs ſæuientibus oſtendit;domino per euangelium dicente;Ego autem dico uobis nõ reſiſtere (Math.5.f) malo,ſed ſi quis te percuſſerit in dexterã maxillam, tu præbe illi & alterã.Qui in hac uita præparat ſibi fructus bonorꝝ operum,quibus uitã mereatur habere perennem. d ¶ Lepuſculus, plebs inualida &c.) Et hic plebem eccleſiæ deſignat,quæ inualida dicitur;uel quia,ut ſupra diximus, ſuas iniurias ulciſci ipſa nõ quærit;uel quia ſuis uiribus nil fidere, ſed in auxilio redẽptoris ſui ſalutẽ ſperare didicit; & hoc eſt illã cubile in petra collocare;cuius præſidio aduerſos uitet incurſus , domino dicente cum C pſalmiſta;Eſto mihi in lapidem fortiſſimum , & in (Pſal.70.a) domum munitam, ut ſalues me ; quia petra mea & munitio mea tu es.Pro lepuſculo,antiqua translatio chœrogylium poſuit. Eſt autem animal nõ maius hericio, habens ſimilitudinem muris & urſi; cuius in Palæſtinæ regionibus magna eſt abundãtia, ſemperq; in cauernis petrarum & terrę foueis habitare cõſueuit.Notãdumq; quod in pſalmo (Pſal.103.c) ubi nos canimus ; Petra refugium herinacijs ; in quibuſdam codicibus lepóribus ; in quibuſdam chœrogylijs inuenitur. Sed & in hac Salomonis ſententia,quædam exemplaria pro lepuſculo, herinacium habẽt. Nam & in libro Hebræorum nominum inuenimus idem uerbum Hebræum שָׁפָן Saphan,in Hieremia , & chœrogylium,& leporẽ, & hericium à ſancto Hieronymo interpretatum. D

e ¶ Regem locuſta non habet,& egreditur uniuerſa per turmas ſuas &c.) Locuſtam quidam gẽtium plebem interpretantur,quæ quondam ſine rege;id eſt,ſine Chriſto,ſine ꝓpheta,ſine doctore exiſtens; nunc in unitatem fidei congregata ad ſpiritualem pugnam contra diabolum præparatur.Poteſt autẽ in locuſta,anachoritarũ concors unitas accipi, quæ cum homine præceptore nullo in ſuis latibulis regatur;infatigabili tamen inſtantia,in ſuis quæq; locis Chriſto militare,& male pullulantia carnalium uoluptatum germina conſueuit abſumere.

f ¶ Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.) Stellio qui manibus nititur;quia nimirum alas quibus feratur nõ habet,& moratur in ædibus regis,illorum ſignificat humilitatem , qui cum non ſint iuxta naturam ingenioſi , ſolertia tamen induſtriæ ſuæ,uel ad diuinarum noticiã ſcripturarum, uel ad uirtutum gratiam, quibus ingreſſum regni cœleſtis mereant̃,attingunt. Plerunq; etenim aues quas ad uolandum penna ſubleuat , in uepribus reſident,& ſtellio qui ad uolatum pennas non habet; nitens manibus,regni ædificium tenet;quia nimirũ ſæpe ingenioſi quiq; dum per negligentiã torpent, in prauis actibus remanẽt;& ſimplices quos ingenij penna non adiuuat,ad obtinenda æterni regni mœnia,uirtus operationis leuat. g ¶ Tria ſunt quæ bene gradiuntur;& quartum quod incedit feliciter.Leo fortiſſimus beſtiarum;ad nullius pauebit occurſum.Gallus ſucc.&c.)Ipſe hoc loco leo ponitur,de quo ſcriptum eſt;Vicit leo de tribu Iuda. (Apoc.5.b)

Qui

E Qui fortiſſimus beſtiarum dicitur: quia in illo hoc
1.Cor.1.d quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Qui
Ioan.14.d ad nullius pauebit occurſum. Dicit enim: Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicꝙ. Gallus ſuccinctus lumbos: id eſt, prædicatores ſancti inter huius noctis tenebras, uerum mane nũciãtes: qui ſuccincti lumbis ſunt: quia à membris ſuis luxuriæ fluxa reſtinguũt. Et aries: nec eſt rex qui reſiſtat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, niſi primum intra eccleſiam ordinem ſacerdotũ? De quibus ſcri-
Pſal.28.d ptum eſt: Afferte domino filios arietũ. Qui per exẽpla ſua gradientẽ populum, quaſi ſubſequentem ouium gregem trahunt. Quibus ſpiritualiter recteꝙ uiuẽtibus, nullus rex ſufficit om̃ino reſiſtere: quia quilibet perſecutor obuiet, intentionem eorũ non ualet præpedire. Et quia poſt hæc etiam antichriſtus appa-
F rebit: hoc quartũ ſubdidit dicens: a ¶Et qui ſtultus apparuerit: poſtꝙ eleuatus &c.) Ipſe quippe in ſublime eleuabitur, cum deum ſe eſſe mentietur: ſed erectus in ſublime, ſtultus apparebit: quia in ipſa eleuatione ſua per aduẽtũ ueri iudicis deficiet. Quod ſi intellexiſſet, ori impoſuiſſet manum: id eſt, ſi ſupplicium ſuum cum ſuperbire exorſus eſt præuidiſſet: bene aliquando conditus in tantæ iactatione ſuperbiæ non fuiſſet eleuatus. De quo nequaquàm moueat quod ſuperius dictum eſt: quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit: & quartum feliciter: Non enim omne quod feliciter, bene: neꝙ in hac uita omne quod bene feliciter. Nã leo, gallus & aries, bene incedunt: ſed non feliciter: quia perſecutionum bella patiuntur. Quartum uero feliciter & non bene incedit: quia in fallacia ſua antichriſtus graditur, ſed iuxta breue tempus uitæ præſentis, ipſa illi fallacia proſperatur. b ¶Qui autem premit fortiter ubera ad eliciẽdum lac &c.) Vbera fortiter premimus, cum uerba ſacri eloquij ſubtili intellectu penſamus. Qua preſſione dum lac quærimus, butyrum inuenimus: quia dum nutriri uel tenui intellectu quærimus, ubertate ĩternæ pinguedinis ungimur. Quod nec nimie nec ſemper agendum eſt, ne dum lac quæritur ab uberibus, ſanguis ſequatur: quia dum uerba ſacri eloquij pluſquàm debẽt diſcutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinẽ enim elicit qui uehementer emulget: quia carnale efficitur hoc quod ex nimia ſpiritus diſcuſſione ſentitur. c ¶Et qui prouocat iras,
G producit diſcordias.) Quid præcedente parabola iuxta literam ſignificarit aperit: quia qui modeſto ſermone proximum allocutus, gratum accipit reſponſum, quaſi de uberibus in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. At qui inepto uerbo iram diſcordiãꝙ fraterno ex corde prouocat, quaſi ultra modũ emulgens ubera, ſanguinem pro lacte reperit.

Cap. XXXI.

Verba Lamuelis regis: uiſio qua erudiuit eum &c.) Lamuel interpretatur in quo deus, & ipſe eſt de quo ſupra eodẽ nomine in Latinum uerſo dicitur: Viſio quam locutus eſt uir cum quo eſt deus. Mater autem quæ hanc eum uiſionem edocuit: non alia melius quàm diuina gratia intelligitur, quæ illum in corde inuiſibiliter erudiuit intellectu ſapientiæ quam foris hominibus ipſe miniſtraret. Quãuis
H & ipſa carnalis mater Salomonis, hæc eum paruulũ docuiſſe recte poſſit intelligi, quæ quidem ipſe quia ſapienter dicta cognouit, operi parabolarũ ſuarũ inſerere uoluit. Et ideo recte poſtꝙ dictum eſt in titulo, uerba Lamuelis regis: additum eſt continuo, uiſio qua erudiuit eum mater ſua: quia cum in regnum unctus ſpiritum ſapientiæ percepit: uidit in eodem ſpiritu quàm prudenter ſe mater bona docuerit. e ¶Quid dilecte mi: quid dilecte uteri mei?) Subaudias, quid tibi dicam fili qui de utero meo natus, electus es in regno meo? f ¶Quid dilecte uotorum meorum.) Id eſt qui electus es in hoc quod tota deuotione deſiderabam. g ¶Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam.) Patet literæ ſenſus. Sed & uirtutum noſtrarum ſubſtantias corruptionibus uitiorum contaminare prohibemur. h ¶Et diuitias tuas ad delendos reges.) Diuitias ſuas dat ad delendos reges, qui terrenis delicijs hominum corda corrumpit, ne cœleſtia bona requirant, in quibus perpetuo poſſint regnare cum domino. Delẽtur enim reges per diuitias, quando ſummi regis corpori adunati per fidem: nihilominus per illecebras ſeculi merentur eradicari de terra uiuentium. i ¶Noli regibus ò Lamuel, noli regibus dare uinum.) Et hæc ſequẽtia patent iuxta literam. Allegorice autem præcipit, ne uino in quo eſt luxuria, inebrientur mentes fidelium qui ſunt membra regis æterni. k ¶Quia nullum ſecretum eſt &c.) Nihil de ſecretis cœleſtibus cogitatur ubi regnat uoluptas carnalis, ſed ea tantum carnales quæ ſunt uiſibilia ſcrutantur.

Ne forte

Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus lumbos &
a aries: nec eſt rex qui reſiſtat ei. Et q[a]ui ſtultus apparuerit, poſtꝙ eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori impoſuiſſet manum.
b Qui a[b]utem premit fortiter ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Et qui uehemẽ-
c ter emulget, elicit ſanguinem. Et q[c]ui prouocat iras, producit diſcordias. Ca. XXXI.
d Verb[d]a Lamuelis regis. Viſio qua erudi-
e uit eum mater ſua. Q[e]uid dilecte mi:
f quid dilecte uteri mei? Quid dilect[f]e uoto-
g rum meorum? N[g]e dederis mulieribus ſub-
h ſtantiam tuam: Et di[h]uitias tuas ad delen-
i dos reges. N[i]oli regibus ò Lamuel: noli re-
k gibus dare uinum. Qui[k]a nullum ſecretum eſt ubi regnat ebrietas.

Ne forte



A a ¶Ne forte bibat & obliuiſcatur iudiciorum & mutet cauſam filiorum pauperis.) Ne terrenis deebriatus illecebris, obliuiſcatur pauperum Chriſti, qui & ipſe pauper factus eſt pro nobis. b ¶Date ſiceram mœrentibus, & uinum &c.) Siceram & uinum hoc loco supernã diuinæ ſapientiæ conſolationem dicit: quæ illis eſt exhibenda cordibus, quæ in infimis conſolari refugiunt, & quicquid occurrit in præſenti, amaro ſuſcipiunt animo: ſolis quæ nondum uident gaudijs cœleſtibus tota mente inhærentes, iuxta
Pſal.76.a eum qui dixit: Negauit cõſolari anima mea: memor fui dei & delectatus ſum. Item date ſicerã mœrentibus, & uinum bibere his qui amaro ſunt animo &c. His qui pro pœnitudine actuum priſtinorum mœrore atꝙ triſticia deprimuntur: ſpiritualis ſcientiæ iocunditatem uelut uinum quod lætificat cor hominis afluẽter infundite: eosꝙ ſalutaris uerbi crapula refouete: ne forte iugitate mœroris de tali deſperatione demerſi: abundantiore triſticia abſorbeãtur qui eiuſmodi ſunt. c ¶Aperi os tuum
B muto, & cauſis omnium filiorũ qui pertranſeunt.) Pro cauſa pauperum qui per ſe eloqui in iudicio nõ ualent, ipſe loqui memento: & eos defenſare curato: qui patriæ cœleſtis intuitu, huius uitæ uiam ocius tranſire ſatagunt. Aliter: Os aperire muto præcipit, populo ſcilicet gentium fidei uerbum prędicare, qui diuina eloquia prius perſonare neſciabat, & nõ tantum Iudæis, ſed & cunctis per orbem nationibus curam ſalutis impendere. d ¶Aperi os tuum: decerne quod iuſtum eſt, & iudica inopẽ & pauperem.) Sicut in uerſu ſuperiori pro cauſa & ereptiõe pauperis, os aperire præcipit: ita in iſto ipſum pauperem ubi errauerit, iuſte caſtigare ac iu-
Exod.23.a dicare admonet. Iuxta quod Moyſes ait: Et pauperis in iudicio non miſereberis. Quod utrunꝙ do-
Eſa.11.a minum facere propheta inſinuat dicens. Sed iudicabit in iuſticia pauperes, & arguet in æquitate mãſuetos terræ. Hucuſꝙ uerba Lamuel: hinc ſapientiſſimus regum Salomon, laudes ſanctæ eccleſiæ uerſibus paucis, ſed pleniſſima ueritate decantat. Conſtat nanꝙ idẽ carmen uerſibus uiginti & duobus, iuxta ordinem uidelicet ac Hebræarum numerum literarum, ita ut ſinguli uerſus à ſingulis literis incipiant: cuius ordine perfectiſſimo alphabeti, typice innuitur: quàm pleniſſime hic uel animæ cuiuſꝙ fidelis, uel totius ſanctæ eccleſiæ, quæ ex omnibus electis animabus una perficitur catholica, uirtutes ac præmia deſcribantur.
אָלֶף Aleph, doctrina, id eſt, ſacra ſcriptura.
e ¶Mulierem fortem quis inueniet? Procul &
C de ultimis finibus precium eius.) Mulier fortis, eccleſia catholica uocatur. Mulier uidelicet: quia ſpirituales deo filios ex aqua & ſpiritu ſancto gignere conſueuit. Fortis, quia cuncta ſeculi aduerſa ſimul & proſpera pro conditoris ſui fide cõtemnit: quam ipſe in carne apparens, infirmam quidem inuenit: ſed inuentione ſua, hoc eſt pia uiſitatiõe, fortem reddidit. Vnde poſt eius redemptionem ad cœlos rediens, ſupernis ciuibus gaudens aiebat: Congratulamini mihi, Luc.15.b quia inueni ouem meam quæ perierat. Videns ergo Salomon genus humanũ innumeris implicatũ erroribus: quodꝙ ad eius ſaluationem nullus patriarcha: nullus ꝓpheta, nullus omnino electorum, præter ſolum mediatorem dei & hominũ ſufficeret, ait: Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus precium eius: Ac ſi aperte futuram dñi gloriam admirando proteſtetur. Quis tantæ uirtutis? quis talis eſt meriti: qui de tot incredulis ac ſceleſtis mundi nationibus, unã ſibi electorum eccleſiam cõgreget: quam ſua gratia fortẽ atꝙ
D inſuperabilem aduerſantibus cunctis efficiat? Non hic certe noſtri ſimilis, non noſtro eſt tempore uenturus, ſed in fine ſeculorum eſt de cœlo deus homo deſcẽſurus: qui nos ſua paſſione ac morte redimat. Hoc eſt enim quod ait: Procul & de ultimis finibus precium eius. Procul uidelicet ſtatu tẽporis: quod à diebus Salomonis uſꝙ ad partum uirginis intererat:. De ultimis autẽ finibus: Quia à ſummo cœlo Pſal.18.b egreſſio eius: qui non aliud pro noſtra redemptione precium, ꝙ ſe ipſum obtulit. Vnde Apoſtolus: Galat.2.d Qui dilexit, inquit, nos & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationẽ & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Quãuis & ita recte poſſit intelligi, precium ſanctæ eccleſiæ procul poſitum fuiſſe: quia incarnatio uerbi dei, cõuerſatio inter homines, paſſio ac reſurrectio longe à noſtræ eſſet naturæ cõditione diſcreta: quoniã uidelicet ille & quando uoluit, & de qua uoluit matre natus eſt, & ſine peccato uixit in mundo: & qñ uoluit, & qua uoluit morte, diſceſſit à mũdo: tẽpusꝙ reſurrectiõis & aſcẽſiõis ſuæ in poteſtate habuit, & cætera huiuſmodi: in quibus tam ꝓcul eſt à nobis ꝙ cœlũ diſtat à terra. Quia uero eccleſiã quam redemit dñs: non ſolum uerbum ſalutis ſuſcipere, ſed & conſtanter pro illo certare & hoc ipſum per mundũ prædicare donauit: merito ſubiũgitur.
(בֵּית Beth, domus: hoc eſt eccleſia.)
f ¶Confidit in ea cor uiri ſui, & ſpolijs nõ indigebit.) Virum ſanctæ eccleſiæ, dominum ac redemptorem eius qui etiam precium eius fieri dignatus eſt, dicit: Vnde Apoſtolus credentibus ait:

Deſpondi

a Ne fort[a]e bibat & obliuiſcatur iudiciorum
b & mutet cauſam filiorum pauperis. Dat[b]e ſiceram mœrentibus: & uinum his qui amaro ſunt animo. Bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui nõ recordentur am-
c plius. Ap[c]eri os tuum muto, & cauſis omniũ
d filiorum qui pertranſeunt. Ap[d]eri os tuum: decerne quod iuſtum eſt, & iudica inopem
e & pauperem. Aleph. M[e]ulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pre-
f cium eius. Beth. C[f]onfidit in ea cor uiri ſui: & ſpo

E Deſpondi enim uos uni uiro uirginem caſtã exhibere Chriſto. (2.Cor.11.d) Quod ergo dicitur: Cõfidit in ea cor uiri ſui: ab humana nimirum cõſuetudine tractum eſt. Sicut enim is qui fortem fidelemq; & caſtam habet cõiugem, cõfidit in ea certiſſime: quia nil contra ſuam uoluntatem agere, nulla adulterina ſaltẽ cogitatione poſſit cõtaminari: cuncta ꝓ ſuo amore etiam aduerſa libẽter tolerat, & quoſcunq; ualet ad ſuã amicitiam cõuertere deſiderat: ſic nimirũ, ſic dñs & redemptor noſter in eccleſia confidit. Nouit enim ſpiritum gratiæ quẽ dedit: nouit uirtutẽ charitatis quã eius præcordijs infudit. Ideoq; non dubitat eam non ſolum à ſuæ fidei integritate nequaq; poſſe corrumpi, ſed etiam perſeuerãter inſiſtere, ut plures ad eiuſdem fidei congreget unitatem. Hoc eſt enim quod ſequitur: Et ſpolijs non indigebit. Spoliat enim diabolum eccleſia, cum per prædicatores ſuos eos quos ipſe deceperat ad ueritatis iter reuocat. Et bene dicitur: Et ſpolijs non indigebit: quia nunq; ceſſabit eccleſia liberatas à diabolica fraude animas Chriſti fidei reſtituere, donec completo mundi curſu: ſuorum quoq; præfinita

F compleatur ſumma membrorũ. Verum quia quicquid boni ſancta eccleſia, uel anima quæq; fidelis agit, hoc deſuper accipit, recte ſubditur:

(גִּימֶל Ghimel, plenitudo: id eſt legis.)

a ¶Reddet ei bonũ & non malũ omnibus diebus uitæ ſuæ.) Reddet quippe anima Chriſto bonum, cũ perceptis ab eo uitæ muneribus recte uiuẽdo reſpõdet, cum ea quæ ipſa ſcire uel facere ab illo adiuta potuit, etiam alijs intimare ſatagit. Bene autẽ cũ dixiſſet, reddet ei bonũ, protinus addidit, & nõ malum: quia ſunt profecto qui acceptis à domino bonis mala rependunt: uel fidei myſteria quæ perceperunt hæretica fece fœdãdo: uel fidem quã profeſſione ſeruãt, prauis operibus blaſphemãdo: (Titum.1.d.) uel mores bonos quibus cum fide recta deſeruiunt, per colloquia mala corrũpendo. Sed nec illi bona quæ acceperunt domino reddũt: qui nõ in his quæ bene inchoant uſq; ad finẽ uitæ præſentis perſiſtere curãt. Vnde merito cum dixiſſet, reddet ei bonum & nõ malum, ut perſeuerantiam boni neceſſariam demõſtraret, adiunxit: omnibus diebus uitæ ſuæ. Cui ſimile eſt illud euangelicum: Seruiamus illi in ſanctitate & iuſticia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. (Luc.1.g.) Quibus ſanè operibus, quibus iuſticiæ uel ſanctitatis fructibus potiſſimum ſit inſiſtendum ei qui bonũ quod accepit à domino gratis repẽdere ſatagit: ſubſequenter inſinuatur cũ dicitur: (דָּלֶית Daleth, tabularum: hoc eſt ueteri teſtamento.)

b ¶Quæſiuit lanam & linum: & operata eſt conſilio manuum ſuarum.) Huius principium uerſiculi, fortis mulier, hoc eſt ſancta eccleſia, etiam iuxta literam accipere & obſeruare conſueuit, iuxta illud

a & ſpolijs non indigebit. Ghimel. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus b uitæ ſuæ. Daleth. Quæſiuit lanam & linum & operata eſt conſilio manuum ſuac rum. He. Factã eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Vau. Et

G propheticum: Cum uideris nudum, operi eum: & carnem tuam ne deſpexeris. (Eſa.58.c) Operatur autem non ſuperuacuo & cæco labore, ſed eo utiq; conſilio, ut ab ipſo ſuo uero domino uidelicet Chriſto in iudicio mereatur audire: Nudus fui, & operuiſtis me, (Matth.25.) & q̃diu feciſtis uni de his minimis meis, mihi feciſtis. Operatur autem cõſilio manuum ſuarũ: hoc eſt, earum perſonarum ꝑ quas eleemoſynam pauperibus tribuit: in quorũ opere deuoto, illo ſaluberrimo utitur conſilio, ut cum diſpergit & dat pauperibus, non ipſa ab hominibus laudetur ad tẽpus, ſed ut iuſticia eius maneat in ſeculum ſeculi, & cornu eius exaltetur in gloria. Poſſunt autem myſtice in lana, qui ouinus eſt habitus, omnia pietatis & ſimplicitatis opera quæ proximis impendimus accipi. (Myſtice.) Poteſt in lino, quod ex terra uirens oritur, ſed longo ac multiplici exercitio amittit humorem natiuum atq; ad gratiã noui candoris peruenit: caſtigatio noſtræ carnis intimari: cuius dum ingenitas uitiorum ſordes per cõtinentiam excoquimus: dignam profecto eam qua Chriſtum induamus efficimus, iuxta illud Apoſtoli: Quotquot ergo in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. (Galat.3.d.) Quærit ergo mulier fortis lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, cum eccleſia ſancta ſolicite perquirit, q̃bus ſe pietatis fructibus exerceat:

H quomodo à carnalibus emundet illecebris. Et hoc utrunq; conſilio prudentiſſimo: hoc eſt, ſupernæ ſolũmodo retributionis facit intuitu: Cuius retributionis ſequens quoq; uerſiculus apertius meminit, dum ſubditur: c ¶Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum.) Inſtitorem negociatorem dicit: qui pro eo ſic uocatur ab antiquis, quod acquirendis multiplicandiſq; mercibus ſedulus inſiſtat. Facta eſt ergo fortis mulier quaſi nauis inſtitoris: quia ſicut nauis inſtitoris onuſta mercimonijs, quæ in ſua patria magis abundant: porrò per mare petit peregrina, ut illic ucnditis quæ attulerat, chariora ad domum reportet. Sic nimirũ ſancta eccleſia, ſic anima quæq; perfecta, uirtutum diuitijs gaudet onuſtari: quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimũ eſt nanq; cõmercium, cũ bona quæ ualemus operantes, primo hanc à domino mercedẽ recipimus, ut ad maiora ſemper agẽda proficiamus: de hinc uitam percipiamus ſempiternam. Facta eſt ergo anima ſancta quaſi nauis inſtitoris, quæ tranſit deſiderio fluctus ſeculi præſentis: ſolaq; ſe in cœlis accipere ſperat æterna gaudia, & pro his abundantius adipiſcendis quicquid ualet inſtanter agere, quicquid aduerſum occurrit fortiter ſuperare contendit. De qua recte dicitur: Quia de longe portat panem ſuum, quia in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternã ſolũmodo retributionem expectat: ſolam uiui panis ſaturitatem deſi-



A derat: eius nimirũ qui ſuis auditoribus pie potenterq; promittit: (Matth.11.d) Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã uos. At contra in proximo panem ſuum recipit, & non hunc de longe trans maria portat, qui in eo quod iuſte uiuere uidetur, humani tantum fauoris præmia expetit: nec ullo uitæ permanentis intuitu, ea quæ in imis labuntur ſuperare & calcare ſatagit. De qualibus ipſe terribiliter tonat: Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. (Matth.6.b)

a ¶Et de nocte ſurrexit deditq; prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.) Sicut totus labentis ſeculi curſus perennis diei ac noctis alteratione uariatur: & dies quidem ad operandũ, nox ad quieſcẽdũ naturaliter condita eſt: ſic totum præſentis eccleſiæ tempus, gemino quodã quietis & operis ſtatu diſcernitur. Quaſi enim nocte quieſcit, cum aliqui fidelium eius intermiſſa ad tẽpus ſolicitudine externa, ſibimet uacare, ſeq; ipſos ſpiritualiter incipiunt curare: uel lectionibus uidelicet ſacris: uel orationibus ac lachrymis ſeſe, uel alijs huiuſmodi ſtudijs ſecretius exercendo. Surgit autem de nocte, cum in eiſdem ſuis fidelibus ad agendam etiam proximorum curã ſe ſolicite accingit. Quod fraternæ adminiſtrationis opus, duobus modis exercere conſue-

B uit: quia & eos qui foris errabant, ad fidei gratiam conuocat: & illos qui fidei ſacramentis iam ſunt imbuti: ut bonis operibus amplius inſiſtant, excitare non deſinit. Vnde bene dicitur: Deditq; prædã domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Dat nãq; prædam domeſticis ſuis, cum eos quos ab antiquo hoſte docendo eripere potuit: ſocietati illorum qui in fide præceſſere cõciliat. Dat & ancillis cibaria, cum humiles quoſq; & debito timore ſua iuſſa ſeruãtes, ne pio labore laſſeſcant, ſupernæ mercedis commemoratione reficit. b ¶Conſiderauit agrum & emit eum: de fructu manuũ ſuarũ plantauit uineã.) Agrum dicit poſſeſſionẽ ſupernæ hæreditatis: de qua benedicens filium patriarcha loquitur: (Gene.27.b) Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Odor quippe ſanctorum eſt ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus: quia tota mentis intẽtione contuentur quæ ſit plenitudo benedictionis in patria regni cœleſtis. Conſiderauit ergo eccleſia agrum & emit eum: quia ſtudioſe didicit quæ ſunt gaudia uitæ perẽnis: & pro eorũ perceptione quicquid potuit, laborare contendit. Quæ etiam de fructu manuũ ſuarum plantauit uineã: quia de fructiferis fideliũ ſuorũ factis ſiue uerbis, ſcripturã ſanctam condidit, per quam mentes audientiũ in fide & dilectione deebriaret ſui redẽptoris. Nec ab re eſſe credimus, ſi uineæ noĩe, ipſam eccleſiã quæ per mulierẽ fortẽ eſt deſignata ſentiamus eſſe figuratã: & eos eſſe ꝓpagines uineæ, qui ſunt filij mulieris. Mulier

a Vau. Et dẽ nocte ſurrexit, deditq; prædã domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Zain. b Conſiderauit agrum & emit eum: de fructu manuũ ſuarum plantauit uineam. Heth. c Accinxit fortitudinẽ lumbos ſuos: & robod rauit brachium ſuum. Teth. Guſtauit & uidit quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur

C autẽ uineam plantauit, cũ eccleſia primitiua latius per orbẽ miſſis prædicatoribus fidei ſemina diſperſit. Conſiderauit nãq; agrũ, cũ orbẽ uniuerſum uitiorũ ſpinetis horrẽtẽ, cultore ſpirituali opus habere perſpexit. Emit uero eũ, cũ miſſis ubiq; doctoribus, talentũ uerbi audiẽtibus cõtulit: ut eos credentes feliciſſimo Chriſti mancipatui ſubderet. Plantauit autẽ in eodem agro uineã, cum in nouis credentiũ populis, eccleſiã plena euangelicæ ueritatis inſtitutione firmauit. Quã quidẽ uineam de fructu manuũ ſuarũ plantauit: quia non ſolũ uerbo inſtruebant apoſtoli apoſtolorũq; ſucceſſores populos quos erudiebãt: uerũ & in teſtimoniũ bonæ operationis, miraculorũ quoq; ſigna uerbis doctrinæ iungebant. Sed & uſq; hodie, imò uſq; ad finẽ ſeculi, mulier fortis cõſiderat agrũ & emit eũ, ac de fructu manuũ ſuarũ plãtat uineã: quia ſancta eccleſia ſemper ſolicite perquirit quos ad fidẽ conuertere poſſit: & quoſcũq; dociles inuenerit: hos data uerbi pecunia in ſeruitium Chriſti emit: atq; in eis uineam Chriſti plantare, uel potius eos uineã Chriſti facere ſatagit. Et quia qui alterum docere deſiderat: primo ipſe & à malis abſtinere & bonis ſe debet actibus exercere: recte ſub-

D iungitur: c ¶Accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brachium ſuum.) Accinxit ergo eccleſia lumbos ſuos fortitudine, cum ſupernorũ deſiderijs intenta, carnalibus illecebris ſuccumbere deſpexit. Roborauit brachium ſuum, cum ſe ad agenda uirtutum opera præparauit. Et bene primo lumbos fortitudine accingere, ac poſtmodum roborare brachium dicitur: quia nimirum actio boni operis acceptabilis eſſe dño minime ualet, ſi non fluxa luxuriæ quis prius à carne ſimul & mente reſtringat. Vnde ꝓpheta: Quieſcite, inquit, agere peruerſe: diſcite benefacere. (Eſa.1.e) Et dñs ipe: Sint lũbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes. (Luc.12.d) Lumbi uidelicet præcincti, ne luxuriæ ſubdamini. Lucernæ uero ardentes, ut bonis fulgeatis operibus. d ¶Guſtauit & uidit quia bona eſt negociatio &c.) Qđ ait, negociatio eius: agri utiq; ſignificauit illius: de quo ſupra ait: Conſiderauit agrũ & emit eum. Guſtauit igitur eccleſia ſancta: guſtauit quæq; anima perfecta: id eſt intimo mentis deſiderio cognouit: quia bona eſt negociatio uitæ immarceſſibilis, quã relictis illecebris temporalibus, æternã mercemur in cœlis. Guſtauit autẽ, id eſt, aperte didicit: quia bonum eſt per inſtantiam prædicandi quoſcunq; ualet ad uiã ueritatis adducere, atq; ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipſa morte, poteſt lucerna deuotionis eius extingui. Eorum nanq; lucerna nocte extinguitur, q̃uis in die uideatur ardere: qui ſicut dñs ait: Ad tẽpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sed & illorũ nocte media extinguitur lucerna, qui

GG uéniente

E ueniente iudice, oleum charitatis in uaſis præcordiorum ſuorum nō habuiſſe probantur, dum perdito falſarum rumore uirtutum, uera tenebroſorū luunt tormēta factorum. Quod ſi noctem hoc loco ꝓ quiete uolumus accipere; iuxta hoc quod ſupra dicitur: Et de nocte ſurrexit; id eſt, ad operandū ſe poſt quietem præparauit; apte dicitur, ꝙ lucerna ſancte eccleſiæ nō extinguatur in nocte; quia & cū à negocio quieſcit actionis, uacat liberius luci ſupernæ cōtemplationis. Cumq; à publicis ceſſat operibus, curat ſe ardentius uel auditui ſanctæ lectionis uel laudibus mancipare diuinis; iuxta exemplum uidelicet mulieris induſtriæ; quæ nō ſolum interdiu neceſſarijs ſolet inſtare laboribus, ſed & nocte ſæpius accenſo lumine lucernæ, parilem rei familiaris agere curā.

a ¶ Manum ſuam miſit ad fortia; & digiti eius apprehēderunt fuſum.) Fortia dicit perfecta in Chriſti charitate opera; quibus ſe gaudens eccleſia, certa ſupernæ retributionis expectatione ſubdit. Verbi *Matth.5.g* gratia: Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dixi uobis: Diligite inimicos ueſtros; benefacite his *Ibidē.19.b* qui oderūt uos &c. Et de uirginitate ſeruanda: Qui *Matt.19.c* poteſt capere, capiat. Et de contemnendis diuitijs F inquit: Si perfectus uis eſſe; uade uende quæ habes, & da pauperibus &c. Nam populus ſynagogæ, cui *Eſa.1.e* dictū eſt: Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: tanto infirmior erit in opere iuſticiæ, quanto minus ſpe perpetuæ remunerationis ere*Matth.3.a*ctus. At eccleſia quæ audit à dn̄o: Pœnitētiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum; merito ꝓ huius rei perceptione, dura quæq; lōganimiter ſuf*Matth.11.b*fert. Vnde rurſum de eius fortitudine dicit: Regnū cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et digiti, inquit, eius apprehenderunt fuſum. Solent fœmine nentes fuſum in dextera, colum tenere in ſiniſtra; in colo enim lana inuoluta eſt; quæ filo ducenda & nenda, tranſeat in fuſum. Sæpe autē in ſcripturis dextera, uitam perpetuā; læua, præſentia dei dona ſignificat; opulentiam uidelicet rerum; pacem tempoꝝ, ſoſpitatem corpoꝝ, ſcientiā quoq; ſcripturarum; & cœleſtium perceptionē ſacramētoꝝ; hæc & huiuſmodi bona cū dn̄o largiēte perceperimus, quaſi lanā colo inuolutā in læua geſtamus. At cum ea pro amore cœleſtium ſalubriter exercere incipimus; iam lanā agni immaculati de colo in fuſum, de læua in dexterā traijcimus; quia de donis noſtri redēptoris; de exēplis operū eius, ſtolā nobis gloriæ cœleſtis ac ueſtē charitatis nuptialē facimus. Digiti nanq; quibus apprehēdere fuſum dicitur, ipſam intentionē diſcretiōis qua quiſq; operatur inſinuant; ea nimirū ratiōe, quia nulla corporis noſtri mēbra pluribus ſunt diſtincta articulis ac flexibus apta q;

a tinguetur in nocte lucerna eius. Iod. Mānum ſuā miſit ad fortia; & digiti eius appre-
b henderunt fuſum. Caph. Mānum ſuam aperuit inopi; & palmas ſuas extendit ad
c pauperem. Lamed. Nōn timebit do-
d mui ſuæ à frigoribus niuis. Omnēs enim domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus. Mem. Stragu

G digiti. Quicunq; ergo ueraciter dicere cū Apoſtolo poteſt: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt; unde *Phil.3.d* etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; huius ꝓfecto digiti dextri apprehenderunt fuſum; quia diſcretione ſedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicit apprehēderunt; ut uiuacius commendetur, quāto ſtudio, quāta feſtinatione in huius uitæ incerto, pro certis apud dominum præmijs agere debeamus. Quid autē mulier fortis; id eſt, eccleſia ſancta uel anima quæq; perfecta ꝑ fuſum intellectualem ſit operata; ſubſequēter aperitur. b ¶ Manū ſuam aperuit inopi; & palmas ſuas extēdit ad pauperē.) Qd' & de pauperibus eleemoſynarū quæ generaliter fiunt in pauperes, accipi poteſt; ſed melius de uerbo dei, quod indumētum ſalutis animabus cōfert, intelligitur; de quo beatus Iob gloriatur, dicēs: Iuſticia indutus ſum; & ueſtiui me *Iob.29.c* ſicut ueſtimēto & diademate iudicio meo. Aperuit aūt eccleſia manū inopi; cū myſteria fidei ignorātibus per operarios ueritatis reuelauit. Palmas extēdit ad pauperē, cū longe lateq; prædicatores ad imbuendas æternæ ſalutis indigenas nationes diſpſit. c ¶ Nō timebit domui ſuæ à frigoribus niuis.) Frigora niuis, corda ſunt reproboꝝ perfidiæ ſuæ torpore rigētia; de quibus ait dn̄s: Et quoniā abunda*Matt.24.b*bit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū. Quæ illa H utiq; niue peſſime deprimūtur; quæ ob primæ ſuperbiæ meritū de cœlo corruens in profunda tenebrarū, nihilominus ſe uelut angelū lucis adhuc ſtultis oſtētare præſumit; habitumq; meritoꝝ ſuorum candore niueo ſimilē, fraudū ſuarū neſcijs præfert. Quod quidem dn̄i & angeloꝝ eius eſt ꝓpriū, in habitu niueo claritatē ſuæ deſignare uirtutis. Non timebit aūt eccleſia domui ſuæ à frigoribus memoratæ niuis; quia domino pollicēte credit, ꝙ portæ in*Matth.16.c*feri nō præualebunt aduerſus eā. d ¶ Omnes eñ domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus.) Et ſapiētia uidelicet, ad repellēdas hæreticas falſorum fratrum doctrinas; & patientia ad tolerādas apertorum hoſtium pugnas. Vel certe ueſtiti ſunt duplicibus; quia ꝓmiſſionē habēt uitæ quæ nunc eſt & futuræ. Nūc in peregrinatione tēporali, diuino auxilio ne deficiant adiuti; tunc in patriæ perpetis habitatione diuinæ gratiæ uiſiōe, ut felices ſemper uiuāt alleuati. Itē domeſtici eius induti ueſte ſunt duplici; una operis, altera mentis; fidei habētes factorumq; uelamina; ſacramentis uidelicet ſui redemptoris imbuti & informati exēplis; Sic enim fit illud Apoſtoli: Qui*Gala.3.d*cunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. Poſſunt aūt frigora niuis etiā tormēta æterna intelligi; quæ igne & frigore mixta eſſe legimus, cū dicitur: Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Fletū quippe *Luc.13.f* oculis, ignis & fumus; ſtridorem uero dentibus ſolet fri



A let frigus gignere. Vnde & beatus Iob de pœnis re*Iob.24.c*proborum loquens æternis: Ad calorem, inquit, nimium tranſibunt ab aquis niuiū. Sed ab his eccleſia domui ſuæ nō timebit; quia quicūq; pereunt ad domum illius non pertinebunt; nec ueſte ipſius ſpūali erant induti, tametſi myſterijs eius ad tempus uidebantur inſtituti. Deniq; legimus in euangelijs; *Matt.22.b* eiectum de domo cōuiuij illius hominē qui ueſtibus operum nō mundis hanc intrare præſumpſerat; & in tenebras exteriores, ubi eſſet fletus & ſtridor dentium eſſe ꝓiectum; merito utiq; in frigora pœnæ religatū; quia indumentum pietatis habere neglexerat. a ¶ Stragulatam ueſtem fecit ſibi.) Stragulata ueſtis, quæ uariante textura ſolet firmiſſima cōfici, fortia eccleſiæ opera & diuerſa uirtutum eius ornamēta ſignificat; de quibus propheta in ſummi regis uiri uide*Pſal.44.c*licet illius laude cecinit: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circumamicta uarietate.

b ¶ Byſſus quoq; & purpura indumentum eius.) Byſſus in conuerſatione; purpura in effuſione precioſi ſanguinis. Byſſus nanq; cādidi coloris eſt; purpureus autem color, & de ſanguine animātis, quod purpura uocatur, cōficitur; & ipſe ſanguinis habet B ſpeciem. Vnde pulchre dictum eſt à patribus, quia ſancta eccleſia electorum floribus uernans, in pace habet lilia, in bello roſas. Item quia byſſus de terra uirens oritur, ſed per exercitationes longas ac multifarias amiſſo humore ac uirore natiuo, ad decorē candidæ ueſtis perducitur. Purpura autem regalis eſt habitus. Byſſo induitur eccleſia, cum caſtigant corpora ſua electi, & ſeruituti ſubijciunt: purpura autem cum eandem cōtinentiam, non ob fauorem uulgi, ſed ad acquirēdam beatitudinem regni perennis exercēt. Sed hic uirtutum habitus in præſenti quidem neſcientibus uidetur contēptibilis, ſed in futuro qualis fuerit, manifeſte patebit. Vnde pulchre in Apocalypſi ſua Ioānes ſanctorum ſe uoces *Apo.19.a* audiſſe refert dicētium: Gaudeamus & exultemus, quia uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit ſe; & datū eſt ei ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinū enim iuſtificationes ſunt ſanctorū. c ¶ Nobilis in portis uir &c.) Vir ſanctæ eccleſiæ; uir cuiuſq; fidelis animæ, dn̄s eſt; qui uide*Matth.25.c*batur ignobilis, cū ante tribunal præſidis ſtaret iudicandus; cum ꝓbra, flagella, ſputa, & ipſam crucis mortem ſuſciperet, ſed nobilis apparebit, cū uenerit iudicaturus orbē in ęquitate & omnes angeli cū eo. Tūc ſedebit, inquit, in ſede maieſtatis ſuæ, & cōgregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicē &c.) Nobilis, inquit, ī portis uir eius: quia ueteres in portis ſedere ad iudicādum ſolebāt; ut uenientes ad ciuitatem aliunde, paratum continuo reſpōſum iudicantis acciperent; & nec ruſticos

a Strāgulatam ueſtem fecit ſibi. Byſſus quōq;
b
c & purpura indumētum eius. Nun. Nōbilis in portis uir eius; quando ſederit cum ſe-
d natoribus terræ. Samech. Sindonēm fecit & uendidit; & cingulum tradidit Chana-
e næo. Ain. Fortitūdo & decor indumentum eius; & ridebit in die nouiſſimo. Phe.

uel paſtores inſolita urbis ædificia ſtupefacerēt; nec C rurſum pacem urbis intrinſecus, frequens litigantium controuerſia fœdaret. Nobilis ergo erit dominus in portis ſuæ ciuitatis; quia qui etiam nunc cōtemnēdus putatur à multis, ubi ſeculi finis affuerit; ubi īgreſſum patriæ cœleſtis aperuerit electis, iā cunctis parebit ſublimis. Sedebit autem cum ſenatoribus terræ. Amen di*Ibi.19.d*co uobis, quod uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. d ¶ Sindonem fecit & uēdidit; & cingulum tradidit Chananæo.) In linteo ſindonis, ſubtilis intexio ſignatur ſanctæ prædicationis; in qua molliter quieſcitur; quia mēs in illa fidelium ſpe ſuperna refouetur. Vnde & Pe*Act.10.b*tro animalia in linteo demonſtrantur; quia peccatorum animæ miſericorditer aggregatæ in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo ſindonē eccleſia fecit & uendidit; quia fidē quam credēdo texuerat, loquendo dedit; & ab infidelibus uitam rectæ conuerſationis accepit. Quæ & Chananæo cingulum tradidit; quia per uigorem demonſtratæ iuſticiæ, fluxa opera gentilitatis aſtrinxit; ut hoc quod reci*Luc.12.c*pitur, uiuēdo teneatur: Sint lumbi ueſtri præcincti. D Bene enim nomine Chanaan, qui & gentilē populum procreauit; & interpretatur cōmutatus, cōuerſa ad fidem gentilitas deſignatur; quæ feliciſſima cōmutatione, à uitijs ad uirtutes, à diabolo tranſmigrauit ad Chriſtum. Vnde & in eius laude pſalmus quadrageſimuſquartus ſcribitur: cuius titulus eſt: In finem pro his qui commutabuntur filijs Chore, canticum pro delicto. Filij autem chore, filij caluariæ interpretatur; qui ſunt filij dominicæ crucis, dicentes: Mihi aūt abſit gloriari, niſi in cruce domini *Gala.6.d* noſtri Ieſu Chriſti. Quomodo autem cōmutentur, ſequentia pſalmi eiuſdem docent; ubi dilectus ipſe; id eſt dn̄s, eccleſiæ dicit: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuū & domū patris tui. Commutari nanq; illam deſiderat, quam ut filiam habere ualeat, domum patris prioris; id eſt hoſtis antiqui, iubet obliuiſci. e ¶ Fortitudo & decor indumentum eius: & ridebit in die nouiſſimo.) Fortitudo ad tolerandam peruerſorum improbitatem; decor ad exercēdam uirtutum gratiā. Decor, quia operatur iuſticiā; fortitudo, quia perſecutionem patitur propter iuſticiam. Et ideo ridebit in die nouiſſimo; id eſt, gaudebit in retributione regni cœleſtis: quæ dolebat in certamine uitæ præſentis. Mos etenim ſcripturæ eſt, pro gaudio riſum ponere; ſicut & dominus ait: Beati qui nūc fle*Luc.6.d*tis; quia ridebitis. Et beatus Iob: Os autem ueraciū *Iob.8.d* replebitur riſu. Similem ſanè huic ſententiam ꝓpheta de dn̄o ac ſaluatore huius fortiſſimæ mulieris po

E ſuit, dicens: Dn̄s regnauit, decorem induit: induit Pſal. 92. dn̄s fortitudinē. Cum enim prædicaret euāgelium regni, alijs placebat, alijs diſplicebat: alij bene loquebantur: alij detrahebant, lacerabant, mordebant, cōuiciabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorem induit: ad eos qbus diſplicebat fortitudinē. Imitare ergo & tu dn̄m tuū, ut poſſis eſſe ueſtis ipſius: eſto cū decore ad eos quibus placent bona opera tua: eſto fortis aduerſus detractores.

a ¶Os ſuū aperuit ſapiētiæ.) Ad hoc tantum loquēs os aperuit, ut ſapiētiā doceret: Ephe. 4. g iuxta illud Apoſtoli: Omnis ſermo malus ex ore ueſtro nō procedat: ſed ſi quis bonus, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audiētibus. Vel certe os cordis aperuit ad diſcendam ab ipſa ſapientia interius ueritatem, quam alios foris doceret. Vtriq; autē ſenſui, quia utrunq; fecit eccleſia, concinit apte quod ſequitur. b ¶Et lex clementiæ in lingua eius.) Illa uidelicet, ut non ſtatim more legis Moſaicæ peccantes puniret, ſed miſericorditer ad pœnitentiæ remedia uocaret. Cuius exemplum clementiæ ab ipſo deo & ſaluatore noſtro manifeſte Ioan. 8. d percepit, cum oblata ei peccatrice muliere: Si quis, F inquit, ſine peccato eſt, primus mittat in illam lapidem. Et ſic eam à crimine quod patrarat, ſub cōditione amplius non peccandi miſeratus abſoluit.

c ¶Cōſiderauit ſemitas &c.) Semitas domus ſuæ cōſiderat, quia cunctas ſuæ cōſcientiæ cogitationes ſubtiliter inueſtigat. Panē ocioſa nō comedit: quia hoc quod de ſacro eloquio intelligēdo perceperat, ante æterni iudicis oculos exhibēdo operibus oſtēdit. Item domus fortis mulieris habitatio eſt patriæ cœleſtis. Semitæ domus illius, præcepta iuſticiæ, q;bus ad æternæ uitæ manſionem peruenitur. Quas profecto ſemitas anima bene cōſiderat: cum & diligēter quibus actibus ad ſuperna peruenire debeat, inſpicit, & quæ agenda didicit, ſedula exercere non deſinit. Panē quoq; ocioſa nō comedit, cum ſacrificium dominici corporis percipiens, ſtudet imitari actu quod in myſterio celebrat, multum ſolicita ne indigne panem domini comedendo, & calicem bi- 1. Cor. 11. f bendo, iudicium ſibi manducet & bibat: ſed ut patiendo pro Chriſto ac lachrymas fundendo, bonis quoq; actibus inſiſtendo, paſſionū exempla ipſius quantum ualet ſequatur. Poteſt & ſimpliciter accipi, quod panem ocioſa non comedat mulier fortis: 2. Theſ. 2. c iuxta illud Apoſtoli: Qui non operatur, non manducet: Actu. 20. g & ipſe de ſe: Quoniam ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum ſunt, miniſtrauerūt manus iſtæ. Vnde merito luxuriantes uiduas arguens ad- 1. Timo. 5. b iungit: Simul autem & ocioſæ diſcunt circuire domus: non ſolum ocioſæ, ſed & uerboſæ & curioſæ.

d ¶Surrexerūt filij eius, & beatiſſimā prædicauerunt: uir eius & laudauit eā.) Quod futurū ꝑ certo

[a] [b] Phe. Os [a]ſuum aperuit ſapientiæ: & [b]lex clementiæ in lingua eius. Zadik. [c]Conſiderauit ſemitas domus ſuæ: & panem ocioſa [d] non comedit. Coph. [d]Surrexerunt filij eius, & beatiſſimā prædicauerunt: uir eius & [e] laudauit eam. Res. [e]Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas.

nouerat, more prophetico quaſi iam factum refert. G Surgent enim filij eccleſiæ, uidelicet omnes electi in nouiſſimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrē ſuam quæ eos ex aqua & ſpiritu ſancto deo genuit, beatiſſimam prædicant, quæ nunc ab infidelibus quaſi miſera contēnitur. Et reuera ſicut Apoſtolus ait: Si in hac ui- 1. Cor. 15. ta tantū ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Quia uero pro uita alia in præſenti militamus, merito cum apparuerit quod erimus, matrē noſtrā quæ ex omnibus iuſtis collecta, una Chriſti columba, ſponſa & amica uocatur, beatiſſimam prædicabimus. Surget uir eius, & laudabit eam: dicens in iudicio: Venite Matth. 25. c benedicti patris mei, poſſidete paratū uobis regnū à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c. Qui quidem ipſe primitiæ dor- 1. Cor. 15. c miētium reſurrexit à mortuis: ſed in die iudicij manifeſtius omnibus quos ſua laude dignos iudicauerit, quanta ſit eiuſdem ſuæ reſurrectiōis gloria, demonſtrabit. Poteſt hoc quod dicitur: ſurrexerunt filij eius & beatiſſimam prædicauerunt: etiā in hoc tempore conuenienter accipi, cum quilibet fideliū tranſcenſis ſeculi ærumnis, ad cœleſtia regna perducitur. Sedere nanq; ad humiliationem, aliquando H ſurgere ad gloriam pertinet. Vnde & de Niniuitis Matth. 12. d dicitur in euangelio: Olim in cinere ſedentes pœniterent: id eſt, in humilitate. Et propheta: A facie ma- Hiere. 15. d nus tuæ ſolus ſedebam: quia comminatione repleſti me. Sed & pſalmiſta: Vanum eſt uobis ante lucē Pſal. 126. a ſurgere: ſurgite poſtq; ſederitis, qui manducatis panem doloris. Quod eſt aperte dicere: Quid in præſenti quæritis gaudere, quod electis in futura reſeruatur? Non enim poteſtis in hac uita: id eſt, ante lucem ſupernæ retributionis, gloriam ueræ felicitatis habere: quin potius poſtq; hic humiliati fueritis ad tempus, illic uos in perpetum ueraciter exaltandos ſperate: uos quibus amarum eſt omne quod ſeculi amatoribus iocundum uidetur & dulce. Surgunt ergo filij eccleſiæ & beatiſſimam eam prædicant, cum cœleſtibus bonis ſublimati, quanta ſit illius patriæ beatitas, cuius participes eſſe meruerūt, aſpiciunt: & hanc debita laudatiōe in diuina uiſione concelebrant. Laudat eam uir eius, cum bona quæ ipſe donauit, remunerat. Quibus autem uerbis eam laudet, cōſequenter oſtenditur, cū dicitur:

e ¶Multæ filiæ cōgregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es uniuerſas.) Multas filias, eccleſias dicit hæreticorum, & malorum turbas catholicorum: quæ filiæ dicuntur, uel Chriſti uel eccleſiæ: quia & ipſe ſunt dominicis renatæ ſacramētis, & adoptionem filiorum quam nō cuſtodiere, perceperūt. Vnde & Ioānes ait: De nobis exierunt, ſed nō erāt ex nobis. 1. Ioan. 2. Quæ congregauerunt diuitias, uidelicet bonorum operum



A operum, orationes, ieiunia, eleemoſynas, afflictionem & caſtimoniam carnis: continentiam linguæ: meditationem ſcripturarum, & cætera huiuſmodi: quæ ueræ ſunt diuitiæ ſpiritus, ubi pura mētis ſynceritate geruntur. Vbi autem ſine fide, quæ per dilectionē operatur fiunt: nihil agentibus proſunt. Sed & illæ filię fruſtra cōgregarunt diuitias: de q;bus dominus ait: Multi Matth. 7. c dicēt mihi in illa die: Domine, domine: nonne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Sed omnes iſtiuſmodi filias, eccleſia catholica ſupergreditur, quæ fide caſta & opere perfecto, redemptoris ſui ueſtigia ſectatur. a ¶Fallax gratia & uana eſt pulchritudo: mulier timens dominum ipſa laudabitur.) Fallax eſt gratia laudis quam ab homine accepit: uana pulchritudo charitatis uel operationis bonæ quam hominibus oſtentat anima quæ timore caret diuino. At illa conſcientia uera eſt laude digna, quæ timorem dei in omnibus ſeruat. Ipſa eſt principium cunctarum cuſtoſq; uirtutum, ſcri- Eccli. 1. b ptura dicente: Timor domini principium ſapien- Ibid. 7. c tiæ. Et iterum: Qui timet deum, nihil negligit. Iob. 31. c Hinc eſt enim quod idem beatus Iob: & in proſperitate uirtutibus incomparabiliter floruit: & in aduerſitatibus inſuperabilis hoſtis permanſit: quia B ueraciter dicere potuit: Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui deum: & pondus eius ferre non potui. Fallax ergo eſt ſimulatorum gratia: uanus decor, opera ſtultorum. Eccleſia autem

[a] ſas. Sin. [a]Fallax gratia, & uana eſt pulchritudo: mulier timens dominum ipſa lauda- [b] bitur. Thau. [b]Date ei de fructu manuum ſuarum: & laudēt eam in portis opera eius.

quæ in timore incolatus ſui tempore conuerſatur: C quoniam ardentes uirtutum lampadas uenienti ad iudicium ſuo ſponſo offert: iure ab eo laudata, ianuam cum eo regni cœleſtis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali uerſu docetur. b ¶Date ei de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera eius.) Hæc ſunt enim uerba uiri illius de quo dictū eſt: Vir eius & laudabit eā: id eſt, domini & ſaluatoris noſtri, qui angelis in fine precepturus eſt: ut eccleſiam poſt huius uitæ certamen, triturationem, afflictionem terreſtrium, ad cœleſtis regis regni gaudia introducant, ac uitæ immortalitatis ſibi ſociam aggregent: iuxta illud euangelicum: Triticum autem congregate in hor- Mar. 3. c reum meum. Date, inquit, ei de fructu manuum Gala. 5. d ſuarum: quia fructum ſpiritus ferre curauit. Charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modeſtiam, continentiam, fidem, patientiam, pro hoc illi debitam rependite mercedem. Et laudent eam in portis: hoc eſt, in iudicio: ſiue in ingreſſu patriæ cœleſtis: non hominum fauores ſuperuacui ſed opera ipſa quæ fecit: examinante, probante ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia perfecit. A quo ut laudari mereamur in futuro: concedat ipſe propicius, nos eum dignis in præſenti uita collaudare ſeruitijs.

Cōmentariorum in Prouerbia
Salomonis finis. D

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ECCLESIASTEN ad Paulam & Euſtochium prooemium.

Memini me ante hoc fermè quinquennium cum adhuc Romæ eſſem: & Eccleſiaſten ſanctæ Bleſillæ legerem: ut eam ad contemptum mundi huius prouocarē: & omne quod in mundo cerneret: putaret eſſe pro nihilo: rogatum ab ea ut in morem commentarioli obſcura quæq; diſſererem: ut abſq; me poſſet intelligere quæ legebat. Itaq; quoniam in procinctu noſtri operis ſubita morte ſubtracta eſt: & non meruimus, ò Paula & Euſtochium talem uitæ noſtræ habere conſortem: tantoq; uulnere tunc perculſus obmutui: Nunc in Bethlehem poſitus anguſtiori uidelicet ciuitate: & illius memoriæ, & uobis reddo qđ debeo: hoc breuiter admonens, quod nullius autoritatem ſecutus ſum: ſed & de Hebræo tranſferens, magis me Septuaginta interpretum conſuetudini coaptaui: in his dūtaxat quæ nō multum ab Hebraicis diſcrepabant. Interdum Aquilæ quoq; & Symmachi & Theodotionis recordatus ſum: ut nec nouitate nimia lectoris ſtudium deterrerem: nec rurſum contra conſcientiam meam fonte ueritatis omiſſo, opinionum riuulos conſectarer.

E

COMMENTARII HIERONYMI
in librum Eccleſiaſten.

VErba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem.) Tribus nominibus uocatum fuiſſe Salomonem, ſcripturæ manifeſtiſſime docent: Pacificum, id eſt, שְׁלֹמֹה Salomonem: & יְדִידְיָה Ididia; hoc eſt, dilectum dñi: & quod nũc dicit' קֹהֶלֶת coeleth: id eſt, Eccleſiaſten. ἐκκλησιαστὴς autem Græco ſermone appellatur, q

a VErbã Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem. b Vãnitas uanitatum, dixit Eccleſiaſtes: uanitas uanitatum, omnia uanitas.

Quid

cœtum, id eſt, eccleſiã cõgregat: quẽ nos nũcupare poſſumus concionatorẽ, eo ꝙ loquatur ad populũ: & ſermo eius non ſpecialiter ad unũ, ſed ad uniuerſos generaliter dirigat'. Porrò pacificus & dilectus dñi, ab eo, ꝙ in regno eius pax fuerit: & eũ dñs dilexerit, appellatus eſt. Nã & pſalmi quadrageſimuſquartus & ſeptuageſimuſprimus, dilecti & pacifici titulo prænotãtur. Qui tametſi ad ꝓphetiã Chriſti & eccleſiæ pertinẽtes, felicitatẽ & uires Salomonis excedunt: tamẽ ſecũdũ hiſtoriã ſuper Salomone cõſcripti ſunt. Is itaq; iuxta numerũ uocabulorũ, tria uolumina ædidit, Prouerbia, Eccleſiaſten, & Canticacãticorũ. In Prouerbijs paruulũ docẽs, & quaſi
F de officijs per ſentẽtias erudiens. Vnde & ad filium eius ſermo crebro repetit'. In Eccleſiaſtæ uero maturæ uirum ætatis inſtituens, ne quicq; in mũdi rebus putet eſſe perpetuũ: ſed caduca & breuia uniuerſa quæ cernimus. Ad extremũ iam cõſummatũ uirum & calcato ſeculo præparatũ, in Canticocanticorũ ſponſi iungit amplexibus. Niſi em̃ prius reliquerimus uitia, & pompis ſeculi renunciãtes, expeditos nos ad aduentũ Chriſti parauerimus, nõ poſſumus dicere: Oſculetur me oſculo oris ſui. Haud procul ab hoc ordine doctrinarũ & philoſophi ſectatores ſuos erudiunt: ut primũ ethicam doceant: deinde phyſicã interpretẽtur: & quẽ in his ꝑfeciſſe perſpexerint, ad theologiã uſq; perducãt. Necnõ & hoc diligentius attendendum ꝙ per hos tres libros autoris diuerſus eſt titulus. In Prouerbijs em̃ notatur: Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Iſraël. In Eccleſiaſtæ uero: Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalẽ: ſuperfluũ quippe eſt hic Iſraël, qđ male in Græcis & Latinis codicibus inuenit'. In cãtico aũt canticorũ, nec filius Dauid, nec rex Iſraël ſiue Hieruſalẽ præſcribitur, ſed tm̃ Canticũcãticorũ Salomonis. Sicut em̃ Prouerbia quaſi rudis inſtitutio ad duodecim tribus & ad totũ pertinent Iſraël: & quomodo cõtemptus mũdi nõ niſi metropolitis cõuenit: hoc eſt, habitatoribus Hieruſalem; ita Canticũcanticorũ ad eos ꝓprie facit mentionem, qui tãtum ſuperna deſiderãt. Ad incipiẽtes & ꝓficientes, & paterna dignitas, & regni ꝓprij merito indicatur autoritas. Ad perfectos uero, ubi non timore eruditur diſcipulus, ſed amore filius, ꝓprium nomẽ ſufficit: & æqualis magiſter eſt & neſcit eſſe ſe regem. G
Hæc interim iuxta literam: Cæterũ ſecundũ intelligẽtiam ſpiritualẽ: pacificus & dilectus dei patris & eccleſiaſtes, noſter eſt Chriſtus: qui medio pariete deſtructo & inimicitias in carne euacuans, fecit utraq; unũ, dicens: Pacem meam do uobis, & pacem meam relinquo uobis, de quo pater ad diſcipulos: Hic eſt, ĩquit, filius meus dilectus, in quo mihi bene cõ- Matth.3.d

VErba Eccleſiaſtæ filij Dauid regis Hieruſalem. Vanitas uanitatum, dixit Eccleſiaſtes: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas.

Quid

placuit: hũc audite: qui eſt caput omnis eccleſiæ: nequaq; ad ſynagogã Iudæorũ, ſed ad gentiũ multitudinẽ loquens rex Hieruſalẽ, uiuis lapidibus extructæ: non illius de qua ipſe ait: Hieruſalẽ, Hieruſalẽ Ibi.23.d quæ occidis ꝓphetas. Et, ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: ſed illius per quã iurari uetat: qa ſit ciuitas magni regis. Hic eſt filius Dauid, ad quẽ Ibi.21.a cæci in euãgelio clamabant: Miſerere noſtri fili Dauid: & omnis turba cõſona uoce reſonabat: Oſanna Ibi.9.c filio Dauid. Deniq; nõ ad eum fit uerbum dei ſicut ad Hieremiã & ad cæteros ꝓphetas: ſed quia diues eſt & rex & potens: ipſe eſt ſiquidem uerbũ & ſapiẽtia cæteræq; uirtutes: uerba loquitur ad eccleſiæ uiros: uerba inſinuat Apoſtolis: de quibus cantatur H in pſalmo: In omnem terrã exiuit ſonus eorũ: & in Pſal.18.a fines orbis terræ uerba eorũ. Male igitur quidã opinantur nos ex hoc libro ad uoluptatem & luxuriã prouocari: cum econtrario omnia quæ in mundo cernimus: eſſe uana doceantur: nec debere ea nos ſtudioſe appetere, quæ dum tenentur, intereant.
b ¶Vanitas uanitatũ dixit Eccleſiaſtes: uanitas uanitatũ omnia uanitas.) Si cũcta quæ fecit deus ſunt Gene.1.d ualde bona, quomodo omnia uanitas: & nõ ſolum uanitas, uerum etiã uanitas uanitatum? Vt ſicut in Canticocanticorum inter omnia carmina, excellẽs carmen oſtenditur: ita in uanitate uanitatum, uanitatis magnitudo mõſtretur. Tale quid & in pſalmo ſcriptum eſt: Verũtamen uniuerſa uanitas, omnis homo uiuens. Si uiuẽs homo uanitas eſt: ergo mortuus uanitas uanitatum. Legimus in Exodo: glorificatũ uultũ Moſi intantũ, ut filij Iſraël in eũ aſpicere nõ poſſent. Quã gloriam Paulus apoſtolus ad cõparationem euangelicæ gloriæ dicit eſſe nõ gloriã. Exo.34.d 2.Cor.3.c Nam nec glorificatũ eſt, inquit, qđ glorificatũ fuit in hac parte ꝓpter excellentẽ gloriã. Poſſumus igit' & nos in hunc modũ cœlũ, terram, maria, & omnia quæ in hoc circulo cõtinẽtur bona quidẽ per ſe dicere: ſed ad deum cõparata eſſe ꝓ nihilo. Et quomodo ſi igniculum lucernæ uidens cõtẽtus eſſem eius lumine, & poſtea orto ſole nõ cernerem quod lucebat, ſtellarum quoq; lumina iubare uidere ſolis abſcondi. Ita aſpiciẽs elemẽta & rerum multiplicẽ uarietatem; admiror quidẽ operũ magnitudinẽ, recogitans



A gitans autem omnia pertranſire: & mundũ ſuo fine ſeneſcere, ſolumq; deũ illud ſemper eſſe quod fuerit: compellor dicere non ſemel, ſed bis: Vanitas uanitatũ, omnia uanitas. In Hebræo pro uanitate uanitatum הֲבֵל הֲבָלִים ſcriptũ eſt: quod exceptis Lxx. interpretibus oẽs ſimiliter trãſtulerũt ἀτμὸς ἀτμῶν: qđ nos poſſumus uaporem fumi & aurã tenuem quæ cito reſoluitur appellare. Caducum itaque nonnihil ex hoc uerbo uanitatis, oſtẽditur. Quæ enim uidentur, ut ait Apoſtolus, temporalia ſunt, quæ autem non uident' æterna. Siue qa uanitati creatura ſubiecta eſt, & ingemi

a Quid ſupereſt homini in omni labore ſuo, quo la- b borat ſub ſole? Generatio uadit, & generatio uenit, & terra in ſeculũ ſtat. c Oritur ſol & occidit ſol, & ad locum ſuum ducit: d & oritur ipſe ibi. Vadit ad auſtrum, & gyrat ad aquilonem: gyrans gyrando uadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertit' ſpiritus.

Omnes

ſcit & parturit & præſtolatur reuelationem filiorũ 1.Cor.13.c dei: & nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Tamdiu enim omnia uana ſunt, donec ueniat quod perfectum eſt. a ¶Quid ſupereſt homini in om̃i labore ſuo quo laborat ſub ſole?) Poſt B generalem ſentẽtiam quod uana ſint omnia, ab hominibus incipit: quod fruſtra in mundi iſtius labore deſudent, congregantes diuitias, erudientes liberos, ambientes honorem: ædificia cõſtruentes: & in Luc.12.c medio opere ſubita morte ſubtracti audiunt: Inſipiens, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autẽ paraſti, cuius erunt? maxime cũ ex omni labore nihil ſecum ferant, ſed nudi in terram redeant de qua ſumpti ſunt. b ¶Generatio uadit & generatio uenit &c.) Alijs morientibus, naſcuntur alij: & quos uideras, nõ uides: incipis uidere quos non uideras. Quid hac uanius uanitate, ꝙ terrã manere quæ hominum cauſa facta eſt: & ipſum hominẽ terræ dñm in puluerem repẽte diſſolui? Aliter: Prima recedit generatio Iudæorũ, & ſuccedit generatio de gentibus cõgregata: terra aũt tamdiu ſtat, ꝙdiu ſynagoga Luc.21.f recedente eccleſia omnis introëat. Cũ em̃ prædicatum fuerit euangeliũ in toto orbe, tunc erit finis. Imminente uero cõſummatione, cœlũ & terra trãſibunt. Et ſignanter nõ ait: Terra in ſeculis ſtat, ſed in ſeculo. Porrò laudamus dñm, nõ in uno ſeculo, ſed in ſeculis ſeculorum. c ¶Oritur ſol & occidit ſol, & ad locũ ſuũ &c.) Sol ipſe qui in lucẽ mortalibus datus eſt, interitũ mundi ortu ſuo quotidie indicat & occaſu. Qui poſtq; ardentem rotam oceano tinxerit, per incognitas nobis uias ad locũ unde exierat regreditur: expletoq; noctis circulo, rurſum de thalamo ſuo feſtinus erumpit. Pro eo aũt quod uulgatam æditionem ſequentes poſuimus, ad locũ ſuũ ducit, in Hebræo habet שׁוֹאֵף, quod Aquila interpretatur προσέπνευσε: id eſt, aſpirat. Symmachus uero & Theodotio, recurrit: quia uidelicet ſol reuertatur ad locum ſuũ: & ibi unde prius egreſſus fuerat, aſpiret. Hoc autẽ totum idcirco dicit, ut doceat C mutationibus temporum, & ortu occaſuq; ſyderũ humanam ætatem labi & interire dum neſciat. Aliter: Sol iuſticiæ, in cuius alis eſt ſanitas, timẽtibus deũ orit': & pſeudoprophetis occidit meridie. Cum autem ortus fuerit, in locum ſuum nos trahet. Quó? uidelicet ad patrem. Ad hoc enim uenit, ut nos de terris ad cœlum leuet, & dicat: Cũ Ioan.12.c exaltatus fuerit filius hominis, om̃ia trahet ad ſe. Nec mirum eſt filiũ ad ſe trahere credentes, Ibid.6.c cum & pater ipſe ad ſe filium trahat. Nemo em̃ ait, uenit ad me niſi pater qui miſit me, adducat eũ.

Quid habet amplius homo de uniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra aũt in æternũ ſtat. Orit' ſol, & occidit, & ad locũ ſuũ reuertitur, ibiq; renaſcẽs gyrat p meridiẽ, & flectit' ad aquilonẽ. Luſtrãs uniuerſa in circũitu pergit ſpũs, & ĩ circulos ſuos reuertit'.

Omnia

Iſte ergo ſol quẽ alijs occidere, alijs naſci diximus: & Iacob quondam patriarchæ de terra ſancta egre Gene.28.b dienti occidit, rurſumq; cum de Syria terrã repromiſſionis intraret, ortus eſt ei. Lot quoque quando Ibid.19.c egreſſus eſt de Sodomis, & uenit ad ciuitatẽ ad quã D ut feſtinaret, ei fuerat imperatum: aſcendit in montem, & ſol exiuit ſuper Segor. d ¶Vadit ad auſtrum & gyrat ad aquilonem; gyrans gyrando uadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur ſpiritus.) Hinc poſſumus æſtimare hyemis tempore ſolem ad meridianam plagam currere: & per æſtatem ſeptentrioni eſſe uicinum: & non per æquinoctium autumni habere principium: ſed primum ſpirante fauonio, quando tempore ueris in fœtum cuncta rumpuntur. Quod autem ait: Gyrans gyrando uadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertit': ſiue ipſum ſolem ſpiritũ nominauit, quod animet & ſpiret, & uideat, & annuos orbis curſus expleat, ut ait Poeta: Verg.3. Aeneid. Interea magnum ſol circũuoluitur annũ. Et alibi: Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluit' annus. Siue qđ Ibid.6. & lunæ lucentẽ globum & aſtra Titania Spiritus intus alit: totãq; infuſa per artus Mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet: nõ de annuo ſolis curſu, ſed de quotidianis ſemitis eius loquit'. Obliqua enim & fracta linea per auſtrum pergit ad boream, & ita ad orientẽ reuertitur. Aliter: Sol quãdo per auſtrum currit, uicinior terræ eſt: quando per aquilonẽ, ſublimis attollitur. Forſitan ergo his qui hyemis & tribulationũ frigore coartant': Ab aqui- Hiere.1.e lone enim exardeſcẽt mala ſuper terrã: uicinior ſol iſte iuſticiæ eſt: his uero qui in boreæ parte habitant, & calore priuant', æſtiuo curſu incedit procul: & per ſuos circulos unde profectus eſt reuertitur. Cum enim traxerit omnia ad ſe, & uniuerſos ſuis

E radijs illuminauerit,fit reſtitutio principalis, & eſt
deus omnia in omnibus.Symmachus hunc locum
ita interpretatus eſt; Vadit ad meridiem & circūit
ad boream;perambulans uadit uentus, & per quæ
circūierat reuertitur uentus. a ¶Omnes torren-
tes uadunt in ma-
re &c.) Putant qui
dam aquas dulces
quæ in mare fluūt,
uel ardēte deſuper
ſole cōſumi,uel ſal-
ſugini maris eſſe
pabula. Eccl'iaſtes
autē noſter & ipſa
rum aquarū condi
tor,eas dicit per oc
cultas uenas ad ca-
pita fontium regre
di, & de matrice a-
byſſo in ſua ſemp
ebullire principia.
Melius autem He
bræi ſub torrentiū
& maris nomine ꝑ
metaphorā de ho-
minibus ſignifica-
ri arbitrātur;quod
in terram de qua

a Omnēs torrētes uadūt in
mare, & mare nō implet.
Ad locū de quo torrētes
exeunt,illic ipſi reuertunt
b ut introeant. Omnēs ſer-
mones graues nō poterit
uir loqui. Non ſatiabitur
oculus uidendo;& nō im
c plebit auris auditu.Quid
eſt quod fuit? ipſum qđ
erit. Et quid eſt quod fa-
ctū eſt? ipſum quod fiet.
Et nō eſt om̄e recēs ſub ſo
d le.Eſt ne uerbū de quo di
catur; uide hoc nouū eſt;
iā fuit in ſeculis q̃ fuerunt
ante

Omnia flumina intrāt in
mare, & mare non redun
dat. Ad locum unde exe-
unt flumina,reuertuntur,
ut iterum fluant.Cunctæ
res difficiles,nō poteſt eas
homo explicare ſermone.
Non ſaturatur oculus ui-
ſu,nec auris auditu imple
tur,Quid eſt, quod factū
eſt, ipſum quod faciendū
eſt. Nihil ſub ſole nouū,
nec ualet quiſquàm dice-
re,ecce hoc recens eſt.Iam
enim præceſſit in ſeculis,
quæ fuerunt ante nos.
Non

F ſumpti ſunt redeant;& torrentes uocentur,nō flu-
mina;eo quod cito intereant, nec tamen impleatur
terra multitudine mortuorum. Porrò ſi ad altiora
conſcendimus,recte & turbide aquæ in mare unde
ſubſtiterant reuertent.Et ni fallor abſqꝫ additamen
to nuſquam torrens in bonam partem legitur. Nā
torrente uoluptatis tuæ potabis illos;cū additamē-
Ioan.18.a to dicitur uoluptatis. Et ecōtrario ſaluator ad tor-
3.Reg.17.a rentem traditur cedron.Et Helias perſecutionis tē
pore ad torrentē Charith latitat;qui & ipſe ſiccatur
& nō impletur;mare aūt inſatiabile,quomodo & in
Pro.30.b Prouerbijs filiæ ſanguiſugæ. b ¶Omnes ſermo-
nes graues non poterit uir loqui. Nō ſatiabit &c.)
Non ſolum de phyſicis,ſed de ethicis quoque ſcire
difficile eſt.Nec ſermo ualet explicare cauſas natu-
raſqꝫ rerū;nec oculus ut rei poſcit dignitas intueri;
nec auris inſtituente doctore ad ſummam ſcientiā
1.Cor.13.d peruenire.Si enim nunc per ſpeculum uidemus in
ænigmate;& ex parte cognoſcimus &ex parte pro
phetamus;conſequenter nec ſermo poteſt explica-
re quod neſcit;nec oculus in quo cæcus ſit aſpice-
re;nec auris de quo dubitat impleri. Simul & hoc
notandū quod omnia uerba ſint grauia, & magno
labore diſcantur;contra eos qui putant ocioſis ſibi
& uota facientibus uenire noticiam ſcripturarum.
c ¶Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit &c.) Vi-
detur mihi de his quæ ſupra enumerauit;generati-
one & generatione;mole terrarū; ortu ſolis & occa
ſu;curſu fluminū, magnitudine Oceani, om̄ibuſqꝫ
quæ aut cogitatione aut uiſu uel auribus diſcimus,
nūc cōmuniter loqui,quod nihil nouū ſit in natura

rerum quod nō ante iam fuerit.Ab initio eñ mūdi G
& homines nati & mortui ſunt; & terra ſuꝑ aquas
conſtitit librata, & ſol ortus occubuit. Et ne plura
percurrā,& auibus uolare,& natare piſcibus,& ter
reſtribus ingredi,& ſerpētibus labi,deo artifice cō-
ceſſum eſt. Huic
quid ſimile ſenten-
tię & Comicus ait;
Nihil eſt dictū qđ
nō ſit dictū prius.
Vnde præceptor
meus Donatus, cū
ipſum uerſiculū ex
poneret; Pereāt,in
quit,q ante nos no
ſtra dixerūt.Quod
ſi in ſermōibus ni-
hil nouum dici po
teſt; quanto magis
in adminiſtratione
mundi; quæ ab ini
tio ſic perfecta eſt,
ut requeſceret deus
ab operibus ſuis in
die ſeptima. Legi ī
quodā libro; ſi o-
mne quod ſub ſole
factum eſt, fuit in
præteritis ſeculis anteq̃ ſol fieret;& homo iam ſole H
cōdito factus eſt;fuit ergo homo anteq̃ ſub ſole fie
ret.Sed hac excluditur ratione;quod & iumenta &
culices & minuta quæqꝫ & magna animalia ante di
cuntur fuiſſe q̃ cœlum. Niſi forte illud reſpōdeat,
ex cōſequentibus oſtendi;non de cæteris animali-
bus,ſed de homine Eccleſiaſtæ eſſe ſermonem. Ait
enim;Non eſt omne recēs ſub ſole, quod loquatur
& dicat;Ecce hoc nouum eſt;animalia autem nō lo
qui,ſed tantū hominē;quod ſi loquantur animalia,
nouum eſſe ſub ſole;& ſolui ſententiam,nihil nouū
eſſe ſub ſole. d ¶Eſt ne uerbū de quo dicatur;ui-
de hoc nouū eſt;iam fuit in ſeculis quæ fuerūt ante
nos.) Apertius hoc Symmachus trāſtulit; Putáſne
eſt qui poſſit dicere;Vide hoc nouum eſt, & iam fa
ctum eſt in ſeculo quod fuit ante nos. Cū ſuperio-
ribus autem congruit quod nihil nouum in mūdo
fiat;nec ſit aliquis qui poſſit exiſtere & dicere, ecce
hoc nouum eſt; ſiquidem omne quod ſe putauerit
nouum oſtēdere,iam in prioribus ſeculis fuit. Nec
putemus ſigna atqꝫ prodigia & multa quæ arbitrio
dei noua in mūdo fiunt,in prioribus ſeculis eſſe iā
facta;& locum inuenire Epicurum, qui aſſerit per
innumerabiles periodos eadèm & eiſdē in locis &
per eoſdem fieri. Alioquin & Iudas crebro prodi-
dit,& Chriſtus paſſus eſt ſæpe pro nobis,& cætera
quæ facta ſunt & futura,in eaſdē ſimiliter periodos
reuoluentur.Sed eſt dicēdum quod ex præſcientia
& prædeſtinatione dei iam ea facta ſunt quæ futu-
ra ſunt.Qui enim electi ſunt in Chriſto ante conſti
tutionem mundi,in prioribus ſeculis iam fuerunt.
Non



A a ¶Non eſt memoria primis & quidē nouiſſimis
quæ futura ſunt &c.) Quomodo præterita apud
nos abſcondit obliuio; ſic ea quæ uel nūc fiunt uel
quæ futura ſunt;hi qui naſci habent,ſcire non po-
terunt;& cuncta ſilentio præteribunt,& quaſi non
fuerint abſconden
tur;&complebitur
illa ſententia; Va-
nitas uanitatū, o-
mnia uanitas. Nā
& ſeraphim,ꝑpter-
ea faciem ſuam &
pedes uelant; quia
prima & extrema
cooperta ſunt. Iu-
xta autem Lxx.in-
terpretes, qui dixe
rūt, οὐκ ἔσι μνήμη τοῖς
πρώτοις καί γε τοῖς ἐσχά
τοις γενομένοις, οὐκ ἔσι
αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν
γενησομένων εἰς τὴν
ἐσχάτην. id eſt;Non
eſt memoria pri-
mis & quidem no-
uiſſimis qui futuri
ſunt;nō erit eis me
moria cum his qui

a ān nos. Nō eſt mēmoria
primis & q̄dē nouiſſimis
q̃ futura ſūt;nō erit eis me
moria apud eos qui futu-
b ri ſunt in nouiſſimo. Ego
Eccleſiaſtes fui rex ſuꝑ Iſ-
c raël in Hieruſalē. Et dēdi
cor meū ad inquirēdū &
cōſiderandū ī ſapiētia de
omnibus quæ fiūt ſub ſo-
le.Hāc occupationē malā
dedit deus filijs hominū,
ut occuparent in ea. Vidi
d uniuerſa opera q̃ facta ſūt
ſub ſole; & ecce omnia ua
nitas & prēſumptio ſpūs.
Peruer

Nō eſt priorū memoria,
ſed nec eorum quidē quæ
poſtea futura ſunt,erit re-
cordatio apud eos, qui fu
turi ſunt ī nouiſſimo.Ego
Eccleſiaſtes fui rex Iſraël
in Hieruſalē, & propoſui
in animo meo quærere &
inueſtigare ſapiēter de o-
mnibus quæ fiunt ſub ſo-
le. Hāc occupationē peſſi
mam dedit deus filijs ho-
minum,ut occuparent in
ea. Vidi quæ fiunt cuncta
ſub ſole, & ecce uniuerſa
uanitas, & afflictio ſpūs.
Peruerſi

H futuri ſunt in nouiſſimo,ille de euāgelio ſenſus eſt;
B quod qui in iſto ſeculo primi ſunt,ſint omnium no
Matt.20.b uiſſimi.Et quia deus ut benignus & clemens, mini
morum quoqꝫ & omnium recordatur; his qui pro
pter uitium ſuum nouiſſimi eſſe meruerunt nō tan
tam dabit gloriam,quantam his qui ſe humiliantes
nouiſſimi in mundo eſſe uoluerunt.Dicitur itaque
in conſequentibus; Non eſt memoria ſapientis cū
ſtulto in æternū. b ¶Ego Eccleſiaſtes fui rex ſu-
per Iſraël in Hieruſalem.)Hucuſqꝫ præfatio gene-
raliter de omnibus diſputantis; nūc ad ſemetipſum
redit,& quis fuerit;quomodo experimēto uniuer-
ſa cognouerit,docet.Aiunt Hebræi hunc librū Sa-
lomonis eſſe pœnitentiam agentis, quod in ſapien
tia diuitijſqꝫ confiſus,per mulieres offenderit deū.
c ¶Et dedi cor meum ad inquirendum & conſide
randum in ſapientia de omnibus quæ fiunt ſub ſo-
le &c.) Verbum ענין, Aquila,Lxx.& Theodotio
περισπασμόν, ſimiliter tranſtulerunt; quod in diſten-
tionem Latinus interpres expreſſit;eo quod in ua-
rias ſolicitudines mens hominis diſtenta lanietur.
Symmachus uero ἀσχολίαν, id eſt,occupationē trā-
ſtulit.Quia igitur ſæpius in hoc uolumine nomina
tur;ſiue occupationem,ſiue diſtētionem, ſiue quid
aliud dixerimus;ad ſuperiorē ſenſum cuncta refe-
rantur.Dedit ergo Eccleſiaſtes primo omniū men
tem ſuam ad ſapientiam requirendam;& ultra lici-
tum ſe extendens,uoluit cauſas rationeſqꝫ cogno-
ſcere;quare paruuli corriperentur à dæmone; cur
naufragia & iuſtos & impios pariter abſorberent;
utrum hæc & his ſimilia caſu euenirent, an iudicio

dei.Et ſi caſu ubi prouidentia dei? ſi iudicio, ubi iu C
ſticia dei? Hæc inquit,noſſe deſiderans, intellexi ſu
perfluam curam & ſolicitudinem per diuerſa cru-
ciantem à deo hominibus datā,ut ſcire cupiant qđ
ſcire non licitum eſt. Pulchre autē cauſa præmiſſa
à deo data diſtētio
eſt. Quomodo eñ
in epiſtola ad Ro-
manos ſcribit;Pro Roma.1.c
pter quod tradidit
eos deus in paſſio-
nes ignominiæ.Et
iterū; Propter qđ
tradidit eos deus ī
reprobū ſenſū, ut
faciant q̃ nō opor-
tet. Ac deinde;pro
pterea tradidit eos
deus in deſideria
cordis ſui in immū
diciam.Et ad Theſ
ſalonicenſes; Pro- 2.Theſ.2.c
pterea mittet eiſde
us operationem er
roris.Et prīo cau-
ſæ oſtendunt,qua-
re uel paſſionibus
ignominiæ uel ſen
ſui reprobo,uel cordis ſui deſiderijs concedantur;
aut quid fecerint ut operationem erroris accipiāt; D
ita & in præſentiarum idcirco deus diſtentionē ma
lam dedit hominibus,ut diſtēdant in ea;quia prius
ſponte ſua & propria uolūtate hæc uel illa fecerūt.
d ¶Vidi uniuerſa opera quæ facta ſunt ſub ſole;
& ecce omnia uanitas & præſumptio ſpiritus.) Ne
ceſſitate compellimur,ut crebrius quàm uolumus
de uerbis Hebraicis diſſeramus. Nec enim poſſu-
mus ſcire ſenſum, niſi eum per uerba diſcamus.
רעות Aquila, & Theodotio νομὴν, Symmachus
βόσκησιν, tranſtulerunt.Septuaginta autem interpre
tes non Hebræum ſermonem expreſſēre, ſed Sy-
rum, dicentes προαίρεσιν. Siue ergo νομὴ, ſiue βόσκη-
σις, à paſtione uocabulum eſt. προαίρεσις autem me
lius uoluntatem quàm præſumptionem ſonat. Di
citur autē quod agat unuſquiſqꝫ qđ uelit, & ſibi re
ctum eſſe uideatur, atque in diuerſa libero homi-
nes ferantur arbitrio;& uana ſint uniuerſa ſub ſo-
le;dum inuicem nobis in bonorum & malorum fi-
nibus diſplicemus.Dicebat mihi Hebręus quo ſcri
pturas ſanctas inſtituente perlegi,quod ſupra ſcri-
ptum רעות uerbum,magis in hoc loco afflictio-
nem & maliciam,quàm paſtionem & uoluntatem
ſignificaret; non à malo quod eſt contrarium bo-
no,ſed ab eo quod in euangelio ſcribitur; Sufficit Matth.6.d
diei malicia ſua;quam Græci ſignificantius κάκωσιν
uocant;& eſſe ſenſum; Conſideraui uniuerſa quæ
in mundo fiunt,& nihil aliud deprehendi quàm ua
nitatem & malicias;id eſt,miſerias ſpiritus; quibus
anima diuerſis cogitationibus affligatur.
Peruerſum

E a ¶Peruerſum nō poterit adornari: & imminutio non poterit numerari.) Qui peruerſus eſt, niſi ante corrigatur, nō poterit adornari. Recta ornatū recipiunt, & curua correctionē. Peruerſus nō dicit̃, niſi qui deprauatus à recto eſt. Hoc cōtra hæreticos, q̃ quaſdā naturas introducunt, quę nō recipiunt ſanitatē. Et quia imminutio, hoc eſt qđ deeſt, non poteſt numerari: propterea tātum primogenita Iſraël numerata ſunt. Fœminæ uero, & ſerui, & paruuli, & uulgus ex Aegypto nequaq̃ plenitudo, ſed imminutio exercitus abſq; numero prætermiſſi ſūt. Poteſt & hic eſſe ſenſus. Tāta malicia in mūdi huius capacitate uerſatur, ut ad inte-
F grum boni ſtatum mūdus redire uix ualeat; nec poſſit facile recipere ordinem & perfectionē ſuā, in quibus primū cōditus eſt. Aliter: Omnibus per pœnitentiā ad integrū reſtitutis, ſolus diabolus in ſuo permanebit errore. Cūcta em̃ quæ ſub ſole facta ſunt, illius arbitrio & ſpiritu malignitatis euerſa ſunt, dum ad eius inſtinctū peccatis peccata cumulantur. Deniq; tantus eſt numerus ſeductorū & eorū qui de grege dñi ab eo rapti ſunt, ut ſupputatione nō queat comprehendi. b ¶Locutus ſum ego in corde meo, dicēs: Ecce ego ma. &c.) Sapientior fuit Salomon, nō Abraham & Moyſe, & cæteris ſanctis, ſed his qui fuerunt ante ſe in Hie-
3.Reg.3.b ruſalem. Legimus & in Regnorum libris, multæ ſapientiæ fuiſſe Salomonem: & hoc à deo donū præ cæteris poſtulaſſe. Mundi ergo cordis oculus, multam ſapientiam & ſcientiam contuetur, quia nō ait: Multam ſapientiam & ſcientiam ſum locutus: ſed multam ſapientiam & ſcientiam uidit cor meū. Nō em̃ poſſumus eloqui omnia quæ ſentimus. c ¶Et dedi cor meum ut noſcerē ſapientiā & ſcientiam, errores & ſtulticiā &c.) Contrarijs cōtraria intelligūtur. Et ſapiētia prima eſt, ſtulticia caruiſſe. Stulticia aūt carere nō poteſt, niſi q̃ intellexerit eā. Vnde & plura in rebus noxia ſunt creata: ut dū uitamus ea, ad ſapientiā erudiamur. Aequalis ergo ſtudij fuit ſcire Salomoni ſapientiā & ſcientiā, & è regione errores & ſtulticiā; ut in alijs appetendis, & alijs declinādis, uera eius ſapiētia probaret̃: ſed in hoc quoq; ut in cæteris, dicit pauiſſe ſe uentos, & non ualuiſſe perfectā cōprehendere ueritatē. De præſumptione ſpiritus ſiue paſtione uēti; quia ſæpius in hoc libro dicit̃, ſupra diſſeruiſſe ſufficiat.

a Peruerſum nō poterit adornari: & imminutio non
b poterit nūerari. Locutus ſū ego ĩ corde meo, dicēs: Ecce ego magnificatus ſū, & adieci ſapientiam ſuper omnes qui fuerūt ante me in Hieruſalē: & cor meum uidit multā ſapientiam &
c ſciētiam. Et dedi cor meū ut noſcerē ſapientiā & ſciētiā, errores & ſtulticiā: cognoui quia & hoc eſt paſtio uēti ſiue præſumptio
d ſpūs. Quia in multitudine ſapientiæ multitudo furoris: & qui apponit ſcientiam, apponit dolorem.

Cap. II.

e Dixi ego ĩ corde meo: Veni nūc, tentabo te in lætícia, & uide in bono: & ecce etiam hoc uanitas. Riſui

Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. Locutus ſum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerūt ante me in Hieruſalē: & mens mea contēplata eſt multa ſapienter, & didici: dediq́; cor meū, ut ſcirē prudentiā atq; doctrinā, erroresq́; & ſtulticiā. Et agnoui quod in his quoq; eſſet labor, & afflictio ſpiritus: eo ꝙ in multa ſapientia, multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiam, addit & laborem.

Cap. II.

Dixi ergo ĩ corde meo: Vadā & affluā delicijs, & fruar bonis. Et uidi ꝙ hoc quoq; eēt uanitas. Riſum

d ¶Quia in multitudine ſapien. &c.) Quāto magis quis ſapientiā fuerit cōſecutus, tanto plus indignat̃ ſubiacere uitijs, & procul eſſe à uirtutibus quas requirit. Quia aūt Luc.7.f potentes potenter tormēta patiētur: cuiq; plus credit̃, Sap.6.a plus exigit̃ ab eo: propterea apponit dolorem qui apponit ſcientiā, & cōtriſtat̃ mœrore ſecundū deū: doletq; ſup delictis ſuis. Vnde & Apoſtolus ait: Et quis eſt qui læti- H ficat me niſi qui cō- 2.Cor.2.a triſtat̃ ex me? Niſi forte & hoc intelligendū ꝙ ſapiēs uir doleat tā in abdito q̃ in ꝓfundo latere ſapientiam: nec ita ſe præbere mentibus ut lumen uiſui, ſed per tormēta quædam & intolerandum laborem, iugi meditatione & ſtudio prouenire.

Cap. II.

Dixi ego in corde meo &c.) Poſtq̃ in multitudine ſapientiæ & adiectione ſciētiæ, laborē & dolorē eſſe deprehēdi: & nihil aliud niſi caſſum & ſine fine certamē: trāſtuli me ad læticiā ut luxu fruerer: cōgregarē opes, diuitijs abundarē, & perituras uoluptates caperē anteq̃ morerer. Sed & in hoc uanitatē meā ipſe perſpexi, dū præterita uoluptas pręſentē nō iuuat, & exhauſta nō ſatiat. Non ſolū autē corporalis læticia, ſed etiā ſpūalis eſt tētatio poſſidēti, ut indigeā corripiente ſtimulo & angelo ſatanæ q̃ me colaphizet ne hinc eleuer. Vnde & Salomon: 2.Cor.12.b Diuitias, inquit, & paupertatē ne dederis mihi. Sta- Pro.30.b timq́; ſubdidit: Ne forte ſatiatus mēdax fiā: & dicā, quis me conſpicit? Siquidē & diabolus per bonorū abundantiā cōcidit. Vnde & in Apoſtolo ſcriptum eſt: Ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat dia- 1.Timo.3.b boli: id eſt, in tale iudicium, in quo etiā diabolus incidit. Sed & hoc poſſumus dicere, propterea nunc læticiā ſpiritualē, ſicut & cætera, uanitatē pronūciari; quod per ſpeculū eam uideamus & in ænigmate. Cū



A te. Cum autem facie ad faciē fuerit reuelata; tunc eā
1.Cor.13.d nequaq̃ uanitatem, ſed ueritatē uocari. a ¶Riſui dixi amentiam, & iocunditati quid hoc facis?) Vbi nos amentiā legimus, in Hebræo habet מְהוֹלָל, quod Aquila πλάνησιν, id eſt, errorem: Symmachus θόρυβον, hoc eſt, tumultum interpretati ſunt. Lxx. uero & Theodotio, ſicut ĩ pluribus locis, ita & ĩ hoc quoq; cōcordāt & trāſtulerunt περιφοράν, quam nos uerbū de uerbo exprimētes, circūlationem poſſumus dicere.
Ephe.4.c Quomodo igitur hi qui circūferunt̃ omni uēto doctrinę inſtabiles ſunt, & in diuerſa fluctuant; ſic qui illo riſu cachinnant, quem dominus in
Luc.6.d euangelio fletu dicit mutandum, errore ſeculi raptantur & turbine; non intelligentes ruinam peccatorum ſuorum, neq; præterita uitia plangentes, ſed putantes breuia bona eſſe perpetua, & in his exul-
B tantes quæ magis digna ſunt plāctu. Poteſt hoc & de hæreticis accipi; qui falſis dogmatibus acquieſcētes, læta ſibi & proſpera repromittunt. b ¶Conſideraui in corde meo ut traherem in uino carnem meam; & cor meū &c.) Volui uitam meam tradere delicijs, & carnem meam ab omnibus curis liberare; & quaſi uino ſic uoluptate ſopire; ſed cogitatio mea & ratio naturalis quā etiā peccatoribus deus autor inſeruit; retraxerunt me & deduxerunt ad ſapientiam requirendam ſtulticiamq́; calcandam; ut uiderem quid nā illud eſſet boni quod homines in uitæ ſuæ poſſint agere curriculo. Eleganter autem uoluptatem ebrietati comparauit. Siquidē ebrietas euertit animi uigorē; quam qui potuerit ſapientia cōmutare, & (ut in quibuſdam codicibus habetur) obtinere; is poterit ad ſcientiā rei iſtius peruenire, quid in hac uita appetendū ſit, quidue uitandum. c ¶Magnificaui opera mea &c.) Vſq; ad eum locū in quo ait: Sapiētis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat. Anteq; de ſingulis diſſerā, uidet̃ mihi utile breui cuncta ſermone cōprehendere; & quaſi in unū corpus ſenſum redigere; ut poſſint facilius intelligi illa quæ dicuntur. Omnia quæ putātur in ſeculo bona, quaſi rex & potens habui. Aedificaui mihi in excelſum palacia; uitibus montes colleſq; conſeui. Et ne quid deeſſet ad luxum, hortos mihi pomariaq; plātaui; diuerſas arbores inſtituēs; quas collectæ in unū piſcinæ aquæ deſuper irrigarent, ut longius uiror humore perpeti nutriretur. Seruorum quoq; ſiuę emptorū ſiue uernaculorum mihi fuit innumerabilis multitudo; & quadrupedū C greges multi, boum ſcilicet & ouium quantum nullus ante me rex habuit in Hieruſalem. Sed & theſauri argenti & auri innumerabiles condebantur; quos mihi diuerſorum regum munera & gentium tributa cōtulerāt.

a Riſui dixi amētiā: & iocunditati, quid hoc facis?
b Cōſideraui in corde meo, ut traherem in uino carnē meā: & cor meum deduxit me in ſapientiā: ut obtinerem ſtulticiā donec uiderem quid eſſet bonū filijs hominū quod facerēt ſub ſole numero dierum
c uitę ſuę. Magnificaui opera mea: ædificaui mihi domos: plantaui mihi uine-
d as. Feci mihi hortos & pomaria

Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Cogitaui in corde meo abſtrahere à uino carnē meā, ut animū meū transferrem ad ſapientiam, deuitarēq; ſtulticiā, donec uiderem quid eſſet utile filijs hominum: quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum uitæ ſuæ. Magnificaui opera mea. Aedificaui mihi domos, & plantaui uineas, feci hortos & pomeria

Vnde & accidit, ut ex nimijs opibus ad maiores delicias prouocarer; & muſicarum artiū chori, mihi tybia, lyra, uoce concinerent; & uterq; ſexus in conuiuijs miniſtraret; ſed q̃to iſta creſcebant, tāto ſapientia deerat. Nam in quācunq; uoluptatem me Cupido traxiſſet, infrenis ferebar & præceps; putabāq; hūc eſſe fructum laborum meorū, ſi ipſe in libidine luxuriaq; cōſumerer. Tādem in me reuerſus, & quaſi de graui ſomno euigilans, aſpexi ad manus meas; & opera mea plena uanitate, plena ſordibus, plena ſpiritu erroris intuitus
D. ſum. Nihil enim quod in mundo putabatur bonū, bonum potui reperire. Reputās igitur quæ eſſent ſapientiæ bona, & quæ ſtulticiæ mala, cōſequenter in laudem illius hominis erupi, qui poſt uitia ſe refrenans, uirtutū poſſit eſſe ſectator. Magna quippe diſtantia eſt inter ſapientiam & ſtulticiam; & quantum dies diſtat à nocte, tantum uirtutes à uitijs ſeparantur. Videtur mihi itaq; qui ſapientiam ſequitur, oculos in cœlum ſemper erigere, & in ſublime eos habere ſurrectos; eaq; quæ ſupra ſuū ſunt uerticem cōtemplari. Qui uero ſtulticiæ & uitijs deditus ſit, uerſari in tenebris & in rerum ignorātia uolutari. Magnificaui opera mea &c.) Magnificat opera ſua, qui iuxta imaginē conditoris in ſuperna ſuſtollitur. Et ædificat domos, ut ueniant pater & filius & ſpiritus ſanctus, & habitent in eis. Et plantat uineas, ad quas Ieſus ligat aſinam ſuam. d ¶Feci mihi hortos & pomaria: plantaui in illis lignū &c.) In domo diuitis non ſolum aurea uaſa ſunt & argē- 2.Timo.2.c tea, ſed & lignea & fictilia. Fiunt igitur & horti propter imbecilliores quoſq; & infirmos. Nā qui infir- Roma.14.d mus eſt, holeribus ueſcitur. Plantantur arbores, nō om̃es fructiferæ, ut in Latinis codicibus habemus, ſed omnis fructus: hoc eſt diuerſarum frugum atq; pomorum; quia diuerſæ ſunt gratiæ in eccleſia: & alius eſt oculus, alius manus, alius pes; & quæ uerecundiora noſtra ſunt, his maiorem honorē circūdamus. Inter quas frugiferas arbores æſtimo tenerę primatum lignū uitæ, quod eſt ſapiētia. Niſi enim in medio illa plantetur, ligna cætera ſiccabuntur. Feci

E a ¶Feci mihi piſcinas aquarũ &c.) Ligna ſaltuum, ligna ſyluarũ, quæ nõ ſunt frugifera, quæ poma nõ afferunt: aluntur non imbre cœleſti, non ſupernis aquis, ſed his quæ in piſcinas de riuulis colligũtur. Nam & Aegyptus humilis & iacens, quaſi hortus holerũ, terrenis & de Aethiopia uenientibus aquis irrigatur. Terra uero repromiſſionis quæ mõtuoſa eſt & erecta, tẽporaneã & ſerotinã pluuiam expectat de cœlo. b ¶Mercatus ſum mihi ſeruos &c.) Si uolumus Eccleſiaſten, ut ſupra diximus, etiam nũc ad Chriſti referre ꝑſonã: poſſumus ſeruos eius dicere, qui habent ſpiritũ timoris in ſeruitute: & ſpũalia magis deſiderant, ꝙ teneant. Ancillas uero eas animas appellare,

F quæ adhuc corpori terræq́ ſunt deditæ. Vernaculos quoq́ illos qui ſunt quidẽ de eccleſia: & ſeruos & ancillas de ꝗbus diximus antecedũt: necdũ tñ libertate donati ſunt, nec nobilitate à dño. Sunt aũt & alij in familia eccleſiaſtæ, ad inſtar boum & ouiũ, propter opera & ſimplicitatem: qui abſq́ ratione & ſcientia ſcripturarũ laborant quidẽ in eccleſia, ſed necdũ ad id peruenere, ut homines eſſe mereantur, & redeant ad imaginem cõditoris. Diligentius nota, quod in ſeruis & ancillis & uernaculis multitudo nõ additur: In bobus uero & ouibus dicit̃, poſſeſſio armenti & ouiũ multa fuit mihi. Plura quippe in eccleſia armẽta ꝙ homines ſunt: plures oues ꝙ ſerui, ancillæ atq́ uernaculi. Illud uero quod in fine dicitur: c ¶Super omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ.) Non ad grandem gloriã pertinet Salomonis, uno patre ſuo rege ſe ditiorẽ fuiſſe: quia ſub Saule necdũ regnabatur in Hieruſalem: & à Hiebuſæis qui ipſi urbi inſederant tenebatur. Altius itaq́ tractandũ quæ ſit Hieruſalem: & quomodo Eccleſiaſtes ante omnes qui ſe præceſſerũt reges in Hieruſalẽ ditior fuerit. d ¶Cõgregaui mihi argentũ &c.) Argentũ & aurum ſemper ſcriptura diuina ſuper ſermone ponit & ſenſu. Vnde & in ſexageſimoſeptimo pſalmo: columba quæ interpretat̃ in ſpũ, propter manifeſtiora & uiſui expoſita, alas deargentatas habet: occultiorem uero intrinſecus ſenſum, in auri pallore operit. Regum autẽ ſubſtantias & prouinciarũ ſiue regionum, in credentiũ cõgregauit eccleſiã: illorũ re-

maria: plantaui in illis lignum omne fructiferum. a Feci mihi piſcinas aquarũ ad irrigandum ex eis ſaltum germinantem ligna. b Mercatus ſum mihi ſeruos & ancillas, & uernaculi fuerunt mihi: & quidem poſſeſſio armenti & c ouiũ multa fuit mihi. Sũper omnes qui fuerũt ante me in Hieruſalem. Con d gregaui mihi argẽtũ & aurum & ſubſtãtias regũ & prouinciarũ. Feci mihi cantores & cantatrices: & delicias filiorũ hominũ: miniſtros uini & miniſtras.

Et ma

meria, & cõſeui ea cũcti generis arboribus, & extruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſyluam lignorum germinãtium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multamq́ familiam habui, armenta quoque & magnos ouium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem. Coaceruaui mihi argẽtum & aurum, & ſubſtantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, cyphos & urceolos in miniſterio ad uina fundenda:

& ſuper

G gum, de quibus pſalmiſta canit. Aſtiterũt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum. (Pſal. 2. a) Illarũ quoq́ regionum, in quas oculos eleuare ſaluator præcepit: quia iam candeant ad metendum. Poſſunt regũ ſubſtantiæ, & philoſophorũ dici dogmata & ſcientiæ ſeculares: quas eccleſiaſticus uir diligenter intelligens, apprehẽdit ſapientes in aſtutia eorum, & perdit ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentiũ reprobat. Cantores quoq́ & cantatrices, illi uel illæ ſunt, qui pſallunt ſpiritu, pſallunt & mente. Cantator quaſi uir & robuſtus & ſpiritualis de altioribus canit. Cantatrix uero adhuc quaſi circa materiam uolutatur, quam Græci ὕλην uocãt: nec poteſt uocem ſuã in ſublime tollere.

H Vbicunq́ ergo in ſcripturis fœmina legitur & ſexus fragilior, ad materiæ intelligentiam transferamus. Vnde & Pharao non uult maſculos uiuificari, (Exo. 1. c) ſed tantum fœminas quæ materiæ ſunt uicinæ. Et econtrario nullus ſanctorum niſi perraro fœminas genuiſſe narrat̃. Solusq́ Salphaath qui in peccatis mortuus eſt, (Nume. 27. a) omnes filias genuit. Iacob inter (Gene. 30. d) duodecim patriarchas, unius filiæ pater eſt: & ob ipſam periclitatur. Deliciæ quoq́ filiorum hominũ ſuper ſapientia intelligendæ, quæ ad inſtar paradiſi habet poma uaria & multiplices uoluptates. Et de ipſa præcipitur: Delectare in domino, & dabit tibi (Ibi. 35. b) petitiones cordis tui. Et in alio loco: Torrente uo- (Pſal. 36. a) luptatis tuæ potabis eos. Nam & de uini fuſoribus & uini fuſitricibus: ad diſtinctionem quippe nunc maſculini generis, fœmino genere uolui declinare, quod Latius ſermo nõ recipit: aliud multo quàm in promptu eſt, Aquila interpretatur: Non enim homines uiros uidelicet & fœminas, ſed uaſculorum ſpecies nominauit, κυλίκιαν καὶ κύλικα uocans, quod Hebraice dicitur שִׁדּוֹת & שִׁדָּה. Denique Symmachus, licet uerbum non potuerit exprimere de uerbo, ab hac opinione non longe eſt, dicens menſurarum ſpecies & appoſitiones. Siue igitur urceos, ſiue cyphos, ſiue crateres qui in miniſterijs ordinantur, auro gemmiſq́ diſtinctos, Salomonem habuiſſe credendum eſt: & quod ex uno τῷ κύλικι, id eſt, cratere: alijs κυλικίοις minoribus ſcilicet uaſculis hauriretur: & per miniſtrorum ma-

nus



A nus potantium uinum turba ſuſciperet. Quia igit̃ Eccleſiaſten interpretamur in Chriſto, & ſapientia in cratere mixto, in Prouerbijs prætereuntes ad ſe cõuocat: Corpus domini craterem magnum debemus accipere: in quo nõ meraca diuinitas, ut in cœleſtibus fuit: ſed ꝓpter nos humanitate media temperata eſt, & per apoſtolos in minora κυλίκια, ſcyphos paruulos & crateres, ĩ toto orbe credẽtibus effuſa ſapientia eſt. a ¶Et magnificatus ſum & adieci ſapiẽtiã &c.) Magnificatũ Eccleſiaſten minime uidet̃ domino cõuenire: niſi forte ei illud aptemus: (Luc. 2. g) Proficiebat ſapientia & ætate & gratia. Et: Propter (Philip. 2. b) quod illũ deus exaltauit, & donauit illi nomen. Quod autẽ ait: b ¶Qui

B fuerunt ante me in Hieruſalem.) De his dicit ꝗ ante aduentum ſuum, congregationẽ ſanctorum & eccleſiã gubernauerũt. Si ſpiritualiter intelligimus ſcripturas ditior eſt Chriſtus omnibus: ſi tantum carnaliter, melius intelligitur ſynagoga quàm eccleſia. Tulit ergo uelamẽ (Exo. 34. g) quod fuerat poſitum ſuper uultum Moyſi: & ple- (2. Cor. 3. d) no lumine faciem eius uidere nos fecit. Porrò aſtitiſſe ſapientiam ſibi: ille ſenſus eſt, quod etiã in carne poſito ſibi permanſerit ſapientia. Qui profectũ habet in ſapientia, non ei ſtat ſapientia. Quia autem non recipit profectum, nec per momenta ſuccreſcit, ſed ſemper in plenitudine eſt: iſte dicere poteſt: Aſtat mihi ſapientia. c ¶Et omne quod poſtulauerunt oculi mei &c.) Oculi animæ & mentis intuitus, contemplationem deſiderant ſpiritualem: quam peccator ignorans, prohibet à uera iocunditate cor ſuum. Huic ſe ergo Eccleſiaſtes totum dedit, & leues tribulationes in ſeculo, æterna gloria compenſauit. Hæc enim portio noſtra eſt, præmiumq́ perpetuum, ſi hic pro uirtutibus laboremus. d ¶Et reſpexi ego ad omnia opera mea, quæ fe-

a Et magnificatus ſum & adieci ſapientiã ſuper oẽs: b Qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ, & quidẽ ſapientia mea aſtitit mihi. Et o c mnẽ quod poſtulauerunt oculi mei non tuli ab eis: nec prohibui cor meũ ab omni lætícia, quia cor meum lætatũ eſt in omni labore. Et hæc fuit portio mea ex omni labore meo. d Et reſpexi ego ad omnia opa mea quæ fecerũt manus meę, & in labore quo laborauerã faciens: Et ec e cẽ omnia uanitas & uolũtas ſpiritus. Et nõ eſt abũ f dãtia ſub ſole. Et reſpexi g egõ ut uiderem ſapientiã, errores & ſtulticiam: quia quis eſt hominũ qui poſſit ire poſt regem ante factorem ſuum? Et uidi h egõ quia eſt abundantia ſapiẽtiæ ſuper ſtulticiam: ſicut abundantia lucis ſuper tenebras.

Sapiẽtis

& ſupergreſſus ſum opibus oẽs qui ante me fuerunt in Hieruſalem. Sapientia quoq́ perſeuerauit mecum, & omnia quę deſiderauerunt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni uoluptate frueret̃, & oblectaret ſe in his quę præparauerã. Et hanc ratus ſum partẽ meã: ſi uterer labore meo. Cumq́ me cõuertiſſem ad uniuerſa opera quæ fecerãt manus meæ, & ad labores in ꝗbus fruſtra ſudauerã: uidi in oĩbus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. Tranſiui ad cõtemplandam ſapientiam: erroresq́ & ſtulticiam. Quid eſt, inquã, homo ut ſequi poſſit regẽ factorem ſuũ? Et uidi quia tantum præcederet ſapientia ſtulticiam: quãtum differt lux à tenebris.

Sapiẽtis

C cerunt manus meæ &c.) Qui cum diligentia & cautione agit uniuerſa, hic poteſt dicere: e ¶Et ecce omnia uanitas & uoluntas ſpiritus.) Quomodo in cæteris uilia cũcta reputat quæ ſub ſole ſunt, & pro uoluntatum uarietate diuerſa. f ¶Et non eſt abundantia ſub ſole.) Chriſtus ĩ ſole poſuit tabernaculum ſuum. (Pſal. 18. a) Itaq́ qui necdum ad ſolis claritatem, ordinem, conſtantiámq́ peruenit: in hoc Chriſtus nec habitare poterit nec abundare. g ¶Et reſpexi ego ut uiderem ſapientiã, errores & ſtulticiã: quia quis eſt hominum qui poſſit ire poſt regem ante factorem ſuum?) Quia in ſuperioribus uſque ad eum locum in quo ſcriptura ait: Sapientis oculi in capite eius: uno cuncta

D ſermone comprehenderam, uolens ſenſum breuiter indicare, & ob id rurſum ſecundũ Anagogen aliqua perſtrinxeram: (Anagog.) nũc iuxta illud quod cœperã exponere debeo. Multũ enim à Septuaginta interpretatione in hoc loco diuerſus eſt ſenſus. Dicit autẽ ſe poſt delicias uoluptatesq́ dãnatas, reuertiſſe ad ſapientiam perquirendam: in qua plus erroris ſtulticiæq́ repererit, quàm ueræ certæq́ prudentiæ. Non enim puto poſſe hominem tam liquido & pure ſcire ſapientiam creatoris & regis ſui, quàm ſcit ille qui conditor eſt. Itaq́ & illa quæ nouimus, opinari nos potius quàm tenere, & æſtimare magis quàm ſcire quod uerum eſt. h ¶Et uidi ego quia eſt abundantia ſapientiæ ſuper ſtulticiam, ſicut abundantia lucis ſuper tenebras.) Licet, inquit, ipſam hominum ſapientiam mixtam errore peruiderim: nec tam pure in noſtros animos illabi poſſe, quàm eſt in rege & conditore noſtro: tamen magnam etiam in eo quod eſt, differentiam inter illam & ſtulticiam eſſe cognoui: quantum poteſt diſtare dies à nocte, lumen à tenebris.

E a ¶ Sapientis oculi in capite eius,& ſtultus in tenebris ambulat &c.) Qui in perfectum uirum peruenerit,& meruerit ut caput ipſius Chriſtus ſit, oculos ſuos ſemper habebit ad Chriſtū, & eos in ſublime eleuans, nunquam de inferioribus cogitabit. Cum hæc ſe ita habeant, & inter ſapientem & ſtultū tanta diſtātia ſit, quod alter diei, alter tenebris comparetur: Ille oculos ad cœlū leuet, iſte in terram deprimat, repente mihi cogitatio iſta ſubrepſit, quare ſapiēs & ſtultus communi finiantur interitu, cur eadē plaga, idē euētus, eadem mors, pares utrunq; anguſtiæ premant. b ¶ Et dixi ego in corde meo, ſicut euentus ſtulti, ita & mihi eueniet. Et ut quid ſapiēs factus ſum ego & locutus ſum &c.) Dixi, ſapiens & ſtultus, iuſtus & impius, F æquali ſorte morientur, & om̄ia in hoc ſeculo mala, euentu ſimili ſuſtinebunt, quid ergo mihi prodeſt quod ſecutus ſum ſapientiam, & plus cæteris laboraui? Rurſus cogitans & diligenter mecum mēte pertractans, ſententiam meam uanam eſſe deprehendi. Non enim ſimiliter ſapiens & inſipiens habebūt in futuro memoriā: quando cōſummatio ueniet uniuerſitatis, & nequaq; pari exitu tenebuntur: quia hic ad refrigeria, ille perget ad pœnā. Apertius in hoc loco ſenſum Hebraicū LXX. interpretes tranſtulerūt: licet uerborū ordinē nō ſint ſecuti: καὶ ἵνα τί ἐσοφισάμην ἐγώ; περισσὸν ἐλάλησα ἐν καρδίᾳ μου, διότι ἄφρων ἐκ περισσεύματος λαλεῖ, ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα &c. id eſt: Et ut quid ſapiens factus ſum ego? tunc abundanter locutus ſum in corde meo: quoniam inſipiens ex abundantia loquitur: quoniam hoc quoq; uanitas: quia non eſt memoria ſapientis G cum ſtulto in æternum &c. Quod uidelicet priorē opinationem ſuam ſtultā eſſe conuincens, inſipienter ſe locutū eſſe teſtatus ſit & erraſſe: quia ante ſic ſenſerit. c ¶ Et odiui uitam, quia malum &c.) Si mundus in maligno poſitus eſt, & in tabernaculo iſto Apoſtolus ingemiſcit, dicens: Miſer ego homo: q̄s me liberabit de corpore mortis huius? recte odio habet omne quod ſub ſole factum eſt. Ad cōparationem quippe paradiſi & illius uitæ beatitudinē, in qua ſpiritualibus pomis & uirtutum delicijs fruebamur: nunc quaſi in ergaſtulo & carcere ſumus & ualle lachrymarū: in ſudore uultus noſtri comedentes panē. d ¶ Et odiui ego omnem laborē meum &c.) H Videtur quidem de diuitijs & opibus retractare, quod ſecūdum euangelium repentina morte ſubtracti, quaſi moriamur hærede neſciamus: utrū ſtultus an ſapiens ſit, q̄ noſtro eſt labore fruiturus. Quod Salomoni quoque accidit: nō enim ſimilē ſui habuit filiū Roboam. Ex quo intelligimus, ne filiū quidē patris hæreditate dignū eſſe, ſi ſtultus ſit. Sed mihi altius cōtemplāti, de labore uidet̄ dicere ſpirituali: quod diebus ac noctibus uir ſapiens in ſcripturis laboret & componat libros, ut memoriā ſui poſteris derelinquat, & nihilominus in manus ſtultorū ueniant: qui frequenter ſecundū peruerſitatē cordis ſui, ſemina inde hæreſeos capiāt, & alienos labores calumnient̄. Si em̄ de corporalibus diuitijs nunc Eccleſiaſtæ ſermo eſt, quid neceſſe fuit de labore & opibus dicere: Et dn̄abitur in om̄i labore meo in quo laboraui, & in quo ſapiēs factus ſum ſub ſole. Quæ em̄ ſapiētia eſt,

1. Ioan. 5. d

Roma. 7. d

Luc. 12. f

3. Reg. 12.

a Sapiētis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat. Et cognoui ego quia euentus unus eueniet omnibus eis. Et dixi b ego in corde meo: ſicut euentus ſtulti, ita & mihi eueniet, & ut quid ſapiēs factus ſum ego? Et locutus ſū in corde meo: quoniam hoc quoq; uanitas. Non enim erit memoria ſapientis cum ſtulto in æternū: eo quod ecce diebus qui ſuperuenient uniuerſa obliuio operiet: & quomodo morietur ſapi c ens cū ſtulto? Et odiui uitam, quia malū ſuper me opus quod factū eſt ſub ſole: quia omnia uanitas d & paſtio uenti. Et odiui ego omnem laborē meū quē ego laboraui ſub ſole: quia dimitto illū homini q̄ futurus eſt poſt me. Et quis ſcit utrum ſapiēs ſit, an ſtultus? & dominabitur in om̄i labore meo, quo laboraui, & in quo ſapiens factus ſum ſub ſole, ſed & hoc uanitas. Et con

Sapientis oculi in capite eius, ſtultus ī tenebris ambulat. Et didici ꝙ unus utriuſq; eſſet interitus, & dixi ī corde meo: Si unus & ſtulti & meus occaſus erit, quid mihi prodeſt ꝙ maiorem ſapientiæ dedi operam? Locutusq; cum mente mea, animaduerti quod hoc quoq; eſſet uanitas. Non enim erit memoria ſapiētis ſimiliter ut ſtulti in perpetuum, & futura tēpora obliuione cūcta pariter operiēt. Morit̄ doctus ſimiliter ut indoctus, & idcirco tæduit me uitæ meæ, uidētem mala uniuerſa eſſe ſub ſole, & cūcta uanitatem & afflictionem ſpiritus. Rurſus detestatus ſum omnem induſtriam meam qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui habiturus hæredem poſt me, quem ignoro utrū ſapiēs an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis quibus deſudaui & ſolicitus fui. Et eſt quicq; tam meū uanum? Vnde



A terrenas diuitias congregare? a ¶ Et conuerſus ſum ego &c.) Vt ſupra de incerto loquitur hærede: quia utrum ſtultus an ſapiens laboris alterius dominus futurus ſit, ignoretur. Nunc eadē quidē repetit, ſed in illo diuerſus eſt ſenſus, quod etiā ſi filio, ſi propinquo, ſi noto alicui ſubſtantiā laboresq; dimittat: nihilominus tamen in eūdem circulū res recurrat, ut alter labore alterius perfruatur: & ſudor mortui, deliciæ ſint uiuētis. Se unuſquiſq; cōſideret, & uidebit quāto libros labore cōponat: quomō ſæpe ſtilū uertat, iterum quæ digna legi ſint ſcripturus: & homini q̄ non laborauit, det partē ſuam. Quid enim ut ante iā dixi, ad opes terræ ptinent ſapiētia, & ſcientia, & uirtus: in quibus B ſe laboraſſe teſtatus eſt: cū ſapiētiæ, ſcientiæ, atq; uirtutis ſit calcare terrena. b ¶ Non eſt bonum homini, niſi quod comedit & bibit, & oſtē. &c.) Poſtquā uniuerſa tractaui, & nihil iniuſtius eſſe perſpexi, ꝙ alterius labore alterum perfrui: tūc mihi uiſum eſt hoc in rebus eē iuſtiſſimum & quaſi dei donum, ut ſuo quis labore frueretur, bibēs & comedens, & pro tempore parcens opibus congregatis. Siquidem munus dei eſt, talem uiro iuſto dari mentem, ut ea quæ curis, uigilijsq; quæſiuit, ipſe conſumat. Sicut ecōtrario, iræ dei eſt: ut peccator diebus ac noctibus opes congreget: & nequaquam eis utens, his relinquat qui in conſpectu dei iuſti ſunt. Sed & hoc, inquit, diligenter inſpiciens & uidens omnia morte finiri, uaniſſimum iudicaui. Hæc interim ſecundum literam, ne uideamur penitus ſimplicem præterire ſenſum: & dum ſpirituales diuitias ſequimur, hiſtoriæ contemnere paupertatem. Quid enim boni eſt, aut quale dei munus, uel ſuis C opibus inhiare, & quaſi ſcientem præſentē carpere uoluptatem: uel alienum laborem in proprias delicias uertere, & hoc putare donum eſſe dei, ſi alienis miſerijs & laboribus perfruamur? Bonum eſt itaq; ueros cibos & ueram ſumere potionem: quos de agni carne & ſanguine in diuinis uoluminibus inuenimus. Quis em̄ uel comedere, uel cum opus eſt parcere poteſt abſq; deo? qui præcepit ſanctum canibus non eſſe mittēdū, & docet quomodo in tempore conſeruis ſint danda cibaria, & iuxta aliū ſenſum: Inuentum mel tātum comedere, quantum ſufficit? Pulchre autem homini bono deus dat ſapientiā, & ſcientiam, & lætitiam: Niſi em̄ bonus fuerit: & mo- D res ſuos ꝓprio arbitrio ante correxerit, ſapientiā, & ſciētiam, & læticiā nō meretur, ſecūdum illud quod alibi dicitur: Seminate uobis in iuſticia: uindemiate ī fructu uitæ: illuminate uobis lumen ſciētiæ. Semināda quippe iuſticia, & uitæ fructus eſt demetendus, & poſtea ſcientię lumē poterit apparere. Vt ergo bono coram ſe dedit deus ſapientiam, & cætera: ſic peccatorem ſuo arbitrio derelinquens, fecit congregare diuitias, & hinc & inde peruerſorum dogmatum conſuere ceruicalia. Quæ cum uir ſanctus & placens deo uiderit: intelligit, quia uana ſunt, & ſpiritus pręſumptione cōpoſita. Nec mirandum quod dixerit: Peccatori dedit ſolicitudinem, & cætera. Ad illum enim ſenſum de quo ſæpe tractaui, hoc referendū eſt: Propterea datam ei eſſe ſolicitudinem ſiue diſtentionem, quia peccator fuerit: & non eſſe cauſam diſtentionis in deo, ſed in illo qui ſponte ſua ante peccauerit.

Matth. 7. d

Prou. 25. b

Oſee. 10. d

a Et cōuerſus ſum ego ut renunciarē cordi meo in omni labore meo quo laboraui ſub ſole: q̄a eſt homo cui labor eius eſt in ſapientia, & ſciētia, & uirtute: & homini qui nō laborauit, illi dabit partē ſuā. Et quidē hoc uanitas & nequitia magna. Quid em̄ fit homini in om̄i labore ſuo, & in uolūtate cordis ſui: qua ipſe laborat ſub ſole? Quia oēs dies eius dolorū & iracūdię curarūq;: & quidē nocte nō dormit cor eius, ſed & hoc uani b tas. Nō eſt bonū homini: niſi ꝙ comedit, & bibit, & oſtendit animę ſuæ bonū in labore ſuo. Et quidem hoc uidi ego, quia de manu dei eſt. Quis em̄ comedit, & quis parcit ſine illo qui homini bono corā ſe dedit ſapientiam, & ſcientiā, & læticiā: & peccāti dedit ſolicitudinē, ut augeat & congreget quæ uident̄ bona ante faciem dei. Sed & hoc uanitas & præſumptio ſpiritus.

Cap.

Vnde ceſſaui renunciauitq; cor ultra laborare ſub ſole. Nam cū alius laboret in ſapientia & doctrina & ſolicitudine homini ocioſo quæſita dimittit. Et hoc quoq; uanitas, & magnum malū. Quid em̄ proderit homini de uniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus qui ſub ſole cruciatus eſt? Cūcti dies eius doloribus & erumnis pleni ſunt nec per noctem mente requieſcit. Et hoc nónne uanitas eſt? Nónne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? Et hoc de manu dei eſt. Quis ita deuorabit, & delicijs affluet ut ego? Homini bono in conſpectu ſuo dedit deus ſapiētiam & ſcientiam & læticiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam ſuperfluam, ut addat & cōgreget & tradat ei qui placuit deo. Sed & hoc uanitas eſt, & caſſa ſolicitudo mentis.

Cap.

E

## Caput III.

OMnibus tempus eſt:& tempus omni rei ſub cœlo.)Incertum & fluctuantem ſtatum conditionis humanæ in ſuperioribus docuit: Nũc uult oſtendere omnia ſibi in mundo eſſe contraria,& nihil ſtare perpetuũ, eorũ dũtaxat quæ ſub cœlo ſunt & intra tẽpus: quia cæteræ ſubſtãtię ſpirituales, nec ſub cœlo, nec tempore cõtinentur. b ¶Tẽpus pariendi,& tẽpus moriendi &c.) Nulli dubiũ quod ortus & interitus hominum, deo notus ſit & agnitus, & idipſum eſſe parere quod plãtare: mori & quod plantatum eſt euellere. Sed qa in Eſaia legimus: A timore tuo domine concepimus & parturiuimus & peperimus: Hoc dicẽdũ, (Eſa. 26. c)

F

quod perfecto uiro partus iſte qui de timore natus eſt, cum deum amare cœperit, morietur. Perfecta quippe dilectio foras mittit timorem. (1. Ioan. 4. d) Hebræi omne hoc quod de cõtrarietate temporum ſcriptũ eſt, uſq; ad illum locũ in quo ait: Tempus belli,& tẽpus pacis, ſuper Iſraël intelligunt. Et quia non neceſſe eſt per ſingulos uerſus ponere quid interpretentur & ſentiant: perſtringã breuiter, latiorẽ diſſertionem lectoris ingenio derelinquens. Tẽpus fuit generandi & plantandi Iſraël: tempus moriendi, & ducendi in captiuitatem. Tempus occidendi eos in Aegypto, & tempus de Aegypto liberandi. Tempus deſtruendi templi ſub Nabuchodonoſor,& tẽpus ædificandi ſub Dario. Tempus flendi & plangendi euerſionem urbis,& tempus ridendi, atq; ſaltandi ſub Zorobabel, Eſdra,& Neemia. Tẽpus diſpergendi Iſraël,& tẽpus in unũ congregandi. Tempus quaſi cingulum & baltheũ circũdari deo populum Iudæorũ,& tempus ducendi eos in Babyloniã captiuitatem,& ibi cõputreſcere trans Euphraten. Lege περίζωμα Hieremiæ. Tempus quærendi illos & ſeruandi,& tempus perdendi illos & proijciendi. Tempus ſcindendi Iſraël,& tempus iterum cõſuendi. Tempus tacendi prophetas nunc in captiuitate Romana:& tempus loquendi eos, tunc quãdo etiã in hoſtili terra dei conſolatione & alloquio non carebant. Tempus dilectionis, qua eos ſub patribus ante dilexit:& tempus odij, quãdo in Chriſtum intulerũt manus. Tempus prælij, modo nõ agẽtibus eis pœnitentiam:& tempus pacis in futuro, quando intrante plenitudine gentium omnis Iſraël ſaluus erit.

G

c ¶Tempus occidendi,& tempus ſanandi.)Ei occidendi tempus eſt & ſanandi, qui ait: Ego occidam,& ego uiuificabo. (Deut. 32. f) Sanat ad pœnitentiam prouocans. Occidit, iuxta illum ſenſum: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. (Pſal. 100. b) d ¶Tempus deſtruendi,& tẽpus ædific. &c.) Nõ poſſumus ædificare bona, niſi prius deſtruxerimus mala. Idcirco ſic & Hieremiæ uerbũ à deo datũ eſt: (Hiere. 1. e) ut ante eradicaret,& ſuffoderet & pderet, & poſtea ædificaret atq; plantaret. e ¶Tempus flendi,& tẽp. rid. &c.) Nunc flendi tẽpus eſt,& in futuro ridendi. Beati enim flentes, quoniã ipſi ridebunt. (Luc. 6. d) f ¶Tẽpus plangendi, & tẽpus ſalt. &c.)

H

Idcirco corripiuntur in euangelio, quibus dñs ait: Lamentauimus uobis:& non planxiſtis: cantauimus uobis,& non ſaltaſtis. (Luc. 7. e) Plangendum eſt in præſentiarũ: ut poſtea ſaltare ualeamus, illa ſaltatione qua ſaltauit Dauid ante arcam teſtamenti,& Saulis filię diſplicẽs, (2. Reg. 6. c) magis placuit deo: quia qui in præſenti ſeculo ſua plangit peccata, ridebit potius in futuro. g ¶Tempus ſpargẽdi lapides,& tempus colligendi lapides.)Miror quomodo uir diſertiſſimus rem ridiculam in hoc loco dixerit: De deſtructione, inquiens,& ædificatione domorum Salomoni ſermo eſt, quod homines nunc deſtruant, nunc ædificent: alij congregent lapides ad ædificia conſtruenda: alij quæ extructa ſunt, deſtruant: ſecundum illud Horatianum: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Aeſtuat & uitę diſconuenit ordine toto. (Horatius epiſtolar.) Hoc utrum recte, an perperam dixerit, lectoris arbitrio derelinquo. Nos prioris explanationis ſequamur ordinem: Tempus ſpargendorum & congregãdorum lapidum eſſe dicẽtes, iuxta illud quod in euangelio ſcriptum eſt: Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. (Matth. 3.) Quod tempus fuerit gentilis populi diſpergẽdi:& tẽpus rurſum in eccleſiam congregandi: legi in quodã libro iuxta Lxx. tamen interpretes: qui dixerunt, tempus mittendi lapides, & tẽpus colligendi: ſæueritatem legis antiquæ euãgelij gratia temperatam. Lex quippe rigida, imbenigna, non parcens, peccantem interficit. Euangelij gratia miſeretur,& ad pœnitentiam prouocat. Et hoc eſſe tempus mittendorũ lapidum ſiue congregandorum,

### Cap. III.

a OMnibus tẽpus eſt: & tempus omni rei b ſub cœlo. Tempus pariẽdi,& tempus moriendi. Tempus plantandi,& tẽpus euellendi quod plan- c tatum eſt. Tempus occidendi,& tempus ſanan- d di. Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi. Tẽ- e pus flendi,& tempus ri- f dẽdi. Tempus plãgendi, & tempus ſaltandi. Tem- g pus ſpargendi lapides,& tempus colligendi lapides.

Tẽpus am

### Cap. III.

OMnia tẽpus habẽt,& ſuis ſpacijs tranſeunt uniuerſa ſub cœlo. Tẽpus naſcendi:& tẽpus moriendi. Tempus plantandi:& tempus euellendi quod plantatum eſt. Tempus occidẽdi,& tempus ſanandi. Tempus deſtruendi,& tempus ædificandi. Tempus flendi,& tempus ridendi. Tempus plangẽdi,& tempus ſaltandi. Tempus ſpargendi lapides,& tempus colligendi.

Tẽpus am



A

gandorum, quod lapides mittantur in lege, colligãtur in euangelio. Hoc utrum uere dictum ſit an falſo, ſuo imputetur autori. a ¶Tempus amplexandi,& tempus longe fieri ab amplexu.) Iuxta ſimplicem intelligẽtiam manifeſtus eſt ſenſus, Apoſtolo in eadem uerba cõgruẽte: nolite fraudare inuicem, niſi forte ex cõſenſu ad tempus, ut uacetis orationi: (1. Cor. 7. a) liberis dãdam operã,& rurſum continentiæ. Vel quod tempus fuerit amplexandi, quando uigebat illa ſententia: Creſcite & multiplicamini,& replete terrã. (Gene. 1. d) Et tempus procul à complexu fieri, quando ſucceſſit tẽpus quod in anguſto eſt: Supereſt ut & qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant. (1. Cor. 7. e) Si autem uoluerimus ad altiora conſcendere, uidebimus ſapientiam amplexari amatores ſuos.

B

Honora quippe, ait, eam:& amplexabitur te: intraq; ulnas ſuas & gremium ſtrictiori tenebit complexu. (Prou. 4. b) Porrò quia nõ poteſt humanus animus ſemper in ſublime tendi,& de diuinis & altioribus cogitare: nec iugiter eſſe in contemplatione rerum cœleſtium, ſed interdum neceſſitatibus corporis indulgere: propterea tempus eſt amplexandi ſapientiam,& eam ſtrictius continendi,& tempus relaxãdi mentem ab intuitu complexuq; ſapientiæ, ut curæ corporis & his quibus uita noſtra abſq; peccato indiget ſeruiamus. b ¶Tempus acquirendi,& tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi,& tẽpus proijciendi.) Sub diuerſis ſermonibus, idem nunc qui ſupra ſenſus eſt, in eo quod ait: Tempus deſtruendi,& tempus ædificandi. Ac deinde: c ¶Tempus ſcindendi,& tempus conſuendi.) Quomodo enim ſynagoga deſtruitur, ut ædificetur eccleſia:& à lege fiunt ſciſſiones, ut euangelia cõſuantur, quod euangeliſtæ ſinguli perpetrarunt, de lege & prophetis aduẽtus dominici teſtimonia cõſuentes, ita & tempus fuit quærendi & cuſtodiendi Iſraël: tempus perdendi & proijciendi illum. Vel certe tempus quærendi populum ex gentibus,& tempus perdendi populum Iudæorum: Tempus cuſtodiendi credentes ex nationibus,& tempus abijciendi incredulos ex Iſraël. d ¶Tempus tacendi,& tempus loquendi.) Pythagoricos reor: quorum diſciplina eſt tacere per quinquennium, & poſtea eruditos loqui: hinc originem ſui traxiſſe decreti. Diſcamus itaq; & nos prius non loqui, ut poſtea ad loquendum ora reſeremus. Sileamus certo tempore, ad præceptoris eloquia pẽdeamus. Nihil nobis uideatur rectum eſſe, niſi quod diſcimus, ut poſt multum ſilentium, de diſcipulis efficiamur magiſtri.

C

Nunc uero pro ſeculorum quotidie in peius labentium uitio, docemus in eccleſijs quod neſcimus. Et ſi cõpoſitione uerborũ, uel inſtinctu diaboli qui fautor errorum eſt, plauſus populi excitauerimus, contra conſcientiam noſtram ſcire nos arbitramur, de quo alijs potuimus perſuadere. Omnes artes abſq; doctore non diſcimus: ſola hæc tam uilis & facilis eſt, ut non indigeat præceptore. e ¶Tẽpus amandi,& tempus odiẽdi.)Tempus amandi poſt deum, liberos, uxorem, propinquos:& tempus odiẽdi eos in martyrio: cum pro Chriſti confeſſione rigidos pietas oppugnat inimica.

D

Vel certe tempus amandi legem,& ea quæ à lege fuerant imperata, circunciſionem, hoſtias, ſabbatũ, neomenias:& tempus odiẽdi ea, euangelij gratia ſuccedente. Necnõ & hoc dici poteſt: Quoniam nunc per ſpeculum uidemus & in ænigmate, (1. Cor. 13. d) tempus eſſe præſentia diligendi,& in futurum tempus adueniet, quando cernentes facie ad faciem,& in melius proficientes, incipimus odiſſe & deſpicere quod amauimus. f ¶Tempus belli,& tempus pacis.)Quàm diu in præſenti ſeculo ſumus, tempus eſt belli: cum autem migrauerimus de hoc ſeculo, pacis tempus adueniet. In pace eñ eſt locus dei:& ciuitas noſtra Hieruſalem, de pace ſortita uocabulum eſt. (Pſal. 75. a) Nemo ergo ſe nunc putet eſſe ſecurum in tempore belli: ubi certandum eſt,& apoſtolica arma tractanda, ut uictores quondam requieſcamus in pace. g ¶Quæ abundantia eſt facienti in quibus ipſe laborat. Vidi occupationem quã dedit deus &c.) Non me fugit quid à pleriſque in hoc loco dictum ſit: quod propterea deus in præſenti ſeculo etiam peruerſorum dogmatum magiſtris conceſſerit occupationem, ne mens hominis ocioſa torpeſceret,& hoc eſſe bonum quod fecit deus in tempore ſuo,& nihilominus nequire eos naturam & rerum ſcientiam comprehẽdere. Mihi uero ab Hebræo qui me in ſcripturis erudiuit, ita expoſitum eſt. Cum omnia ſuo labãtur tempore,& ſit tempus deſtruendi & ædificandi, flendi atque ridendi, tacendi atque loquendi:& cætera quæ dicta de tẽpore ſunt: quid fruſtra conamur & tendimus,& breuis uitæ labores pu

a Tempus amplexandi,& tempus longe fieri ab am- b plexu. Tẽpus acquirẽdi,& tempus perdendi. Tẽ- pus cuſtodiendi,& tem- c pus proijciẽdi. Tempus ſcindendi,& tempus con- d ſuendi. Tempus tacẽdi,& e tempus loquendi. Tẽpus amandi,& tempus odien- f di. Tempus belli,& tem- g pus pacis. Quæ abũdantia eſt facienti in quibus ipſe laborat. Vidi occupationem quã dedit deus filijs

Tempus amplexandi,& tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi,& tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi,& tẽpus abijciendi. Tempus ſcindendi,& tempus conſuendi. Tempus tacendi,& tempus loquendi. Tempus dilectionis,& tempus odij. Tempus belli,& tẽpus pacis. Quid habet amplius homo de labore ſuo? Vidi afflictionem quam dedit deus filijs

E res putamus eſſe perpetuos? Nec cõtenti ſumus ſecundum euangelium, malicia diei: nihilq; in craſti-
Matth.6.d num cogitemus. Quid enim poſſumus habere in hoc ſeculo amplius laborando: in quo id tantum à deo hominibus datum eſt, ut alius alia ſectando haberet, in qbus erudiri & exercere ſe poſſet. Deus enim om̃e quod fecit, bonum eſt, ſed bonũ in tẽpore ſuo. Bonum eſt uigilare atq; dormire: nec tamen ſemper uigilare aut dormire bonum eſt: quia uiciſſim iuxta diſpoſitionẽ dei bonũ eſt, unũquodq; cũ opus eſt. Dedit quoque deus mundum ad inhabitandum hominibus, ut fruantur uarietatibus tẽporũ, & non quærant de cauſis rerũ naturaliũ quomodo creata ſint oĩa:
F quare hoc uel illud ab initio mũdi uſq; ad conſummationem fecerit creſcere, manere, mutari. a ¶Cognoui quia non eſt bonum, niſi lætari & facere bonum in uita ſua. Et quidem omnis homo qui comedit, & bibit, & oſtendit &c.) Propterea colonus & hoſpes mundi homo datus eſt, ut breui uita ſua fruatur tempore & ſpe prolixioris ætatis abſciſa, cuncta quæ poſſidet quaſi ad alia profecturus aſpiciat, & quod poteſt bene faciat in uita ſua: nec fruſtra ob congregandas opes, cogitationibus torqueatur. Neq; ſe putet plus de ſuo labore lucrari poſſe, quàm cibum & potũ, & ſi quid de opibus ſuis in bonis operibus expenderit: hoc ſolum donum dei eſt. Ex quibus non, ut quidam æſtimant, ad luxuriam, & delitias, & ad deſperatio-
Eſa.22.d nem, ſecundum illud Eſaiæ: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur: inſtar animalium prouo-
1.Tim.6.b camur, ſed ſecundũ Apoſtolum: Habentes uictum & ueſtitum, his contenti ſimus, & quicquid ſupra habere poſſumus, in pauperibus nutriẽdis & egentium largitione conſumamus. Porrò quia caro domini, uerus eſt cibus: & ſanguis eius, uerus eſt potus, iuxta ἀναγωγὴν, hoc ſolum habemus in præſenti ſeculo bonum: ſi ueſcamur carne eius, cruoreq; potemur: non ſolum in myſterio, ſed etiam in ſcripturarum lectione. Verus enim cibus & potus qui ex
G uerbo dei ſumitur, ſcientia ſcripturarum eſt. Nec putet aliquis illud quod à Balaam prophetatur: Nõ
Nume.23.c erit labor in Iacob, neq; dolor in Iſraël, huic contrarium eſſe quod muneris dei eſſe dicitur: Si quis comedat & bibat, & oſtẽdat bonum in omni labore ſuo. Multæ quippe tribulationes iuſtorum. Et de his Apoſtolus queritur,
2.Cor.11.f in labore & dolore ſudaſſe ſe dicens. Sed cũ de his nos in futuro dominus liberauerit, nõ erit labor in Iacob, neque dolor in Iſraël. Et quomodo illud legimus: Beati flen-
Luc.6.d tes: quoniam ipſi ridebunt, & riſus noſter Iob prophetantis uerba ſectabitur: ueracium os
Iob.8.d replebitur gaudio: ſic nunc labore noſtro fruimur in bo-
H nis operibus: per quem coanguſtamur & premimur, ut poſtea à labore ceſſemus. b ¶Cognoui quia omnia quæ fecit deus, ipſa erunt in æternum: ſuper illa nõ poteſt adijci, & ab illis nõ poteſt auf. &c.) Nihil eſt in mundo quod nouum ſit. Solis curſus & lunæ uices, & terræ, arborumq; ſiccitas uel uiror, cum ipſo mundo nata ſunt atque concreta. Et idcirco deus certa ratione cuncta moderatus eſt, & iuſſit humanis uſibus elementa ſeruire: ut homines hæc uidentes, intelligant eſſe prouidentiam: & timeant à facie dei, dum ex rerum æqualitate, curſu, ordine, atq; cõſtantia, intelligũt creatorem. Inuiſibilia enim dei per ea
Roma.1.c quæ facta ſunt, intellecta, cõſpiciuntur: ſempiterna quoque uirtus eius & diuinitas. Quod ſi uoluerimus priori ſenſu finito, quaſi à capite legere: Et deus fecit ut timeãt à facie eius, hic ſenſus eſt: Deus hæc omnia fecit ut timeãt homines ab eo, quod ſemel deus diſpoſuit, nec in aliud declinare. Pulchre aũt temperauit, dicens: Vt timeant à facie eius. Vul-
Pſal.33.c tus quippe domini ſuper faciẽtes mala. c ¶Quid eſt quod fuit? ipſum eſt qđ erit, & quæ futura ſunt, iam fuerunt, & deus quæret eum qui perſecutionem patitur.) Vel præterita, uel preſentia, uel futura: ipſa & ſunt, & fuerũt, & erunt uniuerſa quæ cernimus.

lijs hominũ, ut occupentur in ea. Vniuerſa fecit bona in tẽpore ſuo: & quidem ſeculum dedit in corda eorũ, ut non inueniat homo opus qđ fecit deus
a ab initio uſq; in finẽ. Cõ[a]gnoui quia non eſt bonũ, niſi lætari & facere bonũ in uita ſua. Et quidẽ om̃is homo qui comedit, & bibit, & oſtendit bonum in omni labore ſuo ex dono
b dei eſt. Cõ[b]gnoui quia omnia quæ fecit deus, ipſa erũt in æternũ: ſuper illa nõ poteſt adijci, & ab illis nõ poteſt auferri: & deus fecit ut timeãt à facie eius.
c Q[c]uid eſt qđ fuit? ipſum eſt quod erit, & quæ futura ſunt, iam fuerunt, & deus quæret eum qui perſecutionem patitur.

Et adhuc

lijs hominum, ut diſtendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore ſuo: & mũdum tradidit diſputationi eorum, ut non inueniat homo opus quod operatus eſt deus ab initio uſq; ad finem. Et cognoui quod non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in uita ſua. Omnis enim homo qui comedit & bibit: & uidet bonum de labore ſuo: hoc donũ dei eſt. Didici quod om̃ia opera quæ fecit deus perſeuerent in perpetuum. Non poſſumus eis quicquàm addere nec auferre: quæ fecit deus timeatur. Quod factum eſt ipſum permanet. Quæ futura ſunt iam fuerunt, & deus inſtaurat quod abijt.

Vidi ſub



A nimus. Sol qui nũc oritur, & anteq; eſſemus nos in mundo, fuit, & poſtq; mortui fuerimus, oriturus eſt. Solem autem nominauimus, ut ex hoc intelligamus cætera eſſe eadẽ quæ fuerũt. Quæ ſi uidentur per conditionem mortis perire, non pereunt: quia rurſum rediuiua ſuccreſcunt: & nihil in perpetuũ interit: ſed renaſcitur & quaſi cum quodam fœnore reuiuiſcit: Hoc eſt em̃ quod ait: Et deus quæret eũ qui perſecutionẽ patitur: quod Græce melius dicitur καὶ ὁ θεὸς ζητήσει τὸν διωκόμενον, id eſt, quod perijt, qđ expulſum eſt, quod eſſe ceſſauit. Si autem iſtud de cunctis quæ in mũdo ſunt, dicitur: de homine nulla dubitatio eſt quin mortuus renaſcatur. Si cui autem placet quaſi ꝓprio lege-
B re principio: Et deus quæret eum qui perſecutionem patitur: utatur hoc teſtimonio in perſecutione gentilium, ad conſolandũ eũ
2.Timo.3.e qui in martyrio perſeuerat. Et quia oẽs iuxta Apoſtolũ, qui pie uiuere uolũt in Chriſto, perſecutionẽ
Deut.32.f patiuntur habent cõſolationem: quia deus quærit
Luc.19.b perſecutionem patiẽtem: ſicut requirit ſanguinẽ in-
Ibid.15.a terfecti: & uenit quærere qđ perierat: & erroneã ouem ſuis humeris ad gregẽ reportauit. a ¶Et adhuc uidi ſub ſole locũ iudicij &c.) Manifeſtus ſenſus eſt, ſed nubilo interpretationis obuoluitur. Sub ſole (inquit) iſto ueritatẽ & iudicium exquiſiui, & uidi etiam inter iudicũ ipſa ſubſellia, non ueritatem ualere, ſed munera. Siue aliter: Arbitratus ſum aliquid iuſticiæ in præſenti ſeculo geri: uel pium nũc pro ſuo merito recipere: uel impium ꝓ ſuo ſcelere puniri: & econtrario reperi quàm putabam. Vidi enim & iuſtum multa mala hic perpeti, & impium regnare ꝓ ſcelere. Poſtea uero cum corde meo colloquens & reputãs, intellexi nõ per partes deum & per ſingulos iudicare, ſed in futurum tempus reſer-
2.Cor.5.b uare iudicium: ut omnes pariter iudicẽtur, & ſecundum uoluntatem & opera ſua ibi recipiãt. Hoc eſt em̃ quod ait: Et tẽpus omni uolũtati, & ſuper omne factum ibi, id eſt, in iudicio quãdo dominus cœperit iudicare, tunc futura eſt ueritas: nunc iniuſticia dominatur in mundo. Tale quid & in ſapiẽtia quæ
C filij Syrach inſcribitur, legimus: Ne dixeris, quid
Eccli.39.c eſt hoc, aut quid eſt iſtud: omnia enim tempore ſuo requirentur. b ¶Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis: quia ſeparat illos deus, ut oſtendat, quia ipſi iumenta ſunt: ſiue quia euentus filiorum hominum & euẽtus pecoris, euẽtus unus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & ſpiritus unus omnibus, & amplius homini &c.) Non mirandum eſt in præſenti uita inter iuſtum & impium nullam eſſe diſtantiam, nec aliquid uirtutis ualere, ſed incerto euentu omnia uolutari: cum etiã inter pecudes & homines ſecundum corporis qualitatẽ nihil differre uideatur: & ſit eadem naſcendi cõditio: ſors
D una moriẽdi: ſimiliter procedamus ad lucem, ęque diſſoluamur in puluerem. Si autem uidetur hæc eſſe diſtantia, quod ſpiritus hominis aſcendat in cœlum, & ſpiritus pecoris deſcendat in terram: quo iſtud certo autore cognouimus? Quis poteſt noſſe utrũ uerum an falſum ſit quod ſperatur? Hoc autem dicit, non quod animã putet perire cum corpore, uel unum beſtijs & hominũ præparari locũ: ſed quod ante aduẽtum Chriſti omnia ad inferos pariter du-
Gene.37.g cerentur. Vnde & Iacob ad inferos deſcenſurum ſe
& 44.g dicit. Et Iob pios & impios in inferno queritur re-
Iob.7.b tentari. Et euangelium: Chaos magnum interpoſi-
& 17.d tum apud inferos, & Abraham cũ Lazaro, & diui-
Luc.16.g tem in ſupplicijs eſſe teſtatur. Et reuera anteq; flã-
Gene.3.d meam illam rotam & igneam romphæã ad paradiſi fores, Chriſtus cũ latrone reſeraret: clauſa erant cœleſtia, & ſpiritus pecoris hominiſq; æqualis uilitas coartabat. Et licet aliud uideretur diſſolui, aliud reſeruari: tamen nõ multum intererat perire cum corpore, uel inferni tenebris detineri. Recurramus ad ſingula, & comatico genere dicẽdi, iuxta ordinem ſuũ breuiter diſſeramus. Dixi ego in corde meo de eloquio filiorũ hominum, ut eligeret eos deus. Hoc ſolum (inquit) inter homines & iumenta deus eſſe uoluit: quia nos loquimur, illa ſunt muta: nos uolũ-

a Et adhuc uidi ſub ſolẽ[a] locũ iudicij, ubi impietas, & locũ iuſticiæ, ubi iniquitas. Dixi ego ĩ corde meo: Iuſtum & impium iudicabit deus: quia tempus eſt omni uoluntati ſuper omne factũ ibi. Dixi ego
b in c[b]orde meo de loquela filiorum hominis: quia ſeparat illos deus, ut oſtendat, quia ipi iumẽta ſunt: ſiue quia euẽtus filiorum hominum & euentus pecoris, euẽtus unus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & ſpũs unus oĩbus & amplius homini à pecore nihil eſt: quia omnia uanitas. Om̃ia uadunt ad locũ unũ: omnia facta ſunt de humo: & omnia reuertent ad humũ.

Quis

Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatẽ, & in loco iuſticiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: Iuſtum & impium iudicabit dominus, & tempus omnis rei tũc erit. Dixi in corde meo de filijs hominum, ut probaret eos deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Idcirco unus interitus eſt hominis & iumentorum, & æqua utriuſq; conditio. Sicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta ſubiacent uanitati, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta ſunt: & in terram pariter reuertuntur.

Quis

E tatem ſermone proferimus, illa torpent ſilentio. Et cum tantum ſermone differamus à beſtijs: tamen oſtenditur nobis quod iuxta corporis fragilitatem pecora ſumus. Sicut iumentum moritur, ita moritur & homo;& unus omnibus flatus eſt, & aër iſte quo alimur. Hoc em̃ ait: Et ſpiritus unus omnibus: & amplius homini à peccore nihil eſt. Qđ ne putaremus dici etiam de anima, intulit: Omnia facta ſunt de terra, & reuertentur in terrã. De terra autem nihil aliud niſi corpus factum eſt. Et ſignãter de cor-
Gene.3.d pore dicitur; Terra es, & in terram reuerteris. Quod autẽ uidetur eſſe blaſphemum; Quis cognoſcit, ſpiritus filiorum hominũ, ſi aſcendat ipſe ſurſum;& ſpiritus iu-
F menti ſi deſcendat ipſe deorſum ĩ terram? non inter pecudes & hominem ſecundum animæ dignitatem nihil intereſſe cõtendit; ſed adijciendo, quis, difficultatem rei uoluit demõſtrare. Pronomen enim, quis, in ſcripturis ſan-
Eſa.53.c ctis nõ pro impoſſibili; ſed ꝓ difficili ſemper accipitur. Vt ibi; Generationem eius quis enarrabit? Et in pſalmo quartodecimo: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & in mõte ſancto tuo, & cætera quæ ſequuntur: Et in Hieremia, licet in Hebræo
Hiere.17.b aliter ſit; Et homo eſt, & quis cognoſcet eum? Inter homines igitur & beſtias hæc ſola eſt differentia, quod ſpiritus hominis aſcẽdit in cœlum, & ſpiritus iumenti deſcendit in terram & cum carne diſſoluitur; ſi tamen huius rei uir aliquis eccleſiaſticus, & diſciplinis cœleſtibus eruditus: & quaſi dubiæ rei certus aſſertor ſit. Hæc interim iuxta literã. Quantum autem ad ſpiritualem intelligentiam pertinet
Pſal.35.b quoniam homines & iumenta ſaluos faciet domi-
Ibid.72.d nus. Et in alio loco: Vt iumentum ſum (inquit) apud te;& ego ſemper tecum. Et in omnibus prophetis, homines & pecora in Hieruſalem ſaluanda dicuntur, & impleri terram repromiſſionis pecoribus & armentis; Quis ſcit utrum ſanctus qui hominis appellatione dignus eſt, aſcendat in cœlum;& utrum peccator, qui iumẽtum uocatur, deſcendat in terram? Fieri em̃ poteſt utrunq; pro incerto uitæ huius & lubrico ſtatu: ut & iuſtus concidat, & peccator reſurgat;& nõnunq; euenit, ut ra

Quis ſcit, ſpiritus filiorũ hominis ſi aſcendat ipſe ſurſum, & ſpiritus pecoris ſi deſcẽdat ipſe deorſum ĩ
a terrã? Et uidi quia nõ eſt bonũ niſi quod lætetᷣ homo ĩ opere ſuo; quia hæc eſt pars eius. Quis em̃ adducet eũ ut uideat id qđ futurum eſt poſt ipſum?

Caput IIII.

b ET cõuerti ego;& uidi uniuerſas calũnias quæ fiunt ſub ſole, & ecce lachrymæ eorũ qui calũnias ſuſtinẽt, & nõ eſt qui cõſoletur eos, & in manibus calũniãtiũ eos fortitudo, & nõ eſt eis cõſolator.

Et lau

Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumentorũ deſcẽdat deorſum? Et deprehendi nihil eſſe melius, quàm lætari hominem in opere ſuo, & hanc eſſe partem illius. Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat?

Cap. IIII.

VErti me ad alia, & uidi calumnias, quæ ſub ſole gerunt̃, & lachrymas innocentium, & neminem cõſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum uiolentiæ cunctorum auxilio deſtitutos.

Et lauda

tionabilior & eruditus in ſcripturis, ideſt, homo nõ G circunſpecte & ut ſcientiæ ſuæ dignum eſt, uiuat, & deducatur ad inferos;& ſimplicior quiſq; atq; ruſticior, qui iumẽtum hominis comparatione dicatur, melius uiuat, & martyrio coronetur; ac paradiſi ſit colonus. a ¶Et uidi quia non eſt bonum &c. ut uideat id quod futurum eſt poſt ipſum?) Pro eo quod nos poſuimus: Vt uideat id quod futurũ eſt poſt ipſum; apertius interpretatus eſt Symmachus dicens; Vt uideat antea que futura ſunt poſt hæc. Nihil eſt ergo bonum in uita iſta, niſi quod lætatur homo in opere ſuo faciens eleemoſynã: & futuros ſibi theſauros in regno cœlorum præparans. Hanc ſolã habemus portionem, H quam nec fur, nec latro ualet nec tyrãnus auferre, & quę nos poſt mortem ſequatur. Nec enim poſſumus cũ hæc uita fuerit diſſoluta; rurſum noſtris laboribus perfrui, aut ſcire quæ futura ſint in mundo poſtea. Aliter ſuperiori errore turbatus quod putarẽ nihil intereſſe inter homines & beſtias, in hanc ſententiã praua opinione deductus ſum; ut nihil aliud dicerẽ boni, niſi pręſentem carpere uoluptatẽ. Neq; enim cũ ſemel nos diſſoluiſſet interitus poſſe his perfrui, à quibus recederemus ingrati. Alij de hoc quod ait; Quis enim adducet eum ut uideat ea quæ ſunt futura poſt ſe; ad illam intelligentiam retulerunt, ut dicerent; melius eſſe ſuis hominẽ laboribus perfrui: quia hoc ſolum de ſubſtantia ſua poſſet auferre. Cũ enim mors uenerit, neſcire quali ſit hærede moriturus; utrũ dignus an indignus ſuis opibus perfruat̃.

Caput IIII.

ET conuerti ego, & uidi uniuerſas calumnias quæ fiũt ſub ſole, & ecce lachrymæ eorum qui calumnias ſuſtinent, & non eſt qui conſoletur eos & in manibus calumniantium &c.) Poſt hanc cogitationem, illuc mentem meam oculoſq; cõuerti, ut uiderem calumniatores & calũniam ſuſtinentes. Et ecce hi qui iniuſte à potentioribus opprimũtur lachrymis quas ſolum habere in calamitatibus licet, rei inuidiã ꝓteſtantes, cõſolatorẽ nõ queunt inuenire; Et quo maior miſeria ſit & ĩcõſolabilis dolor: calũniatores uident in ſuis iniquitatibus fortiores.

Et hæc



A Et hæc eſt cauſa quod non ualeant conſolari. Plenius hunc locum in pſalmo ſeptuageſimoſecundo Dauid, & Hieremias in ſuo uolumine exquirunt. a ¶Et laudaui ego mortuos qui iam mortui ſunt ſuper uiuẽtes &c.) Ad comparationem miſeriarũ, quæ in hoc ſeculo mortales premunt feliciores iudicaui mortuos quàm uiuentes: ſecundum illud Iob de inferis diſputantis; Ibi requieuerũt laſſi corpore: cum his qui uincti fuerunt, iam ſecuri non audientes uocem exactoris. Melior autem his duobus, uiuente uidelicet & defuncto: qui necdũ natus eſt. Alius em̃ adhuc mala patit̃; alius quaſi de naufragio nudus euaſit. Porrò q necdũ natus eſt, in hoc felicior eſt, ꝙ nec-
B dum mala mundi expertus eſt. Hoc autem dicit: non quo qui necdũ natus, antequàm naſcatur, ſit;& in eo felicior; quia necdum corpore prægrauatus eſt; ſed quod melius ſit omnino non eſſe, nec ſenſum habere ſubſtãtiæ, quàm infeliciter uel eſſe uel uiuere. Quomodo & de Iuda dominus loquitur, futura
Math.26.c eius tormenta ſignificans; Melius erat non naſci homini illi; quod melius ei fuerit omnino non eſſe, q̃ æternos cruciatus perpeti. Alij uero hũc locum ita intelligunt; Meliores dicentes eos qui mortui ſunt ab his qui uiuunt; licet ante fuerint peccatores. Viuentes em̃ adhuc eſſe in prælio;& quaſi clauſos corporis ergaſtulo retentari; qui uero morte
Math.11.b obierint, iam eſſe ſecuros, & peccare deſiſſe. Sicut & Ioannes; quo maior non fuit in natis mulierum; minor eſt eo qui minimus eſt in regno cœlorum, & corporis onere liberatus, neſcit cum Apoſtolo dicere; Miſer ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? Meliorem autem his duobus eſſe eum qui necdum natus eſt, nec uidit mala, quibus homines in mundo deprimuntur. Animas em̃ noſtras anteq; ad corpora iſta deſcendant, uerſari apud ſuperos & tandiu beatas eſſe, q̃diu cœleſti Hieruſalem, & choro perfruantur angelico. b ¶Et uidi ego uniuerſum laborem, & ſimul omnem uirtutem operis &c.) Conuerti me rurſum ad alia;& uidi omnem fortitudinem & gloriã laborantium, & deprehẽdi bonũ alterius eſſe alterius malũ; dum inuidus aliena felicitate torquetur & patet in-

a Et laudaui ego mortuos qui iã mortui ſunt, ſuꝑ uiuẽtes quicũq; ipſi uiuunt uſq; nũc. Et melior ſuper hos duos qui nõdũ natus eſt, q nõdũ uidit opus malum qđ factũ eſt ſub ſole.

b Et uidi ego uniuerſum laborẽ, & ſimul omnẽ uirtutem operis; quia æmulatio uiri à ſodali eius, & quidẽ hoc uanitas & præſumptio ſpiritus. Stultus
c complexus eſt manus ſuas, & comedit carnes ſu-
d as. Melior eſt plenus pugillus cũ requie, quàm plenitudo manuũ laboris & præſumptionis ſpiritus.

Et con

Et laudaui magis mortuos, quàm uiuentes, & feliciorem utroq; iudicaui, qui necdum natus eſt, nec uidit mala, quæ ſub ſole fiunt. Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi. Et in hoc ergo uanitas, & cura ſuperflua eſt. Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas dicens: Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena utraq; manus cum labore, & afflictione animi.

Con

ſidijs glorioſus. Quid em̃ uanius, quid inſtabilius, C & ſic nihil, q̃ homines nõ ſuas flere miſerias, uel lugere propria peccata, ſed melioribus inuidere? c ¶Stultus complexus eſt manus ſuas, & comedit carnes ſuas.) Hic eſt qui & in Prouerbijs piger de- Prou.24.d
ſcribit̃, cõtinẽs manibus pectus ſuũ; Cui tanq; citus curſor uenit inopia;& propter nimiam famẽ (hypperbolice ut dictum ſit) comedit carnes ſuas. Qui melius putat eſſe unum pugillũ habere farris, & ocioſum torpentẽq; uiuere, q̃ laborantem manũ utrunq; complere. Totum autẽ quod differit, hoc eſt, ut oſtendat & eum qui laborat & habet aliquid in mundo patere inuidię;& rurſum eũ qui uiuere uult ge- D
te, inopia opprimi, & eſſe utrunq; miſerabilẽ, dum alius propter opes periclitatur; alius propter inopiam egeſtate conficitur. Vel certe ſic; Qui alienæ felicitati inuidet, & quaſi ſpiritu furoris raptatur, & inuidiam in ſinu ſuo receperit, nutrieritq; eam in pectore ſuo; ille comedit animam ſuam & carnes ſuas. Quanto enim eum cui inuidet, feliciorem uiderit, tanto ipſe amplius contabeſcit & deperit, & paulatim zelo & liuore diſtillat. Aliter; Manus crebro pro operibus accipiuntur, ſicut ibi; Verbũ domini quod factum eſt in manu Aggei, ſiue illius, uel huius prophetæ, quod talia opera geſſerit, ut dignus exiſteret, in cuius opere fieret ſermo domini. Huic congruit & illud Dauid; Qui docet manus meas ad prælium. Pſal.143.a
Stultus igitur complexus eſt manus ſuas; id eſt, contraxit & extendere noluit, unde non comedit labores manuum ſuarum; quos nec habet, ſed carnes ſuas uiuens iuxta ſapientiam carnis & carnis operibus ueſcitans. d ¶Melior eſt plenus pugillus cum requie, quàm plenitudo manuum laboris & præſumptionis ſpiritus.) Melius eſt Pſal.36.c
modicum habere iuſtum, quàm diuitias peccatorum multas. Et in Prouerbijs; Melior eſt parua Prou.16.b
acceptio cum iuſticia, quàm multa genimina cum iniquitate. Eleganter iuſticia requiem habet; iniquitas, laborem. Et quia ſingularis numerus in bono ſemper accipitur, duplex in malo; propterea unus pugillus habet requiem;& duæ manus labore ſunt plenæ.

Et con

E a ¶ Et conuerſus ſum ego,& uidi uanitatem ſub ſole.Eſt unus & non eſt ſecundus:& quidem filius & frater nõ eſt ei: nec eſt finis omni labori eius.Et quidem oculus eius non ſatiatur diuitijs:& cui ego laboro & fraudo animam meam bonitate. Sed & hoc uanitas & diſtẽtio peſſima eſt.) Conuerſus ſum ad alios, & uidi eos pluſquàm neceſſe eſt laborare, cõgregare per fas & nefas opes,& non uti congregatis;habere omnia, incubare diuitijs, & ſeruare alteri, & ſuo labore non perfrui: maxime cum nec filium,nec fratrem habeat nec propinquũ:ut uideatur labor neceſſarius reſeruãtis: Nihil itaq; eſſe uanius deprehendi,quàm eũ hominem qui diuitias congregat;cui F eas relinquat,ignorãs.Quod quidem poſſumus ſecundũ ſuperiorem interpretationem & de his intelligere, qui libros conſcribunt,& eos faſtidioſis lectoribus derelinquunt. Quidam hunc locum ab eo quod ait: Eſt unus & non eſt ſecundus,ſuper ſaluatore interpretantur,quod ſolus abſq; ullo comite ad ſaluandum mundum deſcenderit.Et quanquàm multi filij dei ſint, & fratres eius adoptione dicantur: tamen nullus dignus extiterit qui in hoc ei opere iungeretur: Cuius laboris non eſt finis, portans noſtra uitia atq; peccata: & pro nobis dolet. Et oculus eius non ſatiatur diuitijs, ſemper noſtram cupiens ſalutem:& quanto plus peccare quem uiderit,tanto magis ad pœnitentiam cohortans.

b ¶ Meliores duo quàm unus, quibus eſt merces bona in labore ſuo:quia ſi ceciderit unus,eriget particeps ſocium ſuum.Et uæ uni cum ceciderit & non eſt ſecundus qui erigat eum,Et quidem ſi dormient duo,etiam calor erit ill.&c) Poſt ſolicitudines & miſerias, in quibus corruptus eſt ille qui in opibus conquirendis abſque certo hærede ſe cruciat;Nunc ad ſodalitatem ſermo confertur: Et dicitur quid boni habeat amicorum contubernium & commune ſolatium: quia & alterius ruina, alterius auxilio ſubleuetur, & curas domeſticas, ipſius quoque noctis requiem melius exigat ille qui fidum amicum habet,quàm qui ſolis opibus incubat acquiſitis. Quod etſi robuſtior inimicus quis contra unum ſurrexerit, imbecillitatem alterius amici ſolatio ſuſtentari. Et quanto duo uno differant, ſi amore coniuncti ſint: tanto etiam trium contubernium plus ualere. G Etenim uera charitas, & nullo uiolata liuore: quanto augetur numero, tanto creſcet & robore. Et hæc interim ſimpliciter dicta ſint. Cæterum quia in ſuperiori loco ſuper Christo quorundam intelligẽtiam poſuimus,etiam reliqua eodem ordine differenda ſunt. Melius eſt duos pariter eſſe quàm unum. Melius eſt enim habitantem in ſe habere Chriſtum, quàm ſolum patere inſidijs aduerſantis. H Merces quippe cõtubernij ſtatim in ipſa ſocietatis utilitate monſtratur: Si enim unus ceciderit,Chriſtus erigit participem ſuum.Væ quippe ei qui cum ruerit,Chriſtum in ſe non habet erigentem.Quod ſi etiam unus dormierit, hoc eſt, ſi morte diſſolutus fuerit, & ſecum Chriſtum habuerit, calefactus, & uiuificatus citius reuiuiſcit. Et ſi aduerſus hominem robuſtior in expugnando diabolus extiterit: ſtabit homo, ſtabit & Chriſtus pro homine ſuo, pro ſodali ſuo. Non quod ſolius Chriſti aduerſus diabolum uirtus infirma ſit, ſed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & annitentibus nobis ipſe in præliando fortior fiat. Quod ſi etiam pater & filius & ſpirituſſanctus aduenerint, non cito rumpetur iſta ſodalitas. Quod autem non cito rumpitur, tamen aliquando rumpetur. In Iuda enim Apoſtolo triplex fuit iſte funiculus: ſed quia poſt buccellam introiuit in eum ſatanas: funiculus iſte diruptus eſt. Porrò quod Ioan.13.e ſuperius ait: Et quidem ſi dormiant duo, etiam calor erit illis: & unus quomodo calefiet? De Heliſæo ſumamus exemplum, quod & ipſe contraxerit ſe cum puero & dormierit, & calefecerit corpuſculum ipſius, & ita uiuificauerit reſurgentem. 4.Reg.4.f Niſi igitur nobiſcum Chriſtus dormierit, & in morte quieuerit,calorem æternæ uitæ accipere non ualemus.

a Et conũerſus ſum ego,& uidi uanitatẽ ſub ſole. Eſt unus & non eſt ſecũdus, & quidem filius & frater non eſt ei:nec eſt finis omni labori eius. Et quidem oculus eius nõ ſatiatur diuitijs,& cui ego laboro et fraudo animam meã bonitate. Sed & hoc uanitas & diſtentio peſſima eſt.

b Meliores duo quã unus quibus eſt merces bona in labore ſuo: quia ſi ceciderit unus, eriget particeps ſocium ſuum. Et uæ uni cũ ceciderit, & nõ eſt ſecundus qui erigat eum. Et quidem ſi dormient duo, etiam calor erit illis,& unus quomodo calefiet? Et ſi inualuerit ſuper eũ unus, duo ſtabunt aduerſus eũ.Et funiculus triplex non cito rumpitur.

a Meliòr eſt puer pauper & ſapiẽs,quàm rex ſenex & ſtultus qui neſcit ꝓuidere in poſterũ. Quoniã de domo uinctorũ egreditur ut regnet:quia etiam in regno eius natus eſt pauper. Vidi uniuerſos uiuentes qui ambulãt ſub ſole cũ adoleſcente ſecundo qui cõſurget pro illo. Non eſt finis omni populo eius, uniuerſis qui fuerunt ante illos,Et quidem nouiſſimi nõ lætabuntur in eo:ſed & hoc uanitas, & præſumptio ſpiritus.

Cuſtodi

Conſiderans reperi & aliam uanitatem ſub ſole. Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs,nec recogitat,dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque uanitas eſt, & afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli;quia cũ ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.Et ſi dormierint duo fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiã præualuerit cõtra unũ duo reſiſtunt ei.Funiculus triplex difficile rũpitur. Melior eſt puer pauper & ſapiẽs rege ſene & ſtulto,qui neſcit præuidere in poſterũ. Qđ de carcere, catenisq; interdum quis egrediatur ad regnũ,& alius natus in regno inopia cõſumatur. Vidi cũctos uiuentes,qui ambulãt ſub ſole cũ adoleſcẽte ſecũdo, qui cõſurget ꝓ eo. Infinitus numerus eſt populi omniũ qui fuerũt ante eũ & qui poſtea futuri ſunt non lætabũtur in eo. Sed & hoc uanitas & afflicti o ſpiritus.

Cuſtodi



A a ¶ Melior eſt puer &c.) Symmachus hũc locũ ita tranſtulit:Melior eſt pauper cũ ſapiẽtia,rege ſene & inſipiente,qui neſcit præcauere uiciſſitudinẽ. Alter enim exit de carcere ad regnãdũ:alter uero cũ eſſet rex natus,paupertate oppreſſus eſt. Vidi omnes uiuentes,qui gradiũtur ſub ſole cũ adoleſcẽte ſecũdo, qui ſurrexit pro eo. Infinitus omis populus qui fuit ante utrũq;:& poſteri nõ lætabuntur in eo. Sed & hoc aura & paſtio uenti. Hebræus meus cuius ſæpe facio mentionẽ: cũ Eccleſiaſten mecũ legeret, hæc Baruchiã, quẽ unũ uel maxime admirantur, ſuper præſenti loco tradidiſſe teſtatus eſt, Melior eſt interior homo,qui poſt quartumdecimũ puber- H B tatis annũ in nobis exoritur exteriore homine,qui de matris aluo natus eſt, qui neſcit recedere à uitio,& qui de domo uinctorũ de utero uidelicet materno ad hoc exiuit,ut regnaret in uitijs.Qui etiam in poſteritate ſua pauper effectus eſt,mala omia perpetrãdo.Vidi eos qui in priore homine uixerũt,& cũ ſecũdo homine poſtea uerſati ſunt;eo uidelicet qui priore deceſſore generatus eſt;intellexiq; oẽs in homine priore peccaſſe,anteq; ſecũdo naſcẽte duo homines fierẽt.Quia uero ad meliora cõuerſi, & poſt Y literã philoſophorũ ſiniſtro tramite derelicto,ad dextrum apicem cõtenderunt,& ſecundũ, id eſt nouiſſimum hominẽ ſunt ſecuti:nõ lætabuntur in eo, 1.Theſ.2.c id eſt in priore.Hos duos homies & Apoſtolus cõ Leuit.17.c teſtatur,& Leuiticus nõ tacet:Homo, homo ſi uoluerit illud uel illud. Vir ſanctus Gregorius Ponti epiſcopus,Origenis adiutor in Metaphraſi eccleſiaſtæ,ita hunc locum intellexit:Ego uero intelligo adoleſcẽtulũ pauperẽ & ſapientẽ,rege ſene meliorẽ & ſtulto;cui nunq; uenit in mẽtẽ,quod poſſibile ſit quenquàm de his quos uinxerat ad regnũ exire de carcere:& ſeipſum de iniqua deinceps poteſtate ſua corruere,Euenit enim interdum ut hi qui ſub adoleſcentulo ſapiente fuerint,abſq; mœrore ſint:ita tamẽ ut ſub ſene rege ante uerſati ſint.Qui eñ poſtea nati ſunt:qa mala præterita neſcierũt:nec adoleſcẽtulũ laudare poſſunt qui poſtea conſurrexit,abducti opinione peruerſa & impetu ſpũs aduerſantis. C Laodicenus interpres magnus,breui ſermõe exprimere cõtendẽs,more ſibi ſolito etiã hic locutus eſt: De cõmutatione,inquiẽs,bonorũ in mala,nũc eccleſiaſtæ ſermo eſt,inſipiẽtẽ hominẽ conãtis exprimere:q futura nõ cogitãs, præſentibus et caducis quaſi magnis atq; perpetuis delectat.Et poſt diuerſa q̃ ſolẽt hominibus accidere in uita ſua atq; mutari;quaſi generalẽ ĩfert de morte ſentẽtiã,qđ innumerabilis multitudo ĩtereat:& paulatim cõſumatur & trãſeat, unoquoq; ĩ ſuo loco aliũ relinquẽte, & rurſum ſucceſſore moriente. Origenes & Victorinus nõ multum inter ſe diuerſa ſenſerunt. Poſt generalẽ eñ ſentẽtiã,quę oĩbus patet:ut melior ſit adoleſcẽtulus pau- D per & ſapiẽs,q̃ rex ſenex & inſipiẽs,ꝙ frequenter euenit: ut ille per ſapientiã ſuam etiã de carcere regis egrediẽs,imperet ꝓ dñatore puerſo, & rex inſipiẽs perdat imperiũ qđ detinebat: ſup Chriſto & diabolo hũc locũ interpretati ſunt;qđ puerũ pauperẽ & ſapiẽtẽ,Chriſtũ uelint intelligere.Puerum, iuxta illud:Magnũ tibi eſt uocari puerũ meũ. Pauperẽ uero:qa pauper factus eſt,cũ diues eſſet. Eſa.49.b Et ſapiẽtẽ:quia ꝓficiebat ætate & ſapiẽtia & gratia apud 2.Cor.8.b deum & homines. Luc.2.g. Iſte natus eſt in regno ſenis.Et idcirco dicit.Si eſſet de hoc mũdo regnũ meũ,miniſtri utiq; mei certarẽt ꝓ me,ut nõ traderer Iudæis; Ioan.18.g Nunc aũt nõ eſt de hoc mundo regnũ meũ.In illius itaq; ſtulti ſenis regno:qui oſtendit ei omnia regna mundi,& gloriam eius,natus optimus puer de domo uinculatorũ:de quibus Hieremias in lamẽtationibus loquit:Vt humiliaret ſub pedibus eius omes Tren.3.d uinctos terræ:Proceſſit ad regnũ,& abijt ĩ regionẽ Luc.19.b longinquã:& cõtra eos q ſuper ſe regnare nolebãt; poſt aliquantũ temporis rex reuerſus eſt. Præſago itaq; ſpiritu,uidit Eccleſiaſtes oẽs uiuẽtes qui poſſunt adoleſcentis participes eſſe dicẽtis:Ego ſum uita: Ioan.14.a uetere ſtulto rege dimiſſo,Chriſtũ ſequi.Simulq; duo ex Iſraël populi ſignificantur. Prior qui in aduẽtu domini fuerit, & poſterior qui Antichriſtum ꝓ Chriſto ſuſcepturus eſt:quod prior non penitus ſit abie

E ſit abiectus. Prima quippe eccleſia ex Iudæis & Apoſtolis cōgregata eſt, & in fine Iudæi qui Antichriſtum ꝓ Chriſto ſuſcepturi ſunt, non lætabuntur in Chriſto. a ¶ Cuſtodi pedē tuū cū uadis in domū dei &c.) Præcepta uitæ dat, & non uult offendere eūtes ad eccleſiam. Nō em̄ ingredi in domū dei, ſed ſine offenſione ingredi laudis eſt. Et ſi eſſet omniū qui ſunt in eccleſia dei audire ſermonem: nunqꝫ addidiſſet, appropinqua ut audias.
Exo.19. & .24. Deniqꝫ Moyſes ſolus ꝓpe accedebat ad audiēdum deū: cæteri nō ualebant accedere. Qđ ſtulti neſcientes remediū eſſe pc̄ti, æſtimant oblatione munerū, deo ſatisfacere poſſe, & ignorant hoc quoqꝫ malum eſſe atqꝫ peccatum: non obedientia & operibus bōis, ſed
F donis & uictimis emendare uelle qđ fecerint. Huic congruit illud quod ali-
1.Reg.15.c bi dicitur: Obediētia ſuper ſacrificiū.
Oſee.6.b Et: Miſericordiam uolo & non ſacrificiū. Cap. V. Noli feſtinare in ore tuo, & cor tuum &c.) Pleriqꝫ arbitrātur hoc in præſenti loco ꝑcipi, ne coram deo facile aliquid ꝓmittamus, & ſine conſideratione uirium uoueamus ea quæ explere non poſſumus. Adeſſe quippe preſentem deum, & licet ille in cœlo, nos eſſe uideamur in terra: tamen audire quæ loquimur: & inſipientiam noſtram argui ex multiplicatione ſermonum. Alij uero melius intelligentes, hoc præcipi affirmant: ne aut loquētes, aut cogitātes plus de deo quàm poſſumus, opinemur: ſed ſciamus imbecillitatem noſtram, quod quātum diſtat cœlum à terra, tantum noſtra opinatio à natura illius ſeparetur, & idcirco debere uerba noſtra eſſe moderata. Sicut enim qui in multis cogitationibus eſt, ea ſomniat frequenter de quibus cogitat: ita qui plura uoluerit de diuinitate diſſerere,

a Cuſtodi pedem tuū cum uadis in domū dei, & appropinqua ut audias. Super domū em̄ inſipientiū ſacrificium tuum: quia neſciūt quod faciūt malum.

Caput V.

b Noli feſtinare in ore tuo: & cor tuum nō feſtinet ad proferēdū uerbum in cōſpectu dei: quia deus in cœlo, & tu ſuper terram. Propter hoc ſint uerba tua pauca, quia ueniet ſomnium in multitudine ſolicitudinis, & uox ſtulti in multiplicatione c ſermonū. Cum uotū uoueris deo: ne moreris reddere illud: quia nō eſt uoluntas in inſipientibus. Quæcunqꝫ uoueris redde. Melius eſt non uouere, q̄ꝫ uouere & nō reddere. d Non dēs os tuū ut peccare facias carnem tuam. Et ne dixeris in cōſpectu angeli, quia ignorātia eſt: ne iraſcatur deus ſuper uocem tuā, & diſperdat opera manuum tuarum.

Quia

incidit in ſtulticiā. Vel certe ſic: Verba noſtra pauca ideo eſſe debere: quod etiam ea quæ noſſe nos arbitramur, per ſpeculū uidemus & in ænigmate, & G
uelut ſomniū cōprehēdimus, quod tenere nos æſtimamus. 1.Cor.13.c Cūqꝫ plura (ut uiſum nobis fuerit) dixerimus, finē diſputationis noſtræ eſſe ſtulticiā: Ex multiloquio em̄ nos nō effugere peccatū. c ¶ Cū uotū uoueris deo, ne moreris redd. &c.) Simplex intelligentia interpretatione nō indiget. Melius eſt non ꝓmittere, q̄ꝫ ꝓmiſſa non facere: quia diſpliceant deo, & inter inſipiētes cōputentur, qui uota nō expleāt. Quod aūt ait: Non eſt uoluntas in inſipiētibus: ſubaudit, dei: iuxta illud Apoſtoli: 1.Cor.4.d Et utiqꝫ non fuit uoluntas, ut nunc uenirē ad uos. H Qđ ſi uolumus & curioſius aliquid dicere, præcipitur Chriſtiano, ut fidē opere compleat, & nō ſit ſimilis populo Iudæorū: qui ſpondentes atqꝫ dicētes: Omnia quæcunqꝫ Exo.24. dominus præcepit, faciemus: adorauerunt idola. Et poſt uerberatos ſeruos & lapidibus oppſ̄ſos, nouiſſime ip̄m quoqꝫ patrisfamilias filium trucidauerunt. Melius eſt ergo ancipitem diu deliberare ſententiam, q̄ꝫ in uerbis facilem, in operibus eſſe dif- Luc.12. ficilem. Seruus enim qui ſcit uoluntatem domini ſui, & non facit eam, uapulabit multis. d ¶ Non des os tuum ut peccare facias carnē &c.) Hebræus ita ſenſit: Quod non potes facere, ne ꝓmittas. Non enim in uentum dicta tranſeunt: ſed à præſenti angelo qui unicuiqꝫ adhæret comes, ſtatim perferuntur ad dominum. Et tu qui putas ignorare deum quod pollicitus es, prouocas eum ad iracundiam, ut omnia opera tua diſſipentur. Sed in eo quod ait: Vt peccare facias carnē tuam, nō diligenter euentilans: ita intellexit, quaſi dixiſſet: Nō des os tuum ut pecces

Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum dei, & appropinqua ut audias. Multo em̄ melior eſt obedientia, quàm ſtultorum uictimæ, qui neſciūt quid faciunt mali. Cap. V.

Ne temere q̄d loquaris, neqꝫ cor tuū ſit uelox ad ꝓferēdū ſermonem corā deo. Deus enim in cœlo & tu ſuper terrā, idcirco ſint pauci ſermones tui. Multas curas ſequūtur ſomnia, & in multis ſermōibus inuenietur ſtulticia. Si quid uouiſti deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunqꝫ uoueris redde. Multoqꝫ melius eſt nō uouere, quàm poſt uotum promiſſa non reddere. Ne dederis os tuū ut peccare facias carnem tuam, neqꝫ dicas coram angelo, non eſt prouidētia: ne forte iratus dn̄s contra ſermones tuos diſſipet cūcta opera manuū tuarū.

Vbi

A pecces. Nobis uero alter ſenſus uidetur, qđ arguantur hi qui de uitio carnis queruntur, & aiunt ſe corporis neceſſitate cōpulſos ea facere quę nolint: ſecū-
Rom.7.c dum illud Apoſtoli, Nō enim quod uolo: hoc ago: ſed quod nolo, & cætera. Noli itaqꝫ (ait) uanas excuſatiões quærere & dare occaſionē carni tuæ ad peccādum, & dicere: Nō ego pecco: ſed qđ habitat ī carne mea peccatum. Deniqꝫ in eo loco ubi ait: Ne dixeris coram angelo: quia ignorantia eſt: Aquila interpretans uerbū hebraicum שְׁגָגָה, pro ignorantia, ἀκούσιον tranſtulit, id eſt, nō ſpōtaneum. Si em̄ (inquit) hoc dixeris, deum prouocas quaſi autorem mali atqꝫ peccati ut iratus ſit, & ſi quid uideris boni habere, auferat
B de manibus tuis. Vel certe talia ſentientem, tradat in reprobū ſenſum, ut facias ea quę nō cōueniunt. a ¶ Quia in multitudine ſomniorum & uanitates, & uerba plurima: ſed deum time.) Et hunc locum ita Hebræi ediſſerunt. Nec ſuperiora facias, de quibus iam dictum eſt: ne facile ſomnijs credas. Cum enim diuerſa uideris per nocturnam quietem, & uarijs anima fuerit exagitata terroribus, ſiue incitata promiſſis: tu ea contemne quæ ſomnij ſunt: Et ſolum deum time. Qui enim ſomnijs crediderit, uanitatibus ſe & ineptijs tradet. Aliter: Quia dixi ac præcepi: Non des os tuum ut peccare facias carnem tuam: & quæras uarias excuſationes, Hoc nunc infero: quoniam in ſomnio uitæ iſtius & in imagine umbræ nubis qua uiuimus, multa poſſumus inuenire, quæ nobis uerisimilia uideantur: & noſtra excuſare peccata. Propterea admoneo, ut id ſolum caueas: ne putes abſentem deum, ſed eum timeas, & ſcias cunctis operibus tuis adeſſe præſentem: teqꝫ liberi arbitrij conditum non cogi, ſed uelle quod facias. b ¶ Si calumniam pauperis, & ruinam iudicij & iniuſticias uideris in re-
Ioan.19.d gione, ne mireris ſuper negocio: quia &c.) Chriſti
Luc.8.e tunica contexta deſuper, nec à crucifigentibus ſcindi potuit, & eum à quo ſaluator dæmonia eiecerat, Apoſtolorum indutū ueſtimentis abire præcepit. Itaqꝫ & nos nitamur eccleſiaſtæ noſtri ueſtimenta

a Quia in multitudine ſomniorum & uanitates, & uerba plurima. Sed deum time. Si calumniā b pauperis, & ruinam iudicij, & iniuſticias uideris in regione, ne mireris ſuper negocio: quia excelſus ſuper excelſum cuſtodit, & excelſior eſt ſuper illos, & amplius terræ in omnibus eſt rex in agro c culto. Qui diligit argentum non implebitur argento, & qui diligit diuitias, non fruetur eis. Sed & hoc uanitas. In multitudine enim bonorum multi ſunt qui comedunt ea, & quæ eſt fortitudo habenti illam, niſi ut uideat oculis ſuis?

Dulcis

non ſcindere: nec pro uoluntate noſtra opinationū pannos hincinde cōſuere: ſed unum diſputationis C
ſeruare textum: & eundem ſenſum & ordinem ſequi. Supra dixerat: Ne dixeris in conſpectu angeli, quoniā ignorantia eſt: ne iraſcatur deus ſuper uocē tuam, & reliqua, & aduerſus eos fuerat locutus qui negarent prouidētia dei res humanas regi. Quia igitur aduerſus hoc præceptum ſuboriebatur quæſtio: quare iuſti calūniam ſuſtinerēt: & quare iniqua fiāt in toto orbe iudicia, & nō eſt ultor deus in illis: Nunc infert & ſoluit opinionē, q̄ opponi potuerat dicens: Si uideris calumniā pauperis, ꝗ beatus in euangelio prædicatur, & res uigere, non iuſticiam: ne mireris & tibi nouum aliquid eſſe uideatur. D
Excelſus ꝗppe ſuper excelſum hæc reſpicit deus: ꝗ angelos ſuos ſuper iudices & reges terræ poſuit: qui poſſunt utiqꝫ prohibere iniuſticiam: & magis in terra ualere, quàm quæuis hominū poteſtates. Sed quoniam ſeruat in finem iudicium, & in cōſummatione mundi, quando cum matura ſeges fuerit: & meſſores uenerint, iuſſurus eſt ut ſeparetur triticum, & lolium tradatur incēdio: ideo nūc expectat & differt ſententiam, quàmdiu ager iſtius mundi excolitur. Quod autem ager interpretetur Matth.13.d
mundus: dominus in parabola zizaniorum tritici expoſuit. c ¶ Qui diligit argentum, non implebitur argento &c.) Vbicunqꝫ argentum ponimus, ſecundum Græci ſermonis ambiguitatem, poteſt & pecunia trāsferri: ἀργύριον quippe utrūqꝫ ſignificat. Porrò Tullius pecunioſos primitus dictos refert: qui plura habuiſſe peculia, id eſt, pecora deſignantur: Ita enim ea antiquitus appellabant. Paulatim autem per abuſionem, nomen ad aliud deuolutum eſt. Auarus igitur deſcribitur, quod nunqꝫ opibus expleatur, & quanto plus habuerit, tanto plus cupiat: Flacci quoqꝫ ſuper hoc concordante ſentētia, qui ait: Semper auarus eget. Et nobilis hiſtorici: quod auaricia neqꝫ inopia, neqꝫ copia minuatur. Nihil ergo (inquit Eccleſiaſtes) proſunt diuitiæ poſſidēti: niſi hoc ſolum ut uideat quæ poſſi-

Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt uanitates, & ſermōes innumeri. Tu uero deum time. Si uideris calumnias egenorum & uiolēta iudicia, & ſubuerti iuſticiam in prouincia, nō mireris ſuper hoc negocio: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, & inſup̄ uniuerſæ terræ rex imperat ſeruiēti. Auarus nō implebitur pecunia: & ꝗ amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et hoc ergo uanitas. Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis?

Dulcis

E det. Quanto eñ maior fuerit ſubſtãtia, tãto plures
miniſtros habebit, qui opes deuorent cõgregatas.
Ille aũt uideat tantũ qđ habet: & pluſq; unius homi
nis cibũ capere nõ poſſit. a ¶ Dulcis ſomnus &c.)
Adhuc de diuite & auaro ſermo eſt, & cõparat̃ ope
ranti & abſq; ſolici
tudine dormiẽti, ſi
ue parũ ſiue multũ
comederit; qđ ille
operis & laboris ſu
dore qualẽuis cibũ
digerat & dulci ſo⸗
mno perfruat̃; Di⸗
ues uero diſtentus
dapibus, & cogita⸗
tionibus in diuerſa
laceratus, dormire
nõ ualeat redũdãte
crapula, & incocto
cibo ĩ ſtomachi an⸗
guſtijs eructuante.
Porrò, qa ſomnus,
cõmunis de hac ui⸗
ta exitus appellat̃;
melior erit requies
eius qui operatur
in præſenti, & ſecũ
F dum uires ſuas in
bonis operibus cõ
uerſatur, quàm eo⸗
rum diuitiæ, de q⸗
Luc. 6. d bus ſcribitur; Væ
uobis diuitibus; qa
recepiſtis conſola⸗
tionem ueſtrã. Væ
uobis qui ſaturati
eſtis; quia eſurietis.
Væ uobis qui ride
tis nunc, quia luge
bitis & flebitis &c.
b ¶ Eſt lãguor peſ
ſimus quẽ uidi ſub
ſole &c.) Cũ ſupe⸗
riore iũge quod ſe⸗
quitur; Eccleſiaſte
diuitẽ deſcribente;
qui nec ipſe poſſit
ſuis diuitijs pfrui,
& crebro propter
eas in diſcrimen ue
niat; nec hæredi qđ
congregauit relin⸗
quat; ſed & ipſe & filius eius, ſicut uenerũt nudi, ita
nudi reuertantur in terram; & nihil eos ſuorum bo
norũ comitetur. Nõne eñ lãguor eſt peſſimus pro
diuitijs cogitatione torqueri, & perituras opes nec
quas nobiſcũ poſſumus auferre morientes, in triſti
cia, in gemitu, in indignatiõe, in litibus caſſo labore
cõquirere? Et hæc ſecũdũ ſimplicẽ ſenſum. Cæterũ

a Dulcis ſomnus operanti,
ſiue paululũ, ſiue plus co⸗
mederit. Et ſaturitas diui⸗
tis non ſinit eum dormi⸗
b re. Eſt languor peſſimus
quem uidi ſub ſole, diui⸗
tias cuſtodiri in malũ poſ
ſidentis eas. Et perierunt
diuitiæ illæ in diſtentio⸗
ne peſſima. Et genuit fi⸗
lium, & non eſt in manu
eius quicq̃. Sicut exiuit
de utero matris ſuæ, nu⸗
dus reuertet̃; ut eat ſicut
uenit, & nihil accipit de
labore ſuo, ut teneat ĩ ma
nu ipſius. Sed & hoc ua⸗
nitas & lãguor peſſimus:
ſicut enim aduenit, ita &
abijt. Quæ abundantia
eius qui in uentum labo⸗
rat? Et quidem omnibus
diebus ſuis in tenebris co
medit, & luctu & iracun⸗
dia multa, & languore, &
c inſania. Eccẽ quod uidi
ego bonũ quod eſt opti⸗
mum, comedere & bibe⸗
re, & cernere iocunditatẽ
in omni labore ſuo quo
laborauit ſub ſole; nume⸗
ro dierum uitæ ſuæ, quos
dedit ei deus; hæc quippe
eſt pars eius. Sed & omĩs
homo cui dedit deus diui
tias & ſubſtãtiã; cõceſſitq̃
ei ut

Dulcis eſt ſomnus operã⸗
ti, ſiue parum, ſiue multũ
comedat; ſaturitas autem
diuitis non ſinit eum dor
mire. Eſt & alia infirmi⸗
tas peſſima, quam uidi
ſub ſole. Diuitiæ cõſerua⸗
tæ in malum domini ſui;
pereunt eñ in afflictione
peſſima. Generauit filiũ
qui in ſumma egeſtate e⸗
rit. Sicut egreſſus eſt nu⸗
dus de utero matris ſu⸗
æ, ſic reuertetur, & nihil
auferet ſecum de labo⸗
re ſuo. Miſerabilis pror
ſus infirmitas; quomo⸗
do uenit, ſic reuertetur.
Quid ergo prodeſt ei qđ
laborauit in uẽtum? Cun⸗
ctis diebus uitæ ſuæ co⸗
medit in tenebris & in cu⸗
ris multis, & in ærumna,
atq; triſticia. Hoc itaq; ui⸗
ſum eſt mihi bonum, ut
comedat quis & bibat, &
fruatur læticia ex labore
ſuo, quo laborauit ipſe
ſub ſole numero dierum
uitæ ſuæ, quos dedit ei de
us, et hæc eſt pars illius. Et
oĩni homini cui dedit de⸗
us diuitias, atq; ſubſtan⸗
tiam, poteſtatemq; ei tri⸗
buit, ut comedat ex eis, ut
fruatur parte ſua, & læte⸗
tur

altius eleuemur. De philoſophis mihi uidet̃ uel hæ⸗ G
reticis dicere, qui cõgregant diuitias dogmatum in
malũ ſuũ, & nec repertores utilitatẽ poſſunt aliquã
cõſequi; nec ſectatoribus ſuis fructũ reliquere ppe⸗
tuũ; ſed et ipſi et diſcipuli reuertunt̃ in terrã, et pdũt
diuitias ab eo q di⸗
xit; perdã ſapientiã
ſapiẽtiũ, et pruden 1. Cor. 1. c
tiã prudẽtiũ repro
babo. Vbi ſapiens,
ubi ſcriba, ubi inq⸗
ſitor huius ſeculi?
Nónne ſtultã fecit
deus ſapiẽtiã huius
mundi, & reliqua.
Vere qppe ſicut e⸗
greſſi ſũt de utero
matris ſuæ, de ſua
pverſa uidelicet ec
cleſia; eiuſq; cõtra⸗
ria, de qua ſcriptũ
eſt; Quæ aũt ſurſũ Gal. 4. d
eſt Hieruſalẽ, libe⸗
ra eſt, quæ eſt ma⸗
ter oĩm noſtrũ; Et
de qua ſcribit̃; Læ⸗
tare ſterilis q̃ nõ pa Eſa. 54. a
ris, erũpe & clama
quæ non parturis;
qa multi filij deſer⸗ H
tæ magis q̃ eius q̃
habet uirũ. Sic nu⸗
di uadũt in uẽtũ, &
nihil laborãtes do⸗
ctrinæ ſuæ ſecũ fe⸗
rẽt; Quia defecerũt Pſal. 63. b
ſcrutãtes ſcrutinio;
& ferũtur oĩni uẽ⸗
to doctrinæ nec ha
bẽt lucẽ, ſed in tene
bris ſua comedunt
ſacramẽta, ſemp in
infirmitate, ſemper
in iracũdia ſũt; the⸗
ſaurizantes ſibi irã
in die iræ; nec habẽ
tes ppicium deũ.
c ¶ Ecce quod ui⸗
di &c.) Ad cõpara
tionẽ eius qui opi⸗
bus ſuis in curarũ
tenebris ueſcit̃; &
cũ grãdi uitæ tędio peritura cõportat; meliorẽ dicit
eſſe eũ qui præſentibus fruit̃. Hic eñ uel parua uo⸗
luptas eſt in fruẽdo; ibi uero ſolicitudinũ tm̃modo
magnitudo. Et reddit cauſas, quare dei donũ ſit frui
poſſe diuitijs. Qm̃ nõ multũ recordabit̃ dierũ uitæ
ſuę. Auocat quippe eũ deus in lęticia cordis ſui; nõ
erit in triſticia, nõ in cogitatione uexabit̃, adductus
læticia



A læticia & uoluptate præſenti. Sed melius eſt iuxta
1. Cor. 10. d Apoſtolũ, ſpũalẽ eſcã, & ſpiritualẽ potũ à deo datũ
intelligi; & uidere bonitatẽ in oĩni labore ſuo; quia
ingenti labore & ſtudio uera poſſumus cõtemplari
bona. Et hæc pars noſtra; ut in noſtro ſtudio & la⸗
bore lætemur. Qđ
licet bonũ ſit, tñ do
nec Chriſtus mani
feſtet̃ uita noſtra,
necdũ plene bonũ
eſt. Et ideo nõ mul
tũ recordabit̃ deus
dierũ uitæ noſtræ.
Notãdũ quoq; qđ
hic περισπασμὸς in
meliori parte acci⸗
pit̃, p occupatione
ſpũlis ueræq; læti⸗
ciæ. Cap. VI.
EST malũ qđ ui⸗
di ſub ſole, &
frequens &c.) De⸗
ſcribit auarũ diui⸗
tẽ; & hoc malũ fre⸗
quẽs eſſe in homi⸗
nibus aſſerit; quod
nihil eorũ quæ in
mũdo putãtur bo⸗
B na ei deſit, & nihilo
minus ſtultiſſima
parcitate ſe cruciet,
alijs deuorãda con
ſeruans. Nec nõ &
illud hyperbolice
dicit; qđ etiã ſi cen
tum liberos pcrea⸗
uerit, & nõ ut Adã
ppe mille, ſed duo⸗
bus milibus uixe⸗
rit annis, & aĩa eius
cupiditate & auari
cia cõtabeſcat; mul
to deterioris cõdi⸗
tionis ſit abortiuo
illo, q ſtatim uti na
tus uidetur ĩterijt.
Ille eñ nec mala ui⸗
dit, nec bona. Iſte
uero cũ bona poſſe
derit, ſemp triſticijs
& cogitatiõe excru
ciatus eſt; magiſq;
requiẽ habeat ab⸗
ortiuus, q̃ auarus
ille longeuus; & ta⸗
men ambo æquali
fine rapiũtur, dum
hic & ille morte ſi⸗
mili ſubtrahuntur.

ei, ut ueſceret̃ ex eis, & tol
leret de labore ſuo; hoc
dei donũ eſt. Nõ eñ mul
tũ recordabit̃ dierũ uitæ
ſuæ; quia deus occupat in
læticia cor eius. Ca. VI.
a EST malum quòd uidi
ſub ſole, & frequens
apud homines. Vir cui
dedit deus diuitias, &
ſubſtãtiam, & gloriam, &
nihil deeſt animæ eius ex
omnibus quæ deſidera⸗
uit, & nõ dedit ei deus po
teſtatem, ut manducaret
ex eo; ſed uir alienus co⸗
medit illud. Hæc uanitas
eſt, & languor peſſimus.
Si genuerit uir centum li⸗
beros, & annis multis ui⸗
xerit, & plures fuerint
dies annorum eius, & ani
ma eius non repleatur bo
nis; nec ſepulchrum fue⸗
rit illi; dixi melius ab eo
eſſe abortiuum. In uani⸗
tate quippe uenit & in te⸗
nebris uadit; & in tene⸗
bris nomen eius abſcon⸗
detur. Et quidem ſolem
non uidit, nec cognouit:
requies huic magis quàm
illi. Et ſi uixerit mille an⸗
nos duplices, & bonita⸗
tem non uidit; nónne ad
locum unum omnia pro⸗
b perant? Omnis labor ho
minis in ore ipſius; & qui
dẽ anima eius non imple
bitur. Quid enim ampli⸗
us ſapienti à ſtulto; quid
paupi, niſi ſcire ut uadat
contra

tur de labore ſuo, hoc eſt,
donum dei. Non eñ ſa⸗
tis recordabitur dierum
uitæ ſuæ, eo quod deus
occupet delicijs cor eius.
Caput VI.
EST & aliud malũ qđ
uidi ſub ſole, & qui⸗
dem frequens apud ho⸗
mines. Vir cui dedit deus
diuitias & ſubſtantiam et
honorem, & nihil deeſt a⸗
nimæ ſuæ ex omnibus
quæ deſiderat; nec tribuit
ei poteſtatem deus ut co⸗
medat ex eo, ſed homo
extraneus uorabit illud.
Hoc uanitas, & magna
miſeria eſt. Si genuerit qſ⸗
piam centum liberos, &
uixerit multos annos, &
plures dies ætatis habue
rit, et anima illius nõ uta⸗
tur bonis ſubſtantiæ ſuæ,
ſepulturaq; careat, de hoc
ego pronũcio qđ melior
illo ſit abortiuus. Fruſtra
enim uenit & pergit ad
tenebras, & obliuione de⸗
lebitur nomẽ eius. Nõ ui
dit ſolẽ neq; cognouit di⸗
ſtãtiam boni & mali, etiã
ſi duobus milibus annis
uixerit, & nõ fuerit pfrui⸗
tus bonis. Nónne ad unũ
locum properãt omnia?
Omnis labor hominis in
ore eius, ſed aĩa eius nõ
implebitur bonis. Quid
habet amplius ſapiens à
ſtulto, & quid pauper,
niſi ut pergat illuc, ubi eſt
uita

Poteſt hoc & de Iſraël accipi, qđ dederit illi deus le⸗ C
gem, pphetas, teſtamẽtũ, & repromiſſiões; & ſalua⸗ Matth. 21. d
tore dicẽte; Quia auferet̃ à uobis regnũ dei, & dabi Luc. 20. c
tur gẽti faciẽti fructũ eius, & qui ceciderit ſup lapi⸗
dẽ iſtũ, cõfringetur; ſup quẽ uero ceciderit, cõteret
eũ; hæc oĩa ad alie⸗
nũ & peregrinũ de
gentibus tranſlata
ſint populũ, & ui⸗
deant illi bona ſua,
& nõ fruãtur. Mul
toq; nos cõditiõis
eſſe melioris q qua⸗
ſi abortiui & nouel
li putabamur ab
eis, q̃ illi qui ſibi in
antiqtate applaude
bãt de patribus glo
riãtes atq; dicẽtes.
Pater nr̃ eſt Abra⸗ Ioan. 8. e
hã, & tñ ad unũ lo⸗
cũ & nos & illos p⸗
perare, id eſt, ad iu⸗
diciũ dei. Qđ aũt in
medio ait. Equidẽ
ſeplchrũ nõ fuit ei;
ſiue hoc ſignificat,
qđ diues ille de ſua
morte nõ cogitet;
& cũ oĩa poſſideat, D
etiã in extructione
ſeplchri auarus ſit.
Siue q ſæpe pter
iſtas diuitias occi⸗
ſus inſi dijs, inſepul
tus abijciat̃. Siue q
melius puto, nihil
boni facti & hono⸗
ris egerit, ex quo ſi
bi queat apud po⸗
ſteros memoriã cõ
parare, & nõ uitam
ſilẽtio trãſire uelut
pecudes, cũ habue⸗
rit materiam, per
quã potuerit appa
rere quod uixerit.
b ¶ Omnis labor
hominis ĩ ore &c.)
Omne qđ laborãt
hoĩes ĩ hoc mũdo,
ore cõſumit̃, & at⸗
tritũ dẽtibus uẽtri
tradit̃ digerẽdum.
Cũq; paululũ gulã
delectauerit, tãdiu
uidet̃ tribuere uo⸗
luptatẽ, q̃diu gut⸗
ture cõtinetur. Cũ

E uero in aluũ tranſierit, deſinit inter cibos eſſe diſtantia. Et poſt hæc omnia nõ impletur anima comedẽtis: ſiue quod rurſum deſideret, quod comedit. Et tam ſapiens quàm ſtultus abſq; cibo nequeat uiuere, & pauper nihil aliud quærat, niſi quod poſſit organũ ſui corporis ſuſtẽtare, nec interire inedia. Siue qđ nullam utilitatem anima ex refectiõe corpuſculi capiat: & cibus tam ſapiẽti quàm ſtulto cõmunis ſit: & illuc uadat pauper ubi opes eſſe perſpexerit. Melius eſt autẽ hoc intelligi de eccleſiaſtico uiro, qui in ſcripturis cœleſtibus eruditus, omnem laborem habet in ore ſuo, & anima eius non impletur, dum ſemp cupit diſcere. Et in eo plus habet ſapiens quàm inſipiẽs: F quia cum pauperẽ eſſe ſe ſentiat; pauperem autẽ illum qui in euãgelio beatus dicitur: ꝓperat ad ea cõprehendẽda quæ uitę ſũt, & ambulat artam & anguſtam uiam quæ ducit ad uitã, & pauper eſt à malis operibus, & ſcit ubi Chriſtus qui uita eſt, cõmoretur. a ¶ Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulantem in anima &c.) Dilucide hoc interpretatus eſt Symmachus dicens: Melius eſt prouidere, quàm ambulare ut libet, id eſt, melius eſt iuxta ſenſum cuncta agere, qui animæ eſt oculus, quàm uoluntatẽ cordis ſequi: Hoc eſt enim ambulare in anima, ſicut Ezechiel ait: Qui ambulant in uoluntate cordis ſui. *Ezech.1.* Vel certe ſuperbum & ſibi placẽtem arguit, & meliorem dicit eſſe eum qui cuncta prouideat, quàm illum cui nihil placet niſi quod ipſe fecerit: quo nihil eſt deterius, & omni uento inanius. Rurſum & hic præſumptionem ſpiritus, Aquila & Theodotio, paſtionem uẽti, interpretati ſunt. Symmachus uero afflictionem ſpiritus. Porro ſciẽdum eſt, quod apud Hebræos, & ſpiritus, & uentus ſimiliter appellentur, id eſt, רוּחַ. b ¶ Quid eſt quod futurum eſt, iam uocatum eſt nomẽ eius & cognitum: quia homo eſt, & non poterit iudicari cũ &c.) Apertę de ſaluatoris prædicatur aduẽtu: quod qui

a contra uitam. Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulantem in anima. Sed & hoc uanitas & præſumptio ſpiritus. Quid b eſt quod futurum eſt: iam uocatum eſt nomen eius & cognitum: quia homo eſt, & non poterit iudicari c cum fortiore ſe. Quia ſunt uerba multa multiplicãtia uanitatem. Quid plus homini? Quis enim cognouit quid ſit bonum homini in uita? numerũ dierũ uitæ uanitatis eius, & faciet ea quaſi umbrã: quia quis annunciabit homini quid ſit poſt eum ſub ſole?

Caput VII.

d BOnum eſt nomen ſuper oleum bonum & dies mortis ſuper diem natiuitatis eius.

Melius

uita. Melius eſt uidere qđ cupias, quã deſiderare qđ neſcias. Sed & hoc uanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. Qui futurus eſt, iam uocatum eſt nomẽ eius, et ſcitur quod homo ſit, & nõ poſſit cõtra fortiorem ſe ĩ iudicio cõtẽdere. Verba ſunt plurima, multãq; in diſputãdo habẽtia uanitatem. Cap. VII.

QVid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid cõducat ſibi ĩ uita ſua & numero dierum peregrinationis ſuę, & tẽpore quod uelut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum futurum ſub ſole ſit? Melius eſt nomen bonum, quàm unguẽta precioſa, & dies mortis die natiuitatis.

Melius

G futurus eſt, anteq; in corpore cerneretur, iã uocatũ eſt in ſcripturis nomen eius, & cognitum prophetis & ſanctis dei, quia homo ſit, & iuxta hoc quod homo eſt: non poſſit ſe cõferre cum patre & in euãgelio dicat: Qui me miſit, maior me eſt. *Ioan.14.* Vnde & in cõſequẽtibus præcipitur: ne ultra quàm de eo nobis ſcriptum eſt, requiramus, ne uelit homo plus ſcire quã ſcriptura teſtata eſt ſcire. Cum enim de ſtatu noſtro ignoremus, & uita noſtra quaſi umbra tranſeat, & futura incerta ſint: nõ nobis expedit ut maiora, q; poſſumus, inquiramus. Nonnulli illud in hoc loco ſignificari putãt quod omnium qui futuri ſunt, & hominũ corpore circundãdi, iam deus uocabulum nouerit: nec poſſit homo reſpondere cõtra artificem ſuum, H quare ita uel ita factus ſit. Quãto eñ amplius quæſierimus, tanto magis oſtendi uanitatem noſtram & uerba ſuperflua, & nõ ex præſciẽtia dei liberum tolle arbitriũ: ſed cauſas ante præcedere, quare unumquodq; ſic factum ſit. c ¶ Quia ſunt uerba multa multiplicantia uanitatem &c.) Cum (inquit) ignoret homo de ſtatu ſuo, & quæcunq; uidetur ſcire & cernere: non ut ſe rei habet ueritas, ſed per ſpeculum, & umbram, & imaginem uideat: nec futura cognoſcat, & per multiloquium nõ effugiat peccatum: ſilentium ponat ori ſuo, & credat eũ ueniſſe qui ſcriptus eſt: quomodo, & quantus, & qualis uenerit, non requirens.

Caput VII.

BOnum eſt nomen ſuper oleum bonum, et dies mortis ſuper diem natiuitatis eius.) Cõſidera, inquit, ò homo dies tuos breues, & quia cito eſſe ſoluta carne ceſſabis, fac tibi famam longiorẽ: ut quomodo unguẽtum nares odore delectat: ſic ad tuum uocabulũ cuncta poſteritas delectetur. Qđ ꝑſpicue interpretatus eſt Symmachus dicẽs: Melius eſt nomẽ bonũ, quàm unguẽtũ bene olẽs. Siquidẽ moris eſt Hebræorum unguẽtum bonũ, oleũ nũcupare. Quod

A autem ait: Et dies mortis ſuper diem natiuitatis eius: uel hoc oſtendit, melius eſſe exire de ſeculo, & carere tribulationibus atq; incerto uitæ ſtatu, quàm ingredientem mundum hæc omnia ſuſtinere. Vel certe quod in morte quales ſimus notũ ſit: In exordio uero naſcẽdi qui futuri ſimus, ignoretĩ. Aut quod natiuitas alliget corpore libertatẽ animæ, mors reſoluat. a ¶ Melius eſt ire ad domũ luctus &c.) Vtilius eſt ad exequias funeris, q; ad domũ ire cõuiuij: quia ibi recordatione cõditiõis noſtræ & fragilitatis humanæ, ex præſenti cadauere cõmonemur. In cõuiuij autem lætitia, etiã ſi quid timoris habere uidebamur, amittimus. Nouiſſimum uerſum apertius interpretatus eſt Sym- B machus dicens: Et qui uiuit, reſpiciat ad mẽtem. Ex quibus approbatur in eo quod ſuperius cibum & potum uiſus eſt approbare, non eum uoluptatem rebus præferre cũctis, ut pleriq; male æſtimant: ſed ad cõparationem auaritiæ & nimiæ parcitatis, licet breue ſit plus eſſe, ſi uel ad momentum quis ſuis opibus perfruatur. Nunq; enim triſticiam luctus, feſtiuitati cõuiuij prætuliſſet: ſi bibere & ueſci alicuius putaſſet eſſet momenti. b ¶ Melior eſt ira, quàm riſus &c.) Riſus diſſoluit ſapientem: ira corripit & emendat. Iraſcamur & nobis, ſi quando peccamus, iraſcamur & alijs. Per triſticiam quippe uultus, melior fiet animus: ut interpretatus eſt Symmachus. *Luc.6.d* Et idcirco: Væ nunc ridentibus, quoniam ipſi lugebunt. c ¶ Cor ſapientis in domo luctus & cor inſipientis in domo læticiæ &c.) *Math.5.a* Beati (inquit ſaluator) lugentes: quoniam ipſi conſolabuntur. *1.Reg.16.d* Lugebat & Samuel regem Saulem omnibus diebus uitæ ſuæ. *2.Cor.12.g* Et Paulus ſuper eos qui poſt peccata uaria noluerant agere pœnitentiam, lugere ſe dicit. Cor igitur ſapientis uadat ad domum talis uiri qui ſe corripiat delinquentem: ut adducat ad lachrymas, qui prouocet propria lugere peccata: & non eat ad domum læticiæ, ubi doctor adulatur & decipit: ubi non conuerſionem audientium ſed & plauſus quærit & laudem. Talis præceptor plangitur: diues in ſermone, non diues in opere: qui quia

a Melius eſt ire ad domum luctus q; ad domũ cõuiuij: in quo finis eſt omnis hominis, & qui uiuit, dab bit ad cor ſuum. Melior eſt ira quàm riſus: quia in mœrore uultus emẽdabic tur cor. Cor ſapiẽtis in domo luctus, & cor inſipiend tis in domo læticiæ. Melius eſt audire increpationem ſapiẽtis ſuper uirum audientem carmen ſtultorũ. Quia ſicut uox ſpinarum ſub olla, ita riſus ſtulti. Sed & hoc uanitas. Cae lumnia cõturbat ſapientem: & perdit cor fortituf dinis eius. Melius eſt nouiſſimum ſermõis, quàm principium eius.

Meli

Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorũ admonetur hominum, & uiuens cogitat quid futurum ſit. Melior eſt ira riſu, quia per triſticiam uultus corrigitur animus delinquẽtis. Cor ſapiẽtium ubi triſticia eſt, & cor ſtultorꝝ ubi læticia. Melius eſt à ſapiẽte corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi, quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti. Sed & hoc uanitas. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis eius. Melior eſt finis oratiõis, quàm principiũ.

Me

ſaturatus eſt, propterea recipit conſolationem ſuã. C Deniq; huic expoſitioni etiam ſequentes uerſiculi concordant. Ait enim. d ¶ Melius eſt audire increpationem &c.) Melius enim eſt à ſapiente corripi, q; per adulationem decipi blandiẽtis. Cui ſimile eſt illud: Meliora *Prouer.27.a* ſunt uulnera amici, quã fraudulenta oſcula inimici. Sicut eñ uox ſpinarum ſub olla ardentiũ, ſtrepitũ inſuauẽ reddit: ita ſuauia & palpantis magiſtri uerba nõ ꝓderũt: uelut ad curas ſeculi, quæ ſpinæ interpretantur, auditores ſuos cohortantis, uel futuro eos incẽdio præparãtis. Symmachus ꝓ eo quod nos poſuimus: quia ſicut uox ſpinarum ſub olla, ſic riſus ſtulti: hunc ſenſum interpretans quẽ ſupra diſſeruimus ait: D Per uocẽ imperitorum uinculis quiſpiã colligatur, hoc eſt, ad uocẽ talium præceptorũ magis auditor innectitur, dum uinculis peccatorũ ſuorũ unuſquiſq; cõſtringitur. e ¶ Calumnia cõturbat ſapientẽ &c.) Nunc ſapientẽ in ꝑfectu poſitũ accipe, ſecũdũ illud: Argue ſapientẽ, & diligit te. *Prouer.9.b* Sapiẽs quippe perfectus, nulla argutione indiget, nulla calumnia cõturbatur. Vtamur hoc uerſiculo, ſi quando iuſtum uirũ atq; ſapiẽtem uidemus calũniam ſuſtinere, & turbari de iniquitate iudicij, nec deum ſtatim ſubuenire præſentem. Pro eo uero quod LXX. & Aquila, & Theodotio interpretati ſunt: ꝑdit cor εὐγενείας αὐτοῦ, id eſt, fortitudinis, ſiue uigoris eius: Symmachus ait; & perdit מַתָּנָה id eſt, donũ: tam uerbum Hebraicum, q; interpretationem eius copulans: & faciens illũ ſenſum, qui alibi ſcriptus eſt: *Deute.16.* Excæcant munera etiã ſapientiũ oculos. f ¶ Melius eſt nouiſſimum ſermonis, q; principium eius.) Meliores ſunt in dicendo epilogi, q; exordiũ. In his enim dicentis ſolicitudo finitur, in illo incipit. Vel certe ſic: Qui incipit audire ſermonẽ & ad præceptorem uadit, in principio eſt: qui uero extrema audit, cõſummatus eſt atq; perfectus. Sed & hoc modo intelligi poteſt: Dum in iſto ſeculo ſumus, quod *1.Cor.13.c* ſcimus, omne principium eſt: cum autem uenerit quod perfectũ eſt, in nouiſſimis & cõſummatis erimus. Hebræus ita hunc locum cũ ſequẽti uerſiculo

 diſſe

E diſſeruit, Melius eſt te finem conſiderare negocij, quàm principium & patientem eſſe, quàm impatiẽtiæ furore raptari. Diſcimus itaq; ex hac ſententiola, nullam in hominibus eſſe ſapientiam; cum melius ſit tacere quàm proloqui, & quia cum finita fuerit oratio, intra ſemetipſum recogitat auditor quid ſit dictum, cum autẽ cœperimus loqui, necdum quid utilitatis accepit. a ¶Melior eſt patiens ſuper excelſum ſpiritu.) Quia ſuperius iram conceſſerat dicẽs; Melior eſt ira quàm riſus; ne putaremus iram quæ in paſſione eſt laudari; nunc præcipit iram penitus eſſe tollendam. *Supra eodem* Ibi enim pro correctione in peccantes, & eruditione in minores iram poſuit, hic uero impatientiam refrenauit. Patientia autem non ſolum in anguſtijs, ſed & in lætioribus neceſſaria eſt; ne plus quàm condecet, exaltemur. F Videtur mihi & qui nunc excelſus appellatur ſpiritu, in euangelio pauperi ſpiritu eſſe contrarius, qui in beatitudine ponitur. b ¶Ne feſtines in ſpiritu tuo ut iraſcaris; quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.) Non quod cõcedat tardius iraſcendum: idcirco nunc dicit; Ne feſtines in ſpiritu tuo iraſci: ſed quod cum furens & recens fuerit ira dilata, facilius ſedatam poſſit auferre. Et quia ira ſemper iuncta ſuperbiæ, deſiderat ultionem, meliorem ſupra patientem dixit eſſe quàm eum qui excelſus eſt ſpiritu, & nunc ſignum inſipientiæ dedit; quia quamuis aliquis potens exiſtimetur & ſapiens; ſi iracundus ſit, inſipiens arguitur. Ira quippe in ſinu ſtultorum requieſcit. c ¶Ne dixeris, quid factum eſt; quia dies priores erant meliores quàm iſti; quia non ſapienter interrogaſti de hoc.) Ne uetus ſeculum præſenti præferas; quia unus utriuſque eſt conditor deus; uirtutes, bonos dies uiuenti faciunt; uitia, malos. Ne dicas ergo meliores fuiſſe dies ſub Moyſe & ſub Chriſto quã modo ſunt, Nam & illo tempore plures fuerunt increduli, & dies eorum mali facti ſunt, & nunc credentes multi reperiuntur; *Ioan. 20. g* de quibus ait ſaluator; Beatiores ſunt qui me non uiderunt & crediderunt. Aliter; Sic debes uiuere, ut ſemper præſentes dies meliores tibi ſint, quàm præteriti; ne cum paulatim decreſcere cœperis, dicatur tibi; Currebatis bene, *Galat. 5. b* quis uos impediuit ueritati nõ obedire? Et iterum; *Ibidem. 3. a* Incipientes ſpiritu, nunc carne conſummamini.

a Meliòr eſt patiens ſuper excelſum ſpiritu. b Ne feſtines in ſpiritu tuo, ut iraſcaris; quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit. c Nẽ dixeris quid factum eſt; quia dies priores erant meliores quàm iſti; quia non ſapiẽter interrogaſti de hoc. d Bonã eſt ſapientia cũ hæreditate, & amplius uidẽtibus ſolem; quia quomodo umbra ſapientiæ ſic umbra argenti, & quod plus eſt ſcientia ſapientiæ uiuificabit habentem ſe.

Vide

Aliter; Ne dicas meliora tempora olim Moyſi, G quàm nunc Chriſti, legis fuiſſe quàm gratiæ. Si enim hoc uolueris quærere, imprudenter facis: non uidens quantum diſtet euangelium à ueteri teſtamento. d ¶Bona eſt ſapientia cum hæreditate, & amplius uidentibus ſolem; qa quomodo umbra ſapientiæ, ſic umbra argenti, & quod plus eſt ſcientia ſapientiæ uiuificabit habẽtem ſe.) Maioris eſt gloriæ ſapiens cum diuitijs, quàm tantum ſapiens. Alij enim ſapientia indigent, alij opibus, & qui ſapiens eſt & non diues, poteſt quidem docere quod bonũ eſt; ſed interdum non poteſt præſtare qd' petitur. Et idcirco ait; Quia ſicut umbra ſapientiæ, ita umbræ pecuniæ, id eſt, quomodo protegit ſapientia, ſic interdum protegit & pecunia. H Et ne uideretur ſapientiæ detraxiſſe, dum eam fortuito bono ſubiecit. Non enim in noſtra poteſtate eſt habere diuitias, quas iniuſti ſæpe plus poſſident; propterea maiorem eſſe ſapientiam demonſtrauit dicens; Et amplius ſcientia ſapientiæ uiuificabit ſe habentem. In eo (inquit) maior eſt ſapientia diuitijs, quod abſque ullis opibus uiuificat eum qui ſe habuerit. Quidam hunc locum ita interpretantur; Hæreditatem (inquiunt) pro conuerſatione bona poſuit; per quam hæredes ſumus dei, & cohæredes Chriſti. Vult igitur Eccleſiaſtes docere quanto differunt hi qui ſolem merentur uidere iuſticiæ, & habent ſapientiam cum conuerſatione bona, ab his qui abſque ſapientia, uitæ tantum & conuerſationis ſtudium commodarunt. Quod quidem & Daniel oſtendit dicens; Intelligentes ſermones meos fulgebũt ut luminaria cœli. *Dan. 12. b* Siue ut Theodotio interpretatus eſt; Quaſi ſplendor firmamenti. Qui uero fecerint ſermones meos, quaſi ſtellæ cœli. Vmbram autem argenti ſiue pecuniæ illam ſecundum ἀναγωγὴν debemus accipere; de qua talenta & minæ in parabolis euangelij leguntur; *Matth. 25.* *Luc. 19. b* ut cum fuerimus ſub umbra ſapientiæ, & ſub umbra talis argenti; Per diem ſol non urat nos; neque luna per noctem. *Pſal. 120.* Sed & hoc dici poteſt; quia umbra eſt uita noſtra ſuper terram; *Ioan. 8. b* & ſpiritus uultus noſtri Chriſtus dominus cui diximus; in umbra eius uiuemus in gentibus. Omnis noſtra in hac terra protectio inſtar umbræ eſt, *Tren. 4.* ſiue ſapientiæ, ſiue ſupradicti argenti, donec aſpiret

Melior eſt patiens arrogãte. Ne ſis uelox ad iraſcẽdũ; qa ira in ſinu ſtulti requieſcit. Ne dicas, quid putas cauſæ eſt, qd' priora tempora meliora fuere quàm nunc ſunt? Stulta enim eſt huiuſcemodi interrogatio. Vtilior eſt ſapiẽtia cum diuitijs, & magis prodeſt uidẽtibus ſolẽ. Sicut em̃ ꝓtegit ſapientia ſic ꝓtegit pecunia. Hoc aũt plus habet eruditio et ſapientia, quod uitam tribuunt poſſeſſori ſuo.

Conſi



A ſpiret dies & amoueantur umbræ. Symmachus more ſuo etiam in hoc loco manifeſtius interpretatus eſt dicens; Quomodo protegit ſapientia, ſimiliter protegit pecunia. Sequens aũt uerſiculus perſpicue ad ſtudium ſcientiæ cohortatur. a ¶Vide opera dei; quoniam quis poterit adornare quem deus peruertit.) Et in hoc loco ita Symmachus trãſtulit; Diſce opera dei; quia nemo poterit corrigere qd' ille imminuit; id eſt, ſufficit tibi de ſcripturis ſanctis, ſiue ex ipſa contemplatione elementorum ſcire & intelligere quæ facta ſunt; non tamen cauſas rationeſq; perquirere, quare unumquodque ſic factum ſit, uel aliter fieri debuiſſe quàm factũ eſt. Verbi gratia; Si B quis uelit quærere *Exo. 4. c* cur Moyſi ita loquatur deus; Quis fecit mutum & ſurdum, uidentem & cæcum; nónne ego dñs deus? Et dicat; Cur cæcus & ſurdus, & mutus ita creati ſunt; & cætera his ſimilia. Sumendum in hoc loco teſtimoniũ de ſeptimodecimo pſalmo, in quo ad dominũ dicitur; Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris; Et dicendum eſt, ſanctum dñm eſſe cum eo qui ſanctus eſt, & peruerſum apud eũ qui ſua uoluntate fuerit ante peruerſus. Iuxta illud *Leuit. 26. c* quoq; quod in Leuitico ſcriptum eſt; Si ambulauerint ad me peruerſi, & ego ambulabo ad eos peruerſus in furore meo. Quod quidẽ & illud poterit exponere, quare indurauerit dominus cor Pharaonis. *Exo. 4. c* Quomodo enim una atq; eadem ſolis operatio liquefacit ceram & ſiccat lutũ; ſed pro ſubſtãtia ſua & liqueſcit cera, & ſiccatur lutũ; ſic una dei in Aegypto ſignorũ operatio molliebat corda credentiũ, *Roma. 2. d* & incredulos indurabat; Quia iuxta duritiã ſuam & impœnitens cor, theſaurizabãt ſibi irã in die iræ ex his mirabilibus, quæ cum uiderẽt fieri, nõ credebant. b ¶In die bonitatis eſto in bono & in die malo uide. Et quidem iſtud congruum huic fecit deus ad loquẽdum, ut non inueniat homo &c.) Scio me audiſſe in eccleſia ab eo qui putabatur habere ſcientiam ſcripturarũ, ita hos uerſiculos ediſſertos. Dum in hoc præſenti ſeculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora, ut poſtea ipſe ſecurus in die malo, id eſt, in die iudicij torquere alios uideas. Sicut em̃ præſens ſeculum fecit deus; in quo nobis fructũ bonorum operũ poſſumus præparare, ita & futurũ in quo nulla boni operis datur facultas; uiſus eſt quidem ſuadere cum diceret audientes. C Sed mihi uidet̃ alius eſſe ſenſus, quẽ & Symmachus trãſtulit dicẽs; In die bono eſto in bono; diem uero malũ intuere. Siquidem hoc ſimile huic fecit deus, ut non inueniret homo quod cõtra eũ quæreret. Et bona, inquit, & mala prout tibi euenerint, ſuſtine. Nec putes uel bonorum tantum aut malorũ in mundo eſſe naturam, cum ex diuerſis mũdus iſte contrarijs ſubſiſtat; calidis & frigidis, ſiccis & humectis, duris & mollibus, tenebroſis & lucidis, malis & bonis. Hoc autem fecit deus, ut habeat ſapientia locum in eligendo bonum, & uitando malum, & liberum homini relinquat̃ arbitriũ; ne ſe dicat inſenſibilem, & ſtolidũ à deo eſſe generatũ, ſed eum ideo feciſſe diuerſa; ut homo queri de ſua D conditione non poſſet. Simúlque hoc teſtimonium conſequenter ſuperioribus copulabitur, in quibus ait; Quis poterit adornare quod peruerterit deus? c ¶Omnia uidi in diebus uanitatis meæ. Eſt iuſtus periens in iuſticia ſua, & eſt impius longæuus in malicia ſua.) Huic quid ſimile in euangelio ait ſaluator; Qui inuenit animam ſuam, perdet eam; *Matth. 10. d* & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Machabæi pro lege dei atq; iuſticia uiſi ſunt in ſua perire iuſticia, & martyres qui ſanguinem fudere pro Chriſto; Econtrario qui ex illo tempore ſuillam carnem comederunt, & poſt aduentum domini ſacrificauerunt idolis ſuis, hi uiſi ſunt in hoc ſeculo uiuere, & propter ſuam maliciã perſeuerare longæui. Sed dei in occulto patientia eſt, & tribulare nunc ſanctos, ut recipiant mala in uita ſua; & peccatores non uiſitare pro ſcelere, & quaſi ad uictimã reſeruare, ut & illis poſſit æterna bona reſtituere, & his mala inferre perpetua. Hebræi iuſtos pereuntes in iuſticia ſua, filios Aaron ſuſpicantur; quod dum putant ſe iuſte agere, alienum ignem obtulerint. Et impium longæuum in malicia ſua, Manaſſen dicunt; qui poſt captiuitatem reſtitutus in regno, longo deinceps uixerit tempore. d ¶Noli eſſe iuſtus multum, & ne quæras amplius, ne obſtupeſcas.) Si quem rigidum & trucem ad omnia fratrum peccata conſpexeris, ut nec in ſermone peccanti; nec propter naturalem interdum pigritiam moranti det ueniam; hunc ſcito plus iuſtum eſſe, quàm iuſtum eſt.

a Vide opẽra dei; quoniã qs poterit adornare, quẽ b deus peruerterit? In diẽ bonitatis eſto in bono, & in die malo uide. Et quidem iſtud congruũ huic fecit deus ad loquẽdum, ut non inueniat homo c poſt eum quicq;. Omniã uidi in diebus uanitatis meæ. Eſt iuſtus periẽs in iuſticia ſua; & eſt impius longæuus in malicia ſua. d Noli eſſe iuſtus multum, & ne quæras amplius ne obſtupeſcas.

Ne impie

Cõſidera opera dei; quod nemo poſſit corrigere quẽ ille deſpexerit. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Sicut em̃ hãc ſic & illã fecit deus; ut non inueniet homo contra eum iuſtas querimonias. Hæc quoq; uidi in die uanitatis meæ. Iuſtus peribit ĩ iuſticia ſua, & impius multo uiuit tempore in malicia ſua. Noli eſſe iuſtus multum; neque plus ſapias quàm neceſſe eſt; ne obſtupeſcas.

Ne impie

a Nē impie agas multum: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non b tuo. Bonum eſt retinere iuſtum. Et quidē ab hoc ne dimittas manū tuam, qm̄ q timet deū, egrediet̄ c ad oīa. Sapiētia cōfortabit ſapientē ſuper decē poteſtatē habētes q ſunt in ciuitate: quia nō eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & nō peccet.

Et quidē

Ne impie agas multūm: & noli eſſe ſtultus: ne moriaris in tempore nō tuo. Bonum eſt te ſuſtentare iuſtum, ſed ab illo ne ſubtrahas manum tuā: quia qui timet deum nihil negligit. Sapientia confortauit ſapientem: ſuper decem principes ciuitatis. Non eſt enim homo iuſtus in terra: qui faciat bonum & non peccet.

Sed &

E Cum enim ſaluator præcipiat dicens: Nolite iudicare, ut non iudicemini: & nullus ſit abſq; peccato:
Luc.6.f
Iob.25.b nec ſi unius quidem diei fuerit uita eius: inhumana iuſticia eſt fragilitati conditionis hominū non ignoſcens:
Prou.20.b Noli ergo eſſe iuſtus multum: quia pondus grāde, & pōdus par uū abominatio coram domino. Vnde & apud philoſophos, uirtutes ī mediullio poſitę ſunt, & omne quod nimium eſt, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, reputatur in uitio. Quod autem ait: Noli quærere amplius ne turberis, ſiue ne obſtupeſcas: mentē noſtram ſcit perfectam comprehendere non poſſe ſapientiam: & menſurā fragilitatis noſtræ, iubet nos ſcire debere. Deniq; & Paulus ei qui plus quàm homo
Roma.9.d ſcire cuperet, requirebat, dicēs ei: Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? Reſpondit: O homo tu quis es qui reſpondeas deo &c. Si enim cauſas quæſtionis, ille qui interrogans intro-
F ducitur, audiſſet ab Apoſtolo: ſtupore forſitan torpuiſſet, & gratiam ſenſiſſet inutilem. Quia eſt & donum, quod non proſit ei cui datum eſt, iuxta eundem Apoſtolum. Hebræi hoc mādatum, id eſt: Noli eſſe iuſtus multum: ſuper Saule interpretātur: qui Agag miſertus eſt, quem dominus iuſſerat occidi.
1.Reg.15.c Sed & ille de euangelio ſeruus cui ignouerat do-
Matth.18.c minus, & ipſe conſeruo noluit ignoſcere: huic poteſt uerſiculo coaptari, quod fuerit iuſtus multum.
a ¶Ne impie agas multum: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.) Cum dominus
Ezech.33.e loquatur: Nolo mortem peccatoris: ſed tantum ut reuertatur & uiuat: & ſemel peccaſſe ſufficiat: debemus nos erigere poſt ruinam. Si enim iuxta eos qui de phyſicis diſputant: nouit hirundo pullos de ſucco oculare chelidoniæ: & dictamum capreæ appetunt uulneratæ: cur nos ignoremus medicinam pœnitentiæ propoſitam eſſe peccantibus? Quod autem ait: Ne moriaris in tempore nō tuo:
Nume.16.e Scimus Chore & Dathan, & Abiron propter ſeditionem aduerſum Moyſen & Aaron, repentino terræ hiatu deuoratos, & ad emendationem malorum, ante diem iudicij etiam in hac uita plurimos iudicatos. Quod dicit ergo, tale eſt: Noli peccatis addere peccata: ne prouoces deum etiam hic tibi inferre iudicium. b ¶Bonum eſt retinere iuſtum. Et quidem ab hoc ne dimittas manum tuam: quoniam qui timet deum, egredietur ad omnia.) Bonum eſt iuſtis benefacere, ſed & peccatoribus benefacere, non iniuſtum eſt. Bonum eſt domeſticos G fidei ſuſtentare, ſed & omni petenti tribuere præceptum eſt. Timens quippe deum & imitator conditoris ſui qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, abſq; reſpectu perſonarum omnibus benefacere feſtinat. Aliter: Quia uita hæc miſerabilis diuerſis quotidie uariat̄ euentibus: tam ad aduerſa, quàm ad proſpera, iuſti animus præparetur, & poſcat domini miſericordiam: ut quodcunq; euenerit, librata mente ſuſtentet. Qui enim timet deum, nec proſperis eleuatur, nec opprimitur aduerſis. c ¶Sapientia confortabit ſapientem ſuper decem poteſtatem habētes qui ſunt in ciuitate: quia non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.) Propterea ſapientia confortat iuſtum, & omnium principum ciuitatis ſuper eum excedit auxilium: quia quamuis aliquis iuſtus ſit: tamen dum in hac carne eſt conſti- H tutus, ſubiectus eſt uitijs atq; peccatis, & maiore præſidio indiget. Aliter: Decem qui poteſtatem habent, & in urbe conſiſtunt, angeli ſunt: qui ad perfectum numerum peruenere denarium, auxiliantur humano generi. Sed ſi quis conſideret omnia auxilia, maius eſt auxilium ſapientiæ, id eſt, domini noſtri Ieſu Chriſti. Poſtq; enim dixerūt angeli: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, re- Hiere.51.a linquamus eam, & abeat unuſquiſq; in terram ſuā: tunc magiſter medicorum ipſe deſcendit, & reſperſos nos ſanguine, & peccatorum madentes cruore qui omnem ſubſtātiam noſtram expenderamus in medicos, tactu fimbriæ ſuæ ſanauit. Sanauit autē in Luc.8.f ciuitate, hoc eſt, in mundo iſto: & cōfortabit ſapientem, ſiue (ut Lxx. trāſtulerūt) adiuuabit. Omni eīm qui habet, dabitur ei & adijciet̄. Quia autē indiguit homo poſitus in peccatis, & infixus in limo profundi peccati, maiore auxilio: idcirco uenit ipſa ſapientia. Aliter: Supra dixerat, & domeſticis & alienis bene eſſe faciendum. Poterat ergo aliquis reſpondere: Si omnibus benefacere uoluero, non habeo unde faciam. Nec poteſt iuſtus tantas habere diuitias, quæ ſolent magis peccatoribus abūdare. Propterea nunc ait: Quos nō potes opibus, cōſilio adiuua: ſolatio foue. Plus enim potes in anguſtia conſtituto præſtare ſapientia, q̄ quilibet maximæ poteſtatis. Et hoc ipſum cum prudentia facito. Grandis quippe libra iuſticiæ eſt: & cui, & quantum, & quàm diu, & quali uel in re uel in conſilio tribuere.

Et quidē



a Et qūidē in omnes ſermones quos loquētur impij, ne dederis cor tuū, ut nō audias ſeruum tuum maledicentē tibi. Etenim frequenter ſcit cor tuū, quia & tu maledixiſti alijs. O- b mniā hæc tentaui in ſapientia, & dixi: Sapiens efficiar, & ipſa longius facta eſt à me, magis q̄ erat: & alta profunditas, quis in- c ueniet eam? Circūiui ego cor meū: ut ſcirem & conſiderarem, & quærerē ſapientiam & rationem, & ut cognoſcerem impietatem ſtulti & imprudentium errorem. Et inueni ego amariorē morte mulierem, quæ laquæus uenatorū eſt, & ſagena cor eius: uincula ſunt manus eius. Bonus corā deo eruetur ab ea: & qui peccator d eſt, capietur in illa. Eccē hoc īueni dixit Eccleſiaſtes, uriam ad unam:

ut inue-

Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur: nec accommodes cor tuum: ne forte audias ſeruum maledicentem tibi. Scit enim conſcientia tua: quia & tu crebro maledixiſti alijs. Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi ſapiens efficiar, & ipſa lōgius receſſit à me multo magis quàm erat. Et alta profunditas: quis inueniet eā? Luſtraui uniuerſa animo meo: ut ſcirē & conſiderarē & quærerem ſapientiam & rationem, & ut cognoſcerem impietatem ſtulti & errorem imprudētium. Et inueni amariorē morte mulierem, quæ laqueus uenatorum eſt, & ſagena cor eius. Vincula ſunt manus illius. Qui placet deo effugiet illam: qui autem peccator eſt capietur ab illa. Ecce hoc inueni dixit Eccleſiaſtes: unum & alterū:

ut inue

A a ¶Et quidem in omnes ſermones quos loquentur impij, ne dederis cor tuum &c.) Fac quæ præcepta ſunt tibi: & ſapientiæ auxilio cōfortatus, uel ad bona, uel ad mala præpara cor tuum: & non cures quid de te loquātur inimici, qualis foris opinio ſit. Quomodo enim prudentis uiri eſt, murmurantem famulum non audire, nec curioſe aurē apponere, quid de ſe loquatur abſente: ſi enim hoc fecerit, ſemper in tribulatione erit, & ad muſſitationem ſerui iracundia cōmouebitur, ſic & ſapientis hominis eſt ſapientiam præuiā ſeq, & uanos nō cōſiderare rumores. Sed & alio exemplo docet penitus non curandum iuſto homini qd homines loquantur, dicens: Quomodo
B nouit conſcientia tua qd' tu de multis locutus es, & ſæpe alijs detraxiſti: ſic & alijs debes ignoſcere detrahentibus. Et ſimul docet non facile iudicandum, & habentem trabem in oculo, de feſtuca alterius nō loquendū. b ¶Omnia hæc tē taui in ſapientia, &
3.Reg.3.b
& 4.d dixi: Sapiēs efficiar &c.) Dicit ſe, ut Regnorū quoque teſtātur libri, ultra omnes homines quæſiſſe ſapientiā, & tentaſſe ad finē illius peruenire. Sed quāto plus quæſierit, tāto minus reperiſſe, & in mediā dimerſum caliginē, tenebris ignorātiæ circundatū. Aliter: Vir qui eruditus fuerit in ſcripturis: quāto plus ſcire cœperit, tāto ei in his quotidie oritur maior obſcuritas. Aliter: Cōtemplatio ſapiētiæ in hac uita in ſpeculo uidetur & in imagine: cū cognouero facie ad faciē eius noticiā reuelandam: tunc liquido recognoſcā, longe me nunc ab eius noticia diſſidere. c ¶Circuiui ego cor meū, ut ſcirem & conſiderarem, & quærerem ſapientiā &c.) Pro eo quod Lxx. poſuerunt: ἐκύκλωσα ἐγὼ καὶ ἡ καρδία μου τοῦ γνῶναι, id eſt: Circuiui ego & cor meum ut cognoſcerem: Symmachus interpretatus eſt dicens: Pertranſiui uniuerſa ſenſu meo, ſcire, & diſcere, & inueſtigare. C Quia igitur ſupra Eccleſiaſtes dixerat, omnia ſe in ſapientia pertentaſſe: & quāto plus eam inquiſierit, tanto illam longius refugiſſe: Nunc ait etiam illud in ſua ſe quæſiſſe ſapientia, quod in rebus humanis malum, uniuerſa antecedat mala: & quæ res impietatis, ſtulticiæ, erroris, uecordiæ teneat principatum. Et dicit ſe omniū malorum caput mulierem reperiſſe: Quia Roma.5. & per illam mors in orbem terrarum introijt: & precioſas animas uirorum capit. Omnes quippe adulterātes, quaſi clibanus corda eorum, quæ facit adoleſcentium euolare corda. Et cū in mentem miſeri amatoris inciderit, trahit eū in præceps: nec ante pedes ſuos reſpicere patitur: ſed quaſi laqueus & ſagena cor adoleſcentis innectit. Vincula ſunt manus eius. D Pro quo Aquila interpretatus eſt: Vinctæ ſunt manus eius, quod Hebraica lingua dicitur: אֲסוּרִים יָדֶיהָ. Suadere eīm poteſt, uim facere non pōt: nec ad ſe nolentes compellere. Iuſtus q fuerit & bonus coram deo, eruetur ab ea: peccator uero captus deducetur ad mortem. Non putemus temere hanc Salomonem de omni genere mulierum protuliſſe ſententiam: quod expertus eſt, loquitur. Ideo quippe offendit deū: quia captus eſt à mulieribus. Et hæc ſecundum literam. Cæterū iuxta intelligentiam ſpiritualem: aut omne generaliter peccatum, mulierem nominamus & iniquitatem, quæ ſub ſpecie mulieris ſedet in Zacharia ſuper plumbi talentum: aut diabolū ἐξωτικῶς mulierē Zach.5.c accipimus, ꝓpter effœminatas uires: aut certe idololatriam, & ut propius accedamus, hæreticorū eccleſiam, quæ inſipientē ſenſu ad ſe uocat, ut panes furtiuos, & aquā furtiuā, hoc eſt, falſum ſacramentum, & pollutum baptiſmum indoctus accipiat. d ¶Ecce hoc inueni dixit Eccleſiaſtes &c.) Hoc, inquit, reperi, uniuerſa diligēter euentilans, qd' paulatim peccando & ad unū delictum aliud apponēdo:

grandem

E grandem nobis ſummam efficimus peccatorum. חֶשְׁבּוֹן Cheſbon quippe, quod omnes uoce conſona λογισμοὺς, tranſtulerunt, ſecundum Hebræi ſermonis ambiguitatem, & numerum poſſumus & ſummã, & rationẽ, & cogitationẽ dicere. Sed & hoc ait; requiſiuit anima mea: an recta mulier inueniatur. Et cũ uix paucos de uiris bonos inuenerim: ita ut de mille unũ potuerim inuenire; mulierem bonã omnino inuenire nõ potui. Omnes enĩ me ad luxuriam, & nõ ad uirtutem deduxerunt. *Gene. 8. d* Et quia appoſitum eſt cor hominũ diligenter ad maliciam ab adoleſcentia, & penè omnes offenderunt deum; in hac ruina generis hũani, facilior ad caſũ eſt mulier. De qua poëta gẽtilis ait; *Verg. 4. Aeneid.* Variũ & mutabile ſemper fœmina. *2. Timo. 3. b* Et Apoſtolus: Semper, ait, diſcentes, & nũquam ad ſcientiam ueritatis peruenientes. F Et ne uideretur communẽ hominum damnare naturam, & deum autorem mali facere, dum talium cõditor eſt qui malum uitare non poſſunt, argute precauit & ait; bonos nos à deo creatos: ſed quia libero ſumus arbitrio derelicti, uitio noſtro ad peiora labi: dum maiora quærimus: & ultra uires noſtras uaria cogitamus. Aliter; Quotidie mecum uniuſcuiuſque rei rationem ponens, nullum inuenire cogitatum potui, qui non cogitatione peruerſa extrinſecus turbaretur. In mille autem uiris inueni hominem, qui iuxta imaginem conditoris eſt conditus: & in mille non quibuslibet, ſed uiris: quorum numerum mulier non potuit implere. Et in mille qui non appropinquauerunt ad mulierem; & propterea puriſſimi permanſerunt. *Tropolog.* Hæc omnia Tropologice accipienda. In multis quippe ſtudioſis & quotidiana meditatione ſudantibus, uix inuenitur cogitatus purus, & uiri dignus uocabulo. Poſſumus & cogitatus pro uiris accipere, mulieres pro operibus, & dicere: quod difficile cogitatio alicuius pura inueniri queat. Opera uero quia per corpus adminiſtrentur, aliquo ſemper errore commixta ſint. Pro eo autem quod ſupra ſermonem Hebræũ interpretantes diximus; Vnam ad unam, ut inueniatẽ numerus, ſiue ſumma, ſiue ratio, aut cogitatio; apertius interpretatus eſt Symmachus, unam ad unam inuenire rationem. Quod enim nos ſolemus abſolute & neutraliter appellare, id eſt, hoc quęſiui, illud uolui inuenire; Hebræi fœmino genere pronunciant, ſicut in pſalmo: G Vnam petij à domino, hanc requiram: *Pſal. 26. b* pro eo quod eſt, unum.

Cap. VIII.

QVis ita ut ſapiens, & quis nouit ſolutionem uerbi? Sapiẽtia hominis illuminabit uultum eius, & fortis faciem &c.) Supra docuerat difficile bonum hominem inueniri, & uenientem contra eliſerat quæſtionem: à deo bonos homines conditos, ſed ſponte ſua ad peccatũ delapſos: nũc quid boni homini dederit deus quaſi gloriabundus enumerat: ſapientiam ſcilicet atque rationem prouidentiæ, occulta dei noſſe myſteria, & arcana eius ſenſu cordis ĩtrare. Oblique autem de ſe loquitur, H quod nemo ita fuerit ſapiens ut ipſe, & nullus ſic fecerit problematũ ſolutiones, & ſapientia eius à cuncto laudata ſit populo, quæ non ſolum intrinſecus latuerit, ſed & in ſuperficie corporis & ſpeculo uultus eluxerit; ultraq; omnes homines prudentiã mẽtis in facie ſua pinxerit. Lxx. pro eo quod nos poſuimus; Quis ita ut ſapiens; trãſtulerunt; τίς οἶδε σοφούς, id eſt, quis nouit ſapiẽtes. Et pro eo quod nos diximus; Et fortis faciem ſuam commutabit, poſuerunt; καὶ ἀναιδὴς προσώπῳ αὐτοῦ μισηθήσεται, id eſt, & impudens uultu ſuo odietur. Et reuera cũ multi ſint qui ſapientiam repromittant; difficile inuenitur qui diſcernere queat uirum ſapientẽ ab his qui uidentur eſſe ſapientes. Et cum ſint plurimi qui ſcripturarum occulta dicantur poſſe ſoluere; rarus eſt qui ueram inueniat ſolutionem. Quod autẽ ſequitur; Sapientia hominis illuminabit uultum eius & improbus facie ſua odietur; ita poſſumus explanare, ut Pauli uerbo dicamus; Nos autẽ omnes reuelata facie gloriam dei contemplantes. *2. Cor. 3. d* Et pſalmiſtæ canentis; Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui dñe. *Pſal. 4. b* Sapientiam autem hic hominis non aliam eſſe dicit abſq; ſapientia dei. Quæ cum ſapiẽtia dei ſit, iuxta poſſibilitatẽ capacitatis hominis eius eſſe incipit qui ſe habere meruerit. Omnis hæreticus & falſum dogma defendens, impudenti uultu eſt & odietur. Deniq; Marcion & Valentinus melioris ſe dicunt naturæ eſſe quàm conditor eſt. Et hoc poſſet aliqua ex parte ferri ſi ſpem ſe huius rei habere contenderent & non iam poſſidere naturam.

Ego

ut inuenirem numerum quem adhuc quęſiuit anima mea, & non inueni. Hominem unum de mille inueni; & mulierem in omnibus his non inueni. Solummodo hoc inueni, quia fecit deus hominem rectum: & ipſi quæſierũt cogitationes multas.

Cap. VIII.

a QVis itã ut ſapiens: & quis nouit ſolutionem uerbi? Sapientia hominis illuminabit uultum eius: & fortis faciem ſuam commutabit.

Ego os

utinuenirem rationẽ quã adhuc quęrit anima mea, & non inueni. Virum de mille unum reperi; mulierem ex omnibus non inueni. Solũmodo hoc inueni; quod fecerit deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Quis talis ut ſapiens eſt? Et quis cognouit ſolutionem uerbi?

Cap. VIII.

SApientia hominis lucet in uultu eius; & potentiſſimus faciem illius commutabit.

Ego os



A a ¶ Ego os regis cuſtodio, & loquelam iuramenti dei &c.) Videtur mihi quidẽ præcipere iuxta Apoſtolum, *Titum. 3. d* regibus & poteſtatibus obſequendum: maxime Lxx. interpretibus imperatiuo modo dicentibus; στόμα βασιλέως φύλαξον, id eſt, os regis cuſtodi. Sed ego puto de illo rege nũc dici, de quo Dauid ait; *Pſal. 20. d* Domine ĩ uirtute tua lætabitur rex. Et in alio loco; ut patris & filij regnum unũ ſignificet ſcriptura cõmemorat; *Ibid. 71. d* Deus iudicium tuum regi da, & iuſticiam tuã filio regis. *Ioan. 5. d* Nõ enim iudicat pater quenq;, ſed omne iudiciũ dedit filio. Qui rex filius deus, patris regis eſt filius. Huius itaq; filij cuſtodiẽda pręcepta ſũt; huius uoluntati parendum. Et hoc eſt quod in Tobiæ libro ſcribitur; *Tob. 12. b* Myſterium regis abſcondere bonum eſt. B Et præcipue monet ne tractemus quare deus unumquodque pręceperit, ſed qđ cunq; uiderit eſſe mãdatum, hoc pia mens hominis implere feſtinet; *Pſal. 1. b* Et ſit in lege domini uoluntas eius. Quia uero Lxx. aliter tranſtulerunt dicentes; καὶ περὶ λόγου ὅρκου θεοῦ μὴ σπουδάσῃς, ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσῃ, id eſt, & de uerbo iuramẽti dei ne feſtines à facie eius ambulare; Sciendum iuramentum dei in diuinis uoluminibus eſſe conſcriptum. Hoc itaq; iuramentum, de dei uerbo ſacrum & arcanum, nõ debemus quibuſcunq; narrare & proferre in medium & citam de eo proferre ſententiam; *Exo. 33. d* Neq; ut Moyſes feſtines uidere faciem dei, ſed tamdiu ſuſtine donec ipſe pertranſeat, & tãtum eius poſteriora conſpicias. Necnon & illud quod ſequitur; Ne ſtes in uerbo malo &c. ſuper eo intelligamus qui hæreſeos errore præuẽtus eſt; uel ſuper illo qui cum eccleſiæ fidem habeat; tamẽ peccatis uincitur ut nõ ſit fidelis. Ne perſeueres in detractione, ne in turpiloquio, luxuria, auaricia, libidine. Quod ſi perſeueraueris; rex uitiorum atque peccati diabolus operabitur perditionẽ in te & faciet quodcunq; uoluerit. b ¶ Qui cuſtodit mãdatum non cognoſcet uerbum malum, & tempus & iudicium cognoſcit cor ſapientis.) C Notandum quod non cognoſcet uerbum malum, poſitum eſt pro eo quod eſt, non patietur aut non erit in eo; Siquidem & de ſaluatore ſic ſcriptum eſt; Qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. *2. Cor. 5. d* Pro uerbo quoq; Symmachus rem, interpretatus eſt dicẽs; Qui cuſtodierit mandatum, non experietur rem malã. Præcepit autem, regis imperium; id eſt, Chriſti conſeruandum; & ſcire quid & quare & quo tẽpore iubeat. c ¶ Quia omni negocio eſt tempus &c.) Licet diuerſa eueniãt, & nõ poſſit iuſtus ſcire quid ei futurum ſit; nec ſingularum rerum cauſas rationesq; cognoſcere: Nemo enim eſt conſcius futurorũ: tamen ſcit à deo cuncta in utilitatem hominum fieri & nõ abſq; eius uolũtate diſponi. D Eſt enim magna afflictio generi humano, quia ut poëta ait; Neſcia mens hominum fati ſortisq; futuræ: aliud ſperat, aliudq; euenit; de altero loco expectat hoſtem & alterius iaculo uulneratur. Pro eo autem quod Lxx. interpretes & Theodotio dixerũt, ὅτι γνῶσις τοῦ ἀνθρώπου πολλὴ ἐπ᾽ αὐτόν, id eſt, quia ſcientia hominis multa ſuper eum; in Hebræo maliciam habet non ſcientiam, ſed quia ר res & ד daleth literæ Hebraicæ excepto paruo apice ſimiles ſunt, pro רָעַת legerunt דָעַת; id eſt, pro malicia, ſcientiam. Hoc melius ſciet qui eiuſdem linguæ habuerit noticiã. Illud quoq; quod in fine horum uerſuũ ſcriptũ eſt; Quia neſcit quod factum ſit; & quid futurum ſit poſt eum, quis annunciabit ei; de uerbo ad uerbũ nũc ex ſermone Hebræo tranſtulimus, ut eſſe ſenſum alterũ nouerimus; qđ ſcilicet nec ea quæ præterierũt ſcire poſſumus, nec ea quæ futura ſunt, ita ut ſunt futura cognoſcere. d ¶ Non eſt homo poteſtatẽ habens in ſpiritũ, ut prohibeat ſpiritũ & nõ. &c.) Nõ eſt in poteſtate anima noſtra ne auferatẽ à nobis, & egredientem ad imperiũ domini ſpiritum prohibere. Nihil prodeſt ora concludere & uitã retinere fugientem.

Cumq;

a Egõ os regis cuſtodio, & loquelam iuramenti dei. Ne feſtines à facie eius abire; & ne ſtes in uerbo malo quoniam omne qđ uoluerit faciet. Sicut dixerit rex poteſtatẽ habet; & quis dicet ei, quid facis? b Qui cuſtodit mãdatũ nõ cognoſcet uerbum malũ: & tempus & iudicium cognoſcit cor ſapiẽtis. c Quia omni negocio eſt tẽpus & iudiciũ. Afflictio quippe hominis multa ſuper eum; quia neſcit quod futurum eſt; ſicut enim erit quis annũciabit ei? d Non eſt homo poteſtatem habens in ſpiritum ut prohibeat ſpiritum, & nõ eſt potens in die mortis, & non eſt emiſſio in die belli; & non ſaluabit impietas habentem ſe.

Omnia

Ego os regis obſeruo, & præcepta iuramenti dei. Ne feſtines recedere à facie eius; neq; permaneas in opere malo; quia omẽ quod uoluerit faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt. Nec dicere ei quiſquàm poteſt; quare ita facis? Qui cuſtodit præceptum; nõ experietur quicquàm mali. Tẽpus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Omni negocio tempus eſt & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuncio. Nõ eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritũ; nec habet poteſtatẽ in die mortis; nec ſinitur quieſcere ingruente bello; neq; ſaluabit impietas impium.

Omnia

E Cumq; interitus, inimicus uitæ noſtræ & hoſtis aduenerit: inducias accipere non poſſumus. Nec reges quondam in ſeculo & omnia noſtra impietate uaſtantes, obuias morti ferre manus: ſed in cinerẽ terramq; ſoluemur. Non eſt ergo lugendum ſi futura ſcire nõ poſſumus, & ſæpe ab iniquis potẽtioribus opprimamur, cum morte om̃ia finiantur, & ſuperbus & potens qui cuncta populatus eſt, non ualeat animam ſuã retinere cum rapitur. Aliter: Spiritus qui uniuerſa diſpenſat non poteſt à quoq; hominum prohiberi, & leges accipere ſpirandi. De quo & ſupra di- Supra.1.d ctum eſt: Gyrãs gyrando uadit ſpiritus. In die mortis non ſumus potentes: in die enim uitæ facile uitatur inimicus. Similiter q F in bello eſt, & dei pacem non habet, quæ ſuperat omnẽ intellectum: nõ habebit emiſſionem, de qua ſponſæ di- Canti.4.d citur: Emiſſiones tuæ paradiſus malorum granatorum cum fructu pomorum. Et quia impietas non ſaluabit habentem ſe: pietas è regione ſaluabit. Poteſt impietas diabolus appellari, & pietas dominus noſter Ieſus Chriſtus. a ¶Omnia hæc uidi & dedi cor meum in omne opus quod factum eſt ſub ſole &c.) Dedi, inquit, cor meũ ut omne quod ſub ſole geritur intuerer: & hoc uel maxime, quod homo accepit in homines poteſtatem, ut quoſcunq; uult affligat atq; condemnet. Cum itaq; mentem meam ad hæc intuenda dirigerem: uidi impios cũ tali opinione mortuos & ſic ſepultos, ut ſancti æſtimarentur in terra: qui & cum uiuerent putabantur digni eſſe eccleſiæ principes, & templo dei: & inſuper ambulantes tumidi, laudabanẽ in malis ſuis. Sicut ſcri- Pſal.9.d ptum eſt: Laudatur enim peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Hoc autẽ propterea euenit: quia nemo peccãtibus epiſcopis audet cõtradicere: nec ſtatim deus ſcelus ulciſcitur, ſed differt pœnam dum expectat pœnitẽtiam. Peccatores autem, quia non ſtatim arguti atq; correpti ſunt: putantes nequaquàm futurum eſſe iudicium, in ſcelere perſeuerant. Poſſumus hoc teſtimonium accipere aduerſus epiſcopos, qui acceperunt in eccleſia poteſtatẽ, & ſcandalizant eos magis quos docere & ad meliora debuerant incitare. G Hi frequenter poſt mortem laudãtur in eccleſia, & beati in his quæ non probabiliter fecerant publice ſiue à ſucceſſoribus ſiue à populis prædicantur. Et hoc itaq; uanum eſt: quia nõ ut egerunt ſic audiũt: nec ſtatim corripiuntur in peccato ſuo. Nemo quippe audet accuſare maiorem: propterea quaſi ſancti & beati & in præceptis domini ambulantes, augent peccata peccatis. Difficilis eſt accuſatio in epiſcopum. Si em̃ peccauerit, nõ creditur: & ſi conuictus fuerit, non punitur. b ¶Quia peccator facit malum centies & elongat ei deus. Ex hoc cognoſco ego qd' erit bonũ &c.) Ex eo qd' peccanti plurimum, hoc quippe ſignificat cẽties, H dat deus locũ pœnitentiæ: non eum ſtatim punit in ſcelere, ſed expectat ut conuertaẽ ab iniquitate ſua: Ego intelligo quàm benignus & miſericors ſuper eos futurus ſit deus, qui habent timorem eius, & ad uerbum illius contremiſcunt. Symmachus hunc locum ita tranſtulit: Peccans enim malus mortuus eſt longa ætate conceſſa ei. Porrò ego ſcio quia erit bene timentibus deum qui timuerunt à facie eius. Bonum uero nõ erit iniquo, neq; longo ſupererit tempore, quia nõ timuit à facie dei. Et quia manifeſtum eſt quid iſte tranſtulerit: hoc dicendum eſt quod uerbũ Hebraicum מֵאָז, quod Lxx. ἀπὸ τότε: id eſt, ex tunc, trãſtulerunt, & nos centies poſuimus: Aquila & Symmachus, & Theodotio, mortuus eſt interpretati ſunt: ut ſi quis peccauit & fecit malũ mortuus eſt: in eo enim quod peccauit, ſtatim mortuus eſt. Si autẽ iuxta Lxx. interpretes pro eo quod eſt, mortuus eſt, legerimus, ex tunc: iuxta quoſdam hic erit ſenſus: Peccator non tunc primum peccat quando uidetur facere peccatũ, ſed iam ante peccauit. Abalienati ſunt enim peccatores à uulua: errauerunt à uẽtre, & quærũt hoc qd' ſequiẽ: locuti ſunt falſa: quomodo poſſit exponi: ſimplex em̃ intelligentia habere conſequentiã non uidetur. Paruulos peccatores ſtatim ut de uulua eiecti ſunt mendacium loqui.

a Omnia hæc uidi: & dedi cor meum in omne opus quod factũ eſt ſub ſole, & dominatus eſt homo homini ut affligeret eum. Et tunc uidi impios ſepultos, & uenerunt: & de loco ſancto egreſſi ſunt, & laudati ſunt in ciuitate, quia ſic fecerũt: ſed & hoc uanitas & præſumptio ſpiritus. Quia enim non eſt contradictio facientibus malum cito: ideo repletũ eſt cor filiorum hominũ in eis ut faciant malum. b Quia peccator facit malum centies & elongat ei deus. Ex hoc cognoſco ego quod erit bonum timentibus deum, qui timebunt à facie eius.

Et bonũ

Omnia hæc conſideraui: dedi cor meum in cũctis operibus quæ fiũt ſub ſole. Interdum dominatur homo homini in malum ſuum. Vidi impios ſepultos qui etiam cum adhuc uiuerent: in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. Sed & hoc uanitas eſt. Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia: abſq; timore ullo filij hominũ perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quod centies facit malũ & per patientiam ſuſtentatur: ego cognoui quod erit bonũ timentibus deum: qui uerentur faciem eius.

Nõ ſit

Et bonũ



A a ¶Et bonum non ſit impio: & nõ prolonget dies quaſi umbra qui nõ timet à facie dei.) Imprecatur male his qui nõ habent timorem dei: & optat ne diu differantur à pœna, ſed ſtatim morte ſubtracti, cruciatus recipiãt quos merentur. Simile quid & Apo- Gal.5.b ſtolus loqẽ: Vtinã p̃cidanẽ q uos conturbãt. 1.Tim.4.c Et alibi: Alexãder ærarius mſ̃ta mihi mala oſtendit: reddat illi dñs ſecundũ opera eius. Quæ quomodo clementer dicta ſint regrẽdum eſt. Hæc iuxta ſenſus Hebraici ueritatem. Si quis uero Lxx. interpretes ſequiẽ: qui quaſi ab alio ſenſu incipientes dixerũt. Et ego cognoſco quia erit bonum timentibus deũm ut timeãt à facie eius: & bonũ nõ erit impio, & non prolongabit dies in umbra: qa nõ eſt ti- B mẽs à facie dei: Hoc poterit dicere. Fiẽt quidẽ & illa de quibus paulo ante tractaui: ego tñ manifeſtiſſime cognoſco, quia bene erit his qui timent à facie Pſal.33.c dei. Vultus em̃ domini ſuper faciẽtes mala: Et impio non erit bene: non enim timet à facie dei: & nõ prolõgabit dies in umbra: hoc eſt dies uitæ ſuæ, qui quaſi umbra uiuentibus ſunt. Non em̃ hi qui multo tp̃e uiuunt, prolõgãt dies ſuos: ſed qui grãdes eos faciunt bonorũ operũ magnitudine. Vnde & Iacob quaſi ſe pecca- Gen.47.b torem confitẽs dicit. Parui & mali dies mei: ſicut & Pſal.101.b in pſalmo cõfitẽs: Dies, inquit, mei ſicut umbra declinauerũt: & ego ſicut fœnũ arui. Nõ quod longã uitã quæſierit in p̃ſenti: in quo omne qd' uiuimus breue & umbra eſt & imago: In imagine em̃ perambulat homo: ſed qd' de futuro timeat, ne longitudo uitæ ipſius ubi uera eſt uita breuieẽ. b ¶Eſt uanitas que fit ſup terrã: qa ſunt &c.) Inter cæteras uanitates quæ in mundo uario feruntur euentu, etiam hoc deprehendi: quod iuſtis ea frequẽter eueniunt C que impijs euenire debuerãt: & impij tã feliciter in hoc mundo degunt, ut eos putes eſſe iuſtiſſimos. Docet exemplum euãgelicum diuitis purpurati & Luc.16.c pauperis Lazari. Septageſimus quoq; ſecũdus pſalmus de hac re diſputat: cur iuſtis interdum mala, & impijs eueniãt bona. Pro eo autẽ qd' nos poſuimus: Eſt uanitas q̃ fit ſup terrã; Symmachus abſolute trãſtulit dicens, Eſt difficile cognitu qd' fit ſuper terram. Hebræi, iuſtos quibus eueniũt mala, & impios quibus accidunt opera iuſtorũ, filios Aaron interpretanẽ & Manaſſen: quod illi ſacrificantes perierint: & iſte poſt tãta mala & captiuitatẽ in imperiũ reſtitutus ſit. D c ¶Et laudaui ego læticiã &c.) Hoc plenius ſupra interpretati ſumus: & nunc ſtrictim dicimus: licet breuem & cito finiẽdã præferre eũ ueſcendi & bibẽdi uoluptatem anguſtijs ſeculi, & his q̃ fieri uidentur inique in mũdo: qd' ſolũ hoc homo de labore ſuo habere uideaẽ, ſi uel modico fruaẽ refrigerio. Verũ hæc interp̃tatio ieiunantes, eſuriẽtes, ſitientes atq; lugentes: quos beatos in euãgelio dñs uocat: ſi ſic accipiẽ ut ſcriptum eſt, miſeros approbabit. Et cibũ itaq; & potũ ſp̃ũaliter accipiamus, & ſup eis læticiã quã in labore uitæ noſtræ uix poſſumus inuenire. Qd' aũt hæc ita ſentiẽda ſint ut diximus: demõſtrat ſeq̃ns uerſiculus ĩ quo ait: Dedi cor meũ ut uiderẽ ſapiẽtiã & occupationẽ: qd' ſcilicet occupentur hoĩes ſup terrã, & diebus ac noctibus in ſcripturaꝝ meditatiõe uerſenẽ: ita ut plerũq; ꝓ inueſtigatiõe ueri ab oculis ſomnus aufugiat. c ¶Quapropter

a Et bonum non ſit impio & nõ prolonget dies quaſi umbra qui non timet à facie dei. b Eſt uanitas quæ fit ſuper terram: quia ſunt iuſti ſuper quos ueniũt quaſi facta impiorũ: & ſunt impij ad quos perueniunt quaſi facta iuſtorum. Dixi quia hoc ua- c nitas eſt. Et laudaui ego læticiam: quia nõ eſt bonũ homini ſub ſole niſi comedere & bibere & lætari. Et ipſum egredietur cum eo de labore ſuo diebus uitæ ſuæ quos dedit d ei deus ſub ſole. Quapropter dedi cor meũ ut cognoſcerem ſapiẽtiam, & uiderẽ occupationẽ quæ facta eſt ſup terrã. Quia & in die & in nocte ſomnium in oculis ſuis nõ eſt uidẽs. Et uidi omnia opera dei: quia nõ poterit homo inuenire opus quod factũ eſt ſub ſole: in quo laborauit homo ut quæreret & non inueniet. Si quidem & ſi dixerit ſapiens ſe cognoſcere, non poterit inuenire.

Cap.

Non ſit bonum impio nec ꝓlongẽtur dies eius, ſed quaſi umbra trãſeant qui nõ timent faciem domini. Et eſt alia uanitas, quæ fit ſuper terrã. Sunt iuſti quibus mala proueniũt, quaſi opera egerint impiorum: & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Sed & hoc uaniſſimũ iudico. Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quod comederet, & biberet, atq; gauderet: & hoc ſolũ ſecũ auferret de labore ſuo om̃ibus diebus uitæ ſuæ, quos dedit ei deus ſub ſole. Et appoſui cor meũ, ut ſcirẽ ſapientiã, & intelligerem diſſenſionẽ, quæ uerſaẽ ĩ terra. Eſt hõ q diebus & noctibus ſomnũ nõ capit oculis. Et ĩtellexi qd' omniũ operũ dei nullã poſſit hõ inuenire rõnẽ eorũ, quæ fiunt ſub ſole. Et quãto plus laborauerit ad quærendũ, tãto minus inueniat. Etiã ſi dixerit ſapiẽs ſe noſſe, non poterit reperire.

Omnia

E propter dedi cor meum ut cognoſcerem ſapientiã
& uiderem occupationem &c.) Qui quærit cauſas
rationesq́ꝫ rerum; quare hoc uel illud factum ſit; &
quare mundus uarijs gubernetur euentibus: cur
alius cæcus, alius debilis, alius uidẽs naſcatur & ſa-
nus: hic pauperta-
tem habeat, ille di-
uitias; iſte ſit nobi-
lis, ille inglorius:
Nihil aliud profi-
cit, niſi in ſua tantũ
quæſtione torque
ri, & diſputationẽ
pro tormento ha-
bere, nec tamen in-
uenire quod quæ-
rit. Et cum hæc di-
xerit ſe cognouiſ-
ſe: tunc ignoratio-
nis habere princi-
pium & in profun
do errore uerſari:
ſuboſtendit tamen
eſſe cauſas rerum
omniũ & iuſticiã:
quare unumquod-
que ſic fiat: ſed in
occulto eas latere
F & nõ poſſe ab ho-
minibus compre-
hendi.

Cap. IX.

OMne hoc de-
di in corde
meo ut conſidera-
rem uniuerſa &c.)
Etiam hunc locum
Symmachus mani
feſtius interpreta-
tus eſt, dicens: O-
mnia hæc ita ſtatui
in corde meo ut
uentilarem uniuer
ſa; quia & iuſti & ſa
pientes & opera eorũ in manu dei ſunt; Et inſuper
neq́ꝫ amicitias neq́ꝫ inimicitias ſcit homo: ſed o-
mnia coram eis incerta; propterea quod omnibus
eueniunt ſimilia iuſto & iniuſto. Porrò hic ſenſus
eſt; Etiam in hoc dedi cor meum, & ſcire uolui quos
deus diligeret, quos odiſſet; & inueni iuſtorum qui
dem opera in manu dei eſſe; & tamen utrum amen-
tur à deo an non, nunc eos ſcire non poſſe; & ambi-
guo fluctuare; utrum ad probationem ſuſtineant
quæ ſuſtinent, an ad ſupplicium. In futuro igitur
ſcient, & in uultu eorum ſunt omnia; ideſt antece-
dit eos cum de uita hac deceſſerint noticia iſtius rei;
quia tũc eſt iudiciũ, nũc certamẽ. Et quicũq́ꝫ aduer-
ſa ſuſtinent; utrũ per amorẽ dei ſuſtineãt, ut Iob; an
per odiũ, ut plurimi peccatores; nũc habẽt incertũ.

Cap. IX.

a OMne hôc dedi ĩ cor
de meo ut cõſidera-
rẽ uniuerſa: quia iuſti &
ſapiẽtes, & opera eorum
in manu dñi. Et quidem
charitatẽ & quidẽ odiũ:
non eſt cognoſcẽs homo
omnia in facie eorum. In
b omnibus euentus unus:
iuſto & impio, bono &
malo, mũdo & polluto,
ſacrificanti & non ſacrifi-
canti. Sic bonus ut pec-
cator: ſic iurans ſicut iu-
c ramentum timens. Hôc
eſt peſſimũ in omĩ quod
factum eſt ſub ſole: quia
euentus unus omnibus.
Sed & cor filiorũ homi-
num repletũ eſt malicia:
& errores in corde eorũ
in uita ſua: & poſt hęc ad
mortuos. Quia qs eſt qui
cõmunicet in omnes ui-
d uẽtes: Eſt cõfidentia, quo
niam canis uiuens meli-
or eſt leone mortuo: quia
uiuentes ſciunt quod mo
riantur:

Cap. IX.

OMnia hæc tractaui
in corde meo, ut cu
rioſe intelligerem. Sũt iu-
ſti, atq́ꝫ ſapientes, & ope-
ra eorum in manu dei. Et
tamen neſcit homo utrũ
amore, an odio dignus
ſit, ſed omnia in futurum
ſeruãtur incerta, eo quod
uniuerſa æque eueniãt iu
ſto & impio, bono & ma
lo, mundo & immundo,
immolãti uictimas, & ſa-
crificia cõtẽnẽti. Sicut bo-
nus, ſic & peccator, ut piu
rus, ita & ille, q uerũ deie-
rat. Hoc eſt peſſimũ inter
oĩa quę ſub ſole fiũt, quia
eadẽ cunctis eueniũt. Vñ
& corda filiorũ hominũ
implent malitia, & cõtem
ptu ĩ uita ſua, & poſt hæc
ad inferos deducent. Ne-
mo eſt qui ſemp uiuat, &
qui huius rei habeat fidu
ciã. Melior eſt canis uiuus
leone mortuo. Viuentes
enim ſciunt ſe eſſe mo-
rituros

b ¶In omnibus euẽtus unus; iuſto & impio &c.) G
Ea quæ per ſe nec bona nec mala ſunt, ſed à ſapien-
tibus huius ſeculi media nuncupantur; quia æqua-
liter & iuſtis eueniunt & iniuſtis, ſimplices quosq́ꝫ
conturbant, cur ita eueniãt; & propterea non putãt
eſſe iudicium, cum
omnium rerum in
futuro diſcrimẽ ſit;
& hic confuſa ſint
omnia. Quod autẽ
ait: Euentus eſt
unus omnibus, iu-
ſto & impio: ſiue
anguſtiarum ſiue
mortis ſignificat e-
uentum; & idcirco
nec charitatem dei
eos in ſe noſſe nec
odium. Sacrificans
quoq́ꝫ & non ſacri-
ficans &c. quæ con
traria enumerata
ſũt, ſpiritualiter ac-
cipiẽda; ſecundum
illud: Sacrificiũ deo Pſal.50.d
ſpiritus contribula
tus, cor contritum
& humiliatũ deus
nõ &c.) c ¶Hoc H
eſt peſſimum in o-
mni quod factũ eſt
ſub ſole; quia euen
tus unus omnibus
&c.) Et hoc aper-
tius more ſuo in-
terp̃tatus eſt Sym-
machus dicẽs; Sed
& cor filiorum ho
minũ repletur ma-
licia & procacitate
iuxta cor eorum in
uita ſua: Nouiſſi-
ma autem eorum
ueniunt ad mor-
tuos. Quis enim poteſt in ſempiternum perſeuera-
re uiuens? Eundem aũt ſenſum ſcriptura repetit, de
quo paulo ante tractauimus; qđ cum oĩa æqualiter
eueniãt uniuerſis; & nulla ſit in bonis ſuſtinẽdis ma
liſue diſcretio; uel certe æquali de hoc ſeculo ſubtra
hamur euẽtu; nihilominus erroribus & procacitate
& malicia repleamur; & poſt hæc oĩa ſubito rapia-
mur interitu, nec ultra poſſimus cũ uiuẽtibus habe
re cõſortiũ. Vel certe ſic; Qm̃ cõmunes anguſtiæ &
iuſtos & iniuſtos premũt; idcirco ad peccata hoĩes
prouocãtur; & tñ poſt omnes conatus quibus fru-
ſtra niſi ſunt, dum ignorant ad inferna deſcendunt.
d ¶Eſt cõfidentia quoniã canis uiuens melior eſt
leone mortuo; quia uiuentes &c.) Quia ſupra dixe
rat, cor filiorum hominum impleri malicia & pro-
cacitate; &



A cacitate; & poſt hæc omnia morte finiri: nunc eadẽ
complet & repetit, donec uiuunt homines eos poſ-
ſe fieri iuſtos, poſt mortem uero nullam boni ope-
ris dari occaſionẽ. Peccator enim uiuens poteſt me
lior eſſe iuſto mortuo, ſi uoluerit in eius trãſire uir
tutes: uel certe eo q
ſe in malicia, poten
tia, procacitate ia-
ctabat & mortuus
fuerit: melior po-
teſt qs pauper eſſe
& uiliſſimus. Qua-
re? quia uiuẽtes, me
tu mortis poſſunt
bona opera perpe-
trare: mortui uero
nihil ualent ad id
adijcere qđ ſemel ſe
cum tulere de uita:
& obliuione obuo-
luta ſunt omnia, iu-
xta illud qđ in pſal
mo ſcriptum eſt:
Pſal.30.d Obliuioni datus ſũ
tãquam mortuus à
corde. Sed & dilectio eorũ & odiũ & æmulatio &
om̃e qđ in ſeculo habere potuerũt, mortis finit ad-
uentu; nec iuſte quippe poſſunt agere, nec peccare,
B nec uirtutes adijcere nec uitia. Licet quidã huic ex-
poſitiõi cõtradicant, aſſerẽtes etiã poſt interitũ ex-
creſcere nos poſſe & decreſcere, & in eo qđ nũc ait:
Et pars nõ erit eis adhuc in ſeculo in om̃i qđ factũ
eſt ſub ſole; ita intelligũt, ut dicant eos in hoc ſeculo
& ſub hoc ſole quem nos cernimus nullam habere
communionẽ: habere uero ſub alio ſeculo, de quo
Ioan.8.c ſaluator ait; Non ſum ego de hoc mundo; & ſub ſo
le iuſticiæ; & non excludi opinationem quæ cõten
dit, poſtquàm de hoc ſeculo migrauerimus & offen
dere poſſe creaturas rationales & promereri. Ali-
ter referebat mihi Hebræus uerſiculum iſtũ in quo
dicitur; Melior eſt enim canis uiuens ſuper leonem
mortuum; ita apud ſuos exponi: utiliorẽ eſſe quã-
uis indoctum, & eum qui adhuc uiuat & doceat,
præceptore perfecto qui iam mortuus eſt. Verbi
cauſa; ut canem intelligeret unum quemlibet de plu
ribus præceptorem; & leonem Moyſen aut alium
quemlibet prophetarum. Sed quia nobis hæc expo
ſitio non placet, ad maiora tendamus; Et Chana-
Matth.9.c næam illam, cui dictum eſt; Fides tua te ſaluam fe-
cit; canem eſſe iuxta euangelium dicamus. Leonem
uero mortuum, circuncíſionis populum, ſicut Ba-
Num.23.d laam propheta dicit; Ecce populus ut catulus leo-
nis conſurget; & ut leo exultans. Canis ergo uiuens
nos ſumus ex nationibus; leo autem mortuus, Iu-
dæorũ eſt populus à domino derelictus. Et melior
eſt apud dñm iſte canis uiuens q́ꝫ leo ille mortuus.
Nos enim uiuentes cognoſcimus patrem & filium
& ſpiritum ſanctum; illi uero mortui nihil ſciunt:
neq́ꝫ expectant aliquam repromiſſionem atq́ꝫ mer-

riantur: & mortui neſciũt
quicquàm: & non eſt eis
amplius merces. In obli-
uione enim uenit memo
ria eorum. Sed & dilectio
eorum & odiũ eorum, &
zelus eorũ iam perijt: &
pars non eſt eis adhuc in
ſeculo in omni quod fit
a ſub ſole. Vadẽ & comede
in lætitia panẽ tuũ: & bi-
be in corde bono uinum
tuum: quoniã iam com-
placuerũt deo opera tua.
In

rituros, mortui uero nihil
nouerũt amplius, nec ha-
bent ultra mercedẽ, quia
obliuioni tradita eſt me-
moria eorũ. Amor quo-
q́ꝫ, & odium, & inuidiæ ſi
mul perierunt, nec habẽt
partem in hoc ſeculo, &
in opere quod ſub ſole ge
ritur. Vade ergo & come
de in lætitia panem tuũ,
& bibe cum gaudio uinũ
tuum, quia deo placent
opera tua.
Omni

cedem: ſed completa eſt memoria eorum: Neq́ꝫ ipſi C
meminerunt quæ ſcire debuerãt: neq́ꝫ illorum iam
dominus recordaturus eſt. Dilectio quoq́ꝫ qua ali-
quando deum diligebant perijt, & odium de quo
audacter loquebantur. Nónne odientes te domine Pſal.138.d
odiui: & ſuper ini-
micos tuos tabeſce
bam? Nec non &
zelus eorum iuxta
quem Phinees ze-
latus eſt, & Mat-
tathiæ intremue-
runt poplites. Per-
ſpicuum eſt autem
quod & pars eorũ
non eſt in ſeculo.
Nõ enim poſſunt
dicere: Pars mea Pſal.72.d
dominus.
a ¶Vade & come
de in lęticia panem
tuũ, & bibe in cor-
de bono uinũ tuũ:
quoniam iam com
placuerũt deo ope
ra tua.) Vſq́ꝫ ad eum locum in quo ait; Sicut piſces
qui tenentur in captione peſſima; & ſicut uolucres
quæ capiuntur in laqueo; ſimiliter capiẽtur filij ho-
minum in tempore peſſimo cum ceciderit ſuper D
eos ſubito. Antequàm de ſingulis diſputemus; bre
uiter cõſtringenda ſunt omnia, ut appareat quo ſi-
mul ſenſu cuncta dicantur. Quia in ſuperiori capi-
tulo fuerat prælocutus, quod poſtquã mortui fue-
rint homines, à corde uiuentium excidãt; & nec di-
lectionem quis in eos habeat nec odium; ſecũdum
illud poëtæ; Nullum cum uictis certamen & æthe-
re caſſis; & quia ſub ſole ultra nihil poſſint: nunc
quaſi errorem humanum & conſuetudinem qua ſe
ad fruenda huius ſeculi bona inuicem hortantur
inducit; & προσωποποιίαν facit more rhetorũ & poë-
tarum, dicens; O homo, quia ergo poſt mortem ni-
hil es, & mors ipſa nihil eſt; audi conſilium meum:
& dum uiuis in hac breui uita, fruere uoluptate;
utere dapibus; uino curas opprime & ĩtellige quo-
niam à deo nobis donata ſunt ad utendum. Candi-
dis ueſtibus ornatus incede; unguentis ſpiret caput
tuum; quæcunq́ꝫ tibi placuerit fœminarũ, eius gau-
de complexu; & uanam hanc & breuem uitam, ua-
na & breui uoluptate percurre. Nihil enim extra
hæc habebis amplius, quàm frui quodcunq́ꝫ dele-
ctari poteſt: feſtinus carpe ne pereat. Neq́ꝫ enim fri
uola debes formidare commenta; quod ſingulorũ
operum uel bonorum uel malorum apud inferos
tibi reddenda eſt ratio. Non eſt enim in morte ali-
qua ſapientia; nullus poſt diſſolutionem uitæ hu-
ius ſenſus. Et hæc, inquit, aliquis loquatur Epicu-
rus, & Ariſtippus & Cyrenaici & cæteri pecudes
philoſophorum. Ego autem mecum diligenter re-
tractans, inuenio non, ut quidam æſtimant male,

a In omni tēpore ſint ue-
ſtimenta tua candida: Et
b oleum de capite tuo non
c deſit. Vidē uitam cū mu-
liere quam dilexiſti omni
bus diebus uitę uanitatis
tuæ, qui dati ſunt tibi ſub
ſole: Quia hæc eſt pars
tua in uita & in labore,
quo tu laboras ſub ſole.
d Omnia quæ inuenit ma-
nus tua ut facias in uirtu-
te tua fac: quia non eſt o-
pus & cogitatio & ſciētia
& ſapiētia in inferno quò
tu

Omni tēpore ſint ueſti-
mēta tua candida, & oleū
de capite tuo nō deficiat.
Perfruere uita cū uxore,
quā diligis cūctis diebus
uitæ inſtabilitatis tuæ, q
dati ſūt tibi ſub ſole, omī
tēpore uanitatis tuæ. Hęc
eſt enim pars in uita, & in
labore tuo, quo laboras
ſub ſole. Quodcunqȝ fa-
cere pōt manus tua, inſtā
ter operare, q̄a nec opus,
nec ratio, nec ſapiētia, nec
ſcientia erūt apud inferos
quò

E omnia fortuito geri, & uariā in rebus humanis for
tunam ludere, ſed cuncta iudicio dei fieri. Neqȝ em̄
uelox pedibus, ſuum debet curſum putare ſi cur-
rat. Nec fortis in ſuo confidat robore, nec ſapiens
diuitias & opes æſtimet prudentia congregari, nec
eloquēs & doctus
per eloquētiam &
doctrinā apud po-
pulum inuenire ſe
poſſe gratiam, ſed
omnia deo fieri di-
ſponente. Et niſi il
le ſuo cuncta arbi-
trio rexerit, & ædi
Pſal.126. ficauerit domum:
inuanum laborant
qui ædificant eam.
Niſi ille cuſtodie-
rit ciuitatem, inua-
num uigilant, qui
cuſtodiunt eā. Nō
eſt itaqȝ, ut illi pu-
tant unus euentus
& incertus uitæ hu
ius ſtatus, quia quā
do nō æſtimant, re
pentina morte ſubducti ad iudiciū ueniēt. Et quo-
F modo piſces hamo capiunt̄ & retibus: & aues per
aërem liberæ laqueo dum neſciunt alligantur, ſic &
homines pro merito ſuo ad æterna ſupplicia dedu
centur, cum repente mors uenerit & iudiciū in eos
qui putabant incerto ſtatu omnia uolutari. Hæc iu
xta eum ſenſum quo breuiter uoluimus uniuerſa
comprehendere: nunc quaſi non ex alterius, ſed ex
ſua perſona loquatur interpretanda ſunt ſingula.
Vade comede in læticia panem tuum &c. Quia di
dicisti quod morte omnia finiantur, & in inferno
non ſit pœnitentia: nec aliquis ad uirtutes recur-
ſus: dum in iſto ſeculo es, feſtina, cōtende agere pœ
nitentiam: dum habes tempus labora. Libenter em̄
ſuſcipit deus pœnitentem. Aliter. Simpliciter in-
1.Cor.10.g tellectum prodeſt, iuxta illud: Siue manducetis, ſi-
ue bibatis, ſiue aliquid faciatis, om̄ia in nomine do
1.Timo.5.d mini facite. Et in alio loco: Cum conſilio uinum bi
be. Non enim habet ueram læticiam & cor bonum
qui creaturis ſupra modum abutitur. Melius autē
eſt ſic ſentire. Cuius placuerunt opera coram deo,
nequaquam indigere poterit uero pane & uino,
quod calcatū eſt de uinea Sorech. Dato nobis itaqȝ
Hiere.2.d præcepto quod dicit: Deſideraſti ſapientiam, ſerua
Prouer.4. mandata, & dominus miniſtrabit tibi eam. & ſerue
mus mandata, & panem & uinum ſpiritualia inue-
nire poterimus. Qui autem mandata non ſeruat, &
in panis & uini abundantia gloriatur, dicitur ei per
Eſa.48.b Eſaiam: Ne dicas etiam cognoſco eam, neqȝ cogno
uiſti, neqȝ ſcis, neqȝ à principio aperuit tibi aures:
Scio enim quia contemnens contemnis. Porrò qđ
in Lxx. interpretibus dicitur: δεῦρο φάγε ἐν εὐφροσύνῃ
τὸν ἄρτον σου καὶ πίε ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ οἶνόν σου, id eſt, Veni

comede in læticia panem tuū, & bibe in corde bo- G
no uinum tuū: Eius Eccleſiaſtæ uox eſt, qui in euā
gelio loquitur: Qui ſitit ueniat ad me & bibat. Et Ioan.7.f
in Prouerbijs: Venite comedite panes meos & bi- Prou.9.d
bite uinum meum. a ¶In omni tempore ſint ue-
ſtimēta &c.) Habe
to, inquit, corpus
mūdum & eſto mi
ſericors. Vel ita.
Non ſit tempus in
quo candida nō ha
beas ueſtimēta, ca-
ue ne quando pol-
lutis ueſtibus indu
aris. Populus quip
pe peccator in ue-
ſtibus fuſcis luxiſſe
deſcribitur. Tu au
tem induere lucem
& non maledictio-
nem quæ ſuper lu
dam ſcripta eſt: In- Pſal.108.c
duatur maledictio
ne ſicut ueſtimen-
tum. Induere uiſce Col.3.b
ra miſericordiæ, be
nignitatis, humilitatis, māſuetudinis, patientiæ. Et
cum expoliatus fueris ueterem hominem cum ope
ribus eius, induere nouum qui renouatur de die in H
diem. Quod autem ait: b ¶Et oleū de capite tuo
non deſit.) Sciendum naturam hanc eſſe olei, ut &
lumen alat & feſſorū reſoluat laborē. Eſt oleū ſalu
tare & ſpirituale: oleū exultatiōis, de quo ſcribitur:
Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultatio Pſal.44.b
nis præ participibus tuis. Hoc oleo uultus noſter
exhilarandus eſt. Hoc ieiunantes ad ungendum ca
put habēt, quod peccatores habere nō poſſunt, qui
bus dicitur: Nō eſt malagma imponere, neqȝ oleū, Eſa.1.b
neqȝ alligaturas. Habent autem oleum cōtrarium,
quod uir iuſtus deteſtatur, dicens: Oleum autē pec
catoris non impinguet caput meum. Hoc oleū hæ
retici habent, & eo cupiunt deceptorū capita per-
fundere. c ¶Vide uitam cum muliere quam dile
xiſti omnibus diebus uitæ uanitatis &c.) Sapientiā
ſequere & ſcientiam ſcripturarum, & hāc tibi in cō
iugium copula, de qua in Prouerbijs dicitur: Ama Prouer.4.b
illam & ſeruabit te, amplexare illam & circundabit
te. Dies autem uanitatis, dies huius ſeculi nequam
ſignificant. De quo & Apoſtolus non tacet. Quod Ephe.5.d
autem ait: Vide uitam cum muliere quam dilexiſti:
ambigue dictum eſt, ſiue uide & contemplare uitā
& ipſe & uxor tua tecum, non enim poteris ſine ta
li uxore ſolus uidere uitam. Siue utrunqȝ conſide-
ra, & uide uitam, & mulierem diebus uanitatis tuę.
Et pulchre præcipit, ut in diebus uanitatis noſtræ,
ueram uitam cum ſapientia uxore quæramus. Hęc
enim pars noſtra eſt, & hic laboris fructus, ſi in hac
uita umbratili uitam ueram inuenire ualeamus.
d ¶Omnia quæ inuenit manus tua ut facias in uir
tute



a tu uadis illuc. Cōuerti
me & uidi ſub ſole quo-
niam non eſt uelociū cur
ſus: nec fortium prelium:
nec ſapiētium panis: nec
prudentium diuitiæ: nec
ſcientium gratia: quoniā
tempus & euentus occur
b ret om̄ibus illis. Et quidē
neſcit homo tempus ſuū:
quaſi piſces qui retinētur
in retiaculo malo, & ſicut
uolucres quæ colligātur
in laqueos: ſimiliter cor-
ruent filij hominū in tem
pore malo, cum ceciderit
c ſuper ipſos extēplo. Sēd
& hāc uidi ſapientiā ſub
ſole, & magna eſt apud
me. Ciuitas parua & uiri
pauci in ea: & uenit ad eā
rex magnus & circūdedit
eam

quò tu properas. Verti
me ad aliud, & uidi ſub
ſole, nec uelocium eſſe
curſum, nec fortium bel-
lum, nec ſapientium pa-
nem, nec doctorum di-
uitias, nec artificum gra-
tiam, ſed tempus caſúm
que in omnibus. Neſcit
homo finem ſuum, ſed
ſicut piſces capiuntur ha-
mo, & aues laqueo cōpre
henduntur; ſic capiuntur
homines in tempore ma
lo, cum eis extemplo ſu-
peruenerit. Hanc quo-
que ſub ſole uidi ſapien-
tiam, & probaui maxi-
mam. Ciuitas parua, &
pauci in ea uiri. Venit
contra eam rex magnus,
& uallauit eam, extru-
xit q̄ȝ

A tute tua fac quia &c.) Fac quodcunqȝ nūc potes &
labora: quia cum ad infernū deſcenderis, locus non
erit pœnitentiæ. Huic quid ſimile à ſaluatore præ-
Ioan.9.d cipitur: Operamini dū dies eſt: ueniet nox quando
nemo poterit operari. Quod aūt ait: In īferno quò
tu uadis illuc. No-
ta ut Samuelē quo
que uere in īferno
credas fuiſſe: & an-
te aduentū Chriſti:
q̄uis ſanctos, oēs
inferni lege deten-
tos. Porrò qđ ſan-
cti poſt reſurrecti-
onem dn̄i nequaq̄ȝ
teneantur in infer-
no, teſtat̄ Apoſto-
Philip.2.c lus dicens: Melius
eſt diſſolui & eſſe
cū Chriſto. Qui au
tem cū Chriſto eſt,
utiqȝ non tenet̄ in
inferno. a ¶Con
uerti me & uidi
ſub ſole &c.) Qui
uinctus eſt cōpedi
bus ferreis, & gra-
uibus plumbi nexi
B bus prægrauatur:
Zach.5.c Iniquitas em̄ ſedet
ſuper plumbeū ta-
lentum. Et in pſal-
Pſal.37.a mo loquitur: Sicut
onus graue graua
tæ ſunt ſuper me:
1.Tim.4.b non eſt aptus ad curſum illū, de quo dicit̄: Curſum
conſummaui, fidem ſeruaui. Qui autem leuis eſt, &
anima illius nō grauatur: nihilominus & ipſe abſqȝ
adiutore deo ad calcem non poteſt peruenire. Sed
& cum prælium fuerit aduerſus contrarias poteſta
Hiere.6.a tes, de quo ſcriptum eſt: Sanctificate bellū: licet ro-
buſtus, tamen proprijs uiribus uincere nō ualebit.
Perfectus quoqȝ in filijs hominum & ſapiens, uiuē
tem panem atqȝ cœleſtem habere non poterit, niſi
per ſapientiam cohortantem: Venite comedite pa-
nes meos. Et quoniam non deſunt diuitiæ, de qui-
1.Timo.6.b bus Apoſtolus ait: Diuites fieri in operibus bonis.
1.Cor.4.b Et alibi: Diuites facti eſtis in omni ſermone & in o-
mni ſcientia: Sciendum prudentem uirum has non
poſſe diuitias congregare, niſi eas à domino acce-
perit, cuius ipſæ diuitiæ ſunt. De quibus & alibi di
Prouer.13.b ctum eſt: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ.
Gratia quoqȝ niſi ſcientiam comitata fuerit, & con
ceſſa à deo, q̄uis eruditus uir, eam non poterit in-
1.Cor.15.b uenire. Quod Paulus ſciens: Plus, inquit, omnibus
illis laboraui: nō autem ego, ſed gratia dei quæ me-
cum eſt. Et iterū: Gratia eius non fuit uacua in me.
Et ad extremum neſcitur ab homine quando tem-
pus adueniat in quo uarius euentus & finis omniū

ſubſequatur. Hæc ſecundum ἀναγωγήν. Cæterum C
ut ſimplicius diſſeramus: Epiſtola ad Romanos
huic loco congruit: quia non uolentis neqȝ curren- Roma.9.c
tis, ſed miſerentis dei ſit. Quod autem ait: Non eſt
ſapientibus panis: multorū quotidie probatur exē
plo: qui cum ſapiē-
tiſſimi ſint, neceſſa
rijs indigent. Et il-
lud: Non eſt ſcien-
tibus gratia. Vide-
as enim in eccleſia
impitiſſimos quoſ
qȝ florere: & quia
nutrierunt frontis
audaciam, & uolu-
bilitatem linguę cō
ſecuti ſunt: dū non
recogitant quid lo
quantur, pruden-
tes ſe & eruditos ar
bitrantur: maxime
ſi fauorē uulgi ha-
buerint: qui magis
dictis leuioribus
delectatur & com-
mouetur: Et econ-
trario eruditum ui
rum latere in ob-
ſcuro, perſecutiōes
pati: & non ſolum D
in populo gratiam
non habere, ſed in-
opia & egeſtate ta-
beſcere. Hæc autē
fiunt: quia incerto
ſtatu feruntur omnia, & non eſt in præſenti retri-
butio meritorum, ſed in futuro. b ¶Et quidē ne
ſcit homo tempus &c.) Iam & ſupra diximus, quod
dum neſciant homines: eis aut anguſtiæ ueniāt aut
interitus. Porrò ſecūdum Allegoriam eſt ſciendū,
regnum cœlorum ſimile eſſe ſagenæ miſſæ in ma- Matth.13.f
ri. Ecōtrario habere ſagenam hæreticos per quam
piſces capiant ad interitum. Sagena eorum, eſt ſer-
mo affabilis, blandum eloquium, ſimulata aut coa-
cta ieiunia, ueſtis humilis, uirtutū imitatio. Quod ſi
cœperint de ſuperioribus diſputare, & in ſublime
leuare os ſuum, & dei altitudines quærere, laqueū
ponunt in excelſis. Quomodo igitur piſces & uo-
lucres cito capiuntur à tali ſagena & iſtiuſmodi la-
queo: ſic cum multiplicata fuerit iniquitas & refri
xerit charitas multorum: & ſigna facta fuerint atqȝ Matth.24.b
portenta, ita ut ſeducantur ſi poſſibile eſt etiam ele-
cti. Sciendū eſt eccleſiaſticos quoſqȝ uiros, qui filij
hominum appellant̄ & ſunt modicæ fidei, cito poſ-
ſe corruere. Notandū etiā qđ p̄ totū librū ubicūqȝ
dicit̄, filij hominū, in Hebræo habet בְּנֵי הָאָדָם, id
eſt filij hominis: hoc eſt filij Adā. Et om̄is penè ſcri
ptura hoc idiomate plena eſt, uniuerſum genus ho
minum, Adam filios uocans. c ¶Sed & hāc uidi

 ſapi

E ſapientiam ſub ſole, & magna eſt &c.) Alijs omnia incerta dicentibus, & iuſtum ab iniuſto nihil amplius habere; ego ſapientiam etiam in hoc maximā comprobaui, quod crebrius euenit ut parua ſit ciuitas & habitatores pauci in ea; & innumerabilium hoſtium cingatur exercitu, & ab obſidione & fame populus intus necet; & repente cōtra omnium ſuſpicionē inueniri uirum humilem & pauperē, qui habet ſapientiā maiorem cūctis diuitibus, magnis & potētibus & ſuperbis in periculo poſitis, & ad obſidionem pauētibus, cogitat & inquirit & inuenit quomodo à malis eruat ciuitatē. Et ò ingrata hominū obliuio: poſt quàm fuerint liberati, & ſoluta captiuitas, & reddita patriæ libertas; nemo F meminit ſapientis illius pauperis; nemo refert gratias pro ſalute; ſed oēs honorāt diuites, qui in periculo nihil ſubuenire potuerant. Aliter Hebræus hunc locum interpretatus eſt. Ciuitas parua, homo eſt, inquit, qui etiam apud philoſophos mundus minor uocatur. Et uiri pauci in ea, membra de quibus ipſe homo cōtexitur. Cum autem uenerit aduerſus eam rex magnus diabolus (diabolus ſerpens eſt lubricus; cuius ſi capiti; id eſt primæ ſuggeſtioni nō reſiſtitur, totus interna cordis dum non ſentitur illabitur; tentationū diabolicarum initia flagitia ſunt; non eſt immiſſor, Pſal.73.c ſed incenſor uitiorum. Vnde Dauid: Tu fregiſti caput draconis) & quæſierit locum per quem poſſit irrumpere, inuenit in ea humilis & ſapiens & quietus interioris hominis ſenſus; & eruet urbem quæ obſeſſa ab hoſtibus cingebat. Cumq́; homo de periculo ſiue perſecutionis, ſiue anguſtiarum, ſiue cuiuſcunq́; aduerſæ rei atq́; peccati fuerit erutus: homo ille exterior qui inimicus eſt illius pauperis hominis & ſapientis; non recordatur interioris hominis; nec ſubdit ſe conſilijs eius, ſed rurſum ſua fruitur libera uolūtate. Aliter; Parua ciuitas eſt, & uiri in ea pauci, ad comparationem totius mundi, eccleſia eſt; aduerſus quā ſæpe conſurgit rex magnus diabolus, non quod magnus ſit, ſed quo magnum ſe eſſe iactet, & circūdat eam obſidione ſiue perſecutionis, ſiue alio anguſtiarum genere. Et inuenit in

eam; & ædificauit aduerſus eam machinam magnam. Et inuenit in ea uirum pauperem & ſapientem: & ſaluauit hic ciuitatem in ſapiētia ſua: & homo nō recordatus eſt hominis pauperis illius. Et a dixi egò meliorem eſſe ſapientiam ſuper fortitudine & ſapientia pauperis quæ deſpecta eſt: & uerba eius quæ non ſunt audita. b Verbā ſapientiū in quiete audiūtur pluſquā clamor poteſtatem habētis in ſtultis. c Meliór eſt ſapiētia ſuper uaſa belli: & peccans unus perdet bonitatem multam.

Cap.

xitq́; munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio. Inuentusq́; eſt in ea uir pauper & ſapiēs, & liberauit urbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorē eſſe ſapientiam fortitudine. Quomodo ergo ſapientia pauperis contēpta eſt, & uerba eius non ſunt audita? Verba ſapientiū audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor principis inter ſtultos. Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica, & qui in uno peccauerit, multa bona perdet.

Cap.

ea uirum pauperem & ſapientem, dominum Ieſum G Chriſtū, qui pro nobis pauper factus eſt, & eſt ipſa 2.Cor.8.b ſapientia; & ille uir pauper liberat urbem in ſapientia ſua. Quoties uidemus ſedētem leonē in inſidijs cum diuitibus; hoc eſt cum ſenatoribus & principibus huius ſeculi & aduerſus eccleſiam molientem, pauperis iſtius ſapientia corruiſſe? Cumq́; pauper hic uicerit & urbs paci fuerit reſtituta; uix aliq́s eius meminit; uix illius mandata conſiderat, ſed totos ſe luxuriæ & uoluptatibus concedentes quærunt diuitias quæ in neceſſitate non liberant. a ¶Et dixi ego meliorem eſſe ſapientiam ſuper fortitudine & ſapiētia pauperis quæ deſpecta eſt: & uerba eius q̄ non ſunt audita.) Quāquàm nullus meminerit ſapientis pauperis illius H cū læta ſint omnia; ſed uniuerſi diuitias & potentiam admirentur; Ego tamen ſecundū omnes interpretationes magis honoro contemptā ſapientiam, & uerba quæ nullus audire dignatur. b ¶Verba ſapientium in quiete audiuntur plus quàm clamor poteſtatem habētis in ſtultis.) Quēcunq́; uideris in eccleſia declamatorem, & cū quodam lenocinio ac uenuſtate uerborū excitare plauſus ac riſus excutere, audientes in affectus lætitiæ cōcitare; ſcito ſignum eſſe inſipientiæ, tam eius qui loquitur quàm eorum qui audiunt. Verba quippe ſapientium in quiete & moderato audiuntur ſilentio; qui uero inſipiens eſt, quamuis ſit potens & clamorem ſiue ſuæ uocis, ſiue populi habeat acclamātis, inter inſipientes computabitur. c ¶Melior eſt ſapientia ſuper uaſa belli, & peccans unus perdet bonitatem multam.) Nunc quoq́; ſapientiam præfert fortitudini; & dicit plus eam ualere in prælijs quàm arma pugnantiū. Quod ſi unus inſipiens fuerit, quamuis paruus & nihil ſit; crebro tamē per illius ſtulticiam, opes magnas diuitiasq́; ſubuerti. Quia uero in Hebræo poteſt legi: Et qui peccat unum, perdet bonitatem multam; etiam ſic ſentiendum eſt; quod propter unum peccatum, multæ iu- Iaco.2.b ſticiæ retro pereant, & inuicem ſe uirtutes ſequi: & qui unā habuerit, habere omnes. Et qui in uno peccauerit, eum omnibus uitijs ſubiacere.

Cap.



A Cap. x.

Muſcæ morituræ exterminant oleum cōpoſitionis; precioſa eſt ſuper ſapiētiam & gloriā ſtulticia parua.) Exemplū ſuperioris ſenſus dedit, in quo ait; per unū ſtultum multa bona ſubuerti; q́ ſic malus mixtus bonis contaminet plurimos; quomodo muſcæ ſi moriātur in unguēto perdant odorem illius & ſaporem. Et q̄a ſæpe calliditati mixta eſt ſapientia, & habet maliciā prudentia; præcipit ut ſapiētiam ſimplicē requiramus; mixtaq́; ſit cū innocētia columbarum; prudētes ſimus ad bonū, ſimplices aūt ad malum. Et eſt ſenſus. Iuſto em̄ conuenit habere parū ſimplicitatis, & ꝓpter nimiā patientiam dū ultionem reſeruat deo, ſtultum uideri B q̄ ſtatim ſe uindicātem ſub uelamēto prudētiæ exercere maliciam. Aliter; Muſcæ quæ ſcd'm Eſa.7.c Eſaiā principantur parti fluminis Aegypti, perdunt olei ſuauitatē; in unoquoq́; credentium relinquētes immūditiæ ſuæ odorē atq́; ueſtigia. Ab his muſcis etiā princeps appellatus eſt dæ- Matth.12.b moniorū Beelzebub, qui interpretatur, aut idolum muſcarum, aut uir muſcarum, aut habens muſcas. b ¶Cor ſapiētis in &c.) Et in euangelio præcipit, Matth.6.a ut neſciat ſiniſtra quid faciat dextera ſapiētis. Et q̄n Ibid.5.f percutimur in maxillā dexterā nō iubemur ſiniſtrā genā præbere percutienti, ſed alterā dexterā. Iuſtus enim ſiniſtrā in ſe nō habet, ſed totum in eo dextrū Matt.25.c eſt. Et cū ad iudicādū ſaluator uenerit; agni ſtabūt à dextris, hœdi uero à ſiniſtris erūt. Et in Prouerbijs Prouer.4.d ſcribitur; Dextras uias nouit dn̄s; quæ aūt peruerſæ ſunt, à ſiniſtris ſunt. Qui ergo ſapiēs eſt, ſemper de futuro ſeculo cogitat quod ducit ad dextram. Qui uero inſipiens eſt, de præſenti quod poſitum eſt in ſiniſtra. Quæ quidem ſecutus idem philoſophus & Poëta ait: Dextera quæ magni Ditis ſub mœnia ducit. Hàc iter Elyſium nobis, at læua malorū Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit. Firmianus quoq́; noſter in præclaro inſtitutionū ſuarū opere. y. literæ meminit; & de dextris ac ſiniſtris; hoc eſt de uirtutibus & uitijs pleniſſime diſputauit. Nec pu-

Cap. x.

a Muſcæ moriture extermināt oleum cōpoſitionis; precioſa eſt ſuper ſapiētiam & gloriam b ſtulticia parua. Cor ſapiētis in dextera eius: & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Sed & in uia cum ſtultus ambulat, cor eius minuitur: & dicit, omnis inſipiens c eſt. Si ſpiritus habētis poteſtatem aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris; quia ſanitas requieſcere facit peccata magna. d Eſt malum quod uidi ſub ſole quaſi ignorantia egrediens à facie potentis; dari ſtultum in ſublimitatibus magnis & diuites in humilitate ſedentes. Vidi ſeruos in equis, & princi

Cap. x.

Muſcæ morietes perdunt ſuauitatē unguenti. Precioſior eſt auro ſapientia, paruaq́; gloria, ad tempus ſtulticia. Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. Sed & in uia ſtultus ambulās, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. Si ſpūs poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuū ne dimiſeris; quia curatio faciet ceſſare peccata maxima. Eſt malum, quod uidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens à facie principis; Poſitum ſtultū in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis, & princi

temus huic ſentētiolæ illud eſſe contrarium; in quo C dicit; Ne declines ī dexterā neq́; in ſiniſtrā; Hic em̄ Prouer.4.d pars dextera ꝓ bono accipit; ibi uero nō tā dextera q̄ declinatio dextræ accuſat; ne plus ſapiamus q̄ ſapere nos neceſſe eſt; quia uirtutes in medio ſunt; & nimietas omnis in uitio eſt. Sequentis autem uerſiculi in quo ait; Sed & ī uia cū ſtultus ambulat, cor eius indiget & dicit; oīs inſipiētia eſt ſiue inſipiēs: hic eſt ſenſus: ſtultus ut ipſe peccat, ſperat oēs peccare ſimiliter; atq́; ex ſuo īgenio uniuerſos iudicat. Deniq́; Symmachus ita interpretatus eſt; Sed & in uia ſtultus cū ambulat, ipſe inſipiēs, ſuſpicat de oībus q̄a ſtulti ſunt. Lxx. uero aliū fecere ſenſum quo dicerent; Oīa quæ inſipiēs cogitat eſſe uaniſſima. c ¶Si ſpiritus habētis &c.) D Principē mūdi iſtius & rectorē tenebrarū harū, & operātē in filijs diffidētiæ, cuius & Apo- Eph.2.a.6.b ſtolus meminit; nunc ſcriptura ſignificat. Qđ ſi in cor noſtrū aſcenderit, & animus malæ cogitationis uulnus acceperit, nō debemus locū ultro tribuere, ſed pugnare cōtra cogitationē peſſimā & liberari à pctō maximo; ne ſcilicet cogitationē opere cōpleamus; q̄a aliud eſt cogitatiōe, aliud ope peccare. De quo grādi pctō & in pſalmo ſcribit; Si mei nō fuerit Pſal.18.d dn̄ati, tūc immaculatus ero & emundabor à delicto maximo. Symmachus uerbū Hebraicū מַרְפֵּא qđ oēs ἴαμα; hoc eſt ſanitatē uel curationē ſilr̄ trāſtulerunt; interꝓtatus eſt ad ſenſum & ait; Si ſpūs principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas; q̄a pudicitia cōprimit pctā magna; id eſt, ſi titillauerit mentē tuā diabolus, et te ad libidinē cōcitauerit; ne ſequaris cogitationē peſſimā & blādientē uoluptatē; ſed ſta fortis & rigidus frigore caſtitatis, flāmā uoluptatis extingue. Hebræus in loco tale neſcio q̄d ſuſpicatus eſt. Si aliquā in mūdo acceperis dignitatē; & ordinatus fueris maior in ppl'is; noli reliquere priora opa tua, & antiquarū uirtutū ne incipias obliuiſci, laboremq́; priſtinū nō habere; q̄a pctōrū tuorū remediū ex cōuerſatione bona naſcit & nō ex tumenti & ſuperflua dignitate. d ¶Eſt malū qđ uidi ſub &c.)

E Pro eo quod nos poſuimus: quaſi ignorantia egrediens à facie potētis: Aquila & Theodotio & Lxx. interpretati ſunt: ὡς ἀκούσιον ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου τοῦ ἐξουσιάζοντος: id eſt, quaſi non ſpōtaneum exiuit à facie poteſtatem habentis. Cui ſubnectens Symmachus ait: Poſitum ſtultum in ſublimitate magna: diuites aūt ſedere humiles.

principes ambulātes quaſi ſeruos ſuper terrā. a Quì fodit foueam, in ipſam incidet: & qui diſſipat ſepē mordebit eum ſerpens. b Quì ſubtrahit lapides dolebit in eis: & qui ſcindit ligna, periclitabitur in eis. c Si rētuſum fuerit ferrum: & hoc nō ut prius, ſed cō turbatū fuerit: uirtutibus corroborabit̄, & reliquū fortitudinis ſapientia eſt.

Si mo

Et hāc ergo iniquitatem ſe in ſeculo perſpexiſſe cōmemorat: quod uideatur iniuſtū eſſe dei iudiciū: & ſiue per ignorationem ſiue abſq; eius fieri uolūtate: ut uel in mūdi poteſtatibus, uel in eccleſiæ principatu, ſedeāt hi qui diuites ſunt in ſermone atq; ſapiētia: diuites etiā in operibus bonis, ignobiles ſedeant, & imprudēs quiſq; in eccleſia principatum teneat. Hoc autem fieri à

F uultu eius, qui in ſeculo habet poteſtatem, ut potentes quoſq; & doctos uiros premat: nec eos in populis apparere permittat. Illos uero quos ſcit imprudētes eſſe, in eccleſijs faciat eſſe maiores: ut cæci à cæcis ducātur in foueam. In hunc ſenſum facit & illud quod ſequitur: Vidi ſeruos ſedere ſuper equos: & principes quaſi ſeruos ſuper terram: Quod hi qui ſerui ſunt uitiorū atq; peccati: ſiue tam humiles, ut ſerui ab hominibus cōputentur, ſubita à diabolo dignitate per flagitia publica ſublimētur quos uulgo lubricos appellāt: magiſter autem nobilis quiſq; & prudēs, paupertate oppreſſus, gradiatur itinere officioq; ſeruorum. Hebræus potentem & principē, à cuius facie ignoratio uideatur egredi, deum expoſuit: quod putēt homines in hac uita inæqualitate rerū, illū non iuſte & ut æquū eſt iudicare. Porrò alij cū ſuperioribus æſtimant eſſe iūgendū: Vt ipſe ſit potēs: de quo ante hos uerſus dicitur: Si ſpiritus habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te, locū tuum ne dimiſeris. Nō ſimus itaq; triſtes, ſi in hoc ſeculo humiles eſſe uideamur: ſcientes à facie diaboli ſtultos ſubleuari, & diuites deijci: ſeruos inſignia habere dominorū: & principes ſeruorū ingredi uilitate. Notandum aūt quod & hic equus in bonam partē

Abacuc. 3. b accipitur, ut ibi: Et equitatio tua ſalus. a ¶Qui fodit foueam, in ipſam incidet &c.) Ex parte ſimplex, & ex parte myſticus intellectus eſt. Siquidē & alibi

Eccli. 26. d ipſe Salomon ait: Qui ſtatuet laqueum, capietur in illo. Et in pſalmo ſeptimo: Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Sepis autē maceriæq; euulſio, eccleſiaſtica dogmata ſunt, & inſtitutio ab Apoſtolis prophetiſq; fundata: quę qui diſſoluerit & uoluerit præterire: in eo ipſo quo negligit, à ſerpente percutitur. De quo ſerpente & in G

Amos ſcriptum eſt: Si deſcenderit in infernum mādabo ſerpenti & mordebit eos. b ¶Qui ſubtrahit lapides, dolebit in eis &c.) Voluūtur & in Zacharia ſancti lapides ſuper terram. Non enim firma Amos. 9. d  Zach. 9. d

principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſeruos. Qui fodit foueā, incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides affliget̄ in eis: & qui ſcindit ligna, uulnerabitur ab eis. Si retuſum fuerit ferrū, & hoc nō ut prius, ſed hebetatū fuerit, multo labore exacuetur, & poſt induſtriā ſequetur ſapiētia.

Si mor

in ea ſtatione conſiſtūt, ſed prætereūt: & ſemper ad altiora nitētes, hinc abire feſtināt. De his uiuis lapidibus & ī Apocalypſi, urbs ſaluatoris extruitur: & eccleſiā ædificari Apoſtolus non tacet. Si quis ergo hæretica arte puerſus de eccleſię ędificio iſtos abſtulerit lapides: unde & ſignanter Aquila & Symmachus ꝑ eo quod nos poſuimus: Qui ſub- Apoc. 21. c trahit lapides, dolebit in eis, dixerūt: Qui transfert lapides, dilacerabitur in eis poſtea tormenta patietur. Quia uero abſolute ſcriptura ait: Qui ſubtrahit lapides: ſiue qui transfert lapides: & non adiecit, bonos ſiue malos: propterea & ecōtrario intelligē- H

dum, quod eccleſiaſticus uir, epiſcopus uidelicet & presbyter: ſi iuxta mādatum Leuitici, de leproſa domo lapidē abſtulerit, in cinerem & puluerem conterendū: dolebit in eo ipſo quod de eccleſia Chriſti lapidem auferre cogitur: dicens ſecundū Apoſtolū Flere cum flentibus: lugere cū lugentibus. Et: Quis infirmatur, & ego nō infirmor: quis ſcandalizatur, & ego nō uror? Ligna quoq; ſcindens, periclitabit̄ in eis. Hæretici ligna īfructuoſa ſunt, et ſaltus abſq; utilitate pomorū. Vnde & in templo dei prohibetur plantari nemus: & uana foliorum, id eſt uerborum tantū ſonantiū ſpernūtur umbracula. Quāuis igitur ſit prudens & doctus uir, qui gladio ſermonis ſui hæc ligna cōſcindat: periclitabitur in eis, niſi diligenter attēderit maxime ſi ei quod ſequitur, acciderit. Si retuſum fuerit ferrū, et faciē eius turbauerit: id eſt ſi diſputatio eius infirmior fuerit inuenta, nec acumen habuerit ingenij, quo contraria quæq; deſecet, ſed principale cordis eius hebete t̄: in partē tranſibit aduerſam: et cōfirmabit eū fortitudo perуerſa. Hoc enim eſt quod Septuaginta interpretes tranſtulerūt: Et fortitudine cōfortabitur: & ſupflua roboratus ſapientia, incipiet, inquit, fortitudinē habere, & ſapientiam quæ ſuperflua eſt, & nō adiuuat poſſidentem. c ¶Si retuſum fuerit ferrum: & hoc nō ut prius, ſed cōturbatum fuerit, uirtutibus corroborabitur, & reliquū fortitudinis ſapiētia eſt.) Si ſe, inquit, aliquis uiderit per negligētiā amiſiſſe ſciētiā ſcripturarū: & acumen ingenij eius fuerit obtuſum: & cōturbatus nequaq; māſerit, qualis eſſe iam Leuit. 14. f Roma. 12. d 2. Cor. 11. g

cœperat



A cœperat: Euenit quippe interdum, ut cum modicū ſcientiæ quis habuerit, elatus in ſuperbiam, diſcere deſiſtat & legere, & paulatim ex eo quod nihil ei additur, ſubtrahatur, & uacuum diſciplinis pectus remaneat, ferrumq; quod acutum fuerat, hebetetur: ocium enim & deſidia quaſi quædam rubigo ſapiētiæ eſt. Si igitur qs hoc paſſus fuerit, non deſperet remedium ſanitatis, ſed uadat ad magiſtrū, & rurſum inſtruatur ab eo, & poſt laborem & induſtriam ſudoremq; nimium, ualebit ſapientiam recipere quā amiſerat. Hoc eſt quod ī Hebræo ſignificantius dicitur: Et fortitudinibus corroborabitur, id eſt labore & ſudore, & induſtria, & quotidiana lectione, ſapientiam conſequetur, & fortitudo ipſius habebit hunc finem, ut accipiat ſapientiam.

a Si momōrderit ſerpēs in ſilentio, nō eſt amplius habēti linguam. b Verbā oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præcipitabunt c eum. Initiūm uerborum ſtulti inſipientia, & nouiſſimum oris eius error peſſimus. Et ſtultus multiplicat uerba. Ignorat homo quid ſit, quod factum eſt: & quod futurum eſt poſt eum, quis annunciabit ei? d Lābor ſtultorum affliget eos q̄ neſciūt ire in ciuitatē. e Væ tibi tērra cuius rex

adole

B a ¶Si momorderit ſerpens in ſilentio, non eſt amplius habenti linguam.) Simplex hic ſenſus eſt: Serpens & detractor, æquales ſunt. Quomodo eñ ille occulte mordens, uenenum inſerit: ſic iſte clàm detrahens, uirus pectoris ſui infundit in fratrem, et nihil habet à ſerpente amplius. Cum enim lingua hominis ad benedicēdum deum, & ædificationem proximi ſit creata, ille eam ſerpenti æqualem facit: dum uirtutibus eius in peruerſum abutitur. Aliter: Si quem ſerpens diabolus occulte momorderit, & nullo conſcio eum peccati ueneno infecerit: ſi tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec uulnus ſuum fratri & magiſtro uoluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curādum, facile ei prodeſſe non poterit. Si eñ erubeſcat ægrotus uulnus medico confiteri quod ignorat, medicina non curat. b ¶Verba oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præcipitabunt eum.) Stulticia, ſi ſua eſſet ruſticitate contenta, minus aliquid haberet mali. Nunc autem contra ſapientiam bellum gerit, & quicquid prudentiæ in docto uiro uiderit, zelo ſtimulata non recipit. Loquitur enim uir ſapiens uerba ſcientiæ, uerba gratiæ, quæ utilitatem poſſunt præbere audientibus, & aures ſtulti non ita ſuſcipiunt quæ dicuntur ut dicta ſunt, ſed econtrario uirum prudentem ſupplantare conantur, & ſui ſimilē facere. Et reuera præcipitatur uir ſapiēs, quando in aurem loquitur imprudentis, & uerba eius in profundo (ut ita dicam) gurgite pereunt. Vnde beatus ille eſt, qui in aurem loquitur ſapientium. c ¶Initium uerborum ſtulti inſipientia.) C

Adhuc ei de ſtulto diſputatio eſt, cuius labia præcipitant ſapiētem, ſiue iuxta aliam interpretationem, ſtultū ipſum corruere faciunt. Initiū ſermonis eius & finis ſtulticia eſt & error peſſimus, ſiue ut Symmachus tranſtulit, tumultus, & quædam uerborum īconſtantia: dū non manet in ſententia, ſed putat in multiplicatiōe ſermonū effugere peccatum ſe poſſe. Cum eñ nec præteritorum meminerit, nec futura cognoſcat, & ignorātiæ tenebris uolutetur, falſam ſibi ſcientiam repromittens: in eo doctum ſe putat eſſe & ſapientem, ſi uerba multiplicet. Poteſt hoc & de hæreticis accipi, qui prudentium uirorum

Si mordeat ſerpens in ſilētio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Verba oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præcipitabunt eū. Initiū uerborū eius ſtulticia, & nouiſſimū oris illius error peſſimus. Stultus uerba multiplicat. Ignorat homo, q̄d ante ſe fuerit: & quid poſt ſe futurum ſit, quis ei poterit indicare? Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciūt in urbem pergere. Væ tibi terra, cuius rex

puer

dicta non capiunt, ſed ſe ad diſputationes cōtrarias præparantes, & initium & finem loquēdi uanitate, cum multo errore conuoluūt, & cum nihil ſciāt loquūtur plura q̄ norunt. d ¶Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt &c.) Cū ſuperioribus etiam hos iunge uerſiculos, aut generaliter de omnibus ſtultis qui ignorant deū, aut ſpecialiter de hæreticis diſputationibus. Lege Platonē: Ariſtotelis reuolue uerſutias: Zenonem & Carneadem diligentius intuere, & probabis uerum eſſe quod dicitur: Labor ſtultorum affliget eos. Veritatem illi quidem omni ſtudio quæſierunt: ſed quia non habuerūt ducem, & præuium itineris, & humanis ſenſibus rati ſunt ſe comprehendere poſſe ſapientiā, ad ciuitatē minime peruenerūt. De qua in pſalmo dicitur: Dñe in ciuitate tua imaginē ipſorū diſſipabis. Omnes enim umbras & diuerſas imagines atq; perſonas, quas ſibi in uarijs dogmatibus induerunt, in urbe ſua dñs diſſipabit. De qua & alibi ſcribitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et in euāgelio: Nō poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Et in Eſaia: Ego ciuitas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Siquidem hāc ueritatis & ſapiētiæ ciuitatē cum firma ſit & robuſta, oēs ſapiētes ſeculi & hæretici impugnare conantur. Et quod de philoſophis diximus, hoc idem & de hæreticis ſentiēdum, quod fruſtra laborent & affligātur in ſtudio ſcripturarū, cū ambulēt in deſerto, et ciuitatē inuenire non ualeāt. De quorum errore et pſalmiſta commemorat dicēs: Errauerunt in deſerto et in inaquoſo, uiā ciuitatis habitaculi non inuenerunt. e ¶Væ tibi terra &c.) Videtur quidem reprobare iuuenū principatū, & D Pſal. 72. c Pſal. 45. a Matth. 5. b Eſa. 26. d

luxu

adoleſcēs eſt, & principes tui mane comedunt. Beata terra cuius rex tuus filius ingenuorum, & principes tui in tēpore comedunt; in fortitudine, & nō in confuſione. In pigritijs a hūmiliabitur cōtignatio, & in infirmitate manuū ſtillabit domus. In riſu fa- b ciūnt panem & uinum, ut epulentur uiuentes. Et argento obediunt omnia.

In mē

puer eſt, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis eſt, & cuius principes ueſcūtur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum per ſtillabit domus. In riſu faciunt panem & uinum, ut epulentur bibentes. Et pēcuniæ obediunt omnia.

In

E luxurioſos iudices condemnare; quod in altero per ætatē ſit infirma ſapientia; in alijs matura ætas delicijs eneruetur. Et ecōtrario principem probare bonis moribus, & liberaliter inſtitutum; & eos iudices prædicare, qui nequaꝗ uoluptatē negocijs ciuium preferant, ſed poſt multum laborē & adminiſtrationem reipublicæ, cibum capere quaſi neceſſitate cogant. Verum mihi ſacratius quid latere uidetur in litera, quod iuuenes dicātur in ſcriptura; q à ueteri autoritate deſciſcunt, & cana præcepta parentum contemnunt; qui neglecto dei mandato, cupiunt ſtatuere traditiones hominum. De quibus & in
Eſa.8.b Eſaia Iſraëli dn̄s cōminatur; eo quod noluerit aquā Siloë quæ uadit cum ſilentio; & ueterem piſcinam auerterit, eligens ſibi fluenta Samariæ, & gurgites
Eſa.3.a Damaſci. Et dabo, inquit, iuuenes principes eorū;
Dan.7.b & illuſores dominabūtur eis. Lege Daniel; uetuſtū
Apoc.1.c dierum inuenies deū. Lege Apocalypſim Ioannis;
F Et caput ſaluatoris candidum ut niuem, & quaſi lanam albam reperies. Hieremias quoqꝫ quia ſapiens
Hiere.1.b erat, & cani eius in ſapientia reputabātur, prohibetur iuuenem eſſe ſe dicere. Væ ergo terræ cuius eſt diabolus rex, qui ſemper nouarū rerum cupidus, etiam in Abeſſalon aduerſus parētem rebellat, quæ iudices & principes eos habet, qui amant huius ſeculi uoluptates; Qui anteꝗ dies mortis adueniat,
Eſa.22.d dicunt; Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Ecōtra beata terra eccleſiæ, cuius rex eſt Chriſtus filius ingenuorum: de Abraham, Iſaac, & Iacob, prophetarum quoqꝫ & ſanctorum omniū ſtirpe deſcendens quibus peccatum non fuit dominatum; & ob id uere fuerunt liberi; ex quibus nata eſt uirgo liberior ſancta Maria; nullum habens fruticē nullum germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florem, loquentem in Canticocanticorū; Ego flos campi & lilium conuallium. Principes quoqꝫ eius ſunt Apoſtoli & omnes ſancti, qui regem habent filium ingenuorum, filium liberæ; non de ancilla Agar, ſed de Saræ libertate generatum. Nec comedunt mane nec uelociter. Non enim in præſenti ſeculo quærunt uoluptatem; ſed tempore ſuo manducabunt, cum retributionis tempus aduenerit; & manducabunt in fortitudine, & non in confuſione. Omne bonum præſentis ſeculi confuſio eſt, futuri uero perpetua eſt fortitudo. Tale quid & in
Eſa.65.c Eſaia dicitur: Ecce qui ſeruiunt mihi, bona manducabunt, uos autem eſurietis. Et iterum: Ecce qui ſeruiunt mihi, lætabuntur, uos autem pudebit.
G a ¶In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum ſtillabit domus.) Domus noſtra quæ cum ſtatu hominis erecta eſt, & habitatio quam habemus in cœlis; ſi pigri ſumus, & ad bona opera tardiores, humiliabitur. Et omnis cōtignatio quæ debet culmē portare in ſublime ad terram corruens, habitatorem ſuum opprimit. Cumqꝫ auxilium manuum uirtutumqꝫ torpuerit, omnes deſuper tempeſtates & nimborum & ad nos turbo prorumpit. Porrò quod in homine uno interpretati ſumus, melius poteſt ſuper eccleſia accipi; quod per negligentiam principum, om̄is eius corruat altitudo; Et ibi uitiorum illecebrę ſint, ubi tegmen putabatur eſſe uirtutum.
b ¶In riſu faciunt panem & uinum, ut epulentur uiuentes. Et argento obediunt omnia.) Exiſti- H mo ex ſuperioribus pendere quod ſequitur. In pigritia enim & in ſocordia magiſtrorum humiliari eccleſiam; & culmen eius concidere & tigna perflui, ſupra expoſuimus. Nunc ergo de eiſdem magiſtris loquitur. Et quia uiſus fuerat accuſare eos cur tacerent, & non uterentur officio magiſtrorum, & epiſcopi & presbyteri in eccleſia conſtituti, non laborarent in ſermone & doctrina, quod & Titus commonetur ut faciat, & Timotheo præci- 1.Tim.4.d pitur, ne gratiam negligat quam per impoſitionem manuum acceperat, ſed & in eo ſe æſtimarent presbyteros & epiſcopos, ut ſalutaria acciperent, & uti præceptores honorem duplicem quærerent, qui laborantibus in doctrina & ſermone debetur; Nunc econtrario accuſat eos qui loquuntur quidem in eccleſia & docent populos, ſed ea docent quæ populum audire delectet, quod peccatores palpent in uitio, & ſtrepitus concitent audientium. Nónne quando in eccleſia laſciuit orator, & beatitudinem & regna cœlorum multitudini pollicetur; uidetur tibi in riſu facere panem, & uinum ad lætitiam miſcere uiuentium; Siue quod ipſi qui docēt, diuitias, & cibos, & opes per delectabilia promiſſa conquirant. Siue quod eccleſiæ panem, qui panis lugentium eſt, & non ridentium (Beati quippe lu- Luc.6.d gentes, quoniam ipſi ridebunt) in lætícia gaudioqꝫ conficiant. Quod autem ſequitur; Pecuniæ uel argento obediunt omnia, dupliciter accipiendum. Vel ipſos doctores poſtqꝫ adulatione ditati ſint, regnum in populos exercere. Vel certe quia argentum

tum



In mēte tua regi ne a maledixeris; & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diuiti; quia uolucres cœli auferent uocem tuam; & habens pennas, annūciabit uerbum. Cap. XI.

b Mittē panem tuum ſuper faciē aquæ; quia in multitudine dierum in- c uenies illum. Da pārtem ſeptem, & quidem octo; quia non ſcis quid futurū malum ſit ſuper terram. d Si rēpletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. Et ſi ceciderit lignū ad auſtrū aut ad aquilonem

In cogitatione tua regi ne detrahes, & in ſecreto cubiculi tui nō maledixeris diuiti, qa & aues cœli portabūt uocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt ſentētiā. Cap. XI.

Mitte panē tuū ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt tempora multa inuenies illum. Da partes ſeptem, necnon & octo, quia ignoras quid futurū ſit mali ſup terrā. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem

A tum pro ſermone ſemper accipitur: Eloquia enim
Pſal.11.b domini, eloquia caſta; argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum ſeptuplum; hoc aſſeuerat, quod eloquentiæ & orationi, quæ uerborum ſit fronde compoſita, facile uulgus cedat ignobile. Aliter: Qui habēt apud ſe ſponſum; & propterea lugere & ieiunare prohibentur, in riſu faciunt panē. A quo riſu nomen Iſaac accepit; & in lęticia uiuentium uinum præparant. Omnis itaqꝫ uir ſanctus q ut Chriſtus præcipit, magiſter eccleſiæ eſt in riſu & læticia panem facit; et uini poculą miniſtrat in gaudio. Argentum quoqꝫ cui obediunt omnia,
Math.25.b quinqꝫ illa, de euangelio & duo, & unū patrisfamilias ſunt talenta, & decem mnæ, quę ſeruis in negociatione cre-
B duntur. a ¶In mente tua regi ne maledixeris; & in ſecreto cubilis tui, ne maledixeris diuiti; quia uolucres cœli auferent uocem tuam; & habēs pennas, annunciabit uerbum.) Simplex præceptum ædificat audientes; ne ira & furore ſuperati, in maledictum & in detractionem regum & principum prorumpamus; Quia contra ſpem interdum euenit; ut his quibus maledixímus, nuncietur; & incurramus periculum immoderatione linguæ; Quod aūt ait; Volucres cœli auferent uocem tuam; & habens pennas, annunciabit uerbum; Hyperbolice intelligendum; quomodo ſolemus dicere; etiam ipſos parietes, quibus conſcijs loquimur, quæ audierint nō cælaturos. Sed melius eſt ſic audire præceptum, ut ſciamus nobis eſſe mandatum; non ſolum contra Chriſtum temere nihil loquēdum; uerum etiam in arcanis cordis, q̄uis uarijs tribulationibus coartemur; nihil blaſphemum, nihil impium ſentiendum. Et quia dilectionem quam Chriſto exhibemus, debemus & proximo; Diliges quippe dominum deū tuum; ſed & proximum tuum tanqꝫ teipſum; etiam nunc iubemur, ne poſt regem de ſanctis quoqꝫ facile detrahamus; & eos quos uiderimus ſapientia, ſcientia, uirtutibuſqꝫ ditatos, linguæ mordacitate rodamus; quia angeli qui terram circumeūt, & ſunt adminiſtratorij ſpiritus; & in Zacharia loquuntur;
Zach.1.c Circumiuimus terram & ecce omnis terra habitatur & ſilet; ad inſtar auium, noſtra uerba & cogitationes ad cœlū perferunt; & quod clàm cogitamus, dei ſcientiam non latere. Cap. XI. C

Mitte panē tuū ſuper faciē aquæ; quia in multitudine dierum inuenies illū.) Ad eleemoſynam cohortatur, quod omni petenti ſit dandum; & indiſcrete faciendum bene. Quomodo enim qui ſuper irrigua ſeminat, fructum ſemētis expectat; ita qui largitur egētibus; nō granū ſeminis, ſed ipſam panem ſerit, fœnore quodam multiplicationem illius præſtolans; & cū dies iudicij aduenerit, multo amplius q̄ dederat recepturus. Aliter; In quocūqꝫ homine illam aquā uideris, de qua di-
Ioan.7.f citur; Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ; ne te pigeat panē ſapientiæ, panē rationalē, panē præſtare ſermonis. Si enim hoc frequēter feceris, inuenies te nō incaſ- D ſum doctrinarum iecíſſe ſementem. Tale quid & in
Eſa.32.d Eſaia dictum puto; Beatus qui ſeminat ſuper aquā, ubi bos & aſinus calcant; Quod ille magiſter beatitudine dignus habeatur, qui ſuper irriguū pectus ſeminat audientium, tam ex Iudæis q̄ ex gentium populo congregatum. c ¶Da partem ſeptem, & quidem octo; quia nōn ſcis quid futurum malū ſit ſuper terram.) Et in Ezechiele ſeptem & octo gra- Ezech.4. dus ad templi leguntur aſcenſum. Et poſt ethicum illum pſalmum, id eſt centeſimum octauum & decimum, quindecim graduū pſalmi ſunt; per quos primū erudimur in lege; & ſeptenario numero expleto, poſtea per ogdoadem ad euangeliū ſcandimus. Præcipitur ergo ut in utrūqꝫ inſtrumentū, tam uetus ſcilicet q̄ nouū, pari ueneratione credamus. Iudæi dederunt partē ſeptē, credentes ſabbatū; ſed nō dederūt octo, reſurrectionē diei dominicæ denegātes. Ecōtrario hæretici, Marcion & Manichæus, & omnes qui ueterē legē rabido ore dilaniāt; dant partem octo, ſuſcipiētes euangeliū; ſed eandē ſeptenario numero nō tribuunt, legem ueterem reſpuētes. Nos igit̄ utriqꝫ inſtrumēto credamus. Nō eīn poſſumus dignos cruciatus, dignāqꝫ pœnā iā nūc mente cōprehendere; quæ repoſita eſt his qui uerſantur in terra, Iudæis atqꝫ hæreticis, è duobus alterū denegantibus. Hebræi ita hunc locū intelligūt; Et ſabbatum & circūciſionē ſerua; ne ſi hoc forte nō feceris, inopinatū tibi ſuperueniat malū. d ¶Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundēt &c.)

Serua

E Serua mandata quæ tibi ſuperius ſunt præcepta,
ut nubes ſuper te effundant imbrẽ ſuum. Vbicũq;
enim tibi locũ præparaueris, futuramq; ſedem, ſiue
ad auſtrum, ſiue ad boream: ibi cũ mortuus fueris,
permanebis. Aliter: Propterea ſupra diximus:
Mitte panem tuũ
ſuper faciem aquę:
& omni petenti te
tribue: quia & nu-
bes cum plenæ fue
rint, diuitias ſuas
mortalibus largiũ-
tur: & tu quaſi li-
gnũ, ꝗuis lõgæuus
ſis, nõ eris in perpe
tuum: ſed ſubita ut
uentoꝝ, ita mortis
tempeſtate ſubuer
ſus: ubicũq; cecide
ris, ibi iugiter per-
manebis: ſiue te ri-
gidum & trucem,
ſiue clemẽtẽ & mi-
ſericordem, ultimũ
inuenerit tempus.
Aliter: Dicitur in
pſalmis ad deum:
F Veritas tua uſque
ad nubes. Et in E-
*Eſa.5.b* ſaia, peccanti deus
uineæ cõminatur:
Mandabo nubibus, ne pluant ſuper eam imbrem.
Nubes igitur ſunt ꝓphetæ, & omnis uir ſanctus:
qui cum plures in corde ſuo cõgregauerit diſcipli-
nas, tunc ualebit præcepta pluere doctrinarum, &
dicere: Expectet̃ ſicut pluuia ſermo meus: & effun-
dent ſuper terrã imbrem: Ad quã dictũ eſt: Audiat
terra uerba oris mei. Quod autem ſequitur. Et ſi ce
ciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem: in lo-
cum ubi ceciderit lignum, ibi erit: Illud de Habacuc
*Abacuc.3.a* ſumamus exemplũ: in quo ſcribitur: Deus de The-
man ueniet: quod alij interpretes ædiderũt, deus ab
auſtro ueniet. Et quantum ego exiſtimo, ſemper in
bonã partẽ accipit auſter. Vnde & in Canticocanti
*Can.4.d* corũ dicitur: Exurge aquilo, hoc eſt, recede & abi:
& ueni auſter. Lignum igitur quod in hac uita cor
ruerit, & cõditione mortalitatis fuerit inciſum, aut
peccauit ante dum ſtaret: & in boreæ parte poſtea
ponitur: aut ſi dignos auſtro fructus attulit, in pla-
ga iacebit auſtrali. Nec eſt aliquod lignũ: quod aut
ad aquilonem nõ ſit, aut ad auſtrum. Hoc idem ſi-
gnificat & illud quod ſcriptum eſt in Eſaia: Dicam
*Eſa.43.a* Aquiloni adhuc, & Aphrico, noli ꝓhibere. Nunq;
enim auſtro & orientali uento præcipitur ut addu
cant: quia apud alias plagas eſſe eos oportet, qui ad
orientẽ & auſtrum poſtea deducantur. Aquilo igi-
tur ad auſtrum adducit: & Aphricus ad orientẽ ha
bitatores ſuos. Nec eñ poſſunt proficere, ſi in pri-
ſtinis ſedibus perſeuerent. a ¶Qui obſeruat uen

lonem; in locum ubi ce-
ciderit lignum, ibi erit.
a Qui obſeruat uentũ, non
ſeminabit; & qui aſpicit
b nubes, non metet. Quo-
modo non cognoſcis tu
q̃ ſit uia ſpiritus; & ſicut
oſſa in utero prægnantis
ſic neſcis opera dei qui fa-
c cit omnia. In matutino ſe-
mina ſemen tuum; & ad
ueſperum ne dimittas ma
num tuam: quoniam ne-
ſcis quid placeat: aut hoc,
an illud. Et ſi utrũq;, quaſi
unum bonum eſt. Et dul-
ce lumen & bonum ocu-
lis uidere ſolem: quia ſi an
nis multis uixerit homo,
in

tum non ſeminabit: & qui aſpicit nubes, nõ metet.) G
Qui conſiderat cui benefaciat: & nõ omni petenti
ſe tribuit: ſæpe præterit eum qui meretur accipere.
Aliter: Qui tantum eo tempore dei uerbum prædi
cat, quo populus libenter auſcultat, & ſecunda aſpi-
rat aura, tumoris
ſator negligens &
ignauus agricola
eſt. In ipſis eñ pro-
ſperis, dũ neſcimus
aduerſa cõſurgũt.
Sed oportune im-
portune, ſuo teno-
re, dei ſermo eſt p̃-
dicandus: nec fidei
tempore aduerſa-
riarum nubiũ con
ſideranda tẽpeſtas.
De qua in Prouer
bijs dicitur: Sicut
pluuia uehemẽs &
inutilis: ſic qui de-
relinquunt ſapien-
tiam, & impietatẽ
laudant. Abſq; cõ-
ſideratiõe ergo nu
bium & timore uẽ
torũ, in medijs tem H
peſtatibus ſeminã-
dum eſt. Nec dicẽ-
dum: illud tempus
commodum, hoc inutile: cum ignoremus quæ uia,
& quæ uoluntas ſit ſpiritus uniuerſa diſpenſantis.
b ¶Quomodo non cognoſcis tu quæ ſit uia ſpi-
ritus: & ſicut oſſa in utero prægnãtis, ſic neſcis ope-
ra dei qui facit omnia.) Sicut neſcis uiam ſpiritus et
animæ ingrediẽtis in paruulum: & ignoras oſſium
& uenarum uarietates in uentre prægnantis: quo-
modo ex uili elemento corpus hominis in diuerſas
effigies artusq; uarietur: & de eodem ſemine, aliud
molleſcat ĩ carnibus, aliud dureſcat in oſſibus, aliud
in uenis palpitet, & aliud liget̃ in neruis: ita dei ope
ra ſcire nõ poteris, qui factor eſt omniũ. Ex quo do
cet cõtraria nõ timenda: nec temere de uentis & nu
bibus, quas ſupra diximus, iudicandũ cum ſuo tem
pore & curſu, debeat ſator pergere, & euẽtum, dñi
ſentẽtiæ reſeruare. Non eñ uolẽtis neq; currentis, *Roma.9.*
ſed dei miſerentis eſt. c ¶In matutino ſemina ſe-
men tuum: & ad ueſperum ne dimittas manũ tuã:
quoniã neſcis quid &c.) Ne eligas cui bene facias:
ſed & cum benefeceris, nũq; à bono opere deſiſtas.
Matutinam iuſticiã ueſper inueniat. Et ueſperi mi-
ſericordiam, ſolis ortus accumulet. Incertum eſt eñ
quod opus magis placeat deo: & ex quo tibi fru-
ctus iuſticiæ præparetur. Poteſt autem accidere: ut
nõ unũ, ſed utrũq; placeat deo. Aliter: Et in adole-
ſcentia & in ſenecta, æquus tibi labor ſit. Nec dicas:
dũ potui, laboraui: debeo in ſenectute qeſcere. Ne-
ſcis eñ utrũ in iuuẽtute, an in ætate lõgæua placeas
deo.

nem, in quocunque loco
ceciderit, ibi erit. Qui ob-
ſeruat uentũ, nõ ſeminat:
& qui conſiderat nubes,
nunq; metet. Quomodo
ignoras quæ ſit uia ſpiri-
tus, & qua ratione cõpin-
gantur oſſa in uẽtre præ-
gnantis, ſic neſcis opa dei,
qui fabricator eſt omniũ.
Mane ſemina ſemen tuũ,
& ueſpere ne ceſſet ma-
nus tua, quia neſcis quid
magis oriatur, hoc aut il-
lud, & ſi utrũq; ſimul, me
lius erit. Dulce lumen, &
delectabile eſt oculis ui-
dere ſolem. Si annis mul-
tis uixerit homo, & in
his



A deo. Nec prodeſt adoleſcentiæ frugalitas, ſi ſenecta
ducatur in luxu. In quacunq; enim die errauerit iu
ſtus, ueteres eum iuſticiæ à morte liberare non po-
terunt. Quod ſi iuxta utranq; interpretationẽ ſem-
per benefeceris: & omni ætati, æqualem curſum ha
bueris, uidebis deũ
patrem dulciſſimũ
lumẽ: uidebis Chri
ſtum ſolẽ iuſticiæ.
Porrò ſi & multis
annis uixeris, & o-
mnia bona habue-
ris: uel bona opera
perpetraris, & ſcie-
ris te ſemꝑ eſſe mo
riturũ, & ante ocu-
los tuos tenebrarũ
ſemꝑ uerſetur ad-
uentus: præſentia
quaſi fluxa, fragi-
lia & caduca con-
tẽnes. Symmachus
finem huius ſentẽ-
tiæ ita interpretatus eſt: Si annis multis uixerit ho-
mo, & in omnibus his lætatus fuerit, recordari de-
bet & dierum tenebrarũ, quia multæ erunt: in qui-
bus omnibus ueniet eſſe deſinere. Aliter: Repro-
*Deut.11.b* mittit in alio ſcripturæ loco deus dicens: Dabo uo-
bis pluuiam temporaneam & ſerotinam: Vetus ſci
B licet teſtamentũ & nouũ, & utroq; uos imbre irriga
bo. Vnde & nunc admonemur, ut ſic legamus legẽ
ueterem, ne euangelium contemnamus: ſic quæra-
mus ſpiritualem in ueteri inſtrumẽto intelligentiã,
ne in euangeliſtis & Apoſtolis hoc tantũ putemus
ſonare quod legitur. Ignorare enim nos in quo ma
gis ſcientia nobis à deo tribuatur & gratia, felicẽq;
eum eſſe, qui utrunq; in cõmune ſociauerit, & qua-
ſi unum corpus effecerit. Quod qui fuerit conſecu
tus, uidebit lucẽ: uidebit Chriſtum ſolem iuſticiæ.
Et ſi annis pluribus uixerit, in ſumma læticia & de-
lectatione uerſabitur, habens ſcientiam ſcriptura-
rum: & magis ad hunc laborem recordatione futuri
iudicij compelletur: quia perpetuum tenebrarum
tempus adueniet, & æternæ pœnæ præparabũtur
eis qui non ſeminauerint mane & ad ueſperam, &
nequaquam utrunq; ſociauerunt: nec uiderunt lu-
cem, nec ſolem, unde ipſum lumen egreditur.

Cap. XII.

LAetare adoleſcens in iuuẽtute tua &c.) In hoc
capitulo, diuerſa omnium explanatio fuit, &
tot penè ſententiæ, quot homines. Vnde quia lon-
gum eſt opinationes omnium recenſere, & argu-
menta quibus ſentẽtias ſuas approbare uoluerint,
explicare, propè res unius uoluminis eſt, ſufficiat
prudentibus ſignificaſſe quid ſenſerint, & quaſi in
quadam breui tabella, ſitus pinxiſſe terrarum: to-
tiuſq; orbis uaſtitatẽ & ambitum Oceani, anguſto
monſtraſſe compendio. Hebræi ad Iſraël æſtimant
pertinere mandatum: cui præcipitur, ut fruatur di-

in omnibus his lætetur:
& meminerit dies tene-
brarum, quia plurimæ e-
runt. Omne quod uentu-
rum eſt, uanitas.

Cap. XII.

a LAetarẽ adoleſcens in
iuuẽtute tua: & in bo-
no ſit cor tuum in diebus
adoleſcentiæ tuæ, & am-
bula in uijs cordis tui, &
in intuitu oculorũ tuorũ.
Et ſci

uitijs ſuis antequàm ei captiuitatis tẽpus adueniat: C
& adoleſcentiam ſenectute cõmutet: quicquid dele
ctabile uel iocundum tam cordi, quàm oculis appa
ruerit: eo dum in promptu eſt, abutatur: ita tamen
ut ſe nouerit in omnibus iudicandum, & tam cogi-
tationes malas q; li
bidines fugiat: ſci-
ens ſtulticiam ado
leſcentiæ copulatã:
recordeturq; ſem-
per creatoris ſui,
antequàm ueniat
dies Babyloniæ, ac
Romanæ captiui-
tatis: in quibus nõ
poterit habere uo-
luptatẽ. Et totum
hunc locum ab eo
quod ait: Antequã
tenebreſcat ſol, &
luna & ſtellæ: uſq;
ad eum locum, in
quo ſcriptura com
memorat: Et conuertetur puluis in terram ſuam
ſicut erat, & ſpiritus reuertetur ad dominum qui
dedit illum: ſuper ſtatu ſuæ conditionis explanant.
Quæ quia ut ſupra diximus, laciniosa ſunt & pro-
lixa: ſtrictim à nobis breuiterq; tangentur. Lætare
ergo in iuuentute tua ò Iſraël, & fac illa uel illa, de
quibus iam dictum eſt, anteq; captiuitas adueniat, D
& à te tuus honor recedat et gloria: & iudices & ſan
cti tui, quos in ſole, & luna, & ſtellis intelligi uolũt,
auferantur à te: Anteq; ueniat Nabuchodonoſor,
ſiue Titus Veſpaſiani filius, accitus à prophetis, &
eorum uaticinia compleantur. In die qua angeli
templi præſides recedent, & turbabuntur robuſtiſ-
ſimi quiq; in exercitu tuo, & ocioſa erunt eloquia
magiſtrorum, & prophetæ qui de cœlis ſolebant
uiſionum ſuarum lumen accipere, contenebreſcẽt:
quando claudentur templi ianuæ, & humiliabitur
Hieruſalem, & Chaldæus ueniet quaſi cantus uo-
lucris: ita Hieremiæ uocibus prophetatus: & con- *Hiere.9.c*
ticeſcent filiæ cantici in templo pſallentium chori:
Illo tempore quando aduenientes Hieroſolymam:
ipſi quoque hoſtes dei pertimeſcent magnitudinẽ: *Eſa.37.g*
& in uia dubij, Sennacherib interitum formidabũt.
Hoc enim dictum putant, & ab excelſo timebunt
& formidabunt in uia. In illis diebus florebit amy-
gdalum: ille baculus & uirga quam Hieremias in
prophetiæ ſuæ uidit exordio: & impinguabitur lo *Hiere.48.d*
custa, Nabuchodonoſor cum ſuo exercitu, & diſſi-
pabitur capparis, amicitia dei cum Iſraël. Quid ſibi
autem uelit capparis, cum de ſingulis cœperimus
dicere, plenius explicabitur. Hoc autem totum eue
niet Iſraëli: quia abiturus eſt homo in domum æter
nitatis ſuæ, & à præſidio dei ad cœleſtia reuerſu-
rus: quo abeunte in tabernaculum ſuum, circum-
eunt in platea plangentes atq; flentes, & hoſtium
obſidione uallati. Lætare ergo Iſraël in iuuentute

his omnibus lætus fuerit:
meminiſſe debet tenebro-
ſi temporis, & dierũ mul-
torum qui cum uenerint
uanitatis arguentur præ-
terita. Lætare ergo iuue-
nis in adoleſcentia tua, &
in bono ſit cor tuum in
diebus iuuentutis tuæ, &
ambula in uijs cordis tui,
& in intuitu oculorum
tuorum:
& ſcito

E tua antequàm rumpatur funiculus argenteus, hoc eſt, donec gloria ueſtra uobiſcum eſt, antequàm recurrat uita aurea: id eſt, antequàm arca teſtamenti auferatur: priusquàm conteratur hydria ad fontē, & conuoluatur rota ſuper lacum: id eſt, donec intra ſancta ſanctorum præcepta legis & ſancti ſpiritus eſt gratia, & anteq̃ reuertaris in Babylonem, unde in lumbis egreſſus es Abrahæ & incipias in Meſopotamia cōteri, unde quondam profectus es: omnisq; gratia ꝓphetiæ, qua quondam fueras inſpiratus reuertatur ad datorē ſuum. Hæc Iudæi uſque hodie differunt, & ad perſonam ſuam intelligentiam huius capituli trahūt. Nos autem ad ſuperioris diſputatiōis ordinē reuertētes, ſingula conabimur explanare.

a Et ſcitò hoc: quia ſuper o-
mnibus his adducet te
b deus in iudicium. Et rē[b]-
pelle iram à corde tuo, &
aufer maliciā à carne tua:
quia adoleſcentia & ſtul-
c ticia uanitas eſt. Et mē[c]-
mento creatoris tui in die
bus iuuentutis tuæ: ante-
quàm ueniant dies mali-
ciæ, & appropinquēt an-
ni in quibus dices: Non
eſt mihi in illis uoluptas.
d Antequàm obtē[d]nebre-
ſcat ſol & lumen, & luna,
& ſtellæ, & reuertātur nu-
e bes poſt pluuiam. In diē[e]
quo commoti fuerint cu-
ſtodes domus, & perie-
rint uiri fortitudinis.
Et ceſſa

F Lætare iuuenis in adoleſcentia tua &c.) Dixerat lucem mundi huius eſſe dulciſſimam, & lætari debere hominem in diebus uitæ ſuæ, omniq; ſtudio carpere uoluptatem: Ingruere enim noctem mortis æternam, quando non liceat perfrui cōgregatis, & quaſi umbrā, uniuerſa quæ habuimus pertranſire. Nunc autem hominem cohortatur & dicit: O adoleſcēs anteq̃ tibi ſenectus & mors īgruat, lætare in iuuentute tua, & quicquid tibi corde bonum, aſpectu iocundum uidetur, aſſume, fruere, ut libet mundi rebus. Rurſum ne putaretur hæc dicens hominem ad luxuriam prouocare, & in Epicuri dogma corruere, ſuſpicionem hanc abſtulit inferens. a ¶ Et ſcito quoniam ſuper omnibus his adducet te deus in iudicium.) Sic, inquit, abutere mundi rebus, ut ſcias te in ultimo iudicādum.

b ¶ Et repelle iram à corde tuo, & aufer maliciam à carne tua: qa adoleſcentia & ſtulticia uanitas eſt.) In ira omnes perturbationes animi cōprehendit. In carnis malicia uniuerſas ſignificat corporis uoluptates. Sic ergo, inquit, bonis ſeculi huius fruere: ne aut deſiderio aut carne delinquas. Relinque antiqua uitia, quibus in adoleſcentia tua uanitati ſtulticiæq; ſeruiſti: quia iuuentus inſipiētiæ copulata eſt.

c ¶ Et memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ &c.) Semper memento creatoris tui, & ſic adoleſcentiæ tuæ uiam gradere, ut mortis ultimæ

G recorderis: Anteq̃ tibi tēpus adueniat, quo triſtia quæq; ſuccedant. d ¶ Anteq̃ obtenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ &c.) Si de generali conſummatione mundi accipimus, uerbis domini hoc capitulū cōgruit, in qbus ait: Erit tribulatio magna *Matt. 24.b*

& ſcito quod pro omni-
bus his adducet te deus in
iudiciū. Aufer iram à cor-
de tuo, & amoue maliciā
à carne tua. Adoleſcentia
eñ & uolūtas, uana ſunt.

## Cap. XII.

MEmēto creatoris tui
in diebus iuuētutis
tuæ: anteq̃ ueniat tem-
pus afflictionis tuæ, & ap
propinquēt anni, de qui-
bus dicas: non mihi pla-
cent. Antequàm tenebre-
ſcant ſol & lumen, ſtellæ
& luna, & reuertantur nu
bes poſt pluuiam. Quan-
do commouebuntur cu-
ſtodes domus, & nutabū-
tur uiri fortiſſimi.
Et ocioſe

& anguſtia, qualis non fuit ab initio creaturæ: ſed neq; fiet. Sol enim tenebreſcet, & luna nō dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum cōmouebuntur, quæ ſunt cuſtodes domus, ita ut domus intelligatur hic mūdus: uiri uero fortes, errore decepti, & diſſipandæ contrariæ fortitudines. Qđ ſi ſpecialis uniuſcuiuſq; cōſummatio, ad uitæ huius finē refertur, & ſol & luna, & ſtellæ, & nu-H bes, & pluuiæ ei eē ceſſabunt qui mortuus fuerit. Aliter. Lætare adoleſcēs, ò popule Chriſtiane, & fruere bonis quæ à deo tibi cōceſſa ſunt, & in his omnibus ſcito te à dño iudicandū. Nec putes qa priores rami fracti ſunt, & tu inſertus es in radicem bonæ oliuæ, idcirco te eſſe ſecurum: ſed aufer iram à corde tuo, & à corpore tuo uoluptates: & cæteris uitijs derelictis, memento creatoris tui, anteq̃ tibi dies maliciæ adueniat & inſanabilis: in qua peccantibus pœnæ ſunt præparatæ: ne cū peccaueris occidat tibi ſol iuſticiæ meridie: & ſcientiæ lumē intereat: & ſplēdor lunæ, id eſt eccleſiæ ſubtrahatur, & ſtellæ occidant. de quibus ſcriptū eſt: In quibus lucetis ſicut luminaria in hoc mundo, rationem uitæ habentes. *Philip. 2.b* Et alibi: Stella à ſtella differt in claritate. *1. Cor. 15.e* Anteq̃ reuertantur nubes poſt pluuiam: ne prophetæ qui corda credētium, ſuo ſermone ſuisq; pluuijs irrigant: poſtq̃ te imbre ſuo indignum eſſe perſpexerint, reuertantur ad ſedem ſuam: ad eum ſcilicet à quo miſſi ſunt.

e ¶ In die quo cōmoti fuerint cuſtodes domus, & perierint &c.) Cuſtodes domus, aut ſol intelligitur & luna, & reliquus aſtrorum chorus, aut angeli qui huic mundo præſident. Viri uero fortitudinis ſiue fortes, ut interpretatus eſt Symmachus, qui peribunt: ſiue ut Aquila, qui trāſtulit, errabunt: dæmones ſentiuntur, à forti diabolo etiam ipſi fortiū ſortiti uocabulum. Quem ſuperans dominus & ligās, iuxta euangelij ſententiam, uaſtat domum eius.
Aliter



A Aliter: Cuſtodes domus, qui ad corpus hominis referunt cūcta quæ ſcripta ſunt, coſtas ſignificari putant, quod ab ipſis inteſtina uallentur, & tota uentris mollitudo ſeruetur. Viros uero fortes, crura æſtimāt, Solem & lunam & ſtellas, ad oculos, aures, nares, & totius capitis ſēſus coaptāt. Hoc autem ideo: quia inferius neceſſitate cogūtur: non de angelis & dæmonibus, ſole & luna & ſtellis, ſed de hominis membris intelligere quæ ſequuntur. a ¶ Et ceſſabūt molentes: quoniā imminutæ ſunt, & cōtenebreſcent quæ uidēt in foraminibus.) In cōſummatione mūdi cū refrixerit charitas multorum, & imminutæ fuerint animę magiſtrorū, quæ poſſunt cœleſtem cibum præbere credentibus trāſ-

a Et ceſſabūnt[a] molentes:
quoniam imminutæ ſunt
& cōtenebreſcent quæ ui-
dent in foraminibus. Et
b claūdent[b] oſtia in platea
in humilitate uocis molē-
tis, & cōſurget ad uocē uo
lucris, & obmuteſcent oēs
filiæ carminis. Sed & ab
c ēxcelſis[c] timebūt & formi
dabunt in uia. Et florebit
d āmygdalū[d], & impingua-
bitur locuſta, & diſſipabi-
tur capparis: quoniā ibit
homo in domum æter-
nitatis ſuæ, & circumibūt
in platea plangentes.
Antequàm

B latæ in cœleſtia: tunc incipiēt hi qui ex parte in hoc mundo intuebātur lumen ſciētiæ inuolui tenebris. *Exod. 33.d* Si enim Moyſi dicitur: Ponā te in foramine petræ: & ſic poſteriora mea uidebis: quanto magis unaquæq; anima per foramen & quaſdam tenebroſas cauernas aſpicit ueritatem? *Matt. 24.d* Aliter: Duæ molētes ſunt: ex quibus unam recipi & alterā relinqui, euangelium non tacet. Quæ cum imminutæ fuerint atq; ceſſauerint, neceſſe eſt ut omne lumen ſcientiæ auferatur ex oculis. Aliter: Ceſſare molentes, quia imminutæ ſint, de dentibus dictum putant. Quod cum extrema ſenectus aduenerit: dentes quoq; aut atteruntur, aut decidunt: de quibus moliti cibi in aluum tranſmittuntur. Tenebreſcere autem uidentes in foraminibus, oculos arbitrantur: quod ætate confectis, caliget acies, & intuitus obſcuretur.

b ¶ Et claudent oſtia in platea in humilitate uocis molentis, & cōſurget &c.) Cum uox molentis fuerit infirmata, & magiſtrorum doctrina ceſſauerit, conſequenter ceſſabunt omnia: inter quæ & oſtia claudentur in platea, ut iuxta fatuas euangelij uirgines, unuſquiſq; habeat clauſas ſuę plateæ ianuas, & illæ oleum emere nō poſſint. Vel certe fatuis uirginibus circumeuntibus in platea: claudent cubiculum ſponſi, quæ cum eo intrauerint. Si enim arta & anguſta uia eſt quæ ducit ad uitam, & lata & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortem: recte refrigerata charitate multorum, oſtium doctrinarum clauditur in plateis. Sequenti autem uerſiculo in eo quod ait: Et conſurget ad uocem uolucris, ſiue paſſeris:

C utimur in tempore, ſi quando uiderimus peccatorem ad uocem epiſcopi ſiue presbyteri per pœnitentiam conſurgentem. Poteſt quoq; hoc extraordinarie, tametſi contextum capituli non ſequamur, & de ultima reſurrectione accipi, quādo ad uocem

& ocioſæ erunt molentes
in minuto numero & te-
nebreſcent uidētes per fo-
ramina: & claudent oſtia
in platea in humilitate uo
cis molentis & cōſurgent
ad uocem uolucris: & ob-
ſurdeſcēt omnes filiæ car-
minis. Excelſa quoq; ti-
mebunt, & formidabunt
in uia. Florebit amygda-
lus: impinguabitur locu-
ſta, & diſſipabitur cappa-
ris. Quoniam ibit homo
in domū æternitatis ſuæ,
& circumibunt in platea
plangentes.
Anteq̃

archāgeli reſurgēt mortui. Nec mirandum ſi angeli tubam paſſeri cōparemus, cum omnis uox ad Chriſtum cōparata ſit tenuis. Et quantum ego poſſum animo recordari, nunquam paſſerem in malam partem legiſſe me noui. Loquitur in decimo pſalmo iuſtus: In domino cōfido: quomodo dicitis animæ meæ, trāſmigra in montem ſicut paſſer. Et alibi: Vigilaui, & factus ſū ſicut paſſer ſolitarius in tecto. *Pſal. 101.b* Necnon & in alio loco: Etenī paſſer *Ibid. 83.a*

D inuenit ſibi domum. Aliter: Clauſas in plateis ianuas, infirmos ſenis greſſus accipi uolūt: quod ſemper ſedeat, & ambulare nō poſſit. Humilitatem aūt uocis molentis, de mandibulis interpretātur: quod cibum terere nequeat, & uix ſpiritu coartato, uox eius tenuis audiatur. Porrò cōſurgere eum ad uocem uolucris: oſtendit quod frigeſcente iam ſanguine & humore ſiccato, quibus materia ſoporis alitur, ad leuem ſonitum euigilet: noctisq; medio cū gallus cecinerit, feſtinus exurgat: nequaquàm ualens ſtrato ſæpius membra cōuertere. Obmuteſcere quoq;, ſiue ut melius habet in Hebræo, ſurdeſcere filias carminis, aures ſignificat: quod grauior ſenum auditus fiat, & nulla inter uoces ualeant ſcire diſcrimina, nec carminibus delectari. Quod quidē & Berzellai loquitur ad Dauid, nolens tranſire Iordanem. *2. Reg. 19.c* c ¶ Sed & ab excelſis timebunt & formidabunt in uia.) Id eſt, ardua ingredi non ualebunt: & laſſis poplitibus, ac trementi ueſtigio, etiam in plano itinere fluctuātes, offenſam greſſuum formidabunt. d ¶ Et florebit amygdalum, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis &c.) Per metaphoram etiam nunc de membris hominis Eccleſiaſtæ ſermo eſt: Quod cum ſenectus aduenerit, capillus incanuerit, tumuerint pedes, libido refrixerit, & homo morte fuerit diſſolutus: tunc reuertetur in terram ſuam, & in domum æternitatis ſuæ: ſepulchrum exequijs quærat celebratis, plangentiumq; funus turba præcedat. Florem autem amygdali, quem nos pro canis poſuimus: quidam ſa-

E cram ſpinam interpretantur, quod decreſcentibus natium carnibus ſpina ſuccreſcat & floreat. Porrò quod ait; Impinguabitur locuſta; ſciēdum ubi in noſtris codicibus legitur, locuſta; in Hebræo ſcriptū eſt, חָגָב chagab; quod uerbum apud eos ambiguū eſt. Poteſt enim ἀττέλαβον, & locuſta transferri. Quomodo igit̄ in Hieremiæ principio, uerbū שָׁקֵד ſoced, ſi uarietur accētus, & nucem ſignificat & uigilias. Et dicit̄ ad eum; quid tu uides Hicremia? Et reſpōdit; Baculum nuceum. Et ait dominus ad eum; Bene uidiſti; quia uigilabo ego ſup uerbum meum, ut faciam illud uel illud; Et habet etymologiam nucis; quod uigilaturus ſit deus, & retributurus populo quod meretur, ſermonis occaſio eſt; Ita & nūc, F ambiguitas uerbi per etymologiam eius, indicat ſenum crura tumentia, & podagræ tumoribus prægrauata. Nō quo omnibus ſenibus hoc fiat, ſed quod plerunq; accidat, συνεκδοχικῶς à parte id quod totū eſt, appelletur. In eo uero ubi nos habemus, capparim; in Hebræo habet, אֲבִיּוֹנָה auiona; quod & ipſum ambiguum eſt, interpretaturq; amor, deſiderium, concupiſcentia, uel capparis ſignificatur, ut ſupra diximus, quod ſenum libido frigeſcat, & organa coitus diſſipentur. Hoc autem ideo; quia hæc uerba ambigua, cum in uocabulis ſuis, & amygdalum, & locuſtam, & capparim ſonent, aliud deriuata ſignificant, & per figuram ad ſenſus qui ſeni conueniunt, deriuantur. Sciendum quoq; quod ubi nūc Lxx. interpretes poſuerūt τὸ ἀμύγδαλον, ipſum uerbum ſit שָׁקֵד ſoced, quod in Hieremiæ principio eſt, ſed ibi in nucem uerſum eſt, hic in amygdalum. Symmachus neſcio quid in hoc loco ſentiens, multo aliter interpretatus eſt. Ait enim; Super hæc etiā de excelſo uidebunt; & terror erit in uia, & obdormient uigilantes, & diſſoluetur ſpiritus fortitudo. Ibit enim homo in domum æternitatis ſuæ, & circumibunt in platea plangentes. Cuius interpretationem Laodicenus ſecutus, nec Iudæis placere poteſt nec Chriſtianis; dum & ab Hebræis procul eſt, & ſequi Septuaginta interpretes dedignatur.

Hiere. 1. c

a Antēquàm rumpatur funiculus argēti & recurrat uitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper lacum. Et reuertatur puluis in terram ſuam ſicut erat; & ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas uanitatum, dixit Eccleſiaſtes, uniuerſa uanitas. b Et ampliùs quia factus eſt Eccleſiaſtes ſapiens; adhuc docuit ſcientiā populum, & audire eos fecit; & ſcrutans compoſuit prouerbia. Multū quæſiuit Eccleſiaſtes, ut īueniret uerba uolūtatis, & ſcriberet recte uerba ueritatis. Verba

Antequàm rumpatur funis argenteus, & recurrat uitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternā, & reuertatur puluis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad deum qui dedit illū. Vanitas uanitatum dixit Eccleſiaſtes, & omnia uanitas. Cumq; eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes; docuit populum & enarrauit quæ fecerat, & inueſtigans compoſuit parabolas multas. Quæſiuit uerba utilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos; ac ueritate plenos. Verba

a ¶Antequàm rumpatur funiculus argenti, & re- G currat uitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem &c.) Reuertitur ad ſuperiora, & poſt grande hyperbaton; quod ab eo loco intericcerat, in quo ait; Et memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ; antequàm ueniat dies maliciæ, & antequàm tenebreſcat ſol & luna, & ſtellæ, & cętera, in die qua mouebūtur cuſtodes domus; Nunc cœptam ſentētiam, ſimili fine cōcludit, dicens; Antequàm rumpatur funiculus argenti, & illud uel illud fiat. Funiculus autem argenti, candidam hāc uitam & ſpiramen q̄ nobis de cœlo tribuitur, oſtēdit. Recurſus quoq; uittę aureæ animā ſignificat, quæ illuc recurrit, unde deſcēderat. Porrò duo reliqua quæ ſequūtur; contritio hydriæ ſuper fontem H & confractio rotæ ſuper lacū; per metaphoram, mortis ænigmata ſunt. Quomodo enim hydria quæ conteritur, ceſſat haurire; & rota per quam de lacu & puteis leuantur aquæ, ſi confracta fuerit; ſiue ut alij interpretes uoluerunt, in ſuo funiculo cōuoluta, aquæ uſus intercipitur; ita & cum funiculus argenti, ſi fuerit interruptus, & animæ riuus recurrerit ad fontem, interibit homo. Et ut manifeſtius ſequitur; conuertetur puluis in terram ſuam; unde ſumptus eſt, & ſpiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum. Ex quo ſatis ridēdi ſunt, qui putant animas cum corporibus ſeri; & non à deo, ſed à corporum parentibus generari. Cum enim caro reuertatur in terram, & ſpiritus redeat ad deum qui dedit illum; manifeſtum eſt deum, patrem animarum eſſe, non homines. Poſt deſcriptionē interitus humani, pulchre exordium libri ſui repetēs ait; Vanitas uanitatum dixit Eccleſiaſtes, omnia uanitas. Cum enim cunctus mortalium labor, de quo in toto uolumine diſputatū eſt, huc perueniat; ut reuertatur puluis in terram ſuā; & anima illuc redeat unde ſumpta eſt, magnæ uanitatis eſt in hoc ſeculo laborare, & nihil profutura conquirere. b ¶Et amplius quia factus eſt Eccleſiaſtes ſapiens; adhuc docuit ſcientiam populum, & audire eos fecit, & ſcrutans compoſuit prouerbia &c.) Sapientiam qua præiuit Salomon omne hominum genus; nunc quoq; in fine opuſculi ſui ꝓfitetur,



A tetur, quod nō fuerit ueteris legis inſtitutione contentus, ſed in profundas ſe ultro demerſerit quæſtiones; & ad docēdum populum, prouerbia, & parabolas compoſuerit; aliud in medulla, aliud in ſuperficie pollicentes. Prouerbia quippe non hoc ſonare quod ſcriptū eſt, etiam in euāgelijs edocemur; q́d dominus populo in parabolis & ꝓuerbijs ſit locutus; ſecreto autem apoſtolis diſſoluerit ea. Ex quo manifeſtū eſt & prouerbiorū librum, non ut ſimplices arbitrantur, patētia habere præcepta; ſed quaſi in terra, aurum; in nuce, nucleus; in hirſutis caſtanearum operculis, abſconditus fructus inquiritur; ita in eis diuinum ſenſum altius perſcrutandum. Super hæc addidit cauſas naturasq; rerum ſe uoluiſſe cognoſcere, & dei diſpoſitionem & prouidentiam; quare unūquodq; uel quomodo factum ſit, ſcire uoluiſſe; ut quod Dauid poſt diſſolutionem corporis & animæ, ad cœlos recurſum ſe ſperat eſſe uiſurum, dicens; Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum; hoc nunc B in præſenti Salomon niſus fuerit inuenire, & ueritatem ſoli deo cognitā; corporis uallata ſepto, mēs humana comprehendere non poteſt. a ¶Verba ſapientum ut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, habentibus &c.) Ne uideretur poſt legem dei, temerarius ſubito præceptor erumpere, & ſibi uendicare doctrinam, quam Moyſes; nō tam ſua ſpōte quàm deo iraſcente primū, dehinc inſpirante ſuſceperat; dicit uerba ſua uerba eſſe ſapiētiū, quæ in ſimilitudinem ſtimulorū corrigant delinquentes, & pigros mortalium greſſus, aculeo pungente commoueant; ſicq; ſint firma quaſi claui in altum ſolidumq; defixi; nec autoritate unius, ſed cōſilio atq; conſenſu magiſtrorum omnium proferantur. Et ne contemneretur omniū ſapientia; ait eam ab uno paſtore conceſſam; id eſt, licet plurimi doceant, tamen doctrinæ autor unus eſt dominus. Facit hic locus aduerſus eos, qui alium legis ueteris, alium euangelij exiſtimant deum, quod unus paſtor concilium prudentium inſtruxerit. Prudentes autem tam prophetæ ſunt q̄ Apoſtoli. Simul & hoc notādum eſt, quod dicantur uerba ſapiētium pungere; nō palpare; nec molli manu attrahere laſciuiam, ſed errantibus, & ut ſupra diximus tardis, pœnitentiæ dolores & uulnus infigere. Si cuius igit̄ ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus; iſte nō eſt ſermo ſapientis. Verba quippe ſapientium ut ſtimuli. Quæ quoniā ad conuerſionem prouocant delinquentem, & firma ſunt, & à concilio ſanctorū data, atq; ab uno paſtore conceſſa, & ſolida radice

Pſal. 8. a

a Verbā ſapientum ut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, habentibus cœtus; data ſunt à pa- b ſtore uno. Et b̄amplius ab ipſis fili mi caue faciendi libros multos; quibus non eſt finis, & meditatio plurima, labor eſt carnis. Finis ſer

Verba ſapiētium ſicut ſtimuli & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore uno. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus eſt finis. Frequēns que meditatio, carnis afflictio eſt. Finem

fundata ſunt. Hoc ſtimulo necdū Paulum, ſed ad- C huc Saulum puto in uia confoſſum erroris audiſſe; Act. 9. a Durum tibi eſt calcitrare cōtra ſtimulū dei. b ¶Et amplius ab ipſis fili mi caue, faciendi libros multos; quibus non eſt finis, & meditatio plurima labor eſt carnis.) Exceptis his uerbis quæ ab uno paſtore ſunt data & à concilio atq; conſenſu prolata ſapientiū; nihil facias, nihil tibi uēdices; maiorum ſequere ueſtigia, ab eorū autoritate nō diſcrepes. Alioq, quærēti multa, infinitus librorū numerus occurret; q te ꝓtrahat ad errorem, & legentem multa, fruſtra faciet laborare. Vel certe docet breuitati ſtudendum, & ſenſum magis ſectandum eſſe quàm uerba, aduerſus philoſophos & ſeculi huius doctores, qui ſuorum dogmatum falſitates conantur aſſerere uarietate ac multitudine ſermonum. E contra ſcriptura diuina, breui circulo coartata eſt; & quantum dilatatur in ſenſibus, tantum in ſermone conſtringitur. Quia cōſummatum breuiatumq; ſermonem fecit deus ſuper terrā, & uerbum eius iuxta eſt in ore noſtro & in corde D noſtro. Aliter; Frequens lectio & quotidiana meditatio, animæ ſolet magis labor eſſe quàm carnis. Quomodo enim quicquid manu & corpore fit, manus & corporis labore completur; ita quod ad lectionem pertinet, magis eſt labor mentis. Ex quo mihi uidetur, ſuperiora de multitudine librorum aliter ſentienda quàm pleriq; exiſtimant. Moris eſt ſcripturarum; quamuis plures libros, ſi inter ſe non diſcrepent & de eadem re ſcribantur; unū uolumen dicere. Siquidem & euangelium & lex domini immaculata, cōuertens animas, ſingulariter appellantur, cum plura euangelia & multa ſint mandata legis. Sic & uolumen in Eſaiæ ſermone ſignatū, omīs ſcriptura diuina eſt, & uno capitulo libri, Ezechiel Ioannesq; ueſcuntur. Saluator quoq; omnium retro ſanctorū uocibus prophetatus ait; In capitulo libri ſcriptum eſt de me. Iuxta hunc igitur ſenſum arbitror nunc præceptū, ne plures libri fiant. Quicquid enim dixeris, ſi ad eum referatur qui in principio erat apud deū & deus erat uerbū, unū uolumē eſt; & innumerabiles libri, una lex, unum euangeliū nominantur. Quod ſi diuerſa & diſcrepantia diſputaueris, & curioſitate nimia huc atq; illuc animum deduxeris; etiam in uno libro, multi libri ſunt. Vnde dictum eſt; Ex multiloquio non effugies peccatum. Talibus igitur libris non eſt finis. Bonum em̄ omne & ueritas certo fine cōcluditur; malicia uero atq; mendacium, ſine fine ſunt. Et quanto plus requiruntur; tanto maior eorum ſeries naſcitur. Hac

Pſal. 39. b

Eccli. 20. a

C in re, ſtudiũ atq; meditatio, labor eſt carnis. Carnis inquàm nõ ſpiritus. Habet ſiquidem & ſpiritus laborem ſuum, iuxta illud quod ait Apoſtolus: Plus autem illis omnibus laboraui: nõ aũt ego, ſed gratia dei quæ mecum eſt. Et ſaluator: laboraui clamans. 1.Cor.15.c

a Finis ſermõnis uerbi uniuerſi, auditu perfacilis eſt. Deũ time, & mãdata eius cuſtodi. Hoc eſt ẽm oĩs homo: quia omne factum deus adducet in iudicium de omni abſcondito, ſiue bonum ſiue malum ſit.

Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obſerua. Hoc eſt omnis homo. Cuncta quæ fiũt adducet deus in iudiciũ pro omni errato: ſiue bonum ſiue malum ſit.

a ¶ Finis ſermonis uerbi uniuerſi auditu pfacilis eſt: deum time & mandata eius cuſtodi. Hoc eſt enim &c.) Aiũt Hebræi cum inter cetera ſcripta Salomõis quæ antiquata ſunt, nec in memoria durauerũt, & hic liber obliterandus uideretur, eo quod uanas aſſerat dei creaturas, & totũ putaret eſſe pro nihilo, & cibum & potum & delicias trãſeũtes præferret omnibus: ex hoc uno capitulo meruiſſe autoritatẽ, ut in diuinorum uoluminum numero poneretur, quod totã diſputationẽ ſuam & omnem catalogum ſuum hac quaſi ἀνακεφαλαιώσει coartauerit, & dixerit finem ſermonũ ſuorũ auditu eſſe promptiſſimum, nec aliquid in ſe habere difficile: ut ſcilicet deum timeamus, & eius præcepta faciamus. Ad hoc enim natum eſſe hominẽ, ut creatorẽ ſuum intelligẽs, ueneretur eum metu, & honore & opere mandatorum. Siquidem cum iudicij tempus
D aduenerit: quicquid à nobis geſtum eſt, ſtare ſub iudice & ancipitem diu expectare ſentẽtiã: & unumquẽq; recipere pro opere ſuo ſiue mali quid geſſerit ſiue boni. Pro eo autẽ quod nos poſuimus, De omni abſcondito, ſiue bonum ſiue malum ſit: Symmachus & Lxx. interpretati ſunt, de omni cõteptu: uel certe de omni ignoratu, qđ etiam de ocioſo uerbo, et non uoluntate ſed ignoratione prolato, reddituri ſumus rationẽ in die iudicij. Aliter: quia timor ſeruorũ eſt, & perfecta dilectio foras mittit timorem, & in ſcriptura diuina tam inſipiẽtium q̃ perfectorum duplex appellatur metus: nũc de conſummato in uirtutibus metu dici puto, ſecũdum illud: Nihil deeſt timentibus eũ. Vel certe qui adhuc homo eſt, & necdum nomen dei accepit: hãc habet rationem ſubſtantiæ ſuæ, ut in corpore poſitus deum timeat. Quia omne factum, id eſt, omnes homines deus adducet in iudicium ſuper uniuerſis quæ aliter q̃ ab eo diſpoſita ſunt & dicta ſenſerunt, ſiue in hãc partem ſiue in illam. Væ quippe his qui Eſa.5.c
dicunt bonum malum, & malum bonum.

Diui Hieronymi commentariorum in Eccleſiaſten finis.

## ORIGENIS IN CANTICA CANTICORVM HOMILIAE QVATVOR.

EPithalamium libellus, id eſt, nuptiale carmen, in modũ mihi uidetur dramatis à Salomone cõſcriptus: quẽ cecinit inſtar nubentis ſponſæ, & erga ſpõſum ſuũ, qui eſt ſermo dei, cœleſti amore flagrãtis. Adamauit enim eum ſiue anima quæ ad imaginem eius facta eſt, ſiue eccleſia. Sed & magnificus hic ipſe atq; perfectus ſponſus, quibus uerbis uſus ſit ad coniunctã ſibi animã uel eccleſiã, hæc ipſa ſcriptura nos docet. Sodales quoq; ſponſæ adoleſcentulæ, cum ipſa ſponſa poſitæ, quæ dixerint, quæq́; etiam amici ac ſodales ſponſi: ex eodem nihilominus libro qui Cantica canticorum intitulatur cognoſcimus. Poſſibilitas enim data eſt etiam ipſis amicis ſponſi aliqua dicere: ea duntaxat quæ audierant ab ipſo ſponſo, lætantes de coniunctione ſponſæ. Fit ergo ſermo ab ipſa ſponſa, non ſolum ad ſponſum: ſed etiam ad adoleſcentulas, & rurſum ſponſi ſermo, non tantummodo ad ſponſam, ſed etiam ad amicos dirigitur ſpõſi. Et hoc eſt quod ſupra diximus, carmen nuptiale in modũ dramatis eſſe cõſcriptum. Drama enim dicitur multarum perſonarum cantilena: ut in ſcenis agi fabula ſolet, ubi diuerſæ perſonæ introducuntur, & alijs accedentibus alijs etiam diſcedẽtibus, à diuerſis & ad diuerſos, textus narrationis expletur. Quæ ſingula ſuo ordine ſcriptura hæc cõtinet: totumq́; corpus eius, myſticis formatur eloquijs. Sed primo ſcire nos oportet, quoniã ſicut puerilis ætas nõ mouetur ad amorẽ poſſibilium: ita nec ad capiẽdum quidem uerba hæc, paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur: illorũ ſcilicet qui lacte in Chriſto aluntur: non cibo forti, & qui nunc primum rationabile & ſine dolo lac cõcupiſcunt. In uerbis enim Cantici canticorum ille cibus eſt, de quo dicit Apoſtolus: Perfectorum autem eſt ſolidus cibus. Et tales requirit auditores, qui pro poſſibilitate ſumẽdi, exercitatos habeant ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali. Et quidẽ paruuli quos diximus: ſi ueniãt ad hæc loca,





A poteſt fieri ut nihil quidem ex hac ſcriptura proficiant: nec tamen ualde lædantur: uel ipſa quæ ſcripta ſunt legentes, uel quæ ad explanationem eorum dicenda ſunt recẽſentes. Si uero aliquis acceſſerit qui ſecundum carnem tantummodo uir eſt: huic tali non parum ex hac ſcriptura diſcriminis periculiq; naſcetur. Audire enim pure & caſtis auribus amoris nomina neſciens, ab interiori homine ad exteriorem & carnalem uirum, omnem deflectet auditum, & à ſpiritu conuertetur ad carnem, nutrietq́; in ſemetipſo cõcupiſcentias carnales & occaſione diuinæ ſcripturæ commoueri & incitari uidebitur ad libidinem carnis. Ob hoc ergo moneo & cõſilium do, omni qui nondum carnis & ſanguinis moleſtijs caret, neq; ab affectu naturæ materialis abſcedit: ut à lectione libelli huius eorumq́; quæ in eo dicentur penitus temperet. Aiunt enim obſeruari etiam apud Hebræos, quod niſi quis ad ætatem perfectam maturamq́; peruenerit, libellũ hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus cuſtodiri. Quandoquidem moris eſt apud eos: omnes ſcripturas à doctoribus & à ſapientibus tradi pueris: ſimul & eas quas δευτερώσεις appellant: ad ultimum quatuor iſta reſeruari, id eſt, principium Geneſis, in quo mundi creatura deſcribitur, & Ezechielis prophetæ principia, in quibus de Cherubim refertur: & finem, in quo templi ædificatio continetur: & hunc cantici canticorum librum. Igitur neceſſarium mihi uidetur antequàm ad ea quæ in hoc libello ſcripta ſunt diſcutienda ueniamus, de amore prius ipſo, qui eſt ſcripturæ huius cauſa præcipua, pauca diſſerere: & poſt hæc de ordine librorum Salomonis: in quibus hic liber tertio loco poſitus uidetur. Tum etiã de attitulatione libelli ipſius: cur canticum canticorum ſuperſcriptus ſit: atq; etiam quomodo dramatis in modum, & tanquàm fabula quæ in ſcenis perſonarum immutatione agi ſolet, uideatur eſſe compoſitus. Apud Græcos quidem plurimi eruditorum uirorum uolentes inueſtigare ueritatis indaginem, de amoris natura, multa ac diuerſa etiam dialogorũ ſtilo ſcripta protulerunt: conantes oſtendere non aliud eſſe amoris uim: niſi quæ animam de terris ad faſtigia
B cœli celſa perducat: nec ad ſummam poſſe beatitudinem perueniri, niſi amoris deſiderio prouocante. Sed & quæſtiones de hoc quaſi in conuiuijs propoſitæ referuntur: inter eos puto inter quos non ciborum, ſed uerborum conuiuium gerebatur. Alij uero etiam artes quaſdã quibus amor hic in anima gigni uel augeri poſſe uideatur, conſcriptas reliquerunt. Sed has artes, carnales homines, ad uitioſa deſideria & culpabilis amoris miniſteria traxerunt. Non ergo mirum ſit, ſi & apud nos, ubi quanto plures ſimpliciores, tanto plures & imperitiores uidentur, difficilem diximus & periculo proximam de amoris natura diſputationem, cum apud Græcos qui eruditi & ſapientes uidentur, fuerint tamen aliqui qui de his non ita acceperint, ut ſcriptum eſt: ſed occaſione eorum quæ de amore dicta ſunt, in lapſus carnis & in impudicitiæ præcipitia corruerunt: ſiue ex his quæ ſcripta erant, ut ſupra memorauimus, admonitiones quaſdã & incitamenta ſumentes: ſiue incontinentiæ ſuæ uelamen, ſcriptis ueterũ præferentes. Ne ergo & nos tale aliqđ incurramus, ea quæ à ueteribus bene & ſpiritualiter ſcripta ſunt, uitioſe & carnaliter aduertentes, tam corporis q̃ animæ noſtræ palmas protendamus ad deum: ut dñs qui dedit uerbũ euangelizantibus uirtute multa, donet & nobis in uirtute ſua uerbũ quo poſſimus ex his quæ ſcripta ſunt, intellectum ſanũ & ad ædificationem pudicitiæ aptum: uel nomini ipſi uel naturæ amoris oſtendere. In principio uerborũ Moyſi, ubi de mundi conditione conſcribitur, duos inuenimus homines creatos referri: Primum ad imaginẽ & ſimilitudinem dei factũ: Secundum è limo terræ factum. Hoc Paulus apoſtolus bene ſciens, & ad liquidũ in his eruditus, in ſuis literis apertius & euidentius binos eſſe & per ſingulos quoſq; homines ſcripſit. Sic enim dixit: Nã ſi is qui foris eſt homo noſter corrũpitur, ſed ille qui intus eſt renouatˀ de die in diem. Et iterum: Condelector enim legi dei ſecundum interiorẽ hominem, & his ſimilia quãta conſcribit: Vnde puto neminem iam debere dubitare quod Moyſes de duorũ hominũ factura uel figmẽto ſcripſerit in principio Geneſis, cũ uideat Paulũ qui melius utiq; q̃ nos intelligebat ea quæ à Moyſe ſcripta ſunt: duos homines eſſe per ſingulos quoſq; dicentẽ: quorũ unũ, id eſt, interiorẽ, renouari per ſingulos dies memorat. Aliũ uero, id eſt, exteriorẽ, in quibuſdã ſan-

C ctis & talibus qualis erat Paulus,corrumpi perhibet & infirmari. Quod ſi alicui uidebitur de
hoc adhuc aliquid dubitandũ,in locis proprijs melius explanabitur. Nunc autẽ propter quid
memoriam fecerimus interioris & exterioris hominis,proſequamur. Oſtẽdere enim ex his uo
lumus quod in ſcripturis diuinis per homonymas,id eſt,per ſimiles appellationes,imò per ea-
dem uocabula,& exterioris hominis membra & illius interioris hominis partes affectusq; no
minantur:eaq; non ſolum uocabulis,ſed & rebus ipſis ſibijnuicem comparantur. Verbi gra-
tia;Vetatur aliquis eſſe puer ſecundum interiorem hominem,quem poſſibile eſt creſcere,& ad
ætatem iuuenis adduci:atque inde ſuccedentibus incrementis, peruenire ad uirum perfectum
& effici patrem.His autem nominibus uti uoluimus,ut conſona diuinæ ſcripturæ, illi ſcilicet
quæ ab Ioanne ſcripta eſt,uocabula poneremus.Ait enim ille:Scripſi uobis pueri:quoniam co
gnouiſtis patrem.Scripſi uobis patres:quoniam cognouiſtis eum,qui ab initio eſt.Scripſi uo-
bis iuuenes,quoniam fortes eſtis, & per uerbum dei quod manet in cœlo, uiciſtis malignum.
Euidens utiq; eſt,nec ab ullo arbitror omnino dubitari, quod pueros hic Ioannes uel adole-
ſcentes uel iuuenes uel etiam patres,ſecundum animæ,non ſecundum corporis appellet ætatẽ.
Sed & Paulus dicit in quodam loco:Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi car-
nalibus:tanq; paruulis in Chriſto,lac uobis potum dedi,non eſcam.In Chriſto autem paruu-
li,proculdubio ſecundum animæ,non ſecundum carnis nominantur ætatem.Deniq; idẽ Pau
lus etiam in alio loco ait:Cum eſſem paruulus, loquebar ſicut paruulus: ſicut paruulus ſapie-
bam,ſicut paruulus cogitabam.Cum autem factus ſum uir,deſtruxi quæ erant paruuli.Et ite-
rum alibi dicit:Donec occurramus omnes in uirum perfectum,in menſuram ætatis plenitudi
nis Chriſti.Scit enim occurſuros eſſe omnes qui credunt,in uirum perfectum,& in menſuram
ætatis plenitudinis Chriſti.Igitur ſicut hæc quæ memorauimus ætatum nomina,eiſdem uoca
bulis & exteriori homini aſſcribuntur & interiori,ita inuenies etiã membrorum nomina cor-
D poralium transferri ad animæ membra,ſeu potius efficientiæ hæc animæ, affectusq; dicendi
ſunt.Dicitur ergo in Eccleſiaſte:ſapientis oculi in capite eius.Item in euãgelio: Qui habet aures
audiendi audiat.In prophetis quoq;, ſermo domini qui factus eſt in manu prophetæ Hiere-
miæ ſiue alterius cuiuslibet.Simile eſt etiam illud quod ait ille:Pes autem tuus non offendit. Et
iterum:Mei autem paulominus moti ſunt pedes. Euidenter quoq; & uenter animæ deſigna-
tur,ubi dicitur:Domine à timore tuo in utero concepimus. Nam inde quis dubitet cũ dicitur:
Sepulchrum patens eſt guttur eorum?Et iterum:Præcipita dñe & diuide linguas eorum. Sed
& id quod ſcriptum eſt:Dentes peccatorum contriuiſti.Et iterum:Contere brachiũ peccatoris
& maligni. Et quid opus eſt me de his plura colligere : cum abundantiſſimis teſtimonijs ſcri-
pturæ diuinæ repletæ ſint.Ex quibus euidẽter oſtenditur,membrorum hæc nomina,nequaq;
corpori uiſibili aptari poſſe,ſed ad inuiſibilis animæ partem uirtutesq; debere reuocari: quo-
niam & uocabula quidem habent ſimilia.Aperte autem & ſine ulla ambiguitate, non exterio-
ris ſed interioris hominis ſignificantias gerunt. Eſt ergo materialis huius hominis qui & exte-
rior appellatur cibus potusq; naturæ ſuæ cognatus,corporeus iſte ſcilicet & terrenus.Similiter
autem & ſpiritualis hominis ipſius qui & interior dicitur,eſt proprius cibus,ut panis ille uiuus
qui de cælo deſcendit.Sed & potus ille eſt ex illa quam promittit Ieſus dicens: Quicũq; biberit
ex hac aqua quam ego do ei,non ſitiet in æternum.Sic ergo per omnia ſimilitudo quidem uo-
cabulorum ſecundum utrunq; hominem ponitur:rerum uero proprietas unicuiq; diſcreta ſer
uatur:& corruptibili corruptibilia præbentur:incorruptibili uero,incorruptibilia proponũt.
Vnde accidit ut ſimpliciores quidã neſcientes diſtinguere ac ſecernere quæ ſint quæ in ſcriptu-
ris diuinis interiori homini,quæ uero exteriori deputanda ſint,uocabulorum ſimilitudinibus
falſi,ad ineptas quaſdã fabulas & figmenta inania ſe cõtulerint,ut etiã poſt reſurrectionẽ cibis
corporalibus utendum crederent,potumq; ſumendum,non ſolum ex illa uite uera & uiuente
in ſecula,uerũ & ex his uitibus ligni;ſed de his aliâs uidebimus. Nunc ergo ut præcedenti ob-
ſeruatione diſtinximus,Eſt quidem ſecundũ interiorem hominẽ alius ſine filijs & ſterilis; alius
uero



A uero abundans in filijs,ſecundum quod & illud aduertimus dictũ:Sterilis peperit ſeptẽ & fœ-
cunda in filijs infirmata eſt.Et ut in benedictionibus dicitur:Nõ erit in uobis ſine filijs & ſteri
lis.Igitur ſi hæc ita ſe habent,ſicut dicitur aliquis carnalis amor quẽ & Cupidinem appellaue-
runt poëtæ;ſecundum quẽ qui amat,in carne ſeminat;ita eſt & quidã ſpiritualis amor,ſecundũ
quem ille interior homo amans in ſpiritu ſeminat. Et ut euidentius dicã; Si quis eſt qui portat
adhuc imaginem terreni ſecundum exteriorem hominẽ,agitur cupidine & amore terreno; qui
uero portat imaginem cœleſtis ſecundum interiorẽ hominem,agitur cupidine & amore cœle-
ſti.Amore autẽ & cupidine cœleſti agitur anima,cum perſpecta pulchritudine & decore uerbi
dei,ſpeciem eius adamauerit,& ex ipſo telum quoddã & uulnus amoris acceperit. Eſt eñ uer-
bum hoc imago & ſplendor dei inuiſibilis primogenitus omnis creaturæ; in quo creata ſunt
omnia quæ in cœlis ſunt & quæ in terris,ſiue uiſibilia ſiue inuiſibilia.Igitur ſi quis potuerit ca-
paci mente conijcere & conſiderare horum omniũ quæ in ipſo creata ſunt decus & ſpeciẽ; ipſa
rerum uenuſtate percuſſus & ſplendoris magnificentia ceu iaculo, ut ait propheta, electo tere-
bratus;ſalutare ab ipſo uulnus accipiet & beato igne amoris eius ardebit. Oportet etiam nos
illud ſcire,quod illicitus amor & cõtra legẽ,ſicut accidere poteſt homini exteriori;uerbi gratia,
ut nõ ſponſam uel cõiugem amet,ſed aut meretricem aut adulterã;ita & interiori homini hoc
eſt animæ accidere poteſt amor nõ in legitimũ ſponſum quem diximus eſſe uerbum dei,ſed in
adulterum aliquem & corruptorẽ.Quod ſub hac eadẽ figura euidenter declarat Ezechiel pro-
pheta ubi Oollam & Oolibã introducit ſub ſpecie Samariæ & Hieruſalem,adulterino amore
corruptas,ſicut locus ipſe ſcripturæ propheticæ oſtendit uolẽtibus plenius ſcire. Exardeſcit au
tem etiã hic ſpiritualis amor animæ aliquãdo quidẽ ut edocuimus erga aliquos ſpiritus nequi-
tiæ;aliquãdo erga ſpiritũ ſanctum & uerbũ dei qui eſt ſponſus fidelis, & eruditæ animæ uir di
citur;& cuius ipſa ſponſa in hac præcipue ſcriptura quæ habetur in manibus nominatur,ſicut præ
B ſtante dño plenius oſtendemus cũ uerba ipſius libelli explanare cœperimus. Videtur autẽ mi
hi quod diuina ſcriptura uolens cauere ne lapſus aliquis legentibus ſub amoris nomine naſce-
retur,pro infirmioribus quibuſq; eũ qui apud ſapientes ſeculi Cupido ſeu amor dicitur,hone-
ſtiori uocabulo charitatẽ uel dilectionẽ nominaſſe. Verbi gratia, ut cũ dixit de Iſaac; Et accepit
Rebeccam,& facta eſt ei uxor,& dilexit eã.Et iterũ de Iacob & Rachel ſimiliter dicit ſcriptura:
Rachel autẽ erat decora oculis & pulchra facie,& dilexit Iacob Rachel & dixit,ſeruiã tibi ſeptẽ
annis pro Rachel filia tua iuniore.Euidentius autẽ immutatus uſus uocabuli huius apparet in
Amnon qui adamauit ſororem ſuã Thamar.Scriptum eſt enim:Et factum eſt poſt hæc & erat
Abſalom filio Dauid ſoror,decora facie ualde,& nomẽ ei Thamar,& dilexit eã Amnon filius
Dauid.Dilexit poſuit pro adamauit.Et tribulabatur,inquit, Amnon ita ut infirmaretur pro-
pter Thamar ſororem ſuã;quoniã uirgo erat;& graue uidebatur in oculis Amnon facere ei ali-
quid.Et poſt pauca de uiolentia quã intulit Amnon Thamar ſorori ſuæ, ita dicit ſcriptura: Et
noluit Amnon audire uocẽ eius,ſed inualuit ſuper eam,& humiliauit eã,& dormiuit cum ea,&
odiuit eã odio Amnon magno ualde,quoniã maius erat odiũ quo oderat eam , q; dilectio qua
dilexerat eam.Et in his ergo & in pluribus alijs locis,inuenies ſcripturam diuinã refugiſſe amo
ris uocabulum & charitatis dilectionisq; poſuiſſe.Interdũ(licet raro) proprio tamẽ uocabulo
amorem nominat,& inuitat ad eum atq; incitat animas,ut cum dicit in Prouerbijs de ſapien-
tia:Adama eam,& ſeruabit te:circunda eam,& exaltabit te;honora eã,& complectetur te. Sed
& in eo libello,qui dicitur ſapientia Salomonis ita ſcriptũ eſt de ipſa ſapientia: Amator factus
ſum decoris eius.Arbitror autem quod ubi nulla lapſus uidebatur occaſio, ibi tantum nomen
amoris inſeruit.Quid eñ paſſibile,aut quid indecorũ poſſit aliquis aduertere in amore ſapien
tiæ;uel in eo qui ſe amatorẽ profiteatur eſſe ſapientiæ?Nam ſi dixiſſet, quia adamauit uel Iſaac
Rebeccam,uel Iacob Rachel,paſſio utiq; aliqua indecora per hæc uerba erga ſanctos dei homi
nes potuiſſet intelligi;apud eos præcipue qui neſciunt à litera cõſcendere ad ſpiritũ. Apertiſſi-
me autẽ in hoc ipſo libello qui habetur in manibus,amoris nomẽ,charitatis uocabulo permu-
tatum

C tatum eſt,in eo ubi dixit:Adiuraui uos filiæ Hieruſalem,ſi inueneritis fratruelem meũ,ut annũ
cietis ei,quia uulneratæ charitatis ego ſum,pro eo utique ut diceret: Amoris eius telo percuſſa
ſum.Nihil ergo intereſt in ſcripturis diuinis,utrũ charitas dicatur an amor uel dilectio, niſi ꝙ
intantum nomen charitatis extollitur,ut etiã ipſe deus charitas appelletur,ſicut Ioannes dixit:
Chariſſimi,diligamus inuicẽ,quia charitas ex deo eſt,& omnis qui diligit, ex deo natus eſt, &
cognoſcit deũ:qui autẽ non diligit,nõ cognoſcit deũ:quia deus charitas eſt.Et ꝗuis alterius tẽ-
poris ſit dicere aliquid de his quæ exempli cauſa ex Ioannis epiſtola protulimus:tamen breui-
ter etiam aliqua perſtringere,nõ eſt uiſum abſurdũ.Diligamus,inquit,inuicẽ: quia charitas ex
deo eſt.Et poſt pauca.Deus charitas eſt:in quo oſtendit & ipſum deũ charitatẽ eſſe, & iterũ eũ
qui ex deo eſt,charitatem eſſe.Quis autẽ ex deo eſt,niſi ille qui dicit:Ego ex deo exiui & ueni in
hunc mundum?Quod ſi deus pater charitas eſt,& filius charitas eſt:charitas autem & charitas
unum eſt,& in nullo differt:cõſequenter ergo pater & filius,unũ bene dicuntur, & ideo conue
nienter Chriſtus,ſicut ſapientia & uirtus & iuſticia,& uerbũ & ueritas,ita & charitas dicitur.Et
ideo dicit ſcriptura:Quia ſi charitas manet in uobis,deus in uobis manet.Deus aũt,id eſt,pater
& filius,qui & ueniunt ad eũ qui perfectus in charitate eſt,ſecundũ uerbum dñi & ſaluatoris di
centis:Ego & pater ueniemus ad eũ,& mãſionem faciemus apud eum.Sciendũ ergo eſt, quod
hæc charitas quæ deus eſt,cũ in aliquo fuerit,nihil terrenum,nihil materiale, nihil corruptibile
diligit.Contra naturam nãq; eſt ei corruptibile aliquid diligere,cũ ipſa ſit incorruptionis fons.
Ipſa eſt enim ſola quæ habet immortalitatẽ.Siquidem deus charitas eſt,qui ſolus habet immor
talitatem,lucem habitans inacceſſibilẽ.Quid autẽ aliud immortalitas, niſi uita æterna eſt, quã
daturum ſe promittit deus credentibus in ipſum,ſolũ uerũ deũ & quẽ miſit Ieſum Chriſtũ filiũ
eius?Propterea ergo in primis & ante omnia hoc amabile & placidũ dicitur eſſe deo,ut quis di
ligat dñm deum ſuũ,ex toto corde ſuo,& ex tota anima ſua,& ex totis uiribus ſuis.Et ꝗa deus
D charitas eſt,& filius qui ex deo eſt,charitas eſt:ſui ſimile aliquid requirit in nobis,ut per hãc cha
ritatem quæ eſt in Chriſto Ieſu,qui eſt charitas,uelut cognata quadã per charitatis nomen affi-
nitate ſociemur,ſicut & ille qui iam cõiunctus ei dicebat:Quis nos ſeparabit à charitate dei quę
eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro?Hæc autẽ charitas,omnẽ hominẽ proximũ diligit. Ob hoc eñ
arguit ſaluator quendã,qui opinabatur quod iuſta anima erga eã quæ iniquitatibus inuoluta
eſt,propinquitatis iura nõ ſeruet,& iſta de cauſa texuit iſtam parabolã,quæ dicit,quod in latro
nes incidit quidã dum deſcendit ab Hieruſalem in Hiericho,& culpat quidem ſacerdotẽ ac le-
uitam,qui uidentes ſeminecem præterierunt:amplectitur autẽ Samaritanum qui miſericordiã
fecerit,& hunc fuiſſe ei proximum,ipſius qui propoſuerat reſponſione firmauit,& ait ei:Vade
& tu fac ſimiliter.Etenim natura omnes nobis inuicem proximi ſumus. Operibus uero chari-
tatis,fit proximus ille,qui poteſt benefaccre ei qui nõ poteſt. Vnde & ſaluator noſter factus eſt
proximus nobis,nec pertranſiuit nos cum ſemineces ex latronum uulneribus iaceremus. Igi-
tur ſciendum eſt dei charitatem ſemper ad deum tendere à quo & origenem duxit,& ad proxi
mum reſpicere cũ quo participiũ gerit,utpote ſimiliter creatũ in corruptione.Sic ergo quęcũq;
de charitate ſcripta ſunt,quaſi de amore dicta ſuſcipe,nihil de nominibus curans: eadẽ nãq; in
utroq; uirtus oſtenditur.Quod ſi quis dicat:quia & pecuniã & meretricẽ & alia ſimiliter mala
eodẽ uocabulo quod à charitate duci uidet̃,diligere appellamur:ſciendũ eſt in his nõ ꝓprie ſed
abuſiue charitatem nominari.Sicut uerbi gratia,& deus,nomen principaliter in eo eſt:ex quo
omnia,& per quẽ omnia,& in quo omnia:qđ utiq; aperte,uirtutẽ & naturã trinæ ſingularita
tis denunciat.Secũdo uero in loco,& (ut ita dixerim abuſiue) deos dicit ſcriptura etiã illos ad
quos ſermo dei fit,ſicut cõfirmat ſaluator in euãgelijs.Sed & cœleſtes uirtutes ſub hoc nomine
appellari uident̃ dũ dicitur:Deus ſtetit in ſynagoga deorũ:in medio aũt deus dijudicat. Tertio
uero in loco,iam nõ abuſiue,ſed falſo dij gentiũ dæmones appellantur cũ dicit ſcriptura: Oẽs
dij gentiũ dæmonia.Itaq; & primũ charitatis nomen in deo eſt:propter qđ iubemur diligere
deum ex toto corde noſtro,ex tota anima noſtra,& ex totis uiribus noſtris:utpote eum à quo
habe



A habemus hoc ipſum,ut diligere poſſimus.In ipſo iam ſine dubio continetur: ut & ſapientiã &
iuſticiam & pietatem & ueritatem omnesq; uirtutes pariter diligamus. Vnũ enim atq; idem
eſt diligere deum & diligere bona.Secũdo in loco quaſi abuſiuo & inde deriuato nomine, etiã
proximum diligere iubemur tanq; noſipſos. Tertium uero eſt quod falſo ſub charitatis titulo
nominatur:diligere uel pecuniã, uel uoluptates, uel omne quicquid ad corruptelã pertinet &
errorem.Non ergo intereſt:utrũ amari dicatur deus,an diligi.Nec puto quod culpari poſſit,ſi
quis deum,ſicut Ioanes charitatẽ:ita ipſe amorẽ nominet.Deniq; memini aliquẽ ſanctorum di
xiſſe,Ignatiũ nomine,de Chriſto:Meus aũt amor crucifixus eſt:nec reprehendi eũ pro hoc di-
gnum iudico.Sciendũ autẽ quod omnis qui uel pecuniã diligit,uel ea quæ in mũdo ſunt mate
riæ corruptibilis,uirtutẽ charitatis quæ ex deo eſt,ad terrena & ad caduca deducit:&rebus dei
abutitur ad ea quæ nõ uult deus.Nõ enim deus dilectionẽ horũ ſed uſum hominibus dedit.
Hæc autẽ paulo latius diſcuſſimus,uolentes de natura charitatis & amoris apertius attẽtiusq;
diſtinguere:ne forte quoniã ſcriptura dicit:quia deus charitas eſt:omne quod diligitur etiam ſi
corruptibile ſit,ex deo eſſe,& hoc charitas & dilectio putaretur:Sed oſtẽditur, res quidẽ dei &
munus eius eſſe charitas: non tamen ſemper ab hominibus ad ea quæ dei ſunt , & quæ deus
uult,opus eius aſſumi.Sed & hoc ſcire oportet quod impoſſibile eſt:ut nõ ſemper humana na
tura aliquid amet.Omnis nãq; qui ad id ætatis uenerit,quã pubertatẽ uocãt,amat aliquid: ſeu
minus recte,cũ amat quæ nõ oportet:ſeu recte & utiliter,cũ amat quæ oportet. Verũ nõnulli
hunc amoris affectũ qui animæ rationabili inſitus eſt,beneficio cõditoris,aut ad amorẽ pecu-
niæ trahunt & auariciæ ſtudiũ,aut erga gloriã captandã,& fiunt inanis gloriæ cupidi:aut erga
ſcorta ſectanda,& inueniuntur impudicitiæ libidiniſq; captiui:aut ad alia his ſimilia,uirtutem
tanti boni huius effundunt.Sed & cũ erga diuerſas artes amor iſte ducit̃ quæ manu miniſtran
tur,aut per ſtudia præſentis uitæ nõ ſolũ neceſſaria:ut uerbi gratia dixerim,erga artẽ palæſtri-
B cam uel curſus exercitia:aut certe etiã erga geometricã uel muſicã uel arithmeticã cõfertur,atq;
ad alias uel huiuſmodi diſciplinas:nec ſic quidẽ mihi uidet̃ uſus eius probabiliter ſumi.Si eñ
quod bonũ eſt,hoc & probabile eſt:bonũ autẽ proprie nõ erga uſus corporeos,ſed in deo pri-
mum & animi uirtutibus intelligitur:cõſequenter ille amor ꝓbabilis eſt:qui deo & animæ uir
tutibus coaptatur.Et hoc ita ſe habere,definitione ipſius ſaluatoris oſtendit̃: ubi interrogatus à
quodam quod eſſet mandatũ omnium maius & primũ in lege,reſpondit:Diliges dñm deum
tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex totis uiribus tuis. Secundum uero ſimile eſt
illi:Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.Et adiecit:In his duobus mãdatis omnis lex pendet &
prophetæ,oſtẽdens per hæc duo iuſtũ amorẽ legitimumq; cõſtare: atq; in his uniuerſam legẽ
prophetaſq; pẽdere.Sed & quod ait:Nõ adulterabis:nõ occides:nõ furtũ facies: nõ falſum te
ſtimoniũ dices,& ſi quod aliud mandatũ, in hoc uerbo inſtaurat̃ in quo ait: Diliges proximũ
tuũ ſicut teipſum:quod hoc modo facilius explanabit̃.Ponamus,uerbi gratia, mulierẽ amore
alicuius uiri ardentẽ,cupientemq; in conſortiũ eius aſciſci:nõne omnia ita aget,& oĩes motus
ſuos ita temperabit,ut ſciat illi placere quẽ diligit:ne forte ſi in aliquo cõtra uoluntatẽ illius ege
rit,cõſortia eius uir ille optimus refutet atq; ſpernat?Poteritne hæc mulier quæ erga amorem
uiri illius toto corde,tota anima,totiſq; uiribus feruet,aut adulteriũ cõmittere,quæ eũ nouerit
amare pudicitiam:aut homicidiũ,quæ eum nouerit mitem?aut furtũ,quæ ei ſciat liberalitatem
placere?aut cõcupiſcet aliena,quæ omnes ſuas cõcupiſcentias erga amorem uiri illius habeat
occupatas?Sic ergo in charitatis perfectione & omne mandatum inſtaurari dicitur,& legis uir
tus prophetarumq; pendere.Propter iſtud charitatis uel amoris bonum,ſancti nec in tribula-
tione anguſtiantur,nec aporiati exaporiantur,nec deiecti pereunt:ſed quod in præſenti eſt mo
mentaneum & leue tribulationis eorũ,ſupra modũ æternũ gloriæ pondus operatur illis. Nõ
enim omnibus,ſed Paulo & his qui ei ſimiles ſunt,præſens hæc & momẽtanea ac leuis dicitur
tribulatio:quia perfectam charitatem dei in Chriſto Ieſu per ſpiritũ ſanctum habent in corde
ſuo diffuſam.Sic deniq; & Iacob patriarcham amor Rachel per ſeptẽ annos cõtinuos in labo-
ribus

C ribus poſitum,diurni æſtus,& nocturni frigoris uſtionem ſentire nõ ſiuit. Sic ipſum Paulum
ui amore huius incenſum,audito dicentem:Charitas omnia patitur,omnia credit,omnia ſpe-
rat,omnia tolerat:charitas nunquàm cadit.Nihil ergo eſt quod nõ toleret,qui perfecte diligit.
Plura autem quando non toleramus,certum quod ob hoc,quia charitatem, quæ omnia tole-
rat,non habemus.Et ſi non ferimus aliqua patienter,idcirco eſt:quia charitas nobis deeſt,quæ
omnia patitur.In luctamine quoq; eo quod eſt nobis aduerſus diabolum,quod frequenter ca-
dimus,non dubium eſt,quin ob hoc fiat,quod nõ eſt in nobis charitas illa,quæ nunquàm ca-
dit.Hunc ergo amorem loquitur præſens ſcriptura: quo erga uerbum dei,anima beata utitur
& inflammatur: & iſtud epithalamij carmen per ſpiritum canit: quo eccleſia ſponſo cœleſti
Chriſto coniungitur ac ſociatur,deſiderans miſceri ei per uerbum:ut cõcipiat ex eo, & ſaluare
poſſit per hanc caſtam filiorum generationem,cum permanſerint in fide & ſanctitate cum ſo-
brietate:utpote concepti ex ſemine quidẽ uerbi dei,æditi uero genitiq;: uel ab immaculata ec-
cleſia,uel ab anima,nihil corporeum,nihil materiale requirente: ſed ſolo uerbi dei amore fla-
grante.Hæc interim nobis ad præſens de amore uel charitate,quæ in epithalamio hoc cantici
canticorum refertur,occurrere potuerunt.Sed ſciendum eſt,tam multa eſſe, quæ dici debeant
de charitate hac,quanta & de deo:ſiquidem ipſe eſt charitas. Scit enim nemo patrẽ, niſi filius,
& cui uoluerit filius reuelare.Similiter autem etiam ipſum filium,quoniam & ipſe charitas eſt:
nemo ſcit,niſi pater,& ſecundum hoc quod charitas dicitur.Solus autẽ ſpirituſſanctus eſt, qui
ex patre procedit,& ideo ſcit quæ in deo ſunt:ſicut ſpiritus hominis ſcit, quæ in homine ſunt.
Hic ergo paracletus ſpiritus ueritatis,qui de patre procedit,circuit quærẽs,ſi quas inueniat di-
gnas & capaces animas:quibus reuelet magnitudinem charitatis huius,quæ ex deo eſt.Nunc
ergo iam ipſum deum patrem,qui charitas eſt inuocãtes,per eam quæ ex ipſo eſt charitatem,
etiam ad reliqua diſcutienda ueniamus:& tentemus primũ de eo requirere quid illud ſit:quod
D cum tria uolumina eccleſia dei à Salomone ſcripta ſuſceperit, primus ex ipſis Prouerbiorum
liber poſitus ſit:ſecundus is qui Eccleſiaſtes appellatur: tertio uero in loco Cantici canticorum
uolumen habeatur.Quæ ergo nobis occurrere poſſunt in hoc loco, iſta ſunt. Generales diſci-
plinæ,quibus ad rerum ſcientiam peruenitur,tres ſunt:quas Græci ethicam,phyſicam,& theo
ricen appellauerunt:nos has dicere poſſumus moralem,naturalem,& inſpectiuam. Nonnulli
ſanè apud Græcos,etiam Logicen,quam nos rationalem poſſumus dicere, quarto in numero
poſuere.Alij non extrinſecus eam:ſed per has tres,quas ſupra memorauimus diſciplinas, inne
xam conſertamq́; per omne corpus,eſſe dixerunt.Eſt enim Logice,& uelut nos dicimus ratio-
nalis:quæ uerborum dictorumq́; uidetur cõtinere rationes,proprietatesq́; & improprietates,
generaq́; & ſpecies,& figuras ſingulorum quoq; edocere dictorũ: quam utiq; diſciplinam nõ
tam ſeparari q̃ inſeri cæteris cõuenit & intexi.Moralis autẽ dicitur per quam mos uiuendi ho
neſtus aptatur:& inſtituta ad uirtutẽ tẽdentia præparãtur.Naturalis dicitur, ubi uniuſcuiuſq;
rei natura diſcutitur:quo nihil cõtra naturam generatur in uita:ſed unũquodq; his uſibus de-
putetur,in quos à creatore productũ eſt.Inſpectiua dicitur,qua ſupergreſſi uiſibilia, de diuinis
aliquid & cœleſtibus cõtemplamur,eaq́; ſola mente intuemur: quoniam corporeum ſupergre
diuntur aſpectum.Hæc ergo ut mihi uidetur,ſapientes quiq; Græcorum ſumpta à Salomone:
utpote qui ætate & tempore longe ante ipſos prior, ea per dei ſpiritũ didiciſſet, tanq; propria
inuenta protulerunt:& inſtitutionum ſuarũ uoluminibus comprehenſa,poſteris tradẽda reli-
quere.Sed hæc,ut diximus,Salomon ante omnes inuenit & docuit per ſapientiã,quã accepit à
deo,ſicut ſcriptum eſt:Et dedit deus prudentiã Salomoni,& ſapientiã multam ualde,& latitu-
dinem cordis,ſicut arenã,quæ eſt ad oram maris,& multiplicata eſt in eo ſapiẽtia ſuper omnes
antiquos filios hominum,& ſuper omnes ſapientes Aegypti.Salomon ergo tres iſtas quas ſu-
pra diximus,generales eſſe diſciplinas:id eſt, moralem, naturalem & inſpectiuam, diſtinguere
abinuicem ac ſecernere uolens,tribus eas libellis ædidit:ſuo quoq; ordine ſingulis cõſequenter
aptatis.Primo ergo in prouerbijs moralem docuit locum,ſuccinctis ut decuit,breuibusq́; ſen-





A tentijs uitæ inſtituta componens. Secundam uero,quæ naturalis appellatur, comprehendit in
Eccleſiaſte:in quo multa de rebus naturalibus diſſerens: & inania ac uana ab utilibus neceſſa-
rijsq́; ſecernẽs,relinquendam uanitatem monet,& utilia rectaq́; ſectanda.Inſpectiuum quoque
locum in hoc libello tradidit,qui habetur in manibus:id eſt,in cantico canticorũ,in quo amo-
rem cœleſtium diuinorumq́; deſideriũ incutit animæ,ſub ſpecie ſponſæ ac ſponſi,charitatis &
amoris uijs perueniendum docens,ad cõſortium dei.Hoc uero eum ueræ philoſophiæ funda
mẽtum ponentem,& ordinem diſciplinarum inſtitutionumq́; condentem,quod non latuerit,
neque ab eo abiectus ſit,etiam rationalis locus euidẽter oſtendit in principio ſtatim Prouerbio-
rum ſuorum.Primo omnium per hoc ipſum,quod prouerbia attitulauit libellũ ſuũ: quod uti-
q; nomen ſignificat aliud quidem palàm dici,aliud uero intrinſecus indicari.Hoc enim & com
munis uſus prouerbiorum docet,& Ioannes in euãgelio ſaluatorem ita ſcribit dicentem: Hæc
in prouerbijs locutus ſum uobis:ueniet hora,cum iam nõ in prouerbijs loquar uobis:ſed ma-
nifeſte de patre annunciem uobis.Hæc interim in ipſa tituli inſcriptione.In ſequẽti uero ſtatim
ſubiungit diſcretionem ſermonis,& diſtinguit ſcientiam à ſapientia,& à ſapientia diſciplinam,
& intellectum uerborum aliud ponit, & prudentiam dicit in eo eſſe ut excipere quis poſſit uer
borum uerſutiam.Diſtinguit etiam iuſticiam ueram à directione iudicij:ſed & aſtutiã nominat
quãdam his,quos imbuit neceſſariam:illam credo, per quam ſophiſmatum intelligi ac declina
ri poſſit argutia.Et ideo dicit innocentibus per ſapientiam dare aſtutiam:ſine dubio,ne in uer-
bo dei decipiant̃ fraude ſophiſtica.Sed in hoc mihi uidet̃ rationalis diſciplinæ meminiſſe, per
quam doctrina uerborum dictorumq́; ſignificantiæ diſcernũtur,& uniuſcuiuſq; ſermonis pro
prietas,certa cum ratione diſtinguitur:in qua præcipue erudiri conuenit pueros:hoc enim hor
tatur,cum dicit:Vt det puero iuniori ſenſum & cogitationem.Et quia,qui in his erudit̃, neceſſa
rio rationaliter per ea quæ didicit,ſemetipſum gubernat,& uitam ſuã moderatius librat: pro-
B pterea dicit:intelligens autem gubernacula acquiret.Poſt hæc uero cognoſcens in uerbis diui-
nis quibus per prophetas humano generi traditus eſt ordo uiuendi,diuerſos eſſe eloquij tro-
pos,& uarias dicendi ſpecies:ac ſciẽs haberi in eis aliquam figuram, quæ parabola appeletur,
& aliam quæ obſcura dictio uocetur:aliasq́; quæ ægnimata nominentur,& alias quæ dicta ſa-
pientum dicantur,ſcribit.Intelliges quoque parabolam & obſcurum ſermonem,dictaq́; ſapiẽ-
tum & ænigmata.Per hæc ergo ſingula,rationalem locum manifeſte & euidenter exponit, ac
more ueterum ſuccinctis breuibusq́; ſentẽtijs,ingẽtes & perfectos explicat ſenſus.Quæ ſi quis
eſt qui in lege domini meditetur die ac nocte, & ſi quis eſt ſicut iuſti os,quod meditatur domi-
ni ſapientiam, inueſtigare diligentius poterit & inuenire:ſi tamen recte quis ierit,& quærẽs pul
ſauerit oſtium ſapientiæ;petens à deo,ut aperiatur ſibi,& mereatur accipere per ſpiritum ſanctũ
uerbum ſapiẽtiæ,uerbum ſcientiæ,fieriq́; particeps illius ſapientiæ, quæ dicebat:Extendebam
enim uerba mea,& non audiebatis.Et merito extendere ſe dixit uerba in eius corde:cui dederit
deus,ſicut ſupra diximus,latitudinem cordis.Dilatat̃ nãq; illius cor,qui poteſt ea quæ breuiter
in myſterijs dicta ſunt,latiore doctrina,ſumptis ex uoluminibus diuinis aſſertionibus,explana
re.Oportet igitur ſecundum hanc eandem ſapientiſſimi Salomonis doctrinã,eum qui ſapien-
tiam ſcire deſiderat,incipere ab eruditione morali,& intelligere illud quod ſcriptum eſt:Concu
piſti ſapientiam:ſerua mãdata,& dominus dabit eam tibi.Ob hoc magiſter hic, qui primos ho
mines diuinam philoſophiam docet,operis ſui exordium prouerbiorũ poſuit libellũ:in quo,
ut diximus,moralis traditur locus:ut cum intellectu moribusq́; quis profecerit,ueniat etiã ad
naturalis intelligentiæ diſciplinam:atque ibi rerum cauſas naturasq́; diſtinguens,agnoſcat ua-
nitatem uanitatum relinquendam:ad æterna autem & perpetua properandũ,& ideo poſt pro-
uerbia ad Eccleſiaſten uenitur:qui docet, ut diximus, uiſibilia oĩa & corporea,caduca eſſe &
fragilia.Quæ utique cum ita eſſe deprehenderit is qui ſapientiæ ſtudet,ſine dubio contẽnet ea
ac deſpiciet:& uniuerſo,ut ita dicã,ſeculo renũcians,tẽdet ad inuiſibilia & æterna:quæ ſpiritua-
libus quidem ſenſibus,ſed adopertis amorũ quibuſdã figuris docentur in Canticis cãticorum.

C Ideo enim nouiſſimum locũ tenet hic liber:ut tunc ad eum ueniatur,cum & moribus quis fue-
rit defecatis,& rerũ corruptibiliũ atq; incorruptibilium ſcientiam diſtinctionemq; didicerit:
per quæ in nullo poſſit ex his figuris quibus ſpõſæ ad ſponſum cœleſtis,id eſt,animæ pefectæ
amor ad uerbũ dei deſcribitur ac formatur offendere.Præmiſſis nãq; his quibus purificat̃ aĩa
per actus ac mores,& in rerum diſcretionẽ naturaliũ perducitur,cõpetenter ad domeſtica ue-
nitur & ad myſtica atq; ad diuinitatis contẽplationem,ſyncero & ſpirituali amore cõſcenditur.
Hanc ergo triplicẽ diuinæ philoſophiæ formã,etiam in illis ſanctis ac beatis uiris arbitror præ-
ſignatã,pro quorum ſanctiſſimis inſtitutionibus,deus ſummus dici uoluit, deus Abrahã, deus
Iſaac,deus Iacob.Abraham tanq; moralem declarat philoſophiam per obediẽtiã. Tanta enim
eius fuit obedientia & obſeruatio mãdatorum,ut cum audiret:Exi de terra tua, & de cognatio-
ne tua,& de domo patris tui,nõ ſit cunctatus;ſed ſtatim fecerit,imò & aliquid amplius fecerit.
audiens enim ut immolaret filium ſuum:nec inde quidem dubitat,ſed obtemperat præcepto,
& ad exemplum obediẽtiæ,quæ eſt moralis philoſophiæ,poſteris dandum:nec filio ſuo unico
pepercit.Iſaac quoq; naturalẽ philoſophiam tenet,& cum puteos fodit,& rerum profunda ri-
matur.Sed & Iacob inſpectiuum tenet locum,quippe qui & Iſraël ob diuinorum comtẽplatio-
nem nominatus ſit,& qui caſtra cœli uiderit,& domum dei,atq; angelorum uias,id eſt, ſcalas à
terris in cœlum porrectas proſpexit.Vnde & merito inuenimus tres iſtos beatos uiros altaria
fixiſſe deo,hoc eſt philoſophiæ ſuæ cõſecraſſe profectus:quo ſcilicet edocerent,nõ hæc ad artes
humanas,ſed ad dei gratiam referẽda.Sed & in tabernaculis degunt,ut per hæc oſtẽdant, neq;
in terris habẽdum eſſe aliquid proprium huic qui diuinæ philoſophiæ ſtudet:ſed ſemper pro-
mouẽdum:non tam de loco ad locum,quam de ſcientia inferiorum ad ſciẽtiam perfectorum.
Sed & alia multa in ſcripturis diuinis inuenies,quæ ordinem hũc quẽ in libellis Salomonis cõ-
tineri diximus,ſecundum hanc eandem formam deſignant:ſed ea nũc nobis proſequi aliud in
manibus habentibus longum eſt.Si quis ergo primum locum in emẽdandis moribus mãdatis
D q; ſeruãdis,qui per prouerbia deſignatur,impleuit:poſt hæc autem deprehenſa uanitate mun-
di,& rerum caducarum fragilitate perſpecta uenit in hoc,ut renũciet mũdo & omnibus quæ in
mũdo ſunt:cõſequenter ueniet etiam ad contemplanda & deſideranda ea quæ nõ uidentur, &
æterna ſunt.Ad quæ tamen ut peruenire poſſimus,indigemus diuina miſericordia,ſi forte ua-
leamus perſpecta pulchritudine uerbi dei,ſalutari in eum amore ſuccẽdi,ut & ipſe dignetur hu-
iuſmodi animam diligere,quam deſiderium ſui habere perſpexerit.Poſt hæc exigit nos conſe-
quentia ſermonis,dicere etiam de ſuperſcriptione ipſa Cantici canticorũ.Simile enim eſt hoc il-
lis,quæ in tabernaculo teſtimonij appellantur ſancta ſanctorũ,& illis quæ in libro Numerorũ
memorantur opera operum,quæq; apud Paulum dicuntur ſecula ſeculorum. Sed quomodo
differant à ſanctis ſancta ſanctorum in Exodo:& quomodo differant opera ab operibus operũ
in Numerorum libro,tractantibus prout potuimus,dictum eſt à nobis.Sed & de ſeculo ſecu-
lorum in locis,quibus occurrit,non omiſſum eſt: & ne eadem repetamus,illa ſufficiant.Nunc
ergo requiramus primo, quæ ſint cantica, quorum caticorum hoc eſſe canticum dicitur. Pu-
to ergo quod cantica ſint illa,quæ dudum per prophetas uel per angelos canebantur.Lex ẽm
dicit̃ per angelos miniſtrata in manu mediatoris.Illa ergo oĩa quæ per illos annũciabantur,
cantica erant per amicos ſponſi præcedentia.Iſtud uero unum canticum eſt, quod ipſi iam
ſponſo ſponſam ſuã ſuſcepturo,epithalamij ſpecie erat canendũ.In quo ſponſa non adhuc per
amicos ſponſi cantari ſibi uult:ſed ipſius iam ſponſi præſentis audire uerba deſiderat, dicens:
Oſculetur me oſculo oris ſui:unde & omnibus canticis merito præfertur.Videntur enim cæ-
tera cantica,quæ lex & prophetæ cecinerunt, paruulæ adhuc ſponſæ, & quæ nondum ueſti-
bula maturæ ætatis ingreſſa ſit decantata.Hoc uero canticum adultæ, & iam ualde robuſtæ,et
quæ capax ſit iam uirilis potentiæ,perfectiq; myſterij, decantari uidetur, ſecundum quod di-
citur de ipſa:quia una ſit perfecta columba:quæ ſi perfecta,ergo & perfecti uiri ſponſa, perfe-
ctæ ſuſcepit uerba doctrinæ. Primum ergo canticum cecinit deo Moyſes & filij Iſraël,quãdo
uide-



A uiderunt Aegyptios mortuos ad littus maris,& qñ uiderũt manũ fortẽ & brachiũ excelſum do-
mini, & crediderũt deo & famulo eius Moyſi.Tunc cantauerunt dicentes:Cãtemus domino:
glorioſe enim honorificatus eſt. Ego autẽ arbitror,quod nõ poſſit ad iſtud perfectũ quis & my-
ſticũ cãticũ peruenire, & ad iſtã perfectionẽ ſpõſæ,quæ in hac ſcriptura continet̃,niſi prius am-
bulet per ſiccũ in medio mari,& fiat ei aqua murus à dextera læuaq;, & ſic euadat de manibus
Aegyptiorũ,ita ut uideat eos mortuos ad littus maris:atq; intuẽs manũ fortem dñi:qua interfe-
cit Aegyptios, credat dño & famulo eius Moyſi.Moyſi autẽ dico,legi atq; euãgelijs, omnibus
q; diuinis ſcripturis:tũc enim merito cantabit,& dicet: Centemus domino,glorioſe enim ho-
norificatus eſt.Sed iſtud canticũ canet quis,cũ primũ liberatus fuerit à ſeruitute Aegyptiorum.
Poſt hæc autẽ cum tranſierit per hæc omnia,quæ in Exodo,& quæ in Leuitico ſcripta ſunt,&
uenerit ad hoc ut in diuinos numeros aſſumat̃:tunc iterum ſecũdum canticum canet, cum exie-
rit de ualle Zareth,quod interpretatur aliena deſcẽſio,& uenerit ad puteum,de quo ſcriptũ eſt:
Et dixit dominus ad Moyſen:Congrega populum,& dabo eis aquam de puteo bibere.Ibi ẽm
cantabit & dicet:initiate ei puteum.Foderunt illum principes,excuderunt eũ reges gẽtiũ in re-
gno ſuo,cum dominantur eorum.Sed de his plenius in Numerorũ libro,ſecũdum quod dedit
nobis dominus,dictum eſt.Oportet igitur uenire ad puteum.qui à principibus foſſus eſt,& à re-
gibus excuſus eſt. In quo opere nemo plebeius operatur:ſed omnes principes,omnes reges,re-
gales ſcilicet & principales animæ,quæ altitudinem putei,aquam uiuam continentis inquirũt.
Poſt illud canticum uenitur ad Deuteronomij canticum,de quo dicit dominus:Et nũc ſcribite
uobis uerba cantici huius,& docete illud filios Iſraël,& inijcite illud in os eorum:ut fiat mihi cã-
ticũ iſtud ad teſtimoniũ in filijs Iſraël. Et uide quantum & quale ſit cãticum iſtud:cui ad audiẽ-
dum terra non ſufficit,ſed cõuocatur & cœlum.Ait enim:Attende cœlum quæ loquar,& audi-
at terra uerba ex ore meo.Vide quàm magna ſint,q; ingentia quæ dicuntur. Expectetur,ait, ſi-
B cut pluuia eloquium meum,& deſcendat ſicut ros ſuper gramẽ,& ſicut nix ſuper fœnum, quia
nomen domini inuocaui,& reliqua.Quartum canticum eſt in libro Iudicum,de quo ſcriptum
eſt: Et cantauit Debbora & Barac filius Abinoëm in die illa dicentes, incipiendo: Princi-
pales in Iſraël in propoſito populi benedicite dominum.Audite reges auribus, percipite ſa-
trapæ,& reliqua.Hæc autem quæ canit,apis eſſe debet:cuius opus tale eſt,ut eo reges & medio-
cres utantur ad ſanitatẽ.Debbora nãq; apis interpretatur,quæ iſtud canticũ canit:ſed & Barac
cum ipſa.Interpretatur autẽ Barac coruſcatio.Et canitur iſtud canticũ poſt uictoriã,quia nec an-
te quis poteſt quæ perfecta ſunt canere,niſi ubi aduerſarios uicerit.Sic deniq; & in ipſo cãtico di-
citur:Exurge,exurge Debbora,exuſcita milia populi.Exurge,exurge,cane canticum:exurge Ba-
rac.Verum & de his plenius in illis oratiunculis,quas de libello Iudicũ ædidimus,diſerta repe-
ries.Quintum poſt hæc canticum eſt in ſecundo libro Regnorũ,cum locutus eſt Dauid ad do-
minum uerba cantici huius,in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum
ſuorum,& de manu Saul:& dixit:Dominus mihi petra,& munitio mea:liberator dominus de-
us meus,cuſtos erit mihi. Si ergo & tu potueris cõſiderare qui ſunt inimici Dauid,quos in pri-
mo & ſecũdo Regnorũ libro ſuperat ac proſternit,et quomodo dignus factus eſt,ut domini ad-
iutorium mereretur,& liberaretur ab huiuſmodi inimicis:tunc poteris & tu quintum iſtud can-
ticum canere.Sextum eſt canticum in primo Paralipomenon libro,ubi cõſtituit Dauid in prin-
cipio ad laudandum dominum Aſaph & fratres eius,& eſt initium cantici iſtus tale: Laudate
dominum, & confitemini, & inuocate eum in nomine eius,notas facite in populis uoluntates
eius, canite ei, & hymnum dicite: narrate omnes adinuentiones eius, quas fecit dominus &c.
Sciẽdum tamen eſt,quod canticum quidem,quod eſt in ſecundo Regnorum libro, ualde ſimi-
le eſt pſalmo decimo ſeptimo. Quod autẽ eſt in primo libro Paralipomenon,in initijs quidem
uſq; ad eum locum ubi dicit:Et in prophetis meis nolite malignari: ſimile eſt centeſimoquarto
pſalmo. Poſteriora uero ab hoc loco, ſimilitudinem gerunt primarum partium nonageſi-
miquinti pſalmi, ubi dicitur: Cantate domino omnis terra: uſq; ad eum locum, ubi ait:quia

C uenit iudicare terram. Igitur in his concludẽdus eſt numerus Canticorum, ſeptimo in loco po-
nendus uidebitur liber hic Cantici canticorum. Si quis uero etiã Eſaiæ canticum cũ cæteris nu-
merandũ putet, licet non ualde cõuenire uideatur, ut præceſſiſſe putetur Eſaiæ canticũ, qđ lon-
ge poſterioribus temporibus Eſaias ſcripſerit: tamẽ ſi quis putet, quod prophetica dicta nõ tẽ-
poribus, ſed ratione penſanda ſint, adiunget etiã illud canticũ, & dicet hoc quod Salomon ceci
nit Canticum eſſe canticorũ, non tantum eorũ quæ prius, ſed & eorũ quæ poſtmodũ canenda
uidebãtur. Si quis uero putet etiã ex libro pſalmorũ debere aſſumi, ſicubi in eo uel cãticum ſcri
bitur, uel canticum pſalmi, multitudinẽ congregabit præcedentiũ canticorũ. Iunget enim cæte
ris etiã quindecim ſimul graduum cantica, & requirens ſingulorũ uirtutes cãticorum, atque ex
his proficientis animæ gradus colligens, ac ſpiritualis intelligentiæ ordinẽ iterũ cõſequentiãqꝫ
cõponens: oſtẽdere poterit, quàm magnificis greſſibus incedens ſponſa, per hæc omnia perue
niat uſqꝫ ad thalamum ſponſi, digrediẽs in locum tabernaculi admirabilis uſqꝫ ad domũ dei,
in uoce exultationis & cõfeſſionis ſonus epulãtis: & perueniẽs uſqꝫ ad ipſum, ut diximus, thala
mum ſponſi: ut audiat & loquatur cuncta hæc quæ cõtinentur in cãtico canticorũ. Adhuc aũt
poſſumus & hæc inquirere prius quàm ad ipſum corpus libelli ueniamus: cur Salomon qui ui
detur obtẽperare in his tribus libellis uoluntati ſpirituſſancti, in prouerbijs quidẽ dicatur Salo
mon filius Dauid, qui regnauit in Iſraël: in ſecũdo uero libello non Salomon ſcribitur: ſed uer-
ba, inquit Eccleſiaſtes, filij Dauid regis Iſraël in Hieruſalem, & filiũ quidẽ ſe eſſe Dauid, ſimiliter
ut in primo, & regem Iſraël ſcribit. Sed ibi prouerbia, hic uerba ponit, & ſeipſum quẽ ibi Salo-
monem, hic Eccleſiaſten nominat. Et cũ ibi gentẽ ſolam, in qua regnauerat poſuiſſet, hic & gen
tem poſuit, & locũ regni Hieruſalẽ deſignat. In Cãtico cãticorũ uero, neqꝫ gentis nomẽ, neqꝫ lo
cum, in quo regnet, neqꝫ omnino qđ rex ſit, neqꝫ quod patrẽ Dauid habeat, ſcribit: ſed tantum-
modo Canticũ ait canticorũ, quod eſt ipſi Salomoni. Et quàmuis difficile mihi uideaẽ, aut per-
ſcrutari, aut pertingere poſſe horum differentias: aut utcũqꝫ inueſtigatas palã proferre & char-
D tulis credere: tamen inquantũ capere uel ſenſus noſter, uel auditus legentiũ poteſt, paucis aperi-
re tentabimus. In plurimis Salomonẽ Chriſti typũ ferre: uel ſecundũ hoc, quod pacificus dicit:
uel ſecundũ hoc, quod regina auſtri uenit à finibus terræ audire ſapientiã Salomonis, nõ puto
dubitandũ. Hic ergo & ſecundũ qđ filius Dauid dicitur, regnat in Iſraël: & ſecundum quod ſu
pra eos reges, pro quibus ipſe rex regũ dicit regnat. Et rurſus uerus Eccleſiaſtes ipſe eſt, qui cum
in forma dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs, ut cõgregaret eccleſiam. A con-
gregãdo eñ eccleſiã, Eccleſiaſtes appellaẽ. Tũ uero quis ita Salomon, id eſt pacificus: ſicut dñs
noſter Ieſus Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapiẽtia à deo & iuſticia & pax? Igitur in primo pro-
uerbiorum libro, cũ nos moralibus inſtituit diſciplinis, rex eſſe dicitur in Iſraël, necdum in Hie
ruſalem: quia & ſi Iſraël dicamur propter fidẽ, non tamẽ in hoc peruentum eſt; ut ad Hieruſalẽ
cœleſtem perueniſſe uideamur. Vbi uero profecerimus, & in hoc uẽtum fuerit, ut eccleſiæ pri-
mitiuorum quæ in cœlis eſt ſociemur, atqꝫ Hieruſalem cœleſtẽ, diſcuſſis diligentius priſcis & na
turalibus cauſis, matrem noſtrã noſcimus cœleſtem: tunc iam nobis etiã ipſe Chriſtus Eccleſia-
ſtes efficitur, & nõ ſolum in Iſraël, ſed & in Hieruſalem regnare dicitur. Cũ uero ad perfectionẽ
omnium uentũ fuerit, & ſponſa ei perfecta, omnis dũtaxat rationalis creatura iungeẽ: quia pa-
cificauit per ſanguinẽ ſuũ, nõ ſolũ quæ in terris ſunt, ſed & quæ in cœlis: Tũc Salomon tãtum-
modo diceẽ, cũ tradiderit regnũ deo & patri, cũ euacuauerit oẽm principatũ & poteſtatẽ. Opor
tet eñ eũ regnare, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, & nouiſſimus inimicus deſtruaẽ
mors. Et ita pacificatis oĩbus patriqꝫ ſubiectis, cũ erit iã deus oĩa in oĩbus, Salomon tãtummo-
do, id eſt, ſolus pacificus nominabitur. Cõpetenter ergo in hoc libello qui de amore ſponſæ &
ſpõſi erat ſcribẽdus: etiam pro hoc neqꝫ filius Dauid, neqꝫ rex, neqꝫ aliud horum quod ad cor-
poreum pertinere poſſit intellectũ ſcribitur, ut merito de eo perfecta iam ſpõſa dicat: Quia &
ſi aliquãdo cognouimus Chriſtũ ſecundum carnẽ: ſed nunc iam nõ nouimus: ne quis putet eã
corporeum aliquid amare, aut in carne poſitum, & macula aliqua amori eius credatur induci.

Propterea



A Propterea Canticum canticorũ Salomoni tantũmodo eſt, & neqꝫ filio Dauid, neqꝫ regi Iſraël,
neqꝫ aliqua in his prorſus miſcetur carnalis nominis intelligẽtia. Et ne mireris, quod cum unus
atqꝫ idem ſit dñs atqꝫ ſaluator noſter, dicamus eũ uelut minorẽ: primo in Prouerbijs, & deinde
proficientem in Eccleſiaſten, & poſt hæc habere perfectionẽ in Cantico canticorũ, cũ hæc etiã in
euangelijs uideas ſcripta, ubi propter nos & ipſe in nobis dicit proficere. Sic eñ refertur: Quia
Ieſus proficiebat ætate & ſapientia apud deum & homines. Puto ergo quod pro his omnibus
neqꝫ filius Dauid neqꝫ rex Iſraël ſcribitur, ſed & pro eo adhuc quod in cantico canticoꝝ ſponſa
iam intantum profecerat, ut maius aliquid eſſet qꝫ eſt regnum Hieruſalem. Nam Hieruſalẽ cœ-
leſtem dicit Apoſtolus eſſe, atqꝫ ad eã memorat credentes accedere. Hunc ergo ſpõſum ad quẽ
nunc ſponſa feſtinat, idem Paulus cũ eum pontificem maximũ dicit: ita de eo ſcribit, quaſi qui
non in cœlis ſit, ſed penetrarit & pertranſierit omnes cœlos, & illuc quoqꝫ eum hæc ſua perfe-
cta ſponſa ſectetur, imò illuc adhærens ei & cõiuncta cõſcenderit: eſt enim facta cũ eo unus ſpi
ritus. Vnde uidetur mihi & ad Petrũ qui nõ poterat eũ primo ſequi, cũ diceret: Quò ego uado,
uos non poteſtis uenire modo, dixiſſe: ſequeris autem poſtea. Quod aũt ſit aliquid maius & ab
Iſraël, inde colligimus, quod in Numerorum libro omnis quidẽ Iſraël numeratur, & duodecim
tribus Iſraël certo ſub numero cenſentur. Tribus uero Leuitica, utpote cæteris eminẽtior, ſupra
hunc numerũ habetur, & nequaqꝫ in Iſraëlitico numero deputatur. Dicit eñ ita: Hæc eſt uiſita-
tio, in qua recenſiti ſunt filij Iſraël, ſecundũ domos familiarũ ſuarum. Omnis uiſitatio eoꝝ cum
uirtute ſua, ſexcenta tria milia quingẽti quinquaginta. Leuitæ aũt nõ ſunt numerati cũ eis, ſicut
præcepit dñs Moyſi. Vides quomodo ut eminentiores à filijs Iſraël ſequeſtrãtur leuitæ, nec in
eorum numero ſociantur. Et rurſum leuitis eminẽtiores ſcribunẽ ſacerdotes. Sic eñ in eadẽ ſcri-
ptura cõtinetur. Et locutus eſt, inquit, dñs ad Moyſen, dicens: Accipe ſummã leuitarũ, & conſti-
tues eos in cõſpectu Aaron ſacerdotis, & miniſtrent ei. Vides & in hoc quomodo ſuperiores le
uitis nominet ſacerdotes, & rurſus leuitas eminentiores ponit filijs Iſraël? Hæc autẽ uiſi ſumus
B diſcutere paulo curioſius, uolentes etiã per hæc oſtendere rationẽ: quia in ipſis quoqꝫ attitulati-
onibus librorum ſuoꝝ Salomon differentijs uſus eſt neceſſarijs. Sed aliud in Prouerbijs, aliud
in Eccleſiaſte, aliud etiã in Canticorũ cãtico ex ipſa inſcriptione tituli deſignauit, & adhuc quod
in Cantico canticoꝝ ubi iam perfectio oſtendiẽ, neqꝫ filius Dauid, neqꝫ rex ſcribitur. Poteſt etiã
hoc dici: quia cum factus fuerit ſeruus ſicut dñs, & diſcipulus ſicut magiſter: uidetur iam neque
ſeruus eſſe ſeruus, factus uidelicet ſicut dñs: neqꝫ diſcipulus eſſe diſcipulus, quippe qui ſicut ma-
giſter effectus eſt: ſed fuiſſe quidem aliquando diſcipulus, nunc uero eſſe ſicut magiſter, & fuiſſe
quidem ſeruus aliquãdo, nunc uero eſſe ſicut dñs. Simili igitur ratione etiã de rege, & in his in
quos regnat, aduerti poſſe uidebiẽ, cũ regnum iam tradetur deo & patri. Sed & hoc non lateat,
nonnullos attitulationẽ libelli huius Cantica canticoꝝ ſcribere, quod nõ recte ſcribitur. Nõ eñ
pluraliter, ſed ſingulariter canticũ hic dicitur canticoꝝ. Hæc quaſi in præfatione dicta ſunt à no
bis de ſuperſcriptione ipſa uel attitulatione libelli. Iam nunc dño noſtro nos adiuuante, ipſius
operis adoriamur exordia, & tamẽ ne illud quidẽ remaneat in nobis omiſſum, quod quibuſdã
requirendum uiſum eſt, adhuc de ipſa attitulatione ac ſuperſcriptione libri quæ ita habeẽ, Can-
ticum canticoꝝ, quod eſt ipſi Salomoni. Sic eñ accipiũt quaſi canticũ hoc eſſe dixerit canticoꝝ
Salomonis, ut ex plurimis ſuis canticis hoc unũ eſſe ſignauerit. Sed nos quomodo recipiemus
huiuſmodi intelligentiam, cũ neqꝫ eccleſia dei ulla extrinſecus Salomonis cantica legenda ſuſce
perit: neqꝫ apud Hebræos à quibus eloquia dei ad nos uidentur eſſe translata, aliqđ præter hos
tres libellos Salomonis, qui & apud nos ſunt, amplius habeaẽ in canone. Volũt tamen qui hoc
aſſerunt inde confirmare ſententiam ſuam, quod in Regnorum tertio libro ſcriptum eſt, multa
fuiſſe Salomonis cantica, ut unum ex multis eſſe confirment. Hoc ibi ergo refertur: Et deus de-
dit prudentiam Salomoni, & ſapientiam multam ualde, & latitudinem cordis ſicut arenã quæ
eſt ad oram maris: & factus eſt ſapiens Salomon ualde ſuper ſapientiam omnium antiquorũ,
& ſuper omnes ſapientes Aegypti, & ſupꝛ Ethan Ezraiten, & Heman, & Chalcal, & Dorda filijs

 Mahol,

C Mahol,& erat nominatus in uniuerſis gentibus per circumitum, & locutus eſt Salomon tria
milia parabolarum,& erant cantica eius quinq; milia. Ex his ergo quinq; milibus canticis uo-
lunt uidere hoc unum eſſe canticum quod habemus. Sed uſq;quo uel ubi cantata ſint: non ſo-
lum ad uſum,ſed ne ad noticiam quidem peruenit eccleſiarum dei. Operoſum eſt autē, & pro-
cul ab opere propoſito: ſi uelimus nunc inquirere,quàm multorum librorum commemoratio
fiat in ſcripturis diuinis,quorum lectio nulla nobis omnino eſt tradita. Sed neq; apud Iudæos
haberi quidem uſum huiuſmodi reperimus lectionum; quæ ſiue pro eo quod aliqua ſupra hu-
manam intelligentiam continebant,placuit ſpirituiſancto auferri de medio: ſiue quod eſſent de
ſcripturis his quæ appellantur apocryphæ,pro eo quod multa in eis corrupta, & contra fidem
ueram inueniuntur à maioribus tradita,nō placuit eis dari locum, nec admitti ad autoritatem.
Supra nos eſt pronunciare de talibus. Illud tamen palàm eſt,multa uel ab apoſtolis uel ab euan
geliſtis exempla eſſe prolata,& nouo teſtamento inſerta: quæ in his ſcripturis, quas canonicas
habemus,nunq; legimus,in apocryphis tamen inueniuntur,& euidenter ex ipſis oſtenduntur
aſſumpta. Sed ne ſic quidem locus apocryphis dandus eſt: non enim tranſeundi ſunt termini
quos ſtatuerunt patres noſtri. Potuit enim fieri,ut apoſtoli uel euangeliſtæ ſancto ſpiritu reple-
ti,ſciuerint,quid aſſumendum ex illis eſſet ſcripturis,quidúe refutandum. Nobis autem nō eſt
abſq; periculo aliquid tale præſumere,quibus non eſt tanta ſpiritus abūdantia. Et ideo de præ-
ſenti uerſiculo nos eam tenemus æditionem,quam ſupra expoſuimus, maxime cum euidēs in
eo habeatur diſtinctio, ubi ait canticum canticorum quod eſt ipſi Salomoni. Si enim uoluiſſet
intelligi canticorum Salomonis hoc eſſe canticum,dixiſſet utiq; canticum cāticorum, quæ ſunt
Salomoni,uel canticum ex canticis Salomonis. Nunc autē quia dixit,quod eſt Salomoni,oſten
ditur iſtud canticū quod eſt in manibus,& quod erat ei canendū,eſſe Salomonis: & hoc de atti-
tulatione quam propoſuit continere. Videamus ergo iam & quæ ſequuntur.

D

## HOMILIA PRIMA.

OSculetur me ab oſculo oris ſui. Meminiſſe oportet illud quod in præfatione præmonui-
mus: quia libellus hic epithalamij habens ſpeciē,dramatis in modū conſcribitur. Drama
autem eſſe diximus,ubi certæ perſonæ introducuntur,quæ loquunt̄,& aliæ interdum ſuperue-
niunt,aliæ recedunt aut accedunt,& ſic totū in mutationibus agitur perſonarum. Hæc ergo erit
totius libelli ſpecies,& ſecundū hanc pro uiribus hiſtorica à nobis aptabit̄ expoſitio. Spiritualis
uero intelligentia,ſecundū hoc nihilominus quod in præfatione ſignauimus, uel de eccleſiæ ad
Chriſtum ſub ſponſæ uel ſponſi titulo,uel de animæ cū uerbi dei cōiunctione dirigit̄. Introdu-
citur ergo nunc per hiſtoriæ ſpeciem ſponſa quædā,quæ ſuſcepit quædā ſponſaliorꝫ & dotis ti-
tulo digniſſima munera ab ſponſo nobiliſſimo. Sed plurimo tempore morā faciente ſponſo,ſo
licitari eam deſiderio amoris ſui,& confici iacentem domi ſuæ & agentē omnia,quatenus poſſit
aliquando uidere ſponſum ſuū,atq; oſculis eius perfrui. Quæ quoniā nec differri amorē ſuum:
nec adipiſci ſe poſſe quod deſiderat uidet,conuertat ſe ad orationem & ſupplicet deo, ſciens eū
patrem eſſe ſponſi ſui. Conſideremus ergo eam leuantem ſanctas manus ſine ira,& diſceptatio-
ne,in habitu ornato,cum uerecundia & ſobrietate,ornatam digniſſimis ornamentis,quibus or-
nari decet nobilem ſponſam,æſtuantem uero deſiderio ſponſi, & interno uulnere amoris agi-
tatam,orationem,ut diximus,fundere ad deum,dicere de ſponſo ſuo: Oſculetur me ab oſculo
oris ſui. Hæc ſunt quæ dramatis in modum compoſita, hiſtorica continet explanatio. Interior
uero intellectus,uideamus ſi hoc modo poterit competenter aptari. Eccleſia ſit deſiderans Chri
ſto coniungi. Eccleſiam autem cœtum omnium aduerte ſanctorum. Hæc ergo eccleſia ſit quaſi
omnium una perſona quæ loquatur & dicat: Omnia habeo,repleta ſum muneribus,quæ ſpon
ſaliorum uel dotis titulo ante nuptias ſumpſi. Dudum enim cum præpararer ad coniugium fi-
lij regis & primogeniti omnis creaturæ,obſecuti ſunt,& miniſtrauerūt mihi angeli ſancti eius:
deferentes ad me legem,ſponſalis muneris loco. Lex nanq; per angelos diſpoſita dicitur in ma-
nu mediatoris. Miniſtrauerunt mihi etiam prophetæ. Locuti ſunt enim omnia & ipſi, per
quæ non



A quæ non ſolum oſtenderent & indicarent mihi de filio dei,cui me delatis his quæ appellantur
arris & muneribus dotalibus ſpondere cupiebant: uerū ut & in amorem me eius deſideriumq;
ſuccenderent,pronūciauerunt mihi propheticis uocibus de aduentu eius,& de innumeris uirtu-
tibus operibusq; eius immenſis,repleti ſpiritu ſancto prædicauerunt. Pulchritudinē quoq; eius
& ſpeciem ac manſuetudinē deſcripſerunt,ita ut omnibus his ad amorē eius integraliter inflam-
marer. Sed quoniam ſeculum iam penè finitum eſt,& ipſius quidē præſentia nō datur mihi: ſo-
los aūt miniſtros eius uideo aſcendentes & deſcēdentes ad me, propter hoc ad te patrem ſponſi
mei precē fundo,& obſecro,ut tandem miſeratus amorem noſtrū, mittas eum, ut iam nō mihi
per miniſtros ſuos angelos dūtaxat & ꝓphetas loquatur: ſed ipſe per ſemetipſum ueniat; & oſcu
letur me ab oſculo oris ſui,uerba ſcilicet in os meum ſui oris infundat. Ipſum audiam loquētem,
ipſum uideam docentem. Hæc enim ſunt Chriſti oſcula,quæ porrexit eccleſiæ,cum in aduentu
ſuo ipſe Chriſtus in carne poſitus euāgelizauit ei uerba fidei,& charitatis,& pacis ſecundū quod
Eſaias promiſerat,& præmiſſus ad ſpōſam dixerat: Nō legatus,neq; angelus,ſed ipſe dominus
ſaluabit nos. Tertio uero expoſitionis loco introducamus animā,cuius omne ſtudiū ſit cōiungi
& conſociari uerbo dei,& intra myſteria ſapientiæ eius ac ſcientiæ uelut ſpōſi cœleſtis thalamos
intrare; cuiq; animæ præſentia eius etiam munera data ſunt, dotis ſcilicet nomine. Sicut eñ ec-
cleſiæ dos fuit legis & prophetarū uolumina; ita huic lex naturæ & rationalis ſenſus ac libertas
arbitrij,dotalia munera deputētur. Habens autem hæc dotis ſuæ munera: ſit ei primo eruditio-
nis doctrina à monitoribus doctoribusq; deſcendens. Sed quoniam in his non eſt ei plana atq;
perfecta deſiderij ſui & amoris expletio,deprecetur ut mens eius pura & uirginalis, ipſius uerbi
dei illuminationibus & uiſitationibus illuſtretur. Cum enim nullo hominis uel angeli miniſte-
rio diuinis ſenſibus & intellectibus mens impletur,tunc ipſius oſcula uerba dei ſuſcipere ſeſe cre
dat. Propter hæc ergo & huiuſmodi oſcula,dicat anima orans ad deum: Oſculetur me ab oſcu-
B lo oris ſui. Dum enim inde capax fuerit,ut ipſius uerbi dei caperet ueram ſolidamq; doctrinā,
neceſſaria ſuſcepit oſcula,id eſt,ſenſus ab ore doctorum. Vbi uero ſponte iam cœperit obſcura
cernere,enodare perplexa,inuoluta diſſoluere,parabolas & ænigmata dictaq; ſapientum com-
petentibus intelligentiæ lineis explicare: tunc iam oſcula ipſius ſponſi ſui, id eſt uerbi dei, ſuſce-
piſſe ſe credat. Ideo autem oſcula pluraliter poſuit, ut intelligamus uniuſcuiuſq; obſcuri ſenſus
illuminationem,oſculum eſſe uerbi dei ad animam perfectam delatum, & ſecundum hoc forte
dicebat prophetica & perfecta mens; Os meum aperui,& attraxi ſpiritum. Os autem ſponſi in-
telligamus uirtutem dei,qua illuminat mētem,& uelut ſermone quodam amoris ad eam facto
(ſi tamen capere mereatur tantæ uirtutis præſentiam) incognita quæq; ſibi & obſcura manife-
ſtat. Et hoc eſt uerius propiusq; & ſanctius oſculū,quod à ſpōſo dei uerbo porrigi dicitur ſpon-
ſæ,puræ ſcilicet animæ & perfectæ. Cuius rei imago eſt illud oſculum,quod in eccleſia ſub tem-
pore myſteriorum nobis inuicē damus. Quoties ergo in corde noſtro aliquid quod de diuinis
dogmatibus ſenſibusq; quæritur,abſq; monitoribus inuenimus,toties oſcula nobis data eſſe à
ſponſo dei uerbo credamus. Vbi uero quærentes aliquid de diuinis ſenſibus inuenire nō poſſu-
mus,tunc affectu huius orationis aſſumpto,petamus à deo uiſitationem uerbi eius,& dicamus:
Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Scit autem pater uniuſcuiuſq; animæ capacitatē, & nouit quo
tempore, cui animæ, quæ oſcula uerbi ſui porrigere in intellectibus duntaxat, & ſenſibus de-
beat. Quia bona ſunt ubera tua ſuper uinum,& odor unguentorum tuorum ſuper omnia aro
mata. Intellige prius quaſi in hiſtoriæ dramate ſponſam eleuatis ad deum manibus orationem
fudiſſe ad patrem,& oraſſe,ut iam ueniret ad eam ſponſus,& ipſe ei oſculum proprij oris infun
deret. Dumq; hæc oraret ad patrem,in ipſa oratione qua dixit: Oſculetur me ab oſculo oris ſui:
parat etiam alia orationis uerba ſubiungere ac dicere; quia in hoc principio ſermonis affuiſſet
ſponſus,& oranti ei aſtitiſſet ac reuelaſſet uerba ſua,ipſumq; ſponſum unguētis mirificis,& qui-
bus ſponſum fragrare decebat,cōſtituiſſet delibutum. Spōſa uero ubi adeſſe uidit eum pro quo
orabat ut adeſſet,& adhuc loquenti ſibi præſtitum quod orabat,ac data ſibi ab ipſo oſcula,quæ

 popoſcerat

C popoſcerat:læta pro hoc reddita,& decore uberum ac fragrantiæ ipſius odore permota,ꝓpoſi-
tæ orationis ſermonẽ conuertit ad præſentiam ſponſi,qui aderat,& cum dixiſſet:Oſculetur me
ab oſculo oris ſui:ſubiungit poſt hæc ad præſentem iam ſpõſum, dicens:Bona ubera tua ſuper
uinum,& odor unguentorũ tuorum ſuper omnia aromata. Hæc interim ſecundũ hiſtoricã in-
telligentiam quã dramatis in modũ prædiximus textã:Nunc uero quid intellectus interior ha-
beat,requiramus.Diuerſis uocabulis principale cordis appellari,in ſcripturis diuinis ĩuenimus:
quæ uocabula ꝓ cauſis ac rebus de quibus agitur,aptari ſolent.Interdũ eñ cor dicitur, ut:Beati
mundo corde:Et,corde creditur ad iuſticiã.Si uero cõuiuij tẽpus ſit,pro ſpecie & ordine diſcum
bentiũ,uel ſinus uel pectus appellatur,ſicut Ioãnes in euãgelio refert de quodã diſcipulo,quem
amabat Ieſus,quod in ſinu eius,uel ſupra pectus eius recumberet:Ille ꝓfecto cui innuens Simon
Petrus dicebat:Interroga quis eſt hic,de quo dicit:Poſt hæc uero recumbẽs ſuper pectus Ieſu,di
cit ei:Domine quis eſt?In his eñ certũ eſt quod Ioãnes in principali cordis Ieſu,atq; internis do
ctrinæ eius ſenſibus requieuiſſe dicatur,ibi requirens & perſcrutãs theſauros ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ,
qui recõditi erãt in Chriſto Ieſu.Sed quod ſinus Chriſti in loco dogmatum ſanctoꝝ accipiatur,
puto indecens nõ uideri.Diuerſis ergo modis ut dicere cœperamus principale cordis in ſcriptu
ris ſanctis deſignatur,ſicut & in Leuitico nihilominus ubi de ſacrificijs pectuſculũ ſeparationis,
& brachium ſacerdotibus ſequeſtratur,& in hoc ſequeſtratũ ac ſeparatũ pectuſculũ & brachiũ,
præcellens cæteros homines principale cordis & operũ decus uult eſſe in ſacerdotibus. De quo
plenius in libro Leuitico,prout dñs dare dignatus eſt,expoſuimus.Secũdum hæc ergo etiam in
præſenti loco,quãdoquidẽ amatorium uidetur drama quod agitur,in uberibus principale cor-
dis intelligamus,ut tale uideatur eſſe quod dicitur:Cor tuũ ò ſpõſa & mẽs:id eſt,dogmata quæ
intra te ſunt,uel doctrinæ gratia ſuperat omne uinũ quod cor hominis lætificare ſolet. Sicut eñ
in his de quibus dicit:Quia deum uidebunt:cor competenter dictum eſſe uidetur,& inter diſcũ-
D bentes ſinus ac pectus ponitur pro habitu ſine dubio diſcumbentium,formaq; conuiuij,& rur-
ſus ut apud ſacerdotes pectuſculum & brachium myſticis deſignatur eloquijs.Ita etiam arbitror
in præſenti loco,ubi amantiũ habitus & colloquia deſcribũtur,gratiſſime hoc ipſum principale
cordis in uberibus appellatũ.Bona ergo ſunt ubera ſpõſi quãdoquidẽ theſauri ſunt in eis ſapien
tiæ & ſcientiæ recõditi.Vbera autem hæc uino comparat ſponſa:ſed ita comparat,ut præferat.
Vinum aũt illa intelligenda ſunt dogmata & doctrinæ,quæ per legem & prophetas ante aduẽ-
tum ſponſi,ſumere ſponſa conſueuerat.Sed nunc conſiderans hãc doctrinam quæ ex uberibus
profluit ſponſi,miratur & ſtupet,uidens eam longe præſtantiorem,ꝙ illam ex qua ante aduen
tum ſponſi lætificata fuerat tanquàm ex uino ſpirituali quod miniſtrabant ſancti patres & pro-
phetæ,qui etiam huius generis plantauerunt uineas:ut Noë primus, & Eſaias in cornu in loco
uberi,& coluerunt eas.Videns ergo nunc multam eſſe eminentiam dogmatum & ſciẽtiæ apud
ſponſum:& longe ex eo perfectiorem,quàm fuit apud antiquos emanare doctrinam, dicit:Bo-
na ſunt ubera tua ſuper uinum:ſuper illam ſcilicet doctrinã,qua lætificabar ab antiquis.De hoc
enim antiquorum uino intelligendus eſt Eccleſiaſtes dicere,ubi ait:Ego dixi in corde meo:ueni
& tentabo te in læticia,& uidebo in bono.Et iterum de eiſdem uineis loquens idem Eccleſiaſtes
dicit:Magnificaui mihi opus meum,ædificaui mihi domos,plãtaui mihi uineas, feci mihi hor-
tos & paradiſos,& reliqua.Sunt autem huius uineæ myſtici etiam miniſtri quidam,qui uini fu-
ſores appellãtur.Sic enim idem dicit:Et feci mihi cantores & cantatrices in læticia filiorum ho-
minum,uini fuſores,& uini fuſitrices.Vide ergo ſi poſſimus tum in cæteris,tum etiam in hoc in
telligere ſaluatorem,ueteri uino,nouella uberum ſuorũ fluenta miſcẽtem, cum Maria & Ioſeph
quærentes inuenerunt eum in templo ſedentem in medio doctorũ,& audientẽ atq; interrogan
tem eos,quãdo & mirabãtur omnes ſuper reſpõſis eius.Sed & ibi fortaſſis ſpecies formæ huius
expletur,ubi aſcendens in montem docebat populos,& dicebat.Dictum eſt antiquis:Non occi
des.Ego autem dico uobis:Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa,reus erit.Et dictum eſt anti-
quis:Non adulterabis.Ego autem dico uobis:Omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcẽdum
eam,iam



A eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.Inquantũ ergo doctrina hæc eius præcellit illam anti-
quam,intãtũ ſpõſa intelligit & pronunciat bona eſſe ubera eius ſuper uinũ.Sed & quod uorax
dicit̃ filius hominis & bibens,& dicunt:Ecce homo uorax & uinum bibẽs,ad hoc nihilominus
reſpicit:tale & illud uinũ fuiſſe in Chana Galileæ,quod bibebatur in cõuiuio nuptiali:quo defi-
ciente fecit & aliud uinũ:cui teſtimonium reddit architriclinus,quod ſit ualde bonũ,& eo uino
quod expẽſum fuerat,multo præſtãtius,cum dicit:Omnis homo primo bonũ uinum ponit:&
cum inebriati fuerint,id quod deterius eſt:tu aũt ſeruaſti uinum bonum uſq; nunc.Sed & Salo-
monẽ,qui pro accepta dei ſapiẽtia in admiratione fuit reginæ Saba,quæ uenerat tentare eum in
quæſtionibus,in quibus eum eadẽ regina ſcrutet̃ & miretur:audi ſcripturã referentẽ:Et uidit,in-
quit,regina Saba omnẽ ſapientiã Salomonis,& domum quã ædificauit,& apparatum conuiuij
eius,& ſedẽ puerorum eius,& ordinẽ miniſtrorum eius,& ueſtes eius,& uini fuſores eius,& ho-
locauſta eius,quæ offerebat in domo dei:& ſtupefacta eſt,& reliqua.In his ergo aduerte,quomo
do hæc quæ uenit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis,inter cætera miratur & cibos
cõuiuij eius,uel uini fuſores eius:& ſuper his dicitur obſtupuiſſe.Neſcio autem ſi ita ineptã pute
mus fuiſſe reginã,quæ ob hoc uenerat à finibus terræ,ut audiret ſapiẽtiã Salomonis,ut miretur
cibos corporales & uinũ iſtud cõmune,ac pincernas uini in miniſterio regis. Quid enim in his
admiratione dignum reginæ uidetur,quæ cõmunia penè omnibus ſunt hominibus?Sed mihi
uidetur miratã eſſe cibos doctrinæ eius,& uinum dogmatum quæ ab eo per diuinã ſapientiam
prædicabãtur.Hoc erat uinum & illud,quod per Hieremiã refert̃ de filijs Ionadab,filij Rechab:
qui eo tẽpore quo peccata populi inualuerãt,& pro iniquitatibus plebis captiuitas imminebat,
cõuocati ſunt ut biberẽt uinum:Et dixerunt,quia mãdauerat eis pater ſuus Ionadab,ne biberent
uinũ ipſi & filij ſui in ſeculum:neq; domos ædificarent,neq; ſeminarent ſemen,neq; plãtarẽt ui-
neas,ſed in tabernaculis habitarent omnibus diebus uitæ ſuæ.Et amplectitur eos deus,eo quod
B cuſtodierint præceptum patris ſui,& noluerint bibere uinum.Pro peccatis enim tunc populi &
iniquitatibus eorum,erat uinea eorum ex uinea Sodomorum,& palmites eorum ex Gomorra.
Vua eorum uua fellis,& botrus amaritudinis.Venenum aſpidum,& furor draconum erat ui-
num eorum.Propter hoc ergo laudabiles habẽtur filij Ionadab,qui tale uinum,uenenata ſcilicet
dogmata,& aliena à fide dei,bibere & ſuſcipere recuſarunt.Propter hoc ergo fortaſſis percuſſit
deus uineas Aegyptiorum,ſicut in pſalmo ſcriptum eſt,ne tale facerent uinum.Igitur ſic intelle-
ximus uini differẽtias eaſq; pro diuerſitate dogmatum cõſtare perſpeximus,quod ait hic ſpon-
ſa:Quia bona ſunt ubera tua ſuper uinum:ſuper uinum utiq; intelligamus bonum,nõ malum.
Bonis enim,nõ malis cõparata dogmatibus,ſpõſi dogmata præferuntur.Bonum enim uinum
guſtauerat prius in lege & prophetis:ex quo uelut præmeditata erat ſpõſa læticiã cordis accipe-
re ac præparare:ut capere poſſet etiã illam,quæ affutura erat per ubera ipſius ſponſi,excellentio
rem cunctis cernẽs eorum doctrinam,& ideo dicit:Bona ſunt ubera tua ſuper uinum,& uide ſi
adhuc formæ huic aptare poſſimus illam euãgelij parabolam,quæ dicit:Simile eſt regnum cœ-
lorum theſauro abſcondito in agro:quem qui inuenerit,abſcondit:& præ gaudio eius uadit &
uendit omnia quæ habet,& emit agrum illum.Eſt ergo theſaurus is non in deſerto aliquo loco,
neq; in ſyluis,ſed in agro abſcõditus.Et poſſibile utiq; eſt agrum illum habere etiã uineas,quæ
afferãt uinum:habere etiã theſaurum,propter quem diſtractis omnibus emit agrũ illum is qui
inuenerat ibi theſaurum.Poteſt ergo dicere ille qui emit agrũ:Quia bonus eſt theſaurus,qui eſt
in agro,magis quàm uinum quod eſt in eo.Ita ergo & bonus eſt ſponſus,atq; ubera ſpõſi,quæ
uelut theſaurus abſcõditus eſt in lege & prophetis,magis quàm uinum quod eſt in eis,illa ſcili-
cet doctrina quæ palàm eſt,& lætificat audientes.Bona ergo ſunt ubera ſponſi.Theſauri enim
ſunt ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ in eo abſcõditi:qui cum aperti & reuelati fuerint oculis ſpõſæ,multo præ
ſtantiores ei uidebuntur,ꝙ fuit prius iſtud uinum legis & doctrina prophetica.Sed & ſi tertiam
expoſitionem de anima perfecta & uerbo dei ſentire debeamus,poſſumus dicere:quia quis do-
nec paruulus eſt,& nondũ ſemetipſum ex integro obtulit deo:bibit uinum quod affert ager ille
qui habet

C qui habet intra ſe etiam theſaurum abſconditum,& bibens lætificatur ex uino. Cum aũt obtu-
lerit & deuouerit ſemetipſum deo, ac Nazaræus fuerit effectus, atq; inuenerit theſaurũ abſcõdi-
tum,& ad ipſa ubera fonteſq; peruenerit uerbi dei: uinum & ſyceram iam non bibet: dicẽs ad
ipſum dei uerbum de his theſauris, qui in ipſo ſcientiæ & ſapientiæ reconditi ſunt, Quia bona
ſunt ubera tua ſuper uinũ. Sunt autem unguenta quædã ſponſi, quorũ fragrantia delectata eſt
ſponſa,& dicit: Odor unguẽtorum tuorũ ſuper omnia aromata. Aromata ſpecies ſunt pigmẽ
torum. Sponſa autem habuit quendã uſum & noticiam aromatum: hoc eſt uerborum legis &
prophetarũ: quibus ante aduẽtum ſponſi mediocriter licet, inſtrui tamen uidebatur & exerce-
ri ad cultũ dei, utpote paruula adhuc et ſub curatoribus & actoribus agens & pædagogis. Lex
enim pædagogus noſter fuit ad Chriſtum. Hæc autem omnia aromata fuerant, in quibus enu
triri uiſa eſt,& ſponſo ſuo præparari. Sed ubi uenit plenitudo temporũ,& adoleuit, atq; unige
nitum ſuum pater ſpiritu ſancto unctum miſit in hũc mundũ, odorata ſponſa diuini unguẽti
fragrantiam: ſentienſq; quod illa omnia aromata, quibus prius uſa uidebatur, longe inferio-
ra ſint ad comparationẽ ſuauitatis noui huius & cœleſtis unguenti, ait: Odor unguentorũ tuo
rum ſuper omnia aromata. Et quoniam Chriſtus idẽ ſponſus atq; idem pontifex dicitur, Pon
tifex quidem ſecundũ hoc quod mediator eſt dei & hominum, omniſq; creaturæ: pro qua &
propiciatio factus eſt, ſemetipſum offerẽdo hoſtiam pro peccato mundi. Sponſus uero ſecun-
dum hoc, quod eccleſiæ iungitur non habenti maculã, aut rugam, aut aliquid horũ: conſidera,
ne forte unguentũ illud pontificale, quod in Exodo cõponi iubetur, arte pigmẽtarij iſtius un-
guenti, quod nunc odorata ſponſa miratur, teneat rationem. Et uidens quod illa quidẽ aroma
ta, quibus compoſitum unguentũ uidebatur, quo Aaron unctus eſt: quoniã erãt terrena & ma
teriæ corporalis: hoc autem unguentũ quo nunc unctum uidit ſponſum, ſpirituale eſt & cœle-
ſte, idcirco dicat: Quia odor unguentorũ tuorũ ſuper omnia aromata. Videamus ergo quomo
D do compoſitum ſit illud unguentũ. Et locutus eſt dominus, inquit, ad Moyſen, dicens: Accipe
tibi florẽ myrrhæ electæ, quingẽtos ſiclos, & cynamomũ ſuaue, ducẽtos quinquaginta ſiclos:
& calamum ſuauem, ducentos quinquaginta ſiclos,& caſiæ quingentos ſiclos, ſecundũ ſiclum
ſanctũ,& oleum ex oliuis hin,& facies illud oleum chriſmatis ſancti unguentũ arte pigmenta-
rij. Hæc aũt in lege quidem referri audierat ſponſa, ſed rationẽ eorũ ueritatemq; nũc perſpicit.
Vide ergo quod iſtæ quatuor ſpecies unguenti iſtius, formã tenebant incarnationis uerbi dei,
quod ex quatuor elementis cõpaginatum, corpus aſſumpſit: in quo corpore myrrha illa mor-
tis eius, quã ſiue ut pontifex pro populo, ſiue ut ſpõſus pro ſpõſa ſuſcepit, ſeruat indicia. Quod
uero nõ ſimpliciter myrrha, ſed flos myrrhæ & myrrhæ electæ ſcriptũ eſt: nõ ſolũ mortẽ eius,
ſed & primogenitũ eum futurorũ ex mortuis indicabat, atq; eos qui complantati fuiſſent, ſimi
litudini mortis eius: non ſolũ uocatos, ſed electos futuros. Cynamomũ uero immaculatum dici
tur, propter eccleſiã ſine dubio, quam purificauit lauacro aquæ,& immaculatã fecit, nõ haben-
tem maculam aut rugã, aut aliquid huiuſmodi. Sed & calamus aſſumitur: quia lingua eius etiã
eſt calamus ſcribæ uelociter ſcribentis, doctrinæ gratiam pigmentis deſignans ſuauitatis. In eis
quoq; ſpecies adhibet calidiſſimas, ut referant ad ardentiſſima: in qua uel ſpiritus ſancti feruor,
uel futuri per ignẽ iudicij oſtenditur forma. Numerus uero quingentorũ uel ducentorũ quin-
quaginta ſiclorũ in eo myſterium tenet, centupliciter perfectorũ, ut remiſſionẽ peccatorum per
eum datã ſignificet: quinquagenarius enim iubileus in his eſt quintupliciter poſitus. Sed hæc
omnia oleo puro colligũtur: per quod oſtẽditur, uel miſericordiæ uel ſalutis cauſa fuiſſe, quod
is qui erat in forma dei, formã ſerui ſuſceperit: uel ea quæ ex materiali ſubſtãtia in Chriſto fue-
rant aſſumpta, per ſpiritũ ſanctũ redacta in unũ fuiſſe, atq; in unã ſpeciem, quæ eſt perſona me-
diatoris effecta. Illud ergo oleũ materiale, nullo genere oleũ læticiæ appellari potuit. Iſtud autẽ
oleũ, id eſt, ſpiritus ſancti unguentũ, quo unctus eſt Chriſtus,& cuius nũc odorẽ percipiẽs ſpõſa
admirata eſt: oleũ læticiæ, quia fructus ſpiritus gaudiũ eſt, merito appellatur quo unxit eũ deus
qui dilexit iuſticiã,& odio habuit iniquitatẽ. Propterea enim dicitur: Vnxit eũ dominus deus
ſuus oleo



A ſuus oleo læticiæ præ participibus ſuis. Et ideo odor unguentorũ eius eſt ſuper omnia aroma-
ta. Simili autem expoſitione utimur, etiam ſi ad unamquãq; animã in amore & deſiderio uerbi
dei poſitam transferatur hic ſermo: cui fuerint oẽs doctrinæ per ordinẽ decurſæ: in quibus an-
te agnitionem uerbi dei, exercitata uidetur & erudita: ſiue ex moralibus deſcendẽtes, ſiue ex na-
turalibus ſcholis. Erant enim ei omnia iſta aromata quædam, pro eo quod in his inſtitutio pro
babilis,& morũ conquiritur emendatio, quod deprehenditur in his uanitas ſeculi,& caducarũ
rerũ reſpuuntur falſa miracula. Erãt ergo ei hæc omnia uelut aromata et odoramenta quædam
animæ pigmenta. Sed ubi ad cognitionem diuinorũ myſteriorum,& diuinorum dogmatum
ſcientiam uentum eſt: ubi ad ianuas ſapientiæ ipſius,& ſapientiæ non huius mundi, neq; prin
cipum huius mundi, qui deſtruuntur acceſſum eſt, ſed ad ipſam dei ſapiẽtiam, quæ inter perfe
ctos diſſeritur: & ubi myſterium, quod prioribus generationibus non fuit notũ, filijs hominũ
reuelatum eſt: ubi inquam anima ad tanti cognitionẽ aſcẽdit arcani: merito dicit: Odor unguẽ-
torũ tuorũ, ſpiritualis ſcilicet intelligẽtia & myſtica, ſup oĩa aromata, moralis naturaliſq; phi-
loſophiæ. Non aũt lateat nos, quod in quibuſdã exemplaribus pro eo quod legimus: Quia bo
na ſunt ubera tua ſuper uinum: inuenimus ſcriptũ: Quia bonæ ſunt loquelæ tuæ ſuper uinũ,
quod quis uideantur ſignificaſſe euidentius ea ipſa, quæ à nobis ſpirituali interpretatiõe diſſer-
ta ſunt: tamen nos Septuaginta interpretũ ſcripta per omnia cuſtodimus, certi quod ſpiritus
ſanctus myſteriorũ formas obtectas ineſſe uoluit in ſcripturis diuinis, & nõ palã atq; in pro-
patulo haberi. Vnguẽtum exinanitũ nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, ac
traxerunt te poſt ſe. In odore unguentorum tuorum curremus. Hiſtorica quidem expoſitio ea
dem quæ in ſuperioribus, percurrit etiam in præſenti loco, donec fiat aliqua mutatio perſona-
rum. Ita quippe ordo dramatis, qui à nobis in hac expoſitione receptus eſt, poſcit. Poſſunt ſa
nè in prophetia quædam uideri ex perſona ſponſæ prolata de Chriſto, quod futurum eſſet
B in aduentu domini & ſaluatoris noſtri, ut nomen eius ita per orbẽ terræ,& per uniuerſum mũ
dum diffunderetur, ut fieret odor ſuauitatis in omni loco, ſicut et Apoſtolus dixit: Quia Chri
ſti bonus odor ſumus, in omni loco: Alijs quidem odor ex morte in mortem: alijs autẽ odor
de uita in uitam. Si enim omnibus fuiſſet odor uitæ in uitam, dixiſſet utiq; & hic: Omnes dile
xerũt te,& traxerunt te. Sed nunc ait: Vbi nomen tuũ eſt factũ unguentum exinanitũ, dilexe-
runt te: nõ illæ uetulæ, ac ueterẽ hominem indutæ animæ, neq; rugas habẽtes, neq; maculas:
ſed adoleſcentulæ, in augmẽto ſcilicet ætatis & pulchritudinis poſitæ animæ: quæ ſemper in-
nouãtur,& de die in diẽ renouãtur: nouũ ſe hominẽ induentes, qui ſecundũ deum creatus eſt.
Propter iſtas ergo adoleſcentulas, & in augmẽtis uitæ & profectibus poſitas: exinaniuit ſe il-
le, qui erat in forma dei, ut fieret unguentũ exinanitũ nomen eius, ut non iam inacceſſam lucẽ
tãtummodo habitaret,& in forma dei permaneret, ſed uerbũ caro fieret: quo poſſent iſtæ ado
leſcentulæ & in augmẽtis profectuũ poſitæ animæ, nõ ſolũ diligere, ſed & trahere eum ad ſe.
Trahit enim unaquæq; anima,& aſſumit ad ſe uerbũ dei pro capacitatis & fidei ſuæ menſura.
Cũ aũt traxerint ad ſe animæ uerbũ dei,& ſenſibus ſuis atq; intellectibus inſeruerint, & dulce-
dinis eius & odoris ſenſerint ſuauitatẽ: ubi unguẽtorum eius fragratiã ceperint, rationem dun
taxat aduentus eius & redẽptionis ac paſſionis cauſas charitatemq; agnouerint, qua pro ſalute
omnium uſq; ad mortẽ crucis, immortalis acceſſit: & his omnibus uelut diuini cuiuſdã & inef-
fabilis unguenti odoribus inuitatæ adoleſcẽtulæ, id eſt animæ, plenæ uigoris atq; alacritatis ef
fectæ: currũt poſt ipſum, atq; ad odorẽ ſuauitatis eius nõ leni gradu, nec tardis paſſibus, ſed ra
pido curſu,& tota properatione feſtinãt: quemadmodum & ille qui dicebat: Sic curro, ut com
prehẽdam. Verũ quod ait: Vnguentum exinanitũ nomẽ tuũ, propterea adoleſcentulæ dilexe
rũt te,& traxarunt te poſt ſe: In odorem unguẽtorũ tuorum curremus: trahunt ad ſe Chriſtum
adoleſcentulæ: ſi quidem de eccleſijs intelligatur: quæ una quidem eſt, cum perfecta eſt. Mul
tæ uero ſunt adoleſcentulæ, cũ adhuc inſtruuntur & proficiunt. Iſtæ ergo trahũt ad ſe Chriſtũ
per fidem: quia Chriſtus ubi uderit congregatos duos uel tres in fide nominis ſui, uadit illuc,
& eſt in

C & eſt in medio eorũ,fide eorum tractus,& unanimitate prouocatus.Si uero tertia expoſitione,
de anima uerbum dei ſequente intelligi hæc oportet, quæcunq; anima fuerit erudita:primo in
moralibus, ſecũdo etiam in naturalibus exercitata,per illa omnia quæ in his diſciplinis edoce-
ri ſupra oſtendimus,ipſa morũ emendatio,& eruditio rerũ,ac probitas diſciplinæ,trahit ad ſe
uerbum dei.Et libẽs trahitur.Gratiſſime enim ad eruditas animas uenit,& trahi ſe ab his indul
genter accipit,benigneq; cõcedit.Requiro ſanè ſi ſolum nomẽ eius quia unguentũ factũ eſt exi-
nanitũ,tantum operis egerit,& ita ſuſcitarit adoleſcẽtulas:ut primo traherẽt eum ad ſe,& habẽ-
tes eũ apud ſe,caperent unguentorum eius odorẽ,& ſtatim currerent poſt eũ. Si hæc,inquam,
omnia ſolo nomine eius effecta ſunt,quid putas faciet ipſa eius ſubſtantia? Quid ex illa adole-
ſcentulæ iſtæ uirtutis,quid uigoris accipient:ſi quo pacto potuerint aliquãdo ad ipſam incom-
prehẽſibilem atque ineffabilem ſubſtantiam eius peruenire? Ego puto quod ſi ad hoc aliquan-
do peruenerint,iam nõ ambulent,neq; currãt:ſed uinculis quibuſdam charitatis eius aſtrictæ,
adhæreant ei,ne ultra mobilitatis alicuius ullus in eis reſideat locus,ſed ſint cũ eo unus ſpiritus,
& compleatur in eis illud,quod ſcriptũ eſt:Sicut tu pater in me,& ego in te unum ſumus; ita &
iſti in nobis unum ſint.Sed nunc interim,ut uidetur,ſponſa conſociatis ſibi adoleſcẽtulis mul-
tis,quarum in poſterioribus nullus eſſe numerus dicitur,ab uno ſolo ſenſu,id eſt,odoratu tan-
tummodo capta,currere ſe in odorem unguẽtorum ſponſi cõmemorat;ſiue quod ipſa curſu in
digeat adhuc & profectu:ſiue quod ipſa quidem perfecta ſit,pro his autem adoleſcentulis, quæ
adhuc curſu & profectibus indigent,etiam ipſa ſe currere fateatur:ſicut & ille,qui cum ipſe ſub
lege nõ eſſet,fit tamen ſub lege,ut eos qui ſub lege ſunt,lucrifaciat.Et iterum cũ in lege ſit Chri-
ſti,his tamen qui ſine lege ſunt,fit & ipſe ſine lege,ut eos qui ſub lege ſunt,ſaluet.Et hoc fit,ut di
ximus:ſolo adhuc odoratu eius accepto.Quid putas agent,cũ & auditum earum, & uiſum, &
tactũ,guſtumq; occupauerit uerbum dei,& ſingulis quibuſq; ſenſibus,uirtutes ex ſe competen
D tes naturæ earũ capacitatiq; præbuerit,ita ut oculus ſi uidere potuerit gloriã eius, gloriã tanq̃
unigeniti à patre:aliud ultra iã uidere nolit:neq; auditus aliud,quã uerbũ uitæ et ſalutis audire.
Sed & cuius manus palpauerit de uerbo uitæ,nihil ultra materiale,nihil fragile caducũq; pal-
pabit:nec guſtus cũ guſtauerit bonũ uerbũ dei,carnemq; eius & panem,qui de cœlo deſcẽdit,
aliud quid poſt hæc guſtare patietur.Præ dulcedine nãq; ipſius & ſuauitate, omnis reliquus ei
ſapor aſper uidebitur & amarus,& ideo hoc ſolo ueſcetur. Omnẽ nanq; ſuauitatem quãcunq;
cupierit,in hoc inueniet:ad omnia nanq; aptũ ſe reddit & habilem. Deniq; his qui ex incorru-
ptibili ſemine regenerantur,rationabile & ſine dolo efficitur lac.His uero qui infirmantur in ali
quo,olera ſe præbet,ad hoſpilitatis amicitiam & gratiã.His uero qui pro poſſibilitate ſumendi
exercitatos habent ſenſus,ac diſcretionem boni & mali, cibum ſe ſolidum præbet.Si qui uero
ſunt qui exierint de Aegypto,& ſecuti columnam ignis & nubis in eremũ uenerint,de cœlo ad
illos deſcendit,minutum & ſubtilem eis præbens cibũ angelico ſimilem,ita ut panem angelo-
rum manducet homo.Habet & alias multas in ſemetipſo atq; innumeras ciborum differẽtias,
quas interim pelle quis & carne oſſibuſq; indutus & neruis,capere non poteſt. Qui autem di-
gnus fuerit redire,& eſſe cum Chriſto:quiq; in paruo fidelis inuentus,cõſtituetur ſuper multa:
ille guſtabit & capiet uoluptatẽ domini:perductus ad locũ quendã qui ꝓ huiuſmodi ciborũ co
pijs & uarietatibus,deliciarũ nominatur locus.Propter quod & in Eden poſitus dicitur, quod
delicias indicat.Ibi enim dicetur ad eũ,deliciare in domino. Deliciabitur autem nõ in uno ſolo
edendi,guſtãdiq; ſenſu,ſed & auditu deliciabitur & uiſu,& tactu,odoratuq; deliciabitur,in odo
rem nanq; unguenti eius curret.Et ita omnibus ſenſibus ſuis deliciabitur in uerbo dei,is qui ad
ſummam perfectionis ac beatitudinis uenerit.Vnde & in his poſiti locis, deprecamur audito-
res horum,ut mortificent carnales ſenſus,ne quid ex his quæ dicũtur,ſecundum corporis mo-
tus excipiãt,ſed illos diuiniores interioris hominis ad hæc capienda ſenſus exhibeãt,ſicut Salo
mõ edocet nos,dicens:Senſum autẽ diuinũ inuenies.Et ut Paulus quoq; ad Hebræos ſcribit de
perfectis,ut ſupra memorauimus:qui exercitatos habẽt ſenſus ad diſcretionem boni uel mali,
oſtendens



A oſtendens eſſe in homine præter hos corporeos ſenſus,quinq; alios nihilominus,qui per exer-
citia quæruntur:& exercitati dicuntur,cũ ſcilicet intelligentiam rerũ acumine acriore diſcutiũt.
Non enim perfunctorie, & ut libet audiendum eſt, quod Apoſtolus de perfectis dicit: Quia
exercitatos habẽt ſenſus ad diſcretionẽ boni uel mali.Quod ut clarius eluceſcat:ſumamus,ſi ui-
detur,exemplum ab his corporalibus ſenſibus,& ita demum ſtatim ad illos diuinos, quos ſcri-
ptura nominat ſenſus interioris hominis ueniemus.Si enim corporeus oculus exercitium uiſus
habeat,nullo impediente obſtaculo,integre,& abſq; ulla falſitate uel colores corporum uel ma
gnitudines qualitateſq; deprehẽdet.Nam ſi aut caligine,aut alia qualibet infirmitate impediatũ
aſpectus,& rubrum pro albo,& uiride pro nigro,aut rectũ putat eſſe aliquid cũ curuum ſit &
tortuoſum,cõturbabitur ſine dubio iudicium mentis: & aliud pro alio agetur. Ita ergo & inte-
rior uiſus,niſi eruditione & induſtria fuerit exercitatus,quo per multam peritiam diſcretionem
boni habeat ac mali,ſed ignorantia & imperitia tanq̃ caligo oculis inciderit:aut etiam maliciæ
alicuius languor tanq̃ lippis oculis acceſſerit,diſcrimen boni aut mali intueri nullatenus poſſit:
& inde fiet ut mala pro bonis agat;bona uero pro malis ſpernat. Secũdum hanc uero formam
quam de uiſu corporis animæq; tractauimus,conſequenter etiã de auditu,& guſtu,& odoratu,
tactuq; per ſingulas quaſq; ſui generis uirtutes ſenſuũ corporalium,referemus ad animæ ſen-
ſus,quæ in ſingulis adhibere debeant exercitia,quæq; debeat emendatio parari dilucide reco-
gnoſcemus.Hæc aũt paulo latiori exceſſu proſequuti ſumus,oſtendere uolentes odoratũ ſpon-
ſæ & adoleſcentularum:quo odoratæ ſunt odorẽ unguentoꝝ ſponſi nõ corporis ſenſus,ſed di-
uini odoris illius & interioris,qui appellatur hominis dici.Hic ergo odorationis ſenſus, in quo
ſanus eſt & integer,odore Chriſti accepto,ex uita adducit ad uitã. Si uero nõ ſit ſanus,hoc odo-
re ſuſcepto, de morte in mortẽ deijcit, ſecundũ illũ qui dicebat: Quoniam Chriſti bonus odor
ſumus:alijs quidẽ de uita in uitam;alijs autẽ odor de morte in mortẽ.Deniq; & hi quibus intel
B lectus herbarum eſt pigmentorumq; peritia,ferunt quædam eſſe pigmenta,quorũ ſi odorẽ cœ
perint nonnulla animalia,cõtinuo intereunt:alia uero eodẽ odore recreantur,uitamq; recipiũt.
Et nũc ergo in his ipſis expoſitionibus & ſermonibus quos habemus in manibus, uidetur alijs
eſſe uita ex uita,alijs uero mors ex morte.Nam ſi hæc exponi,ita audiat animalis qui dicitur ho
mo,qui nõ poteſt percipere & intelligere quæ ſunt ſpiritus dei,irridebit ſine dubio atq; inepta
hæc eſſe & inania pronunciabit,dicens,ſomnia potius q̃ rerum cauſas & dogmata diuina tra-
ctari.His ergo odor hic canticicanticoꝝ efficitur de morte in mortẽ,ſcilicet de morte infidelita-
tis in mortẽ iudicij & cõdemnationis.Sequentibus uero ſpiritualẽ ſenſum & ſubtilẽ, atq; intelli
gentibus maiorem ineſſe ueritatẽ,in his quæ nõ uidentur,q̃ in his quæ uidentur:& ueriora ha-
beri apud deũ inuiſibilia:& ſpiritualia magis,q̃ uiſibilia & corporalia,amplectenda ſine dubio
huiuſmodi intelligentia uidebitur & ſequenda.Agnoſcunt em̃ tale eſſe intelligẽdæ ueritatis iter
quo peruenitur ad deũ.Sed ſiquidẽ alienus à fide ſit is qui hæc ſtulta iudicat & irridenda, nihil
mirum.Si uero aliquis ex his ſit qui uidentur credere,& ſcripturarũ autoritatem recipere:nõ ta
men recipit expoſitionis huius ſpiritualis formã,ſed irridet & derogat,tẽtemus ex alijs ſcriptu-
rarum locis inſtruere eum ac perſuadere.Qui ſi forte poterit ſic reſipiſcere, & talia quædam di-
camus ad eum,ſcriptũ eſt;Præceptum domini lucidũ illuminans oculos.Dicat ergo nobis,qui
ſunt oculi qui illuminãtur luce præcepti.Et iterum:Qui habet aures audiendi,audiat: quæ ſunt
aures iſtæ,quas qui habuerit,ipſe ſolus uerba Chriſti audire dicatur.Et iterum: Quoniam Chri
ſti bonus odor ſumus deo. Et in alijs: Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt dominus.Et quod
alius ait:Manus noſtræ palpauerunt de uerbo uitæ.Putáſne in his omnibus nõ mouebitur, ut
aduertat hæc uniuerſa non de corporeis ſenſibus dicta,ſed de his quos ſecundũ interiorem ho-
minem ineſſe unicuiq; docuimus,niſi ſi contentionis & iactantiæ uitio agitur,qui eiuſmodi eſt.
Quibus uitijs(quoniam & uiſus ille interior excæcatur,& odoratus obcluditur,& obturatur au
ditus) merito,nec uidere quæ ſpiritualia ſunt,nec audire poteſt. Sed nec odorem iſtum Chriſti
capere:quo nunc recepto,adoleſcentulæ iſtæ, in quibus bene ſanus & uigens erat hic ſenſus: in
N N odorem

C odorem unguentorum eius currunt poſt ipſum: nec deficiunt currentes, aut laborant, quia ſua-
uitate odoris ipſius qui eſt de uita in uitam refectæ, iugiter inualeſcunt. Poteſt adhuc & hoc mo
do accipi, quod ait: Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerũt
te. Vnigenitus dei filius cum in forma dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, & formam ſerui acce-
pit. Exinaniuit autem de plenitudine ſine dubio in qua erat. Illi ergo qui dicunt: Quia de pleni-
tudine eius nos omnes accepimus, ipſi ſunt adoleſcentulæ, quæ de ea plenitudine ex qua ſe ille
exinaniuit: & factum eſt unguentum exinanitũ nomen eius, percipientes dicunt: Poſt te in odo-
rem unguentorum tuorum curremus. Niſi enim exinaniſſet unguentum: hoc eſt, plenitudinẽ
diuini ſpiritus, & humiliaſſet ſe uſq; ad formam ſerui, capere cum nullus in illa diuinitatis ple-
nitudine potuiſſet: niſi ſola fortaſſis ſponſa, pro eo quod uidetur indicare: quia unguẽtum iſtud
exinanitum non ſibi, ſed adoleſcentulis dilectionis dederit cauſam. Sic enim dicit: Vnguentum
exinanitum nomen tuum: propterea adoleſcentulæ dilexerunt te. Ac ſi diceret: Adoleſcentulæ
quidem propterea dilexerunt te: quia exinaniſti te de forma dei, & factum eſt unguentum exi-
nanitum nomen tuum: ego autem non pro exinanito unguento, ſed pro ipſa unguentorum
plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco, ubi dicit: Odor unguentorum tuorum ſuper
omnia aromata. Quod uero etiam ipſa cum adoleſcentulis poſt ipſum ſe curſuram dicit: hanc
aio eſſe cauſam, quod perfecti quiq; omnia omnibus fiant, ut omnes lucrifaciant, ſicut iam ſu-
pra expoſuimus. Introduxit me rex in cubiculum ſuum: exultemus & iocundemur in te. Cum
indicaſſet ſponſo ſuo ſponſa, quod adoleſcentulæ odore eius captæ, currerent poſt ipſum, cum
quibus etiam ipſa curſura eſſet, ut eis formam præberet in omnibus: nunc quaſi laboris ſui con
ſecuta iam palmam pro eo, quod concurrerit currentibus, introductam ſe dicit ab ſponſo rege
in cubiculum eius, ut ibi uideret cunctas opes regias. In quo utiq; merito iocundatur & exultat,
utpote quæ ſecreta iam regis & arcana proſpexerit. Hic eſt ſecundum propoſitum dramatis or
D dinem, quaſi hiſtoricus intellectus. Sed quoniam cuius res agitur eccleſia eſt ad Chriſtum ue-
niens, uel anima uerbo dei adhærens: quod aliud cubiculum Chriſti, & promptuarium dei cre
dendum eſt: in quo uel eccleſiam, uel animam cohærentem ſibi introducat, niſi ipſe arcanus ſen
ſus eius & reconditus, de quo & Paulus dicebat: Nos autem ſenſum Chriſti habemus, ut ſcia-
mus quæ à deo donata ſunt nobis. Hæc illa ſunt, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus his qui diligunt eum. Cum igitur Chriſtus ani
mam in intelligentiam ſui ſenſus inducit, in cubiculum regis introducta dicitur: in quo ſunt the
ſauri ſapientiæ ac ſcientiæ eius abſconditi. Non mihi autem uacuum uidetur, quod cũ potuiſſet
dicere: Introduxit me ſponſus meus aut fraternus meus, aut aliquid huiuſmodi: ut ei moris eſt:
nunc quia cubiculum dictura erat, regis dixerit cubiculum: & non aliud nomẽ poſuerit, in quo
poſſet fortaſſis aliquis etiam mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regem nomina-
tum, ut oſtenderetur per hoc nomen prædiues cubiculum, utpote regium, & multis atque im-
menſis opibus repletum. Propè hunc omnino mihi uidetur fuiſſe & ille, qui dixit raptũ ſe eſſe
uſq; ad tertium cœlum: & inde in paradiſum, & audiſſe uerba ineffabilia, quæ non licet homi-
ni loqui. Quid enim putas eſſe illa uerba quæ audiuit: nónne à rege audiuit, & in cubiculo, &
propè cubiculum poſitus audiuit: Et erant credo illa uerba talia quædam, quæ hortarentur eũ
ad maiorem profectum, & promitterent ei, quod ſi perſeueraret uſq; in finem, & ipſe poſſet in-
trare regis cubiculum, ſecundum illud quod per prophetam quoq; promittitur: Dabo tibi the
ſauros obſcuros, occultos, inuiſibiles. Aperiam tibi ut cognoſcas, quia ego ſum dominus deus
tuus, qui uocaui nomen tuũ Iſraël. Currunt ergo adoleſcentulæ poſt ipſum & in odorem eius,
unaquæq; tamen pro uiribus: alia quidem uelocius, alia paulo tardius, alia etiam inferius cæte-
ris & ultimo, alia primo loco: uerũtamen currũt omnes: ſed una eſt perfecta quæ cucurrit ſic, ut
perueniret & ſola acciperet palmã. Sola enim eſt quæ dicit: Introduxit me rex in cubiculũ ſuũ:
cum prius nõ de ſola, ſed de pluribus dixiſſet: quia poſt te in odorem unguentorũ tuorũ curre-
mus. Introducitur ergo in cubiculum regis, & efficitur regina: & ipſa eſt de qua dicitur: Regina
aſtitit



A aſtitit à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circũdata uarietatibus. De his autẽ adoleſcentulis, quæ
poſt ipſam cucurrerant, & procul ab ea in ipſis currendi ſpacijs remanſerant, dicitur: Adducen-
tur regi uirgines poſt eam, proxime eius adducentur tibi. Adducentur in lætıcia & exultatione,
inducentur in templũ regis. Sed & illud etiam in hoc aduertere debemus, quod ſicut rex habet
cubiculum quoddam in quod reginam ſiue ſponſam ſuam introducit: ita habet & ſponſa ſuũ
cubiculum in quod monetur per uerbũ dei ingreſſa claudere oſtiũ: & ita cõcluſis illis omnibus
diuitijs ſuis, intra illud cubiculum, orare eum qui uidet in abſcõdito, & perſpicit quantas opes,
animi ſcilicet uirtutes intra cubiculum ſuum ſponſa cõdiderit: & uidens eius diuitias, det ei peti
tiones ſuas. Omni enim habenti dabitur. Quod aũt ait, exultemus & iocundemur in te: uidetur
ex perſona adoleſcentularum dici, uel optantiũ & petentium à ſponſo: ut quemadmodum ſpõ
ſa cõſecuta eſt quæ perfecta ſunt & exultat, ita ipſæ etiã ſuum implere curſum & peruenire uſq;
ad regis cubiculũ mereantur, ut perſpectis & intuitis omnibus his, de quibus illa gloriatur, etiã
ipſæ exultent ſicut & illa, & iocũdentur in eo. Vel etiã ad ſponſam poteſt dictũ uideri ab adole-
ſcentulis congratulantibus ei, & promittentibus petentibusq;, ut participes fiant exultationis
eius & læticiæ. Diligemus ubera tua ſuper uinũ. Sponſa quidem poſtq; oſcula meruit ab ipſo
ſponſi ore ſuſcipere, & uberibus eius perfrui, ait ad eũ: Bona ſunt ubera tua ſuper uinum. Adole
ſcentulæ uero quæ nondũ ad id beatitudinis uenerãt, neq; ſummã perfectionis acceperãt, neq;
uſu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerant: ut quaſi expertæ pronũciarent de ube-
ribus eius, quia bona ſunt: uidentes tamen ſponſam delectari & refici ex uberibus ſponſi, ex fon
tibus ſcilicet ſapientiæ & ſcientiæ, quæ de uberibus eius fluunt, & pocula cœleſtis doctrinæ ſu-
mentes, tanq; imitatrices perfectionis eius, & deſiderantes eiſdem ueſtigijs incedere, promittunt
& dicunt: Diligemus ubera tua ſuper uinum: id eſt, nos quidem nondum in id perfectionis aſcẽ
dimus: ut iam diligamus ubera tua plus q̃ uinũ, uel certe ubera tua quæ ſunt ſuper uinũ (utroq;
enim modo ſenſus ſtare uidebitur) gerimus tamen ſpem: utpote adoleſcentulæ in id ætatis pro-
B ficere, quo poſſimus, non ſolũ paſci, & ali ex uberibus uerbi dei, ſed & diligere alentem. Iſtæ ſunt
autem adoleſcentulæ, ut ſæpe iam diximus animæ, quæ primis, & initio ualentibus eruditioni-
bus uidentur imbutæ: & uelut uino quodam lætificatæ, inſtitutione tuorũ dũtaxat curatorũq;
& pædagogi: utpote paruulæ, & quæ haberent quidẽ in uiribus amare uinũ: nõ tamen haberẽt
in ætate, ut amore uberũ ſponſi moueri, aut excitari poſſent. Sed ubi aduenit plenitudo tempo-
rum, & Chriſtus in eis profecit ætate & ſapientia, & iam ſentire cœperunt quid ſint ubera ſpon
ſi, quæq; in his perfectio uerbi dei, & doctrinæ ſpiritualis plenitudo deſignetur, etiã promittũt:
quia pluſq; uinum quod nunc tanq; paruulæ bibunt, dilecturæ ſint ubera ſponſi: id eſt, propẽ-
ſiores futuræ erga perfecta, & omni plenitudine decreta dogmata Chriſti, q̃ iam antea ſiue in
cõmunibus ſtudijs, ſiue in legis & prophetarũ uiſæ ſunt inſtitutionibus extitiſſe. Aequitas dile-
xit te. Etiam hoc mihi uidentur adoleſcentulæ proloqui, uelut ſatisfacientes, pro eo quod dile-
cturas ſuper uinum ſe promiſerunt ubera ſponſi: & non iam in præſenti diligant, neq; integrã
uim charitatis oſtẽdant. Eſt ergo uox iſta uelut incuſantiũ ſemetipſas, quaſi quæ nondũ abiecta
omni iniquitate peruenerint ad æquitatem, ut poſſint iam diligere uinum ſuper ubera ſponſi,
ſcientes inconueniens eſſe, ut aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo, qui ad perfectionem ſpiri-
tualis & myſticæ doctrinæ peruenerit. Quia ergo ſumma perfectionis in charitate conſiſtit: cha-
ritas autem nihil iniquitatis admittit: ubi autẽ nihil iniquitatis eſt, ibi ſine dubio eſt æquitas: me
rito ergo æquitas eſſe dicitur quæ diligit ſponſum. Et uide, ſi nõ ob hoc etiã uidetur illud in euã-
gelio à ſaluatore dictũ: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Si ergo qui diligit Chriſtum, man-
data eius cuſtodit: & qui mandata eius cuſtodit, nulla eſt in eo iniquitas, ſed æquitas in eo per-
manet: æquitas ergo eſt quæ mandata eius cuſtodit, & diligit Chriſtum. Et rurſum: Si is qui mã-
data cuſtodit, ipſe diligit Chriſtum, mandata autem in æquitate ſeruãtur, & æquitas eſt quæ di-
ligit Chriſtum: qui iniquum aliquid gerit, neq; mandata cuſtodit, neq; diligit Chriſtum. Erit er
go ut quantum iniquitatis in nobis eſt, tantum longe ſimus à dilectione Chriſti: & tantũ man-

NN 2 datorũ

C datorum eius præuaricatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quandã directã ponamus eſſe
æquitatem:ut ſi quid in nobis iniquitatis eſt, hanc adhibentes & ſuperducentes directoriã man
datorum dei:ſi quid in nobis curuum,ſi quid tortuoſum eſt,ab huius regulæ linea reſecetur, ut
poſſit & de nobis dici:Aequitas dilexit te.Poſſumus autem etiam ſic accipere,ut uideatur ſimi-
le eſſe quod dixit:Aequitas dilexit te,ac ſi dixiſſet:iuſticia dilexit te,& ueritas & ſapientia & pu-
dicitia & ſingulæ quæq; uirtutes.Nec mireris ſanè,ſi dicimus uirtutes eſſe quæ diligunt Chri-
ſtum,cum in alijs ipſarũ uirtutũ ſubſtantiã,Chriſtum ſoleamus accipere.Quod & frequẽter in-
uenies in ſcripturis diuinis,pro locis & opportunitatibus aptari.Inuenimus nãq; ipſum & iuſti
ciam dici & pacẽ & ueritatẽ.Et rurſum ſcriptũ eſt in pſalmis:Iuſticia & pax oſculatæ ſunt. Et ue
ritas de terra orta eſt,& iuſticia de cœlo proſpexit:quæ utiq; oĩa & ipſe eſſe, & rurſum ipſum
dicuntur amplecti.Sed & ſponſus idem dicitur,idẽ etiã ſponſa nominatur,ut in prophetia ſcri-
ptum eſt:Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram,& ſicut ſponſam ornauit me ornamento.

## HOMILIA SECVNDA.

FVſca ſum & formoſa filiæ Hieruſalem,ut tabernacula Cedar,ut pelles Salomonis. In alijs
exemplaribus legimus:Nigra ſum & formoſa.Rurſus in hoc perſona ſponſæ loquentis in-
troducitur.Loquentis autem non ad illas adoleſcentulas,quæ cum ipſa currere ſolent,ſed ad fi-
lias Hieruſalem,quibus tanq; his quæ derogauerint fœditati eius,reſpondere uidetur & dicere:
Fuſca quidem ſum uel nigra,quantum ad colorem ſpectat filiæ Hieruſalem: formoſa uero, ſi
quis interna membrorũ lineamẽta perſpiciat.Nam & tabernacula,inquit, Cedar, quæ eſt gens
magna,nigra ſunt:& ipſa gens Cedar,nigredo,uel obſcuritas interpretatur.Sed & pelles Salo-
monis nigræ ſunt:nec tamen ob hoc tanto regi,in omni gloria ſua pellium uiſa eſt indecora ni-
gredo.Non ergo mihi ò filiæ Hieruſalem,exprobretis culpam coloris:cum ſiue naturalis, ſiue
exercitio quæſita corpori pulchritudo non deſit.Hæc continet hiſtoricum drama & propoſitæ
D fabulæ ſpecies.Sed redeamus ad ordinem myſticum.Hæc ſponſa quæ loquitur,eccleſiæ perſo-
nam tenet ex gentibus congregatæ.Filiæ uero Hieruſalem ad quas ei ſermo eſt, illæ ſunt ani-
mæ quæ propter electionem patrum,chariſſimæ quidem dicuntur,inimicæ autẽ propter euan
gelium.Iſtæ ſunt filiæ Hieruſalem ciuitatis terrenæ,quæ uidentes eccleſiam ex gentibus, ꝗ̃uis
pro eo ignobilem,quod generoſitatem ſibi Abrahã,& Iſaac,& Iacob non poſſit aſſcribere: obli
uiſcentem tamen populum ſuum & domum patris ſui,atq; ad Chriſtum uenientem ſpernunt
eam:& pro ignobilitate generis offuſcant.Quod ſponſa ſentiens,filias prioris populi imputari
ſibi,& pro hoc etiam nigram ſe appellari,quaſi quæ paternæ eruditionis non habeat claritatẽ,
reſpondens ad hæc dicit:Nigra ſum quidem ò filiæ Hieruſalem,pro eo quod non deſcendo de
ſtirpe clarorum uirorum:neq; illuminationem Moſi legis accepi, habeo tamen pulchritudinẽ
meam mecum.Nam & in me illud primum eſt,quod ad imaginem dei in me factum eſt: nunc
accedens ad uerbum dei,recepi ſpeciem meam.Quãuis enim pro coloris obſcuritate,compare-
tis me tabernaculis Cedar & pellibus Salomonis:tamen & Cedar ex Iſmaële deſcendit.Secun-
do nãq; loco ex Iſmaële natus eſt,qui Iſmaël non fuit expers diuinæ benedictionis.Sed & pelli
bus Salomonis comparatis me,quæ nõ aliæ ſunt quàm pelles tabernaculi dei, & tamen miror
uos ò filiæ Hieruſalem:mihi coloris uelle exprobrare nigredinem.Quomodo non meminiſtis,
quod in lege ueſtra ſcriptum eſt,quid paſſa ſit Maria quæ derogauit Moſi cum Aethiopiſſam
nigram accepiſſet uxorem?quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nũc ue-
ritate compleri?Ego ſum illa Aethiopiſſa,ego ſum nigra quidem pro ignobilitate generis: for-
moſa uero propter pœnitentiam & fidem.Suſcepi enim in me filium dei, recepi uerbum carnẽ
factum.Acceſſi ad eum,qui eſt imago dei,primogenitus omnis creaturæ:& qui eſt ſplẽdor glo-
riæ & fulgor ſubſtantiæ eius,& facta ſum formoſa. Tu ergo quid improperas conuertenti ſe à
peccato,quod utiq; lex fieri uetat:& quomodo tu gloriaris in lege præuaricans legem? Verum
quoniam in his locis ſumus,ubi eccleſia quæ ex gẽtibus uenit nigram ſe eſſe dicit & formoſam,
ꝗ̃uis longum uideatur eſſe & operoſum colligere ex ſcripturis diuinis,in quibus uel qualiter ſa
cramenti



A cramenti huius forma præceſſerit,tamen nõ mihi penitus omittendum uidetur,ſed ꝗ̃ potuerit
breuiter memorandũ.Primo ergo in Numeroꝝ libro de Aethiopiſſa ita ſcriptum eſt.Et locuta
eſt Maria ad Aaron,& derogauerunt Moſi,propter mulierẽ Aethiopiſſam quã accepit uxorẽ,
& dixerunt:Nunquid Moſi ſoli locutus eſt dñs? Nõne & nobis locutus eſt? Et iterum in tertio
Regnorum libro ſcriptũ eſt de regina Saba,quia uenit à finibus terræ audire ſapientiã Salomo
nis,hoc modo:Regina Saba audiuit nomen Salomonis,& nomen dñi: & uenit tentare eum in
parabolis,& uenit in Hieruſalẽ in uirtute magna ualde:& cameli portantes odoramenta & au-
rum multũ ualde,& lapidem precioſum,& ingreſſa eſt ad Salomonẽ,& locuta eſt ei omnia uer
ba quæ erant in corde ſuo.Et enunciauit ei Salomon omnia uerba eius.Et non fuit uerbũ quod
omiſerit rex,& non enunciauerit rex ei.Et uidit regina Saba omnẽ prudentiã Salomonis,& do
mum quã ædificauit,& cibos Salomonis,& ſedem pueroꝝ eius,& ordinem miniſtrorũ eius,&
ueſtes eius,& uini fuſores eius,& holocauſta eius,quæ offerebat in domo dñi,& obſtupuit & di
xit ad regem Salomonẽ: Verus eſt ſermo quẽ ego audiui in terra mea de uerbo tuo & prudẽtia
tua:& non credidi his qui loquebantur mihi,uſq;quo uenirem & uiderũt oculi mei, & ecce nec
media pars eſt quæ nunciabantur mihi.Addidiſti eñ bona ſuper omnẽ auditionẽ quã audiui
in terra mea.Beatæ mulieres tuæ,beati pueri iſti qui aſſiſtunt in cõſpectu tuo ſemper, & audiũt
omnem prudentiã tuã.Sit dñs deus tuus benedictus,qui tibi dedit ſedẽ Iſraël.Quoniam dilexit
dñs Iſraël, & uoluit eũ permanere in æternum:poſuit te regem ſuper eos,ut facias iudicium cũ
iuſticia & iudices eos.Et dedit Salomoni centũ uiginti talenta auri,& odoramẽta multa ualde,
& lapidem precioſum.Nunq; talia uenerant odoramenta,nec in tanta multitudine, quæ dedit
regina Saba regi Salomoni.Hanc aũt hiſtoriam paulo latius repetere uoluimus,& inſerere huic
expoſitioni noſtræ,ſcientes intantũ conuenire hæc ad perſonã eccleſiæ,quæ ex gentibus uenit
ad Chriſtum,ut ipſe dñs in euangelijs reginæ huius faceret mentionẽ,dicens eam ueniſſe à fini-
B bus terræ,ut audiret ſapientiã Salomonis.Auſtri autẽ reginam dicit eã, pro eo ꝙ Aethiopia in
Auſtri partibus iaceat,& à finibus terræ,quaſi in ultimo poſita.Inuenimus aũt huius ipſius re-
ginæ etiam Ioſephum in hiſtoria ſua facere mentionẽ,addentem etiam hoc,ꝙ poſtea ꝗ̃ regreſſa
eſt,inquit,à Salomone,Cambyſes rex miratus eius ſapientiã,quam ſine dubio ex Salomonis ſa
pientia ſuſceperat,cognominauit,inquit,nomen eius Meroën.Refert autẽ ꝙ non ſolũ Aethio-
piæ,ſed & Aegypti regnum tenuerit.Addemus autem adhuc & ea quæ in ſexageſimoſeptimo
pſalmo,de hac eadem forma continentur.Ait ergo ibi: Diſperge gentes quæ bella uolunt: ue-
nient legati ex Aegypto:Aethiopia præueniet manus eius deo.Eſt adhuc quarto in loco apud
Sophoniam prophetam de hac eadem figura,hoc modo ſcriptũ:Propterea ſuſtine me dicit do
minus,in die reſurrectionis meæ in martyrio:hoc eſt,in teſtimonio:quoniam iudicium meum
eſt ad congregationes gentium,ut ſuſcipiam reges & effundã ſuper eos omnem irã indignatio-
nis meæ:in igne zeli mei conſumetur omnis terra. Quoniam tunc cõuertam in populis linguã
in generationem eius,ut inuocent omnes nomẽ dñi,& ſeruient ei ſub iugo uno.De ultra flumi-
na Aethiopiæ ſuſcipiã eos qui diſperſi ſunt,& afferent ſacrificiũ mihi.In die illa nõ confunderis
Saba ab omnibus adinuentionibus tuis,in quibus impie egiſti in me.Sed & in Hieremia ſcriptũ
eſt:ꝙ principes quidã populi Iſraël miſerint Hieremiã in lacum Melchiæ filij regis, qui erat in
domo carceris,& depoſuerunt eũ cum funibus,& in lacu non erat aqua,ſed cœnum, & erat in
cœno.Audiens aũt Abdimelech Aethiops uir eunuchus,qui erat in domo regis, quia miſerũt
Hieremiam in lacum:locutus eſt regi,& dixit:Dñe rex,male fecerunt uiri iſti omnia quæ fece-
runt in Hieremiã prophetã,quia miſerunt eum in lacũ,& morietur ibi à facie famis: quoniã nõ
ſunt iam panes in ciuitate.Et præcepit rex ipſi Abdimelech Aethiopi,dicẽs: Tolle hinc triginta
homines,& educ eũ de lacu,ut nõ ibi moriat̃.Et quid plura? Abdimelech Aethiops fuit qui Hie
remiã eduxit de lacu.Et paulo poſt factus eſt ſermo dñi ad Hieremiã, dicẽs: Vade & dic Abdi-
melech Aethiopi,dicens:ſic dicit dñs deus Iſraël:Ecce ego adduco uerba mea ſuper ciuitatẽ iſtã
in mala,& non in bona:& ſaluabo te in die illa,& non dabo te in manus hominum quos tu ti-

 mes,

C mes. A facie eorum ſaluans ſaluabo te:& in gladio non cades,ſed erit anima tua in ſalutẽ: quo-
niam confiſus es in me,dicit dñs. Hæc interim ad præſens de ſcripturis ſanctis occurrere potue-
runt,quibus mihi uidetur propoſiti de canticis canticorꝝ uerſiculi myſteriũ comprobari,in quo
dicit:Fuſca ſum ſiue nigra,& formoſa filiæ Hieruſalẽ,ſicut tabernaculũ Cedar,& ſicut pelles Sa
lomonis. Inuenitur ergo Moſes in Numeris accepiſſe Aethiopiſſam uxorẽ fuſcam uel nigram:
pro qua Maria & Aaron derogant ei, & indignantes dicunt: Nunquid Moſi ſoli dñs locutus
eſt? Nónne & nobis locutus eſt? In quo ſi diligenter conſideres,nec conſequentiã ſermo inueniẽ
habere hiſtoricus. Quid enim cõuenire ad rem uidebitur,ut indignantes pro Aethiopiſſa dicãt:
Nũquid ſoli Moſi locutus eſt dñs:nónne & nobis locutus eſt? Oportebat enĩ ſi hoc erat in cau
ſa dici ab eis:nõ oportuit te ò Moſes uxorẽ accipere Aethiopiſſam, & de ſemine Cham, ſed de
genere tuo & de domo Leui. Horũ nihil dicunt,ſed aiunt:Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus:
nónne & nobis locutus eſt? In quo & mihi uidetur ſecundum myſteriũ magis intellexiſſe quod
geſtum eſt,& uidiſſe quod iam Moſes,id eſt,ſpiritualis lex,in nuptias & coniugium congrega-
tæ ex gentibus migraret eccleſiæ:& Mariam,quæ ſynagogæ derelictæ formã:& Aaron,qui ſa-
cerdotij carnalis tenebat imaginem,uidentes ablatũ eſſe à ſemetipſis regnum: & datũ eſſe genti
facienti fructus eius dicere:Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus:nõne & nobis locutus eſt? De-
niq; & Moſes ipſe,cum tanta & tam magnifica eius opera fidei ac patientiæ referantur: nunꝗ;
tantis à deo elatus eſt laudibus,ut nunc cũ Aethiopiſſam duxit uxorem. Nunc de eo dicitẽ,quia
Moſes homo manſuetus ualde ſuper omnes homines qui ſunt ſuper terram, nũc & illud de eo
dicit dominus:quia ſi fuerit in uobis propheta,in uiſionibus loquar ei aut in ſomnijs: nõ ita ut
famulo meo Moſi:qui in omni domo mea fidelis eſt. Os ad os loquar ad eum. In ſpecie & non
in ænigmate gloriam domini uidit. Et cur non timuiſtis detrahere famulo meo Moſi? Hæc o-
mnia pro coniugio Aethiopiſſæ Moſes audire meruit à dño. Verũ de his plenius in libro Nu-
D merorum proſecuti ſumus:quæ ſi quis dignum iudicat noſcere,illa perquirat. Nunc autẽ ſuffi-
ciat approbare ex his,quod ipſa eſt nigra & formoſa & Aethiopiſſa,quam Moſes,id eſt,lex ſpi
ritualis,quæ ſine dubio uerbum dei & Chriſtus eſt,in cõiugium ſuum aſciſcit:licet obtrectẽt &
derogent filiæ Hieruſalẽ,plebs ſcilicet iſta cũ ſacerdotibus ſuis. Videamus autẽ & ea quæ ex ter-
tio Regnorum libro protulimus de regina Saba,& ipſa nihilominus Aethiopiſſa, cui teſtimo-
nium dat dominus in euangelijs:quod in die iudicij ueniat cum uiris generationis incredulæ &
condemnet eos:quia uenit à finibus terræ audire ſapientiã Salomonis,& addit:Quia plus Salo
mone hic:docens per hoc plus eſſe ueritatem,ꝗ; ueritatis figuras. Venit ergo & hæc, imò ſecun
dum figuram eius,eccleſia uenit ex gentibus audire ſapientiã Salomonis ueri,& ueri pacifici do
mini noſtri Ieſu Chriſti. Venit & hæc primo quidem tentans eum per ænigmata & quæſtiones
quæ ei prius inſolubiles uidebantur:atq; ab ipſo de agnitione ueri dei & de creaturis mũdi, uel
de immortalitate animæ,& iudicio futuro:quod apud eam & apud doctores eius, gentiles dũ-
taxat philoſophos,incertum ſemper,aut dubium manebat,abſoluitur. Venit ergo in Hieruſa-
lem ad uiſionem ſcilicet pacis cum multitudine & uirtute multa. Non enim cum una ſola gen-
te ut prius ſynagoga, ſolos habuit Hebræos, ſed cum totius mundi gentibus uenit:deferens
etiam munera digna Chriſto: odoramentorum ſiquidem ſuauitates:opera ſcilicet bona, quæ
ad deum per odorem ſuauitatis aſcendunt. Sed & auro uenit repleta,ſenſibus ſine dubio & ra
tionalibus diſciplinis : quas ante fidem adhuc ex communi & ſcholari eruditione collegerat.
Detulit etiam lapidem precioſum,quem ornamenta morum poſſumus intelligere. Cum hoc
ergo apparatu intrat ad pacificum regem Chriſtum,& ipſi aperit cor ſuum,in cõfeſſione & pœ
nitentia ſcilicet præcedentium delictorum,& locuta eſt ei omnia quæ erãt in corde ſuo. Propter
quod & Chriſtus,qui eſt pax noſtra,enunciauit ei omnia uerba eius ; & non eſt uerbum quod
omiſerit rex,& non enunciauerit ei. Deniq; cum iam tempus paſſionis appropinquaret, ſic lo-
quitur ad eã,id eſt,ad electos diſcipulos ſuos:Iam nõ dicam uos ſeruos,ſed amicos: quia ſeruus
neſcit quid faciat dominus eius. Ego autẽ nota feci uobis omnia quæcunq; audiui à patre meo.





A Sic ergo impletur quod dixit:quia non fuerit uerbum, quod non enunciauerit pacificus domi-
nus reginæ Sabæ,id eſt,eccleſiæ ex gentibus congregatæ. Quod ſi intuearis eccleſiæ ſtatum, &
diſpenſationes eius ordinationesq́; eius conſideres:tunc aduertes quomodo regina mirata ſit
omnem prudẽtiam Salomonis. Simul & require,cur nõ dixerit omnem ſapiẽtiam, ſed omnem
prudentiam Salomonis:quoniam quidem eruditi uiri prudentiã de humanis negocijs:ſapientiã
de diuinis intelligi uolunt. Idcirco fortaſſis & eccleſia nunc interim Chriſti prudentiam miratur,
dum in terris eſt,& inter homines conuerſatur. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, & de
terris translata fuerit ad cœlum,tunc uidebit omnẽ ſapientiã eius,cum iam nõ per ſpeciem,non
per ænigmata,ſed facie ad faciem ſingulis quibuſq; perſpiciet. Vidit autẽ & domũ,quã ædifica-
uit,ſine dubio incarnationis eius myſteria. Ipſa eſt enim domus quam ædificauit ſibi ſapiẽtia:ui-
dit & cibos Salomonis:illos puto,de quibus dicebat:Meus cibus eſt,ut faciam uoluntatem eius
qui miſit me:ut perficiam opus eius. Vidit & ſedem puerorum eius. Eccleſiaſticum puto ordi-
nem dicit,qui in epiſcopatus uel presbyterij ſedibus habetur. Vidit & ordinationes ſiue ſtatio-
nes miniſtrorum eius. Diaconorum ut mihi uidetur ordinem memorat,aſtantium diuino mini
ſterio. Sed & ueſtes eius uidit illas:credo quibus induit eos,de quibus dicitur : Quicunq; autem
in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis. Sed & uini fuſores eius arbitror dici doctores,qui
uerbum dei & doctrinam quaſi uinum populis miſcent:quod auditorum corda lætificet. Vidit
& holocauſta eius,orationũ ſine dubio ſupplicationumq́; myſteria. Hæc ergo omnia ubi uidit
in domo regis pacifici,imò Chriſti:nigra hæc & formoſa,obſtupuit,& ait ad eum. Verus eſt ſer-
mo quẽ audiui in terra mea,de uerbo tuo & de prudẽtia tua. Propter enim uerbum tuum quod
agnoui uerum eſſe uerbum,ueni ad te. Omnia etenim uerba quæ mihi dicebantur,et quæ audi-
ebam cum eſſem in terra mea,à doctoribus ſcilicet ſeculi et philoſophis non erant uera:iſtud eſt
ſolum uerum uerbum quod eſt in te. Sed fortaſſis quærendum uidebitur : quomodo dicat regi
B regina hæc,quia nõ credidi his quæ dicebãtur mihi de te:cum utiq; nec ueniſſet ad Chriſtũ, niſi
crediidiſſet. Sed uide ſi poſſumus hoc modo ſoluere quod proponitur. Non his, inquit, credidi
qui loquebantur mihi. Non enim fidem meam in illos qui locuti ſunt de te,ſed in te direxi:id eſt
non hominibus,ſed tibi credidi deo. Et per illos quidem audiui:ad te autem ueni,& tibi credidi.
Apud quem multo plura uiderunt oculi mei,quàm annunciabantur mihi. Reuera enim cũ per-
uenerit nigra hæc & formoſa in Hieruſalem cœleſtem, & ingreſſa fuerit uiſionem pacis:multo
plura & magnificentiora,quàm nunc ei ſunt annunciata perſpiciet. Nunc enim tanquam in ſpe-
culo et ænigmate:tũc autem uidebit facie ad faciem, cum conſequetur ea quæ oculus non uidit:
nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt. Et tunc uidebit,quia nec medietas eorum eſt
quæ audiuit in hac ſua terra poſita. Beatæ ergo ſunt mulieres Salomonis , animæ ſine dubio:
quæ uerbi dei & pacis eius participes fiunt. Beati pueri eius,qui aſſiſtunt in conſpectu eius ſem-
per:non illi qui aliquando aſſiſtunt,& aliquando non aſſiſtunt : ſed qui ſemper & ſine intermiſ-
ſione aſſiſtunt uerbo dei,uere beati ſunt. Talis erat & illa Maria quæ ſedebat ſecus pedes Ieſu et
audiebat eum,cui & teſtimonium reddidit ipſe dominus,dicens ad Martham:Maria optimam
partem elegit,quæ non auferetur ab ea. Adhuc nigra hæc & formoſa dicit : Benedictus qui uo-
luit dare te ſuper ſedem Iſraël. Vere enim quia dilexit dominus Iſraël & uoluit ut ſtaret in æter-
num,poſuit te regem ſuper eum. Quẽ? Pacificum ſine dubio. Chriſtus enim eſt pax noſtra,qui
fecit utraq; unum,& medium parietem ſepis ſoluit. Et poſt hæc omnia dedit,inquit, centum ui-
ginti talenta auri regi Salomoni regina Saba. Numerus hic centum uiginti,conſecratus eſt uitæ
hominum,eorum qui fuerunt in diebus Noë,quibus iſtud conceditur ſpacium uitæ,quo inuitã
tur ad pœnitentiam. Ipſe autem numerus annorũ & Moſi uitæ fuit. Offert ergo Chriſto eccle-
ſia in auri ſpecie & pondere,nõ ſolum multitudinem ſenſuum ſuorum & intellectuum,ſed legi
dei conſecratos indicat ſenſus ſuos:per hunc qui Moſi annos uitæ continet numerum. Offert
etiã ſuauitates odoramẽtorum quales & quantæ nunq; uenerãt. Vel orationes in hoc uel opera
miſericordiæ intellige:nunq; enim uel tam recte orauerat,ut nũc cũ acceſſit ad Chriſtũ:uel tam

C pie operata fuerat:ut cū cognouit iuſticiā ſuam:non facere coram hominibus, ſed coram patre:
qui uidet in abſcondito,& reddet palā. Sed multum eſt alienis in locis ſimul uniuerſa perſequi
hæc,quæ nec teſtimonij gratia uidentur aſſumpta. Sufficiant iſta de tertio libro Regnorum. Vi
deamus aliqua & ex his quæ de ſexageſimoſeptimo pſalmo protulimus,ubi ait:Aethiopia præ
ueniet manus eius deo. Si enim intuearis,quomodo ex delicto Iſraël ſit ſalus gentibus:& quod
illorum lapſus,introëundi uiam nationibus dedit, aduertes quomodo præuenit & præcedit
Aethiopiæ manus:hoc eſt,gentium populus illos ad deū,quibus primis data ſunt eloquia dei,
& in hoc compleri:Aethiopia præueniet manus eius deo:& ſit nigra iſta formoſa,etiā ſi nolunt,
etiam ſi inuident & obtrectant filiæ Hieruſalē. Sed & prophetæ teſtimonium quod poſuimus:
ubi ſuſcepit dn̄s etiā eos qui ueniunt de locis quæ ſunt ultra flumina Aethiopū,& afferūt hoſtias
deo,ſimili ſenſu aduertendū puto. Videtur em̄ mihi,ꝙ ultra flumina Aethiopiæ eſſe dicitur ille
qui nimijs & ſuperabundantibus peccatis infuſcatus eſt,& atro maliciæ fuco infectus, niger &
tenebroſus eſt redditus:& tamen ne hos quidē repellit dn̄s,ſed oēs qui ſacrificia cōtribulati ſpiri
tus & humiliati cordis offerunt deo,cōfeſſionis ſcilicet ac pœnitētiæ titulo ad eū conuerſi,nō re-
pelluntur ab eo. Sic em̄ pacificus dicit dn̄s noſter:Ego uenientem ad me nō repello. Poteſt autē
& de illis dictū uideri:ꝙ ultra flumina Aethiopū poſiti,uenient etiā ipſi ad deum hoſtias deferē
tes:qui poſtea q̄ꝫ intrauerit omnis plenitudo gentium,quæ fluminibus Aethiopum cōparatur:
uenient etiā ipſi,& tunc omnis Iſraël ſaluabitur:& pro eo ultra flumina Aethiopū dicātur,quaſi
qui ulteriores & poſteriores ſint his ſpacijs,in quibus currit inundatíꝫ gentium ſalus. Et ita for-
te cōpleri uidetur hoc quod dicit:quia in die illa nō cōfunderis omnis Iſraël ex omnibus adinuē
tionibus tuis,quibus impie egiſti in me. Supereſt ut illud teſtimoniū, quod de Hieremia aſſum-
pſimus explicetur:ubi Abdimelech nihilominus Aethiops uir eunuchus cū audiſſet,quia Hie-
remias in lacum miſſus eſt à principibus populi,educit eum inde. Et puto incōueniens nō uide-
D rí,ſi dicamus quē principes Iſraël cōdemnauerunt,& in lacum mortis miſerūt,iſte alienigena &
obſcuræ gentis homo & degeneris,id eſt,populus gentiū educit eū de lacu mortis:reſurrectionē
ſcilicet eius à mortuis credēs:& fide ſua hunc quē illi in mortē tradiderāt:iſte de infernis reuocat
ac reducit. Sed & eunuchus hic Aethiops eſſe dicitur:credo ꝙ caſtrauerit ſemetipſum propter re
gnum dei:uel etiā ꝙ ſemen maliciæ in ſemetipſo nō habebat:ſeruus quocꝫ eſt regis:quia ſeruus
ſapiens imperat ſtultis dominis. Interpretatur aūt Abdimelech,ſeruus regum. Et ideo dn̄s relin-
quens populū Iſraël pro peccatis ſuis, ad Aethiopē uerba dirigit,& ad ipſum mittit ꝓphetam,
& ipſi dicit:Ecce ego adduco uerba mea ſuper ciuitatē iſtā in mala & nō in bona:& ſaluabo te in
die illa,& nō te dabo in manus hominū,ſed ſaluans ſaluabo te. Salutis aūt cauſa hæc eſt ei,quia
eduxit prophetā de lacu:id eſt, ꝙ fide ſua qua Chriſtum reſurrexiſſe credat à mortuis, eduxiſſe
eum ex lacu uidetur. Habet ergo plurima teſtimonia fuſca hæc uel nigra & formoſa,in quibus
libere agat,& cum fiducia dicat ad filias Hieruſalē,quia fuſca ſum quidem uel nigra ſicut taber-
nacula Cedar:formoſa autem ſicut pelles Salomonis. De pellibus Salomonis ſcriptum aliquid
proprie nō memini. Puto aūt referri poſſe ad gloriam eius,de qua dicit ſaluator:Quia nec Salo-
mon in omni gloria ſua opertus eſt ſicut unum horū. Nomen tamen ipſum pelliū in tabernacu
lo teſtimonij inuenimus frequēter referri:ſicut cum dicit. Et facies pelles ex caprarum pilis ope-
rimentū ſuper tabernaculū teſtimonij,undecim pelles facies. Longitudo pellis unius triginta cu
bitorum:latitudo quatuor cubitorum. Eadē mēſura erit undecim pellibus. Et coniunges quincꝫ
pelles ſimul,& alias ſex ſimul:& replicabis ſextā pellē à fronte tabernaculi:& facies quinquagin
ta anſulas per orā pellis unius,& quinquaginta anſulas per orā pellis alterius, per quas coniun-
gantur una ad alterā:& facies circulos æreos quinquagenos:& coniunges ex ipſis pelles:& erit
unū totū. Et replicabis quod ſupereſt ex pellibus medietatē pellis unius à frōte tabernaculi,& ex
alia medietate quod ſupereſt uelabis poſteriora tabernaculi:cubitum hinc & cubitū inde: ex eo
ꝙ abundat in longitudine pellium,& erit adopertum taberculum ex lateribus hinc & inde. Pu
to ergo ꝙ harum pellium mentio fiat in Canticocanticorum:& iſtæ dicantur eſſe Salomonis,
qui



A qui accipitur in pacificum Chriſtum. Ipſius ergo eſt tabernaculū, & ea quæ ad tabernaculū per-
tinēt:& præcipue ſi illud tabernaculū cōſideremus quod dicitur tabernaculū uerum quod fixit
deus & non homo:& quod ait,nō enim in manu facta ſancta,intrauit Ieſus exemplaria uerorū.
Si ergo pulchritudinem ſuam ſponſa pellibus comparat Salomonis:illarum ſine dubio pellium
gloriam & pulchritudinē dicit:quæ operiunt illud tabernaculum quod fixit deus,& nō homo.
Si uero nigredinē ſuā quæ exprobrari à filiabus Hieruſalē uidebatur, pellibus contulit Salomo-
nis,huius tabernaculi,quod exemplar ueri tabernaculi uocatur,accipiendæ ſunt pelles:quaſi qđ
& ipſæ nigræ ſint quidē:utpote caprarū pilis textæ:& tamē uſum ornatumq́ꝫ exhibeant diuino
tabernaculo. Quod autem uidetur eſſe perſona una quæ loquitur:& pluribus ſe uel tabernacu-
lis Cedar in nigredine uel Salomonis pellibus cōparauit:ita accipiendum eſt, quia una quidem
perſona uidetur eccleſiæ:innumeræ tamen ſunt quæ per orbem terræ diffuſę ſunt,atqꝫ immen-
ſæ congregationis ac multitudinis populorū. Sicut & regnum cœlorū unum quidē dicitur, ſed
multæ tamen in eo manſiones memorantur eſſe apud patrē. Poteſt autē & de unaquacꝫ anima
quæ poſt peccata plurima conuertitur ad pœnitentiam dici:quod nigra ſit quidem ꝑ peccatis:
formoſa propter pœnitentiā & fructus pœnitentiæ. Denicꝫ & de hac ipſa quæ nunc dicit:nigra
ſum & formoſa,quia non in finem in nigredine iſta permanſit, poſt hæc dicunt de ea ipſa filiæ
Hieruſalem:Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata incumbens ſuper fratrē ſuum? Ne uideatis me,
quoniam infuſcata ſum ego:quia deſpexit me ſol. Infuſcata ſiue denigrata. Si competenter nobis
uidetur aptata expoſitio,quam in ſuperioribus:uel de Aethiopiſſa, quæ à Moſe ſuſcepta eſt in
coniugium:Vel de regina Saba Aethiopum quæ ſapientiā Salomonis uenit audire,texuimus:
merito nunc hæc quæ fuſca uel nigra eſt & formoſa,ſatiſfacere uidetur pro nigredine uel fuſca-
tione ſua,cauſasq́ꝫ reddere exprobrantibus,quaſi quæ nō natura talis,nec ita à conditore creata
ſit:ſed ex accidentibus hoc paſſa ſit. Ex eo,inquit,quia ſol deſpexit me. In quo oſtendit nō de ni-
B gredine corporis fieri ſermonem:quod uticꝫ ſol obſcurare & denigrare ſolet,cum reſpicit magis,
q̄ꝫ cum deſpicit. Ita denicꝫ & apud illam omnem gentem Aethiopum ferunt:cui iam naturalis
quædam ineſt ex ſeminis carnalis ſucceſſione nigredo,quod in illis locis ſol radijs acrioribus fer
ueat:& aduſta iam ſemel atqꝫ infuſcata corpora,genuini uitij ſucceſſione permaneant:Contrarij
uero ordinis eſt animæ nigredo. Nam necꝫ aſpectu,ſed deſpectu ſolis inuritur:necꝫ naſcendo,
ſed negligendo conquiritur:& ideo ſicut ignauia aſſumitur, ita & induſtria repellitur & repul-
ſatur. Denicꝫ ut ſuperius dixi:hæc ipſa quæ nūc nigra dicitur eſſe:in fine cantici huius dealbata
memoratur aſcendere incumbens ſuper fraternum ſuum. Effecta eſt ergo nigra, quia deſcendit.
Si autem cœperit aſcendere & incumbere ſuper fraternū ſuum, & adhærere ei, nec omnino ſe-
parari ab eo, erit dealbata & candida: abiectaq́ꝫ omni nigredine,ueri luminis luce circumfuſa
radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hieruſalem pro nigredine ſua ſatisfaciens:Non putetis ò filię
Hieruſalem,quod naturalis eſt iſta nigredo, quam uidetis in uultu meo:ſed ſcitote, quoniam
deſpectu ſolis eſt facta. Sol enim iuſticiæ, quia me non inuenit recte ſtantem,nec ipſe in me re-
ctos direxit lucis ſuæ radios. Ego enim ſum populus gentium,qui prius non aſpexi ad ſolem
iuſticiæ,nec ſteti ante dominum:& ideo nec ille me aſpexit, ſed deſpexit: neque aſtitit mihi,
ſed præterijt. Hoc autem ita eſſe, etiam tu qui Iſraël diceris re ipſa expertus, iam iamq́ꝫ co-
gnoſces, & dices. Sicut enim me aliquando non credente tu aſſumptus es & miſericordiam
conſequutus, & te reſpexit ſol iuſticiæ:me autem utpote inobedientem & incredulum deſpe-
xit & ſpreuit: ita & nunc quia tu incredulus & inobediens factus es:ego ſpero reſpici à ſole iu-
ſticiæ & miſericordiam conſequi. Quod autem mutua nobis ſit ſolis iſta deſpectio, & ego pri-
mo pro inobedientia mea deſpectus ſum, tu uero reſpectus: nunc autem etiam tibi non ſo-
lum deſpectus ſolis,ſed & cæcitas quædam licet ex parte contigerit, teſtem tibi producam ma-
gnificum,& cœleſtis ſecreti conſcium Paulum, qui ita dicit: Sicut enim uos (de gentibus ſine
dubio loquens) aliquando non credidiſtis deo,nunc autem miſericordiam cōſequuti eſtis pro-
pter iſtorum incredulitatem:ita & iſti nō crediderunt in ueſtra miſericordia,ut ipſi miſericordiā
conſequantur

C consequantur. Et item in alijs dicit: Quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gẽtium intraret. Hinc ergo est in me quam exprobras ista nigredo, quia despexit me sol propter incredulitatem & inobedientiam meam. Cum uero recte stetero ante eum, & nõ fuero obliquus in aliquo, neq; declinauero ad dexteram neq; ad sinistrã, sed fecero rectas semitas pedibus meis, contra solem iusticiæ incedens in omnibus iustificationibus eius sine quærela: tũc & ipse rectus me respiciet, & nulla erit obliquitas, nec erit causa ulla despectus: & tunc reddetur mihi lux mea & splendor meus: intãtumq́; propelletur à me quam nunc exprobratis ista nigredo: ut etiã lux mundi merear appellari. Sic ergo sol iste quidem uisibilis ea corpora, quibus à summo libramine insederit, infuscat & urit: ea uero quæ procul sunt, & ab ista collibratione longius posita, cõseruat in candore suo: nec omnino urit ea, sed illuminat. Sol uero spiritualis, qui est sol iusticiæ, in cuius pennis sanitas esse dicitur, ecõtrario eos quidẽ quos recti cordis inuenerit, & ad libram sui splendoris cõsistentes illuminat, & omni fulgore circũdat: eos aũt qui oblique incedunt cũ eo, necessario etiã ipse oblique nõ tam respicit q̃; despicit: hoc eis præstante incõstantia sua & instabilitate. Quomodo em̃ qui peruersi sunt possunt suscipere quod rectum est: uelut si curuo ligno adhibeas rectissimã regulam: uidebitur quidem per regulã argui materiæ grauitas: nõ tamen regula est quæ ligno causam peruersitatis imposuit. Et ideo festinandum est ad uias rectas, & standum in semitis uirtutũ, ne forte sol iusticiæ rectus incedens, si nos obliquos stare inueniat & peruersos despiciat nos: & efficiamur denigrati. Inquantum enim incapaces fuerimus lucis eius, intantum tenebris & nigredini dabimus locum. Hinc enim est ipse sol qui & lux uera, illuminans omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ: & qui in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Non em̃ per istud uisibile lumen, mundus factus est, cum & ipsum portio sit mundi: sed per istud uerum lumen: à quo lumine si nos peruersi incesserimus, despici dicimur. Et ipsum enim nobis peruerse incedentibus, peruersum quoq; incedit: sicut scriptum est in maledictionibus Le-

D uitici. Et si incesseritis, inquit, mecum peruersi: & nolueritis obedire mihi, adijciam uobis plagas septem. Et post pauca: Et si, inquit, non fueritis emendati, sed incesseritis mecum peruersi, incedã & ego uobiscum peruersus. Siue ut in alijs exẽplaribus legimus: Si incesseritis mecum obliqui, incedam & uobiscum obliquus. Et post aliquanta iterum dicit ad ultimum: Et quoniam ambulauerunt in cõspectu meo obliqui, & ego ambulabo cum eis in furore obliquus. Hæc assumpsimus ex quibus probaremus qualiter despicere, hoc est, oblique aspicere sol dicatur. Et euidenter claruit, quod hos despiciat, & cum his oblique incedat, ac peruerse: qui oblique incedũt cum eo. Sed & hoc quod admonuit præsens locus, indiscussum nõ omittamus: quia sol duplicis uidetur esse uirtutis: unius qua illuminat, alterius qua adurit. Sed pro rebus aut materijs subiacentibus, aut illuminat aliquid luce, aut infuscat & obdurat aliquid ardore. Secundum hæc ergo fortassis & indurasse dicitur deus cor Pharaonis, quod scilicet talis fuerat materia cordis ipsius, quæ præsentiam solis iusticiæ, non ea parte qua illuminat, sed ea qua adurit & indurat exceperit: propter hoc sine dubio, quod & ipse affligebat Hebræorum uitam in operibus duris, & quod luto & latere conficiebat eos. Et erat utiq; cor eius secundum ea quæ cogitabat luteum & limosum. Et sicut materiam luti sol iste uisibilis stringit & indurat, ita sol iusticiæ his ijsdem radijs, quibus illuminat populum Israël, Pharaonis cor, cui inerant luteæ cogitationes pro ipsis mortuũ suorum qualitatibus indurabat. Hæc autem, quod ita se habeãt, & non cõmunem, ut hominibus uidet̃, historiam, famulus dei per spiritum sanctum scribat, ostenditur etiam inde, quod ubi refert ingemuisse filios Israël, non dicit à luto, neq; à latere, neq; à paleis ingemuisse eos, sed ab operibus suis inquit. Et rursum: Et ascẽdit, inquit, clamor eorum ad deum. Non dixit à luto & latere: sed iterũ ab operibus suis, propter quod & subiungit: Quia exaudiuit dominus gemitus ipsorum: cum utiq; non exaudiuit eorum gemitum, qui nõ ex operibus suis clamant ad dñm. Hæc q̃uis per excessum dicta uideantur, tamen locorũ opportunitate cõmoniti, nequaquã iudicauimus omittenda, maxime cum habeãt aliquid similitudinis ad hoc quod dicit, hæc quæ infuscata est: quia despexerit eam sol. Quod utique ostenditur ibi accedere, ubi peccatorum causa præcedit: &

ibi



A ibi infuscari uel aduri aliquem sole, ubi peccati materia subsistit. Vbi uero non est peccatum, sol neq; adurere dicitur, neq; infuscare: sicut de iusto refertur in psalmis. Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem. Vides ergo quia sanctos, in quibus peccatorum nulla causa est, sol nunq̃; adurit. Vt enim diximus, duplicis uirtutis est sol: iustos quidem illuminat, peccatores uero non illuminat, sed adurit: quoniam & ipsi oderunt lucem, quia male agunt. Deniq; ob hoc deus noster ignis dicitur esse consumens, & nihilominus lux, in quo tenebræ non sunt: lux sine dubio iustis, & ignis efficitur peccatoribus, ut consumat in eis omne quod in anima eorũ corruptibilitatis, aut fragilitatis inuenerit. Quod autem in multis scripturæ locis, & sol & ignis non iste uisibilis, sed ille inuisibilis & spiritualis dicatur: ipse etiam si recenseas, abundanter inuenies. Filij matris meæ dimicauerunt in me, posuerunt me custodem in uineis: uineam meam non custodiui. Adhuc ipsa quæ fusca quidem pro delictis prioribus; formosa uero est pro fide & conuersatione, etiam hæc dicit, asseuerans quod filij matris suæ, dimicauerunt non cõtra eam, sed in ea: & post hoc bellum quod in ea gesserunt, constituerunt eam uinearum custodem: non unius uineæ, sed multarum. Astruit autem hæc eadem, quod præter illas uineas quas à filijs matris suæ custodire posita est, habuerit aliam propriam uineam quam non custodierit. Hæc est propositi dramatis fabula. Sed nunc inquiramus, quæ sit mater sponsæ huius, quam hæc allegat: qui sint etiam filij eius qui dimicauerunt in ea; & confecto bello tradiderint ei uineas, quas custodiret: quasi quæ non potuisset seruare eas, nisi ab illis dimicatum fuisset: illa uero suscepta aliarum uinearum custodia: propriam uineã noluisse uel non potuisse seruare. Ad Galatas Paulus scribens ait: Dicite mihi qui sub lege uultis esse, legem non audistis? Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos habuit filios, unum ex ancilla, & unum de libera. Sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui uero de libera, secundum repromissionem: quæ sunt allegorica. Hæc enim sunt duo testamenta: unum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar.

B Sina enim mons est in Arabia, qui confertur huic quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum. Hanc ergo Hierusalem cœlestem dicit esse Paulus, & suam & omnium nostrum credentium matrẽ. Deniq; addit in posterioribus, & dicit: Propter quod fratres nõ sumus filij ancillæ, sed liberæ: qua libertate liberauit nos Christus. Euidenter ergo Paulus pronũciat, ꝙ omnis qui per fidem à Christo consequitur libertatem, filius sit liberæ: & hanc dicit esse sursum Hierusalem quæ libera est, quæ est mater omnium nostrum. Huius ergo matris, & ipsa hæc spõsa filia esse intelligitur, in his qui dimicauerunt in ea, & cõstituerunt eam custodẽ uinearum. Vnde uidẽtur isti qui tãtam potestatem habuerint, ut & bellum gererent in ea, & ordinarẽt eam uinearum custodẽ, non cuiuscunq; humilis aut contemnendi loci fuisse. Possumus ergo & Apostolos Christi accipere filios matris sponsæ, hoc est, Hierusalem filios cœlestis, qui pugnauerunt prius in ista quæ ex gentibus cõgregatur. Pugnauerunt autẽ ut uincerent in ea illos, quos prius habuit infidelitatis & inobedientiæ sensus, & omnẽ elationẽ extollentem se aduersus scientiã Christi: sicut Paulus dicit: Cogitatiões destruentes, & omnẽ altitudinem extollentẽ se aduersus scientiã Christi. Pugnauerunt ergo non aduersus eam, sed in ea: hoc est, in sensibus & corde eius: ut destruerent & depellerẽt omnem infidelitatem, omne uitium, omnesq́; doctrinas, quæ ei inter gentes positæ, falsis sophistarum assertionibus inoleuerant. Fuit ergo Apostolis Christi grande bellum, donec omnes ex ea mendacij turres & muros peruersæ doctrinæ subruerent, donec iniquitatis argumẽta prosternerẽt: & operantes hæc atq; succedẽtes in corde eius dæmones debellarent. Vbi ergo effugauerunt ab ea oẽs sensus infidelitatis antiquæ, nõ eam relinquũt ociosam: ne forte per ocium rursus antiqua surrepant, & redeant quæ depulsa sunt: sed dant ei opus quod agat, & cõsignant ei custodiã uinearũ. Vineas accipiamus singula quæcunq; uolumina legis ac ꝓphetarũ. Erat em̃ unusquisq; eorum sicut ager plenus, quẽ benedixit dñs. Hæc ergo isti uiri fortes post uictoriam belli, seruanda ei & custodienda cõsignant. Nõ em̃ relinquũt eã, ut diximus ociosam. Sed & euãgelistarum scripta, atq; ipsorum Apostolorũ literas possumus similiter uineas accipere: quas huic quæ ex gentibus

congregatur.

C congregatur, pro qua etiam dimicauerunt,custodiendas colendasq́; tradiderunt.Quod uero
ait:Quia ſuam propriã uineam nõ custodierit:illã poſſumus eruditionẽ dicere,qua unuſquiſq;
exercebatur ante fidem,quam ſine dubio credẽs Chriſto,relinquit ac deſerit:& ea quæ ſibi lucra
uidebãtur,dicit propter Chriſtũ detrimẽta. Sicut & Paulus gloriatur legis obſeruãtias & omnẽ
Iudaicæ inſtitutionis gloriam fuiſſe ſibi ut ſtercora,tantum ut in Chriſto inueniretur nõ habens
ſuam iuſticiã,quæ ex lege eſt, ſed iuſticiã quæ ex deo eſt. Sicut ergo Paulus accepta Chriſti fide
non cuſtodiuit uineam ſuã,Iudaicæ ſcilicet traditiõis obſequia:& idcirco fortaſſe nõ cuſtodiuit:
quia cum plantata eſſet à deo uitis uera,cõuerſa eſt in amaritudinẽ uitis alienæ, & erat iam uitis
Sodomorũ uinea coꝝ,& palmes eorũ ex Gomorra:& botrus amaritudinis in eis ; & furor dra-
conum uinũ eorũ,& furor aſpidũ inſabilis:ita & apud gentes erant plurimæ huiuſmodi doctri-
næ,quas poſt illa bella quibus pro fide & agnitione Chriſti à doctoribus dimicatum eſt ſupera-
tas dicit:puto quod omnino criminis loco ducatur:ſi cuſtodierit aliquis huiuſmodi uineas,& a-
grum colat ultra uenenatis & noxijs cõſitũ diſciplinis.Nec mireris ſi his culpis aliquando fuiſſe
uideatur obnoxia hæc quæ ex nationũ diſperſione colligitur,& iam Chriſto ſpõſa præparatur.
Recordare quomodo prima mulier ſeducta eſt,& in præuaricatione facta:quæ nõ aliter fieri di
citur,niſi per filiorũ generationẽ ; illoꝝ duntaxat,qui permanẽt in fide & charitate cũ ſanctitate.
Hoc ergo quod de Adam & Eua ſcribitur, ſic aſſeuerat Apoſtolus : Myſterium magnum eſt in
Chriſto & in eccleſia:qui eã ita dilexit, ut ſemetipſum traderet pro ea,cũ eſſet adhuc impia hæc
ipſa:ſicut ipſe dixit:Cum eñ adhuc ſecũdũ tẽpus impij eſſemus,Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt.
Et iterum:Quia cum adhuc eſſemus infideles,Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt.Nõ ergo mirũ eſt,
ſi hæc quæ ſeducta & in præuaricatione facta,& quæ impia ſecũdum tẽpus fuit & peccatrix, ta-
lem dicatur uineam coluiſſe eo tẽpore,cum adhuc impia erat,quam relinquere debuerit, et ne-
quaq; omnino ſeruare. Quod ſi etiã tertium explanatiõis locum placet exequi,referamus hæc
D ad unãquãq; animã,quæ cõuerſa ad deũ,& ad fidẽ ueniẽs,patitur ſine dubio cogitationum pu-
gnas & obluctationes dæmonũ reuocare eã nitentium ad prioris uitæ illecebras,uel infidelitatis
errorem.Sed ne hoc fiat,neue rurſum dæmonibus in ea tãtum liceat,ꝓſpexit diuina ꝓuidentia:
ut paruulis quibuſq; et his qui pro ſemetipſis aduerſus aſtutias diaboli & dæmonum pugnas
dimicare nõ poſſunt:utpote infantes adhuc & lactentes in Chriſto,daret angelos ꝓpugnatores
et defenſores:qui uelut tutores et procuratores conſtituti ſunt à deo eorum:qui in infirma ætate
poſiti,pro ſemetipſis (ut diximus) pugnare nõ poſſunt.Et ut hoc cum maiori fiducia agant,cõ-
ceditur eis ſemper uidere faciẽ patris qui in cœlis eſt:& iſtos puto eſſe paruulos , quos uenire ad
ſe Chriſtus iuſſit,& non ſiuit prohiberi:& quos ſemper dixit uidere feciem patris. Nec tibi con-
trarium uideatur:ſi eos hæc anima quæ ad deũ tendit,matris ſuæ filios appellat.Si eñ animarũ
mater Hieruſalem cœleſtis eſt,et angeli nihilominus cœleſtes nominãtur, nihil diſſonans uide-
bitur:ſi hi qui ſimiliter,ut ipſa cœleſtes ſunt,ab ea filij matris appellentur.Super omnia aũt con
gruum uidebitur et cõueniens:ut quibus unus eſt pater deus,una ſit & Hieruſalẽ mater. Quod
uero ait:Vineam meam nõ cuſtodiui:inſtituta illa ac mores & propoſitum,in quo exercebatur
ſecundum ueterem hominẽ uiuẽs,indicare uidetur laudabiliter à ſe non eſſe ſeruata:ex quo autẽ
adiutorio angelorum dimicauit et uicit eam penitus à ſe effugauit ueterem hominem cum acti-
bus ſuis:conſtitutaq́; eſt ab eis uinearũ cuſtos,ſenſuum ſcilicet & dogmatũ diuinoꝝ ; ex quibus
poſſit uinũ bibere,quod lætificet cor eius. Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea:ubi paſcis:
ubi cubas in meridie,ne forte efficiar,ſicut adoperta ſuper greges ſodaliũ tuoꝝ. Adhuc ſponſa
loquitur etiam hæc,ſed ad ſponſum,& nõ iam ad filias Hieruſalẽ.Igitur ab initio,ubi ait:Oſcu-
letur me,uſq; ad hunc locum,ſuper greges ſodaliũ:cuncta quæ dicta ſunt uerba ſunt ſponſæ.
Sed primo ſermo eius ad deum factus eſt,ſecundo ad ſpõſum,tertio ad adoleſcẽtulas:inter quas
& ſponſum media quædã,& ut ſe dramatis huius ſpecies habet,quaſi meſochorus effecta:nunc
ad ipſum,nunc etiã ad filias.Hieruſalem reſpõdens,dirigit uerba.Hos ergo nũc ultimos ſermo
nes ſuos ad ſponſum facit,requirens ab eo ubi paſcat in meridie,& ubi collocet gregẽ:uerẽs ne
dum



A dum requirit eum,incurrat in ea loca,ubi ſodales ſponſi locatos per meridiem greges ſeruant.
Oſtenditur autem per hæc,quia ſponſus hic etiam paſtor ſit.In ſuperioribus autẽ didiceramus
eum eſſe & regem,pro eo ſine dubio quod homines regat:paſtorem uero,pro eo quod oues pa
ſcat:ſponſum autem pro eo,quod habeat ſponſam,quæ cum eo regnet:ſecundũ quod ſcriptum
eſt:Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato.Hæc interim continet dramatis ipſius qui eſt
quaſi hiſtoricus ordo.Nunc autem requiramus intelligentiam myſticam , & ſi oportet præue-
nire paululum ea,quæ in poſterioribus proferenda ſunt,quo quis effectus ſit horum ſodalium
pateat:memoremus illud quod ſcriptum eſt:Quia reginæ ſunt ſexaginta , ſed ex his omnibus
una ſit columba,& una perfecta ac particeps regni.Cæteræ uero iam inferiores ſunt:quæ octo-
ginta appellantur concubinæ.Adoleſcentulæ uero,quarum numerus nullus eſt:poſt ordinem
concubinarum ponuntur.Iſtæ autem omnes animarum earum differẽtiæ ſunt , quæ in Chriſto
credentes,diuerſis ei affectibus aſſociantur. Vt (uerbi gratia) dicamus omnem eccleſiam per illã
figuram corpus eſſe Chriſti qua Apoſtolus dicit:in quo corpore diuerſa eſſe membra pronun-
ciat,& alios eſſe oculos,& alios manus,alios etiam pedes:& ſingulos pro operum ſtudiorumq́;
ſuorum meritis,in membra corporis huius aptari.Secundũ hãc ergo ſpeciem & hæc intelligen-
da ſunt:& alias quidem animas putandum eſt,in hoc ſponſali dramate quæ magnificentiori af-
fectu ſponſo atq; illuſtriori ſociantur,apud eum reginarum loco & affectu haberi:alias quarum
inferior ſine dubio in profectibus & uirtutibus honor eſt,concubinarum loco duci:& alias ado
leſcentularum quæ uidentur extra aulam quidem poſitæ:non tamen extra urbẽ regiam.Poſte-
riores uero,& poſt omnes quæ ſupra memoratæ ſunt eſſe eas animas,quæ oues appellantur.Si
uero perſpiciamus attentius,adhuc fortaſſis etiam harum omnium inueniemus inferiores alias
& ultimas omnium,illas ſcilicet quæ in ſodalium eius gregibus numerãtur. Et ipſi enim habere
greges quoſdam dicuntur,in quos non uult ſponſa incurrere,& ob hoc petit à ſponſo,ut annun
ciet ſibi,ubi paſcat,ubi meridiem faciat,ne forte,inquit,efficiar ſicut adoperta ſuper greges ſoda-
B lium tuorum.Quæritur ergo , ſodales iſti qui habere quoſdam greges dicuntur,utrum ſponſo
operam dantes,& ſub ipſo uelut paſtorum principe agẽtes,hoc faciant:quandoquidem ſodales
eius nominantur:an proprium aliquid & ſequeſtratum habentes,& quod nõ ſit cũ animo ſpõ-
ſi:quandoquidem refugit ſponſa , & ueretur ne forte incurrat ſodalium greges dum ſponſum
ſuum requirit.Sed & quod dixit:Ne forte efficiar non adoperta, ſed ſicut adoperta:require,ne
forte innuat per hoc eſſe aliquas ſodalium quaſi ſponſas habentes etiam ipſas habitum ſponſa-
lem & eſſe adopertas,& ſicut Apoſtolus dicit:Velamen & poteſtatem habentes ſuper caput. Et
ut manifeſtior ſermonis huius explanatio fiat,iterum quaſi dramatis ordine , quod dicitur exe-
quamur.Expoſcit ab ipſo ſponſo ſuo ſponſa:ut ei locum ſecreti ſui indicet & quietis,quandoqui
dem amoris impatiens,etiam per meridiem cupit audire ſponſum:eo præcipue tempore, quo
clarior lux & ſplendor diei perfectus & purus eſt, ut aſſiſtat ei oues paſcenti uel refrigeranti.Et
ſtudioſe uult uiam diſcere,qua ire ad eum debeat,ne forte ſi non fuerit edocta itineris huius an-
fractus,incurrat greges ſodalium:& uideatur ſimilis eſſe alicui illarum,quæ adopertæ ueniũt ad
ſodales eius,nec pudoris curam gerunt,aut uerentur paſſim diſcurrere , & multis apparere. Ego
autem quæ à nullo,inquit,alio uideri uolo,niſi à te ſolo:ſcire deſidero,quo ad te itinere ueniam,
ut ſecretum ſit,ut nemo ſit medius,ut nullus arbiter peregrinus & alienus occurrat. Et forte ob
hoc requirit iſta loca,in quibus paſcit ſponſus oues ſuas,& oſtendit ei uerecundiam ſuam,ꝓ qua
non uult incurrere greges ſodalium:ut ille ſegreget oues ſuas à ſodalibus , & ſeorſum paſcat:ut
non ſolum ſponſa non uideatur ab alijs,ſed & arcanis & ineffabilibus myſterijs ſponſi ſecretius
perfruatur.Nunc ergo uideamus per ſingula:& primo quidẽ uide ſi poſſumus dicere,quod do-
minus cuius portio fuit Iacob,& funiculus hæreditatis eius Iſraël,ipſe intelligendus ſit ſponſus:
Sodales uero eius angeli illi ad quorũ numerum cũ diuideret excelſus gẽtes,& diſpergeret filios
Adam:ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum (ut ait) angelorũ dei:& iſti ſint fortaſſis
greges ſodalium ſponſi gentes ſcilicet cũctæ,quæ uelut pecora ſub angelis paſtoribus cõſtitutæ
OO ſunt

C ſunt. Grex uero ſponſi illæ dicantur; de quibus ipſa in euangelio ueritas dicit; Oues meæ, uocem
meam audiunt. Vide enim & obſeruanter intende, quoniam dixit; oues meæ, quaſi ſint & aliæ
oues, quæ non ſint eius; ſicut & ipſe in alijs dicit; Vos nõ eſtis de ouibus meis; quæ ſingula huic
occulto myſterio cõuenienter uidebũtur aptari. Quæ ſi ita ſe habẽt, cõpetẽter ſpõſa uniuſcuiuſq;
ſodalium gregem, ſpõſam eius intelligi uoluit, quã adopertam nominauit. Sed quoniam certa
erat, quod ſuper omnes illas ipſa eſſet; non uult ſimilis uideri alicui illarum; utpote quæ ſciret tã-
tum ſe debere præcellere illas ſodalium ſponſas, quas ſponſa nominat uelut adopertas; quantũ
eminentiæ ſponſus ſuus habeat ad ſodales. Sed & pro hoc adhuc uidebitur percunctãdi cauſas
habuiſſe; quandoquidem boni paſtoris ſcit eſſe ſtudium; ut optima ouibus paſcua requirat, & ut
uiridantia atq; opaca quæq; ad requiem nemora meridiani æſtus inueniat. Quod quidem ſoda
les ſponſi facere neſciunt; nec in eligendis paſcuis, aut ſcientiæ tãtum, aut ſolicitudinis gerunt, &
ob hoc dicit; Annuncia mihi, ubi paſcis, ubi cubile habes in meridie? cupiens tẽpus ſcilicet illud,
quo copioſius mundo lumen infunditur; quo magis merus eſt dies & purior & florulentior eſt
lux. Tunc, inquit, annuncia mihi ò tu quẽ dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubile habes in me-
ridie? ne forte efficiar, ut adoperta ſuper greges ſodalium tuorũ. Nouo nunc nomine ſponſa ap-
pellauit ſponſum. Sciens enim ipſum eſſe filium charitatis, imò ipſum eſſe charitatẽ, quæ ex deo
eſt, quaſi uocabulum ei iſtud poſuit, quẽ dilexit anima mea; & tamẽ nõ dixit; quẽ dilexi, ſed quẽ
dilexit anima mea; ſciens non qualicunq; dilectione, ſed ex tota anima, & ex totis uiribus, & ex
toto corde habendam eſſe dilectionem ſponſi. Vbi paſcis, inquit; & ubi cubile habes? Puto autẽ
quod & propheta de hoc loco, quẽ nunc ſponſa diſcere ab ſponſo deſiderat & audire, etiam ipſe
ſub eodẽ poſitus paſtore dicat; Dñs regit me; ſiue ut in alijs legimus; Dñs paſcit me, & nihil mi-
hi deerit; Et quoniam ſciebat alios paſtores, uel ignauia, uel imperitia faciente, greges in locis ari-
dioribus collocare; de hoc optimo paſtore dominus dixit; In loco uiridi, ibi me collocauit. Super
D aquam refectionis educauit me; oſtendens paſtorem hunc, non ſolum abundãtes aquas ouibus
ſuis; ſed & ſalubres & puras, & quæ per omnia reficiant, ꝓuidere. Sed quoniã ab hoc ſtatu, quo
ut ouis ſub paſtore deguerat, conuerſus ad rationabilia, in excelſiora ꝓfecit; idq; adeptus eſt per
conuerſionẽ; ſubiungit & dicit; Animã meam conuertit; Eduxit me ſuper ſemitas iuſticiæ, ꝓpter
nomen ſuum. Hinc uero quandoquidem in hoc profecerat ut iuſticiæ incederet uias; iuſticia aũt
habet ſine dubio impugnantem ſe iniuſticiam; & neceſſe eſt eum qui iuſticiæ iter incedit; habere
pugnas aduerſantium, fide conuerſus & ſpe, dicit de eis; Nam & ſi ambulem in medio umbræ
mortis; non timebo mala; quoniam tu mecum es. Poſt hæc uero quaſi gratiam referens ei qui ſe
paſtoralibus imbuerat diſciplinis; Virga, inquit, tua & baculus tuus; quibus inſtitutus uideor ad
paſtoris officium; ipſa me cõſolata ſunt. Hinc uero ubi uidit ſeſe à paſtoralibus paſcuis, ad ratio-
nabiles cibos & myſtica ſecreta translatum, addit & ſubdit: Paraſti in conſpectu meo menſam
aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum; & calix meus inebriãs q; præ-
clarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Vt inhabitẽ in domo
domini in longitudine dierum. Illa ergo prima, id eſt paſtoralis inſtitutio, initium eorum fuit ut
in loco uiridi collocatus; ſuper aquam refectionis educaretur. Hæc uero quæ ſequuntur de pro-
fectibus, ad perfectionem requiruntur. Et quoniam de paſcuis & uiriditate propoſuimus, conue
niens etiam uidetur de euangelijs confirmare quæ diximus. Inueni etiam ibi paſtorem hunc bo
num de paſcuis ouium diſſerẽtem, ubi ad hoc quod paſtorem ſe profitetur, etiam oſtium ſe eſſe
cõmemorat, & dicit; Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur & egre-
dietur, & paſcua inueniet. Hunc etiam nunc ſponſa percũctatur, ut ab eo audiat et diſcat, in qui-
bus paſcuis oues agat, uel in quibus amœnitatibus meridianos procuret æſtus; meridiẽ appellãs
illa ſcilicet cordis ſecreta, quibus clariorem ſcientiæ lucẽ, à uerbo dei anima conſequitur. Hoc enĩ
tempus eſt, quo ſol excelſiorem circũitus ſui uerticem tenet. Siquãdo ergo ſol iuſticiæ Chriſtus,
eccleſiæ ſuæ excelſa, & ardua uirtutum ſuarũ ſecreta manifeſtat, amœna etiam paſcua cubiliaq;
meridiana uidebitur edocere. Nam cum adhuc initia habet diſcẽdi, & prima (ut ita dicam) ab eo





A ſcientiæ ſuſcipit rudimenta; tunc dicit propheta: Et adiuuabit eam mane diluculo. Nunc ergo,
quia perfectiora iam quærit & excelſiora deſiderat, meridianum ſcientiæ lumen expoſcit. Hinc
puto & Abrahæ poſt multas eruditiones, quibus apparens ei deus, imbuit eũ de ſingulis & do-
cuit, poſt refertur, quia uiſus ſit ei deus ad quercum Mamre ſedẽti ad oſtium tabernaculi ſui me-
ridie; Et reſpiciens, inquit, oculis ſuis uidit; & ecce tres uiri ſtabant ſuper eum. Quod ſi credimus
hæc per ſpiritum ſanctum ſcripta, non puto fruſtra placuiſſe diuino ſpiritui; ut etiam tempus &
hora uiſionis, ſcripturæ paginis mandaretur, niſi & horæ iſtius & temporis ratio aliquid con-
ferret ad ſcientiã filijs Abrahæ, quibus utiq; ſicut opera Abrahæ facienda, ita & uiſitationes iſtæ
ſperandæ ſunt. Qui enim poteſt dicere; Nox præceſſit, dies autem appropinquauit; ſicut in die
honeſte ambulemus; non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs,
non in contentione & æmulatione; et cum hæc omnia tranſierit, ſupergreſſus uidebitur tempus
hoc, quod nox præceſſit, et dies appropinquauit; et feſtinare nõ ad initium diei, ſed ad meridiẽ,
ut & ipſe ad gratiã perueniat Abrahæ. Si enim lux quæ in ipſo eſt mentis & puritas cordis clara
fuerit et ſplendida, iſte meridianum tempus in ſemetipſo habere uidebitur; et per hãc puritatem
cordis, quaſi in meridie poſitus, deum uidebit, ſedens ad quercum Mamre; quod ad uiſionẽ in-
terpretatur. Apud uiſionem ergo ſedet in meridie, qui uacat ad uidendum deũ. Inde deniq; non
dicitur intra tabernaculum, ſed foris ad oſtium ſedere tabernaculi. Foris etenim eſt extra corpus
poſita mens eius, qui longe eſt à corporalibus cogitatiõibus, lõge à carnalibus deſiderijs; et ideo
ab his omnibus foris poſitum uiſitat deus. Eiuſdem quoq; myſterij eſt: quod & Ioſeph et fra-
tres ſuos cum ſuſcepiſſet in Aegypto; in meridie eos paſcit, & in meridie adorant eum cum mu-
neribus. Propterea deniq; puto, & de his quæ Iudæi in ſaluatore commiſerunt, nullum euange-
liſtarum uoluiſſe ſcribere, quia meridie hæc geſta ſunt; cum utiq; ſexta hora, nõ aliud quàm me-
ridianum tempus oſtendat; nullus tamen meridiem nominauit. Sed Matthæus ita dicit; Ab ho
B ra autem ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terrã uſq; in horam nonam. Lucas uero; Erat
iam quaſi hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram, uſq; in horam nonam defi-
ciente ſole. Sed & Marcus; Cum autem eſſet facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper omnem
terram, uſq; in horam nonam. Vnde apparet, quia in uiſitatione quidem Abrahæ, & in conui-
uio patriarcharum apud Ioſeph non indigebat, ut tempus iſtud ſub nomine ſexti numeri ſigni-
ficaretur, ſed ut meridies diceretur. Volebat enim ſponſa quæ iam tunc in illis adumbrabatur
diſcere, ubi paſceret ſponſus, & ubi haberet cubile; & ideo meridiem nominat. Euangeliſtæ uero
in his quæ narrabant, non meridianum tempus, ſed horæ ſextæ numerum requirebãt; ad enar-
randum ſcilicet ſacrificium hoſtiæ eius, quæ oblata eſt in die paſchæ, pro redemptione homi-
nis qui in die ſexta formatus eſt à deo; poſteaquàm terra produxit animam uiuẽtem ſecundum
genus quadrupedia & repentia, & beſtias terræ. Ob hoc igitur in præſenti loco illuminari ſpon
ſa deſiderat pleno ſcientiæ lumine; ne per imperitiam errans in aliquo; ſimilis efficiatur illis do-
ctorum ſcholis, quæ non per ipſam dei ſapientiam, ſed per philoſophorum & principum huius
mundi exercentur. Hoc enim & Apoſtolus dicere uidetur in eo, ubi ait: Quia loquimur dei ſa-
pientiam in myſterio abſconditam, quam nemo principum huius mundi cognouit. Et iterum
hæc eadem ſignificat, cum dicit; Nõ enim ſpiritum huius mũdi accepimus, ſed ſpiritum qui ex
deo eſt, ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Ob hoc ergo requirit ſpõſa Chriſti meridiana
cubilia, & plenitudinem ſcientiæ poſcit à deo; ne uideatur eſſe ſicut una ex philoſophorum ſcho
lis; quæ adoperta nominatur; pro eo quod plenitudo ueritatis apud eos tecta eſt & adoperta.
Sponſa autem Chriſti dicit; Nos autem reuelata facie gloriam dei ſpeculamur. Niſi cognoueris
te ò bona ſiue pulchra inter mulieres, egredere tu in ueſtigijs gregum & paſce hœdos tuos in ta
bernaculis paſtorum. Vnius Chilonis ſcilicet ex ſeptem quos apud Græcos ſingulares fuiſſe in
ſapientia fama concelebrat, hæc inter cætera mirabilis fertur eſſe ſentẽtia, qua ait; Scito teipſum,
uel cognoſce teipſum. Quod tamen Salomon, quem præceſſiſſe omnes hoc tempore & ſapiẽtia
ac rerum ſciẽtia, in præfatione noſtra docuimus, ad animam quaſi ad mulierem ſub commina-

C tione quadam loquens dicit:Niſi cognoueris temetipſam ò pulchra inter mulieres, & agnoue-
ris pulchritudinis tuæ cauſas inde deſcendere,quod ad imaginem dei facta es, per quod ineſt ti-
bi plurimum naturalis decoris:& cognoueris quàm pulchra eras ex initio,q̃uis & nũc iam præ
cellas cæteras mulieres,& pulchra inter eas ſola dicaris:tamen niſi cognoueris teipſam quæ ſis;
non enim ex cõparatione inferiorum uolo bonam uideri pulchritudinem tuam:ſed ut tibiijpſi,
& decori tuo collata atq; exæquata,reſpõdeas. Quod niſi feceris:iubeo te exire:& in ultimis gre
gum ueſtigijs collocari:& iam non oues,neq; agnos,ſed hœdos paſcere,illos ſcilicet qui ꝓ pra-
uitate & laſciuia,à ſiniſtris ſtaturi ſunt regis in iudicio præſidentis:& cum tibi introductæ in cu-
biculum regium oſtenderem quæ ſumma ſunt bona:ſi nõ cognoueris temetipſam, oſtendã tibi
etiam quæ ſunt ultima mala,ut ex utroq; proficias,tam malorum metu, quàm bonorũ deſide-
rio. Si enim neſcieris temetipſam & ignorantia tui uixeris,nec ſciẽtiæ ſtudiũ geſſeris:ſine dubio,
nec tabernaculum proprium habebis,ſed & per paſtorum tabernacula diſcurres,& nũc in illius
tabernaculis paſtoris paſces hœdos,inquietum animal,ac uagum,& peccatis deputatum. Hæc
autem patieris,donec rebus ipſis & experimentis intelligas,quãtum mali ſit animam neſcire ſe-
ipſam,neq; pulchritudinẽ ſuam:per quam præcellat cæteras,nõ uirgines, ſed mulieres:illas ſci-
licet quæ corruptionem paſſæ ſunt,nec in uirginitatis integritate permanſerunt. Hæc ſunt quæ
ſponſus poſt illa omnia quæ locuta fuerat ſponſa;auſtera quadam cõminatione ſponſæ animos
ad agnitionis ſuæ curam ſuſcitãs,per ordinem propoſiti dramatis dicit. Sed nunc cõſequenter,
ut cætera ad Chriſtum hæc & ad eccleſiam referamus:qui ad ſponſam ſuã,ad animas ſcilicet cre
dentium loquens,ſummã ſalutis & beatitudinis in ſcientiæ agnitione cõſtituit. Quomodo ergo
anima cognoſcat ſemetipſam;nec facile puto,nec breuiter explicari poſſe:tamen ꝓ uiribus pau-
ca ex multis aperire tentabimus. Videtur ergo mihi duplici modo,agnitionem ſui animam ca-
pere debere. Quid quidem ſit ipſa:& qualiter moueatur,id eſt,quid in ſubſtantia,& quid in affe-
D ctibus habeat:utputa ut intelligat ſi boni affectus ſit,aut non boni, aut recti propoſiti, aut non
recti:Et quidem ſi recti ſit,ſi erga omnes uirtutes eundem tenorem habeat:tam in intelligendo,
quàm in agendo;an erga neceſſaria tantum & quæ in prõptu ſunt:Et utrum in eo ſit, ut recipiat
profectus,ut augeatur in intellectu rerum augmentoq́; uirtutum:an in iſto ſtet & reſideat,in qđ
potuit peruenire:& utrum erga ſemetipſam tantummodo uacet excolendam, an alijs prodeſſe
& conferre aliquid utilitatis ſtudeat;uel in uerbo doctrinæ,uel in exemplis geſtorum. Si uero co
gnoſcat ſemetipſam,nõ eſſe boni affectus, neq; recti propoſiti:in hocipſo ut intelligat:utrum ei
ſatis deſit & procul à uia uirtutum ſit:an in ipſo iam poſita ſit itinere,& incedere iam conetur,cu
piens quæ in ante ſunt apprehendere,& quæ retro ſunt obliuiſci,ſed nondum appropinquaue-
rit:aut proxima quidem ſit:nondum tamen ad perfectionem uenerit. Sed & in eo opus uidetur
eſſe animæ cognoſcentis ſemetipſam,ſcire ſi hæc ipſa quæ operatur mala:an ex affectu & ſtudio
operetur;an fragilitate quadam,& ut ille ait,quod quaſi non uult agens, & quæ odit faciens:&
rurſus ea quæ bona ſunt affectibus & recto propoſito gerere uideatur;uerbi gratia. Si iracundiã
apud aliquos quidem cohibet,apud aliquos autem effert; an ſemper eam cohibet, & apud nul-
lum omnino profert. Similiter & triſticiam,ſi in aliquibus quidem negocijs uincit:in aliquibus
autem recipit:an in omnibus omnino non recipit. Ita & timorem, aliaq́; ſimiliter quæ uirtuti-
bus uidentur eſſe contraria. Adhuc & iſtud opus eſt animæ cognoſcentis ſe; ſi gloriæ multum
cupida ſit,aut parum,aut omnino nihil. Quod inde colligit:ſi laudibus multum, aut mediocri-
ter delectetur,aut omnino nihil:& ſi in opprobrijs ſatis,aut parum,aut omnino nihil contriſte-
tur. Sed & in dando & accipiendo cognoſcentis animæ ſemetipſam ſunt quædã indicia,ſi quod
tribuit & præbuit ita communicabili affectu,& quaſi cui æquitatem haberi inter homines pla-
ceat. An ut ille ait,ex triſticia:aut neceſſitate;uel certe gratiam,ſiue ab accipiẽtibus,ſiue ab audien
tibus quærens. Sed & in accipiendo anima quæ cognoſcit ſemetipſam:obſeruabit utrum indif-
ferenter habeat ea quæ accipit,an uelut ſuper aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu penſa-
bit ſemetipſam huiuſmodi anima,ut cognoſcat,an facile moueatur cuiuſcunq; ueriſimilis iudi-
cio:&



A cio:& ſubripiatur ei arte,uel ſuauitate, uel calliditate ſermonum:an raro hoc,an nunq; omnino
patiatur. Sed ſufficiant hæc in hoc agnitionis genere à nobis dicta. Poſſibile eſt enim uolenti ho
rum ſimilitudinem,& alia innumera colligere,quibus cognoſcere ſemetipſam anima probetur:
& pulchritudinem ſuam,quam ad imaginem dei in conditione ſuſcepit,ſi reparare ac reſtituere
potuerit,contemplari. Hoc igitur eſt quod præſens ſermo ſub ſpecie mulieris animam docet:ut
cognoſcat ſemetipſam,& ait:Niſi cognoueris temetipſam: hoc eſt, niſi per ſingula quæ ſupra
memorauimus duxeris ſenſus tuos:& diſcretionem ſingulorum tenueris quæ agenda ſint, quæ
cauenda,quid deſit tibi,& quid abundet,quid emendandum ſit,quid ue ſeruandum. Sed ſi uo-
lueris indifferẽter agere inter cæteras animas communis uitæ hominum,quas hic mulieres ap-
pellat;inter quas tu pulchra es:utpote quæ iam oſcula uerbi dei ſuſceperis:& cubiculi eius arca-
na perſpexeris:ſi inquam non te cognoueris,ſed indifferenter,ut commune uulgus agere uolue
ris:exi in ueſtigijs gregum,id eſt,eſto in reliquo grege:ſi nihil egregium poſt hæc omnia:quæ in
te collata ſunt agis;neq; temetipſam cognoſcens, à conuerſatione gregali ſequeſtraueris:& eris
nõ ſolum in grege,ſed in ueſtigijs gregum. Vltimus enim fiet & nouiſſimus, qui primatus ſuos
non intellexerit. Et ob hoc,ubi iam ſcientiam neglexerit,neceſſe eſt,ut circumferatur omni uento
doctrinæ ad deceptionem errorum:ita ut modo quidem apud illum paſtorem,id eſt,doctorem
uerbi tabernaculum ponat:nunc uero apud alium,& ſic ubiq; circumferatur:paſcens non oues,
quod eſt animal ſimplex:ſed hœdos,laſciuos ſcilicet et inquietos ſenſus atq; ad peccatum depu-
tatos, diuerſis doctoribus excolens ad hoc ipſum quæſitis. Et hæc erit pœna culpæ illius ani-
mæ,quæ ſeipſam nõ ſtuduerit agnoſcere,& illum ſolum ſequi paſtorem qui animam ſuam po-
ſuit pro ouibus ſuis. Hæc eſt una ſpecies;qua intelligere ſemetipſam anima in affectibus & acti-
bus ſuis debeat. Illa uero alia pars profundior eſt & difficilior,qua iubetur anima,quæ tamẽ iam
in mulieribus pulchra eſt,agnoſcere ſemetipſam. Quod ſi obtinere potuerit, ſperet ſibi bona o-
mnia:ſi minus,ſciat exeundum ſibi poſt ueſtigia gregum:& paſcendum hœdos in tabernaculis
B paſtorum alienorum à ſe. Videamus ergo & incipiamus pro uiribus, etiam huius partis agni-
tionem diſcutere. Dicit per prophetam ſermo diuinus:Illuminate uobis lumen ſcientiæ. Sed in
donis ſpiritualibus,unum quidem donum maximum eſt; quod per ſpiritum ſanctum mini-
ſtratur, ſermo ſcientiæ; cuius ſcientiæ opus illud principale eſt,quod in euangelio ſecundum
Matthæum quidem ita dicit:Nemo nouit filium niſi pater; neq; patrem quis nouit,niſi filius,
& cui uoluerit filius reuelare. In Luca autem ita ait:Nemo ſcit quid ſit filius, niſi pater:& nemo
ſcit quid ſit pater,niſi filius,& cui uoluerit filius reuelare. Secundum Ioannem uero ita ſcriptum
eſt:Sicut agnoſcit me pater,& ego agnoſco patrem. In quadrageſimo uero quinto pſalmo dicit:
Vacate & cognoſcite,quoniã ego ſum deus. Igitur principale munus ſcientiæ,eſt cognoſcere tri-
nitatem. Secũdo uero in loco cognoſcere creaturam eius:ſecundum eum qui dicebat: Ipſe enim
mihi dedit horum quæ ſunt ſcientiã ueram,ſubſtantiã mundi & uirtutem elemẽtorum, initium
& finem & medietatẽ temporum:& reliqua. Inter hæc ergo animæ erit quædam etiã ſui agnitio,
per quam ſcire debet quæ ſit eius ſubſtantia,utrum corporea uel incorporea; & utrum ſimplex
uel ex duobus,aut tribus:an uero ex pluribus compoſita. Sed & iuxta quorundam quæſtiones,
utrum facta,an omnino à nullo ſit facta:Et ſi facta ſit,quomodo ſit facta:Vtrũ ut putant aliqui
in ſemine corporali,etiam ipſius ſubſtantia cõtinetur,& origo eius pariter cum origine corporis
traducitur:An perfecta extrinſecus ueniẽs,parato iam & formato inter uiſcera muliebria corpo
re induitur:Et ſi ita ſit,utrũ nuper creata ueniat, & tunc primum facta cum corpus uidetur eſſe
formatum:ut cauſa facturæ eius,animandi corporis neceſſitas extitiſſe credatur:an prius et olim
facta,ob aliquã cauſam ad corpus ſumẽdum uenire exiſtimetur:& ſi ex cauſa aliqua in hoc de-
duci creditur:quæ illa ſit cauſa ut agnoſci poſſit,ſcientiæ opus eſt. Sed & illud requiritur:utrum
ſemel tantũ corpore induatur:& id poſtmodũ depoſitum ultra nõ quærat:an cum ſemel ſuſce-
ptum depoſuerit iterũ aſſumat:et ſi ſecũdo ſumptum ſemper habeat;an aliquãdo iterũ abijciat.
Et ſi quidem ſecundum autoritatem ſcripturarum,cõſummatio immineat mũdi, et corruptibi-
OO 3 lis ſtatus

C lis ſtatus hic in incorruptibilem mutabitur:ambiguum non uideri quod in præſentis uitæ ſta-
tum,ſecundo aut tertio in corpus uenire poſſit.Nam ſi recipiatur hoc neceſſario, ſequitur ut hu-
iuſmodi ſucceſſionibus cõſequentibus finem neſciat mundus, & adhuc cognitionem ſui anima
requirat:ſi eſt aliquis ordo,aut ſunt aliqui ſpiritus eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſa. Alij uero non
eiuſdem,ſed diuerſi ab ea:id eſt,ſi ſunt & alij ſpiritus rationabiles ut ipſa eſt,et alij carentes ratio-
ne:Et ſi eadem eſt ipſius quæ et angelorum ſubſtantia,quoniã rationabile à rationabili nequaꝗ̃
differre creditur. Aut ſi non eſt quidem talis per ſubſtantiam,ſed erit talis per gratiã ſi meruerit:
an non poſſit omnino ſimilis effici angelis:niſi hoc naturæ ſuæ qualitas, aut ſimilitudo recepe-
rit.Reddi enim poſſe uidebitur quod amiſſum eſt:nõ tamen cõferri id quod ex initio conditor
non dederit.Sed & hoc adhuc ad cognoſcendam ſemetipſam anima requirat, ſi uirtus animæ
eius accedere poteſt & decedere.An eſt immutabilis:an acquiſita ſemel ultrà nõ defluit. Et quid
opus eſt plura cõmemorare:quibus ex cauſis ſemetipſam cognoſcat anima:ne forte, ſi neglexe-
rit perfecte ſemetipſam cognoſcere:exire iubeatur in ueſtigijs gregum:& paſcere hœdos:& hoc
non in proprio tabernaculo,ſed in tabernaculis paſtorum,cum præſto ſit uolenti hæc perſequi,
largiſſimas occaſiones ex his quæ ſupra memorauimus ſumere,in quibus ſeſe exercere in ſermo
ne ſcientiæ pro uiribus poſſit.Dicantur uero hæc à uerbo dei,etiã ad animam quæ in ꝓfectibus
quidem poſita eſt:nondum tamen ad ſummum perfectionis aſcendit.Quæ pro eo quidẽ quod
proficit pulchra dicitur:ut aũt peruenire poſſit & ad perfectionem,fiat ad eam cõminatio neceſ-
ſaria.Quod niſi per iſta ſingula quæ ſupra diximus ſemetipſam cognouerit, & uigilanter exer-
cuerit in uerbo dei & lege diuina:continget ei de his ſingulis opiniones colligere diuerſorum:&
ſequi homines nihil egregium,nihil ex ſpiritu ſancto locutos:hoc eſt enim exire in ueſtigijs gre-
gum,& eorum doctrinam ſectari:qui & ſi ipſi permanſerint peccatores,nullum peccantibus re-
medium prouidere potuerint.Quos qui ſequitur,hœdos utiq; qui peccatorum indicium tenẽt,
D uidebitur paſcere:circũiens tabernacula paſtorum:diuerſas ſcilicet ſectas philoſophorum.Intue-
re ergo plenius ꝙ terribile eſt, quod ſub hac adumbratur figura. Exi,inquit, tu in ueſtigijs gre-
gum,quaſi ad eam loquitur quæ intus iam ſit anima, & intra myſteria collocata:pro eo tamen
quod negligat ſemetipſam cognoſcere,& requirere quæ ſit:& quid uel quomodo agere debeat,
quid ue non agere,dicitur ei,exi tu:quaſi quæ ob hanc deſidiæ culpam foras mittatur ab eo qui
præeſt.Sic ingens animæ periculum eſt,ſcientiam ſui agnitionemq; negligere.Sed fortaſſe,quia
duplicem expoſitionem dedimus agnitionis ſuæ animæ:uidebitur cuipiam ſecũdum eam qui-
dem quæ de moribus & de actibus ſuis diſcutere negligit, & inquirere de profectibus ſuis, aut
perſcrutari de uitijs,merito ei dici,exi:per quod uideatur,quaſi de interioribus foras propelli.Si
uero ſecundum æditionem aliam qua diximus,quod naturam ſubſtantiamq; ſuã agnoſcere de-
beat & ſtatũ,uel in quo fuerit,uel in quo erit,graue credetur.Quæ eñ facile talis anima inueniet,
ita perfecta,ita præpotẽs,cui hoꝝ omnium ratio & intelligẽtia pateat?Ad hoc reſpondebimus,
quoniam ſermo qui habetur in manibus,nõ ad omnes animas ſit, neq; ad adoleſcẽtulas quibus
hic loquitur ſponſus,neq; ad cæteras mulieres,neq; ad octoginta concubinas,aut ſexaginta regi
nas:ſed ad illam quæ inter omnes mulieres ſola pulchra dicitur & perfecta. Vnde apparet ad di
lectas quaſq; animas hæc dici:quibus cum gratia multa ſentiendi & intelligendi à deo data ſit,
negligunt tamen ſcientiæ partes,& cognoſcẽdi ſemetipſas,nullum adhibent ſtudium. His ergo
comminatur ſermo diuinus:quia quibus multum datur,multum ex eis exigitur:& humilis qui
dem,& uenia & miſericordia dignus erit:potentes autem potenter cruciabuntur. Si ergo & tu
anima quæ pulchrior es & eminẽtior inter cæteras(uerbi gratia)doctrinis,negligas temetipſam:
& in ignorantia tui maneas,quomodo poterunt,uel hi qui ædificari deſiderant, inſtrui,uel con-
uinci & argui contradicentes?Digne ergo cum cõminatione quadã ad eam dicitur:Exi tu in ue-
ſtigijs gregum,& paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. Poteſt ad hoc trahi, etiam illud
quod Moyſes ſcribit:ꝙ ſi qua Iſraëlitica mulier adulterauerit,lapidetur. Si uero filia ſacerdotis,
ignibus exuratur. Sic ergo iuſta uidebitur eſſe comminatio in eos qui capaces eſſe poſſunt ad
agnitionem



A agnitionem & ſcientiam,ſed per deſidiam negligunt. In quos iuſtiſſima indignatio ſponſi eſt:
quia ſcit unius negligentiam cedere ad damna multorũ.Similis enim uidebitur huiuſmodi ani
ma,uel illi qui acceptum denariũ abſcondit in terram,ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dñs acqui
reret:uel illi quem occidiſſe dicitur deus,quia malignus erat, Onam uel Her ſcilicet qui accepta
ſemina ſcientiæ naturalis,poſteritati inuidens,profundebat in terrã.Paſtores quoq; ſicut & an-
te iam diximus:ſiquidẽ ad eccleſiã cõminationis hic ſermo fit,mundi huius principes accipiẽdi
ſunt:uel illi angeli ſub quorũ cura reliquæ gentes habent,ſiue forte in hoc,ſiue ſecretioribus cau
ſis quibuſdam ſeductæ.Si uero ad unãquanq; animã cõminatio iſta referatur,quæ ſemetipſam
negligit agnoſcere:ſapientes & magiſtri huius ſeculi intelligendi ſunt,docẽtes ſapientiam huius
mundi:ut in ſumma hoc intelligatur,quia neceſſe eſt animã,eã præcipue quæ bona & pulchra
eſt,ſenſibus & ingenio uigilans,cognoſcere ſemetipſam,& dare operam ad agnitionem ſui per
exercitia doctrinæ & ſtudia diuina:ac per hoc agi ſpiritu dei & ſpiritu adoptionis: Aut ſi talis
hæc anima ſemetipſam neglexerit,& à diuinis ſtudijs declinauerit,neceſſe eſt eã operã dare ſtu-
dijs mundanis & ſapientiæ ſeculi,& agi ſpiritu mundi huius iterum in timore. Quod deſignat
Apoſtolus cum dicit:Nos aũt non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritũ qui eſt ex deo.
Et iterum:Non accepiſtis enim iterum in timore ſpiritũ ſeruitutis,ſed ſpiritũ accepiſtis adoptio
nis,in quo clamamus abba pater.Hæc interim nobis de præſenti loco occurrere potuerũt:nunc
iam conuertamur ad conſequentia.Equitatui meo in curribus Pharaonis:ſimilem te arbitratus
ſum proxima mea.Hiſtoricus quidẽ ſenſus hoc uidetur oſtendere.Sicut,inquit, tũc in Aegypto
cum Pharao perſequens populũ Iſraël proceſſit in curribus & equitatu:& meus, hoc eſt domi-
ni mei ſponſi equitatus longe præcellebat currus Pharaonis,& præſtãtior erat, utpote qui illos
ſuperauerit,& in mare demerſerit:ita & tu proxima mea ſponſa,præcellis omnes mulieres,ſimi
lis effecta equitatui meo,qui Pharaonis curribus comparatus, potentior utiq; eſt & magnificen
B tior.Hic interim mihi uidetur eſſe ordo ſermonũ ipſoꝝ uerborumq; directio. Videamus autẽ
ne forte ſecundũ intelligentiam myſticã,animas quæ ſunt ſub illo ſpirituali Pharaone & ſub ſpi
ritualibus nequitijs poſitæ,currus dicat eſſe Pharaonis:& quadrigas eius quas ipſe agit,& ducit
ad perſequendum populum dei & ad opprimendũ Iſraël.Certum enim eſt,quia tentationes &
tribulationes,quas excitant dæmones ſanctis,per animas aliquas excitant ad hoc ipſum aptas
& conuenientes.Quibus tanq; curribus aſcenſis,exagitant & impugnant,uel eccleſiã dei,uel ſin
gulos quoſq; fidelium.De equitatu uero dñi,qui ſit eius iſte equitatus,in Exodo quidem,ubi ſu
perantur currus Pharaonis & demerguntur in mare,nihil legimus ſcriptũ:niſi tantũ quod dñs
currus Pharaonis,& exercitum eius proiecit in mare rubrum.Inuenimus tamen in quarto Re-
gnorum libro:quod Heliſæus de aduentu hoſtium qui cũ equitatu & curribus uenerant formi-
danti puero ſuo dicit:Ne timeas,qm̃ plures ſunt nobiſcũ,ꝙ cũ illis. Et orauit,ĩquit,Heliſæus,&
dixit:Dñe aperi oculos pueri huius ut uideat.Et aperuit dñs oculos eius, & uidit: Et ecce mons
plenus equitibus erat:& currus ignei in circũitu Heliſæi,qui deſcenderant ad eũ. Sed & in pro-
pheta Habacuk manifeſte,& euidenter legimus de equitatu dñi,& quod aſcendat equos ſuos.
Sunt ergo ſcripturæ uerba hæc:Nunquid in fluminibus iraſceris dñe, aut in fluminibus furor
tuus,aut in mari rubro impetus tuus?qui aſcẽdẽs equos tuos:& equitatus tuus ſalus.Sunt ergo
equi dñi,quibus aſcendit & equitatus eius.Quos ego nõ alios eſſe puto ꝙ illas animas, quæ fre
num diſciplinæ eius accipiunt,& iugũ portant ſuauitatis eius,& quæ ſpiritu dei agunt:& in hoc
eſt eis ſalus.In reuelatione Ioannis legimus:quod apparuit ei equus, & ſedens ſuper eum quidã
fidelis & uerus & cũ iuſticia iudicans,cuius nomen eſt uerbũ dei. Ait ergo: Et uidi cœlũ apertũ:
& ecce equus albus,& qui ſedebat ſuper eũ uocabatur fidelis & uerus, & cũ iuſticia iudicans &
pugnans:& oculi eius ſicut flamma ignis,& ſuper caput eius diademata multa,habentia nomẽ
ſcriptum,quod nemo nouit niſi ipſe,& adopertus erat ueſtimento ſanguine conſperſo, & uoca
batur nomen eius uerbum dei.Et exercitus eius erat in cœlo:& ſequebantur eum in equis albis,
induti biſſyno albo puro. Sed opus eſt gratia dei, quæ horum nobis aperiat intellectum, quo
OO 4 poſſimus

C possimus aduertere,quid istæ indicent uisiones,qui sit equus albus,& quis sit qui sedet super eū
cuius nomen est uerbum dei.Et forte quidē dicit aliquis,album esse equū, corpus quod assum-
psit dñs,& quo ille qui in principio erat apud deū,deus uerbū,uel uestitus uel uectus est. Alius
autem animam dicet:quã assumpsit primogenitus omnis creaturæ,& de qua dicebat:Potestatē
habeo ponendi eam,& potestatem habeo iterū sumendi eam. Alius uero utrūq; simul, corpus
atq; animam,quasi ubi peccatum non fuerit,equū dici album putabit.Alius adhuc quarto lo-
co ecclesiam dicet,quæ & corpus eius nominatur,album uideri equū quasi non habentem ma-
culam aut rugam,quam sibiipse sanctificauit lauacro aquæ.Secundū hæc aūt singula etiam illa
accipiet quæ sequuntur,militiam cœli & exercitum uerbi dei:& quomodo singuli quiq; eorum
sequentes uerbum dei,equis albis sedeant:& bissynis albis induantur & mūdis.Huic ergo equo
albo quo ipse uehitur qui uerbum dei appellatur,uel huic equitatui cœlesti,qui eum sequitur in
albis nihilominus equis,comparat & similem facit Christus ecclesiam suã.In curribus autē Pha
raonis,uel ita possumus accipere:ut quantum hic dñi equitatus,equitatum & currus Pharaonis
euincit & præcellit:tantū tu quæ pulchra es in mulieribus, præcellis & euincis omnes reliquas
animas,quæ adhuc iugum Pharaonis portant & sessores eius patiuntur: uel certe quod equita-
tus hic meus qui lauacro aquæ mundatus,purus & candidus factus est,& uerbū dei meruit ha-
bere sessorem,ex curribus assumptus est Pharaonis.Inde enim omnes ueniunt credentes, quia
Christus uenit in hunc mundū peccatores saluos facere.Hoc ergo modo potest explanari uersi
culi huius sensus.Equitatui meo qui fuit ante in curribus Pharaonis,& nunc sequit̃ me in equis
albis,purificatus in lauacro aquæ,similem te arbitror proxima mea.Beatæ ergo sunt illę animæ
quæ dorsum suū curuauerunt,ut suscipiant sessorem uerbū dei super se & frena eius patiuntur,
ut quocunq; ipse uoluerit flectat eas,& agat,habenis præceptorum suoꝝ:quia iam nō propria
uoluntate incedunt,sed ad omnia ducuntur & reducunt̃ uoluntate sessoris. Et fortassis uidebit̃
D secundum hoc quod ex multis animabus cōgregata est ecclesia,& exemplū uitæ accepit à Chri
sto:quod non tam ab ipsa deitate uerbi dei acceperit, quæ utiq; supereminet eos actus uel affe-
ctus,qui ad exemplū dari hominibus debeãt,sed illa anima quæ assumpta est ab eo, in qua fuit
summa perfectio:illa sit ad exemplū posita,& ipsa dicat hic,proxima mea:cuius similitudinem
habere debeat etiã ecclesia:quæ ex multis congregatur animabus, illis scilicet quæ prius fuerãt
sub iugo & curribus Pharaonis,& equitatus dñi appellantur.Quæ aūt ex duabus expositio cō
uenire magis proposito uersiculo uideatur,probabis etiam tu qui legis .Quàm speciosæ factæ
sunt genæ tuæ,tanq̃ turturis:ceruix tua,sicut redimicula. Ordo dramatis,huiusmodi uidetur
habere consequentiã,quod postea q̃ austeriore usus est cōminatione sponsus ad sponsam,prote
status ei,quod nisi cognosceret semetipsam,exitura esset in uestigiis gregū, & pasceret nō oues,
sed hœdos,erubuerit super austeritate præcepti,sed & rubor uerecundiæ diffusus in uultu, spe-
ciosas effecerit genas eius,& multo q̃ fuerant pulchriores. Non solum autē genæ, sed & ceruix
eius tam decora sit reddita quasi monilium redimiculis adornata.Pulchritudo ergo genarum,
turturibus comparatur,quod per huiusmodi aues,simul honestas uultus & alacritas indicetur.
Hæc est historici dramatis explanatio.Sed ueniamus ad rem Paulus apostolus scribēs ad eccle-
siam Corinthioꝝ,ita ait:Corpus autē non est membrū unum,sed multa: Et si dixerit pes, quia
non sum manus,non sum de corpore:non propterea non est de corpore. Et si dixerit auricula,
quia non sum oculus,non sum de corpore:non propterea non est de corpore.Si totum corpus
est oculus,ubi est auditus? Si totū auditus,ubi odoratus? Nunc aūt deus posuit unūquodq; mē-
brum in corpore,sicut uoluit.Et cum plura de hoc disputasset,ad ultimū dicit: Vos aūt estis cor
pus Christi & membra ex parte.Et iterum ad Ephesios scribens dicit:Subiecti inuicē in timore
Christi.Mulieres uiris suis subiectæ sint sicut domino,quia uir caput est mulieris,sicut & Chri-
stus est caput ecclesiæ:ipse saluator corporis.Sed sicut ecclesia subiecta est Christo,ita & mulie-
res uiris suis in omnibus.Viri diligite uxores uestras,sicut & Christus dilexit ecclesiam suam,&
semetipsum tradidit pro ea,ut eam sanctificaret lauacro aquæ in uerbo, ut ipse sibi præpararet
gloriosam



A gloriosam ecclesiam:nō habentem maculam aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed ut esset san-
cta & immaculata.Et post pauca.Nemo,inquit,enim aliquando carnem suam odio habuit:sed
nutrit & fouet eam,sicut & Christus ecclesiam:quia membra sumus corporis eius : & reliqua.
Per hæc ergo edocemur:quomodo spōsa Christi,quæ est ecclesia etiã sit corpus eius & mēbra.
Si ergo audias spōsi mēbra nominari:ecclesiæ membra dici intellige,in quibus sicut sunt aliqui
qui dicuntur oculi,pro intelligentiæ sine dubio ac scientiæ lumine:& alii aures,pro audiēdo uer
bo doctrinæ:alii manus,pro bonis operibus religiosisq; ministeriis:ita sunt alii & q genæ eius
appellentur.Genæ autem partes uultus dicuntur,in quibus honestas & uerecūdia animæ agno
scitur,per quod sine dubio illi in membris ecclesiæ declarantur:qui castitatis & pudicitiæ exco-
lunt honestatem.Pro his ergo ad omne corpus sponsæ dicitur : Quàm speciosæ factæ sunt ge-
næ tuæ? Et obserua quia non dixit,q̃ speciosæ sunt genæ tuæ,sed q̃ speciosæ factæ sunt,ut ostē
dat prius quidem non eas ita fuisse speciosas,sed postea quàm suscepit oscula sponsi: & ipse qui
loquebatur per prophetas prius affuit:& mundauit sibiipsi ecclesiam suam lauacro aquæ, & fe
cit eam non habere maculam aut rugam,& agnitionem sui præstitit ei:tunc factæ sunt speciosæ
genæ eius. Tunc enim castitas & pudicitia & uirginitas quæ prius nō fuerat,per ecclesiæ genas
specioso decore diffusa est.Quæ tamen genarū species,id est, pudicitiæ & castitatis, turturibus
comparatur. Turturum ferunt huiusmodi naturam esse,ut neq; masculus præter unam fœmi-
nam adeat aliam:nec fœmina plus quàm unum patiatur marem:ita ut si accidat altero interce-
pto superesse alterum:pariter cum coniuge extinctus sit ei concubitus amor.Conuenienter ergo
similitudo turturis,aptatur ecclesiæ,quod uel alterius uiri post Christum coniugium nesciat,uel
quod continentiæ & pudicitiæ in ea tanq̃ turturum uolitet multitudo.Secundum hanc intelli-
gentiam etiam ceruicem sponsæ accipiamus.Quæ sine dubio illæ intelligi debent animæ, quæ
Christi iugum suscipiunt dicentis:Suscipite super uos iugum meum:quia iugum meum suaue
B est.Obedientia ergo eius,ceruices eius appellantur.Ceruix ergo eius speciosa facta est, sicut redi
micula:& merito.Quam enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat,nūc obedien
tia fidei,speciosam fecit & pulchrã.Ceruix ergo tua speciosa facta est,sicut redimicula. Ad utrū-
que enim subauditur,speciosa facta est.Redimicula hic dicit constrictiones,uel cōnexiones mo-
nilium,quæ in ceruicibus sedere solent:ex quibus deducitur & descendit per omne collum reli-
quus ornatus.Ipsi ergo ornamento quod ceruicibus & collo imponi solet,ceruicem sponsæ cō
parauit.Quod dictū ita aduertimus.Ceruicem diximus subiectionem & obedientiam dici,pro
eo quod quasi iugum Christi suscipiat,& fidei eius obedientiam præbeat.Ornamentū ergo cer
uicis eius quæ est obedientia,Christus est. Ipse enim prior factus est obediens usq; ad mortem.
Et sicut per unius,Adæ scilicet,inobedientiam,peccatores constituti sunt multi: ita & per unius
obedientiam,Christi duntaxat,iusti constituentur multi.Ornamentum ergo & monile ceruicis
ecclesiæ,obedientia Christi est.Sed & ceruix ecclesiæ,id est obediētia eius,similis effecta est obe-
dientiæ Christi,quod est monile ceruicis.Magna ergo in hoc laus spōsæ est,magna ecclesiæ glo
ria,ubi imitatio obedientiæ eius,exæquatur obedientiæ Christi quē imitatur ecclesia. Hæc ipsa
species monilis,etiam in Genesi memoratur à Iuda patriarcha Thamar nurui suæ, quãdo cum
ea quasi cum meretrice concubuit,data. Quod non omnibus patet mysterium. Intelligitur per
hoc quod Christus ecclesiæ,quam ex multorum dogmatum prostitutione collegerat, futuræ
perfectionis hæç dedit pignora,& istud obedientiæ monile ceruici eius imposuit.Similitudines
auri faciemus tibi cū distinctionibus argenti quoadusq; rex sit in recubitu suo. Supra diximus
quod specie dramatis libellus hic ordinatus,personarum immutatione cōtexitur: & nunc ergo
uidentur hæc amici uel sodales sponsi ad sponsam locuti, qui secundū intelligentiam mysticã:
& ut supra iam diximus,aut angeli:uel etiã prophetæ,aut patriarchæ possunt intelligi. Nō em̄
tunc solum cum post baptismum Ioannis in deserto tentatus est à diabolo dominus, accesserūt
angeli & ministrauerunt ei, sed ante aduentum præsentiæ corporalis, ministrauerunt semper.
Nam & lex disposita in manu per angelos dicitur mediatoris. Et ad Hebræos scribens Apo-
stolus

C ſtolus dicit:Si enim qui per angelos habitus eſt,ſermo factus eſt firmus.Ipſi ergo erant uelut au-
tores & procuratores, appoſiti paruulæ ſponſæ cum pædagogo,lege: donec plenitudo tem-
porum ueniret & mitteret deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, & adduceret
eam ſub autoribus & procuratoribus & pædagogo,lege:ut ipſius uerbi dei oſcula, doctrinam
ſcilicet uerbáque ſuſciperet. Antequàm ergo tempus horum adeſſet: in multis angelorum mi-
niſterio excolebatur ſponſa qui apparebant tunc hominibus:& loquebantur ea,quæ res poſce-
bat & tempus.Non enim tu mihi ex aduentu ſaluatoris in carne ſponſam dici, aut eccleſiam
putes: ſed ab initio humani generis,& ab ipſa conſtitutione mundi,imò ut Paulus docet, altius
myſterij huius originem repetam,ante etiam conſtitutionem mundi. Sic enim dicit ipſe: Sicut
elegit nos in Chriſto ante conſtitutionem mundi, ut eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo
in charitate,prædeſtinans nos in adoptionem filiorum. Sed & in pſalmis ſcribitur: Memento
congregationis tuæ domine:quam congregaſti ab initio.Prima etenim fundamenta congrega
tionis eccleſiæ,ſtatim ab initio ſunt poſita. Vnde & Apoſtolus dicit ædificari eccleſiam,non ſo
lum ſuper apoſtolorum fundamentum, ſed etiam prophetarum. Inter prophetas autem nu-
meratur & Adam:quia magnum myſterium prophetauit in Chriſto & in eccleſia,dicens:Pro-
pter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam:& adhærebit uxori ſuæ, & erunt am-
bo in carne una:Euidenter enim de his dictis eius, dicit Apoſtolus: Quia myſterium hoc ma-
gnum ſit. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Sed & idem Apoſtolus cum dicit: Sic enim
eccleſiam dilexit,ut ſemetipſum traderet pro ea,ſanctificans lauacro aquæ:non utique oſtendit
eam prius non fuiſſe: quomodo enim dilexiſſet eam quæ non erat? Sed eam ſine dubio dile-
xit quæ erat. Erat autem in omnibus ſanctis, qui ab initio ſeculi fuerunt facti. Diligens igitur
eam,uenit ad eam.Et ſicut pueri ſui communicauerunt carni & ſanguini,ſimiliter & ipſe parti-
ceps factus eſt eorundem,ac ſemetipſum pro eis tradidit. Ipſi enim erant eccleſia quam dile-
D xit: ut eam uel numeroſitate augeret uel uirtutibus excoleret, uel perfectionis charitate de ter-
ris transferret ad cœlum.Miniſtrauerunt ergo & prophetæ ab initio,miniſtrauerunt & angeli.
Quid enim aliud fiebat tunc,cum apparuerũt tres uiri Abrahæ ſedenti ad quercum Mamre?
Licet illa angelorum ſpecies plus aliquid quàm angelicum oſtenderit miniſterium: nam trini-
tatis ibi myſterium prodebatur.Hoc erat & in Exodo:cum angelus domini dicitur in flamma
ignis apparuiſſe Moyſi in rubo. Continuo autem in ſubſequentibus dominus & deus loqui in
angelo ſcribitur,& ipſe deus eſſe Abraham,& deus Iſaac,& deus Iacob deſignatur. Quod qui-
dam hæreticorum legentes dixerunt:Deum legis & prophetarum longe inferiorem eſſe,quàm
Ieſum Chriſtum & ſpiritum ſanctum: & eouſque impietatem ſuam pertenderunt: ut plenitu-
dinem quidem in Chriſto ponant & in ſpiritu ſancto:imperfectionem uero & infirmitatem in
deo legis.Sed hæc aliâs.Nunc autem nobis propoſitum eſt oſtendere, quomodo ſancti ange-
li,qui ante aduentum Chriſti,uelut paruulæ adhuc ſponſæ tutelam procurabant, ipſi ſint ami-
ci & ſodales ſponſi: qui ad eam dicere uideantur: Faciamus tibi ſimilitudines auri cum diſtin-
ctionibus argenti uſquequo rex ſit in recubitu ſuo.Indicant ergo quod ipſi faciant ſponſæ,non
aurum (neque enim habebant tale aurum quale dignum erat offerri ſponſæ) ſed pro auro,ſimi
litudines auri ſe facere promittunt.Et non unam ſimilitudinem,ſed multas.Ita etiam dicunt de
argento: ſed quaſi habentes licet paruam argenti materiam,promittunt ſe ei facere, non ſimili-
tudines,ſed diſtinctiones argenti,utpote quibus non tanta abundaret argenti materia, ut con-
nexum aliquid & ſolidum opus ex eo producere poſſent,ſed diſtinctiones ſòlas ac ſigna quæ-
dam parua,uelut pũcta intererent illi operi,quod ei ex auri ſimilitudine faciebant. Hæc ergo
amici ſponſi illi,de quibus ſupra diximus,ſponſæ faciunt ornamenta.Sed quid in his ſecreti cõ
tineatur,& quid elocutionis nouitas ipſa parturiat;omnipotentis uerbi ac ſponſi patrem pre-
cemur,ut ipſe nobis arcani huius clauſtra patefaciat;quo poſſimus, non ſolum ad intelligenda
hæc illuminari;uerumetiam ad proferenda,ac ſecundũ menſuram eorum,qui lecturi ſunt,mo-
derationem eloquij ſpiritualis accipere.Auri ſpeciem in multis ſæpe oſtendimus figurã tenere
inuiſibilis



A inuiſibilis & incorporeæ naturæ.Argentum uero uirtutem uerbi ac rationis,ſecũdum quod &
dñs dicit per prophetam:Dedi uobis argentum & aurum,uos autem feciſtis argentea & aurea
Baalim:oſtendens per hæc,& dicens:quia dedi uobis ſenſum & rationẽ, qua me deũ & ſentire
poſſetis & colere:uos autẽ & ſenſum & rationem,quæ in uobis eſt,ad colenda dæmonia trãſtu-
liſtis.Sed & eloquia dñi,eloquia caſta:argentum igne probatum dicitur.Et item in alijs, argen-
tum ignitum,iuſti lingua memoratur.Cherubim uero aurea dicuntur:quoniam quidẽ plenitu-
do ſcientiæ dei interpretantur.Sed & candelabrũ in tabernaculo teſtimonij aureum & ſolidum
poni iubebatur,quod mihi uidetur formã tenere naturalis legis,in qua lux ſcientiæ habet̃. Sed
quid opus eſt multa congregare teſtimonia;cum in promptu ſit ſcire uolentibus in multis ſcri-
pturæ locis hoc indicari,quod aurum ad ſenſum mentemq́; reuocetur: argentũ uero ad uerbũ
atq; eloquia referatur.Nunc ergo properemus ad cõtemplandum, quomodo ſecundũ ea quæ
præmiſimus amici ſponſi dicant ſe ſimilitudines auri facere ſponſæ cũ diſtinctionibus argenti.
Videtur ergo mihi quod lex quæ per angelos diſpoſita eſt in manu mediatoris: quandoquidẽ
umbram habeat futurorum bonorꝝ,non ipſam imaginem rerũ: & quæcunq; cõtingebant illis
qui in lege referuntur,in figura & nõ in ueritate contingebant.Iſta omnia ſimilitudines auri fue
runt,non aurum uerũ,quod ſcilicet aurũ uerum in illis quæ incorporea ſunt & inuiſibilia ac ſpi
ritualia intelligatur.Similitudo uero auri,in quo nõ eſt ipſa ueritas,ſed umbra ueritatis,iſta cor-
porea & uiſibilia accipiantur,uerbi gratia:Similitudo auri fuit iſtud tabernaculum manufactũ,
de quo dicit Apoſtolus:Non enim manufacta iſta introiuit Ieſus exemplaria uerorum, ſed in
ipſum cœlum.Ergo quæ in cœlis ſunt inuiſibilia & incorporea,illa ſunt uera:iſta aũt quæ in ter
ris ſunt uiſibilia & corporea,exemplaria uerorum dicuntur eſſe non uera.Iſta ergo ſunt quæ ſi-
militudines auri appellantur: in quibus eſt & arca teſtamenti & propiciatoriũ & Cherubim &
altare incenſi:& menſa propoſitionis & panes: ſed & uelamen & columbæ ac ſeræ & altare ho-
B locauſtorum,& ipſum templũ,atq; omnia quæ in lege ſcripta ſunt. Omnia hæc ſimilitudines
erant auri.Sed & ipſum aurũ uiſibile,pro eo quod uiſibile erat,nõ erat aurũ uerum:ſed ſimilitu
do erat illius ueri auri inuiſibilis.Iſtas ergo ſimilitudines auri,fecerũt ſponſæ eccleſiæ ſpõſi ami-
ci;angeli uidelicet & prophetæ, qui miniſtrauerunt in lege cæteriſq́; myſterijs. Hæc opinor &
Paulus intelligens dicebat:In religione angelorũ, in his quæ uidet fruſtra inflatus ſenſu carnis
ſuæ.Omnis ergo Iudaicus cultus & religio,ſimilitudines ſunt auri.Cũ aũt cõuerſus fuerit quis
ad dñm,& ablatum fuerit ab eo uelamen:tunc uidebit aurũ uerum, cuius auri anteq; adeſſet &
cognoſcendum ſe præberet,ſimilitudines fecerunt ſponſæ amici eius,ut ex illis ſimilitudinibus,
cõmonita & prouocata,ueri auri deſiderium caperet. Hoc enĩ factum indicat Paulus, cũ dicit:
Hæc autem in figura cõtingebant illis.Scripta aũt ſunt propter nos,in quos finis ſeculorũ deue
nit.Sed finem,quẽ dicit Paulus,nõ intelligas corporalem:Finis enĩ corporalis multos inueniet,
pro quibus nõ ſunt ſcripta hæc:Neq; enim huiuſmodi de his recipient intellectũ, ſed finẽ ſecu-
lorum,perfectionem rerum intellige: quæ utiq; Paulo & ſimilibus eius adueniſſe, & propter
ipſos ſcripta hæc eſſe dicuntur.Sed hæc in exceſſu diximus, uolentes oſtẽdere quomodo amici
ſponſi dicant ad ſponſam facere ſe ei ſimilitudines auri cũ diſtinctionibus argenti,per ea ſcilicet
quæ in lege & prophetis per figuras & imagines & ſimilitudines & parabolas ſcripta tradide-
runt.Sunt tamen in his & paruæ quædam diſtinctiones argenti,indicia ſcilicet ſenſus ſpiritua-
lis uerbi & interpretationis rationabilis,licet & ualde rara & exigua.Ante aduentum nanq; do
mini uix ſicubi prophetarum aliquis parũ quid occulti ſermonis aperuit:uerbi gratia,ut Eſaias
cum dicit:Vinea domini ſabaoth, domus Iſraël eſt, & domus Iuda nouella dilecta. Et iterum
alibi:Aquæ multæ,gentes multæ ſunt.Et Ezechiel nominans duas ſorores,Oollam & Oolibã,
aliam Samariam diſtinguit eſſe,& aliam Iudæam:& ſicubi talia quædam ipſis prophetis inter-
pretantibus aperiantur:iſtæ diſtinctiones argenti dicuntur. Vbi uero ſaluator & dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus aduenit,nota faciens omnia uerbo uirtutis ſuæ,in paſſione eius indicium da
tum eſt,quod ea quæ in abſconditis tegebantur & arcana erant,in lucẽ proferrẽtur & ad mani-
feſtationem

C feſtationem uenirent;per hoc quod uelum templi,quo ſancta ſanctorum & arcana uelabantur,
ſciſſum eſt de ſurſum eius deorſum;palàm fore denuncians omnibus,quod intrinſecus uidebat̃
obtectum.Sic ergo illud quod per angelos & prophetas miniſtratũ eſt,ſimilitudo auri fuit cum
diſtinctionibus paruis & exiguis argenti.Hæc autem quæ per ipſum dñm noſtrũ Ieſum Chri-
ſtum tradita ſunt,in auro uero & argento ſolido collocata ſunt.Hæc enim quæ per amicos ſpõ
ſi facta eſt ſimilitudo auri cum diſtinctionibus argenti,non in ſempiternum manſura promiti-
tur;ſed tempus ei ſtatuitur ab illis ipſis dicentibus;uſq;quo rex ſit in recubitu ſuo.Cum enim re
cubans dormierit,ut leo & ut catulus leonis,& poſt hæc ſuſcitauerit eum pater & reſurrexerit è
mortuis,ſi qui fuerint conformes reſurrectionis eius,iam non in ſimilitudine auri;id eſt, non in
rerum corporalium cultu manebunt,ſed aurum uerũ ab ipſis percipient,credẽtes & ſperantes,
non ea quæ uidentur,ſed quæ nõ uidentur;nec quæ in terris ſunt,ſed quæ in cœlis,ubi Chriſtus
eſt in dextera dei ſedens,& dicent;Quia & ſi cognouimus Chriſtum aliquando ſecundum car-
nem,ſed nunc iam non nouimus.Non ergo iam diſtinctionibus paruis argenti, ſed in latitudi-
nem diffuſo utentur argento.Audient enim,quia in illa auri ſimilitudine,petra, quæ ſequi dici-
tur,& potum populo præbere Chriſtus eſt,& mare baptiſmus eſt,& nubes ſpiritus ſanctus eſt,
& manna uerbum dei eſt,& agnus paſchæ ſaluator eſt;& ſanguis agni,paſſio Chriſti eſt;& uelũ
quod eſt in ſanctis ſanctorũ,quo diuina illa & arcana tegebantur,caro eius eſt,aliaq; innumera,
ex eius reſurrectione patebunt;nõ iam parua ut prius diſtinctione,ſed latiſſima expoſitione pa-
tefacta.Adhuc autem ut clarius fiat quod dicit;uſq;quo rex ſit in recubitu ſuo; etiam de ſecũda
Balaam prophetia,quæ de Chriſto ita continet proferemus.Orietur,inquit, ſtella ex Iacob; &
exiet homo de ſemine eius,& dominabitur gentibus multis. Exaltabitur Gog regnum eius, &
creſcet regnum eius.Deus educet eum ex Aegypto,ſicut gloria unicornis,& comedet gẽtes ini-
micorum ſuorum,& craſſitudines eorum emedullabit,& iaculis ſuis ſagittabit eos. Recumbẽs,
D ut leo requieſcet,& ſicut catulus leonis.Quis ſuſcitabit eum? Conſidera ergo & ex his diligen-
tius,& uide quomodo omnis ſimilitudo auri uſq; ad extremum tempus,ad recubitũ regis ſcili
cet ſtare memoratur.Poſt hæc ergo exaltabitur Gog,id eſt ſuper tecta regnum eius ,cum uideli
cet de terris ad cœleſtia fuerit tecta translatum.Sed de his plenius,prout dominus dedit,in Nu
merorum libro proſecuti ſumus.Requiramus ſanè ſi etiam ſanctis patribus ipſis & prophetis;
qui miniſtrauerunt uerbum ante aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, perfectionis huius ue-
riq; auri gratia data ſit,an tantũ futura hæc intellexerint & in ſpiritu uentura præuiderint; atq;
ob hoc ſolum dixerit dominus de Abraham;Quia deſiderauerit uidere diem eius, & uiderit &
lætatus ſit,quod ſcilicet in ſpiritu futura præuiderit;& magis fortaſſe hoc ita eſſe, etiã ille ſermo
confirmet,qui ait;Multi iuſti deſiderauerunt uidere quæ uidetis, & non uiderũt; & audire quæ
auditis,& non audierunt. Quamuis nec illis potuerit defuiſſe perfectio ueniens ex fide. Quæ
enim nos facta credimus;hæc illi maiore cum expectatione futura credebant.Sicut ergo ex ad-
uentu Chriſti,credentes præteritorum fides,ita & illos futurorum ad ſummã perfectionis addu
xit.Quod ſi ad unãquãq; animã referatur expoſitio;uidebitur quod donec paruula eſt adhuc
anima & imperfecta,& ſub tutoribus & procuratoribus poſita, ſiue doctoribus eccleſiæ, ſiue
angelis;qui paruulorum cuſtodes eſſe dicuntur,& uidere ſemper faciem patris,qui in cœlis eſt;
ſimilitudines auri fiunt ei;cum non ſolidis & fortibus alitur uerbi dei cibis; ſed ſimilitudinibus
imbuitur;uelut ſi dicamus parabolis & exemplis docetur, pro quibus & ipſe Chriſtus dicitur
ætate creſcere & ſapientia & gratia apud deũ & homines. In illis ergo ſimilitudinibus imbuit̃;
& fiunt ei paruulæ diſtinctiones argenti.Aperiuntur enim interdum & his qui imbuuntur par
ua aliqua & rara de ſecretioribus myſterijs,ut deſiderium cõcipiant maiorum.Neq; enim deſi-
derari quid poteſt ſi penitus ignoretur,& ideo incipientibus & primis in eruditionibus poſitis,
ſicut nõ ſunt ad ſubitum cuncta pandenda;ita neq; penitus abſcondenda ſunt ſpiritualia myſte
ria,ſed ut ait ſermo diuinus,faciendæ ſunt eis diſtinctiones argenti,& ſcintillæ quædã ſpiritua-
lis intelligentiæ animis eorũ initiandæ ſunt,ut guſtum quodammodo deſiderandæ dulcedinis
ſumant



A ſumant;ne ut diximus ſi penitus ignoretur,nec omnino deſideretur. Verũ quod paruulã nomi
namus animam,nemo ita accipiat,quaſi ſecundum ſubſtantiam paruula dicatur;ſed ſi cui deeſt
eruditio,& in qua eſt exiguus intellectus ac minima peritia,hanc paruulam dicimus animam.
Igitur hæc fieri conuenit,uſq;quo rex ſit in recubitu ſuo,id eſt,uſq;quo in id proficiat huiuſmo-
di anima,ut capiat regem & habeat recumbentem in ſemetipſa.Sic enim dicit hic rex; Quia ha-
bitabo in eis & inambulabo in eis;profecto qui tantã uerbo dei,cordis ſui latitudinem præbẽt,
ut etiam in eis deambulare dicatur,ſpacijs ſcilicet amplioribus intelligentiæ agnitioniſq; diffu
ſioris.Ita ergo & recubare dicitur in anima illa ſine dubio,de qua ipſe dñs dicit per prophetam;
Super quem requieſcam,niſi ſuper humilem & quietum & tremẽtẽ ſermones meos? Habitat
ergo rex iſte qui eſt ſermo dei,in illa anima,quæ iam ad perfectum uenerit recubitum ſuũ,ſi ta-
men non ſit in ea aliquod uitiũ,ſed plena ſit ſanctitate, plena pietate, fide, charitate,pace,omni-
buſq; uirtutibus. Tunc enim delectat in ea recubare regem & habere recubitum. Ad hanc enim
animam dñs dicebat;Quia ego & pater meus ueniemus & cœnabimus cum eo,& manſionem
faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Chriſtus cũ patre,& ubi manſionem facit, quidni recum-
bit? Beata illius latitudo animæ,beata ſtrata illius mentis,ubi pater & filius, ut non dubito, unà
cum ſpiritu ſancto recumbit,cœnat & manſionem facit.Quibus putas opibus,quibus copijs ta
les conuiuæ paſcuntur? Pax ubi primus cibus eſt,humilitas ſimul apponitur ac patientia,man-
ſuetudo quoq; & lenitas,& quod ſummæ ei ſuauitatis eſt,puritas cordis. Charitas aũt in hoc cõ
uiuio principalem obtinet locũ. Tali ergo modo,etiam tertia expoſitione,ad unãquanq; animã
referri poſſe uidebitur,quod ait;Similitudines auri faciemus tibi cũ diſtinctionibus argẽti, quo-
aduſq; rex ſit in recubitu ſuo.Nardus mea dedit odorem ſuum,ſiue odorem eius. In ſpecie dra
matis uidetur hoc oſtendi,quod poſt hæc uerba ingreſſa ſit ſponſa ad ſponſum , & unguentis
ſuis unxerit eum;ac miro quodã genere,quaſi nardus quæ prius odorem non dederat cũ eſſet
apud ſponſam,tunc dederit odorem ſuum,cum corpus contigit ſponſi,ut non tam ille ex nar-
B do odorem,ꝗ nardus ex ipſo ſumpſiſſe uideatur.Si uero ſecundum hanc differentiam, quæ in
alijs inuenitur exemplaribus legimus;Nardus mea dedit odorem eius;inuenitur adhuc aliquid
diuinius,ut uideatur unguentum hoc nardi,quo unctus eſt ſponſus,nõ tantum ſuũ, qui nardo
ineſſe naturaliter ſolet,ſed ipſius ſponſi odorem cœperit,& ipſius odorem ad ſponſam reporta-
uerit nardus,ut in eo quo unxit eum,odorẽ ſponſi per ipſius unguenti munus acceperit,& hoc
ſit quod dicere uideatur;Nardus mea qua unxi ſponſum,regreſſa ad me, odorem mihi detulit
ſponſi,& uelut ſuperato naturali ſuo odore,præ fragrantia ſponſi ipſius mihi detulit ſuauitatẽ.
Hæc habet hiſtorici dramatis explanatio.Sed ueniamus iam nunc ad intelligentiam ſpiritualẽ.
Ponamus hic ſponſam eccleſiam,in perſonam Mariæ, quæ decenter utiq; dicitur afferre librã
unguenti nardi piſtici precioſi,& unguere pedes Ieſu,& detergere capillis ſuis, & recipere quo-
dammodo ac recuperare per crinem capitis ſui ad ſemetipſam unguentum, ex qualitate ac uir-
tute corporis eius infectum,& odorem non tam nardi per unguẽtum,quàm ipſius uerbi dei ad
ſe trahentem per capillos,quibus abſtergebat pedes,& impoſuit capiti ſuo,nõ tam nardi quàm
Chriſti fragrantiam,& dicere;Quia nardus mea, miſſa in corpus Chriſti, reddit mihi odorem
eius.Deniq; uide quomodo hæc ipſa referuntur. Maria, inquit, attulit libram unguenti nardi
piſtici precioſi,& unxit pedes Ieſu,& exterſit capillis capitis ſui. Domus autem, inquit, tota re-
pleta eſt odore unguẽti.Quod utiq; indicat,quia odor doctrinæ,qui procedit de Chriſto & ſan
cti ſpiritus fragrantia,repleuit omnem mundi huius domum ac totius eccleſiæ domũ. Vel cer-
te repleuit omnem domum animæ illius,quæ odoris Chriſti ſuſcepit participium,offerens pri
mo fidei ſuæ munus,uelut unguentum nardi,& recipiens ex hoc gratiam ſpiritus ſancti & ſpi-
ritualis doctrinæ fragrantiam.Quid ergo intereſt utrum in Cantico canticorum ſponſa perun-
gat unguento ſponſum;an in euangelio diſcipula magiſtrum, & Maria Chriſtum : ſperans, ut
diximus, redire ad ſe ex hoc unguento odorem uerbi, & fragrantiam Chriſti, ut eoipſo dicat,
Chriſti bonus odor ſumus deo.Et quoniam plenum fide fuit iſtud unguentum,& precioſi effe-
PP ctus,ob

C ctus,ob hoc & Ieſus teſtimonium reddidit ei,dicens:Bonũ opus operata eſt in me.Sic ergo rur-
ſus in Cantico canticoꝝ,poſt aliquanta amplectitur emiſſiones ſponſæ, ſicut hic opus Mariæ,
ait enim:Emiſſiones tuæ paradiſus cum fructu pomorũ. Cyperus cum nardis.Nardus cũ cro-
cis.Amplectitur ergo & in his emiſſiones ac munera ſponſæ. Obſeruauimus ſanè quod in his
quæ nunc memorauimus pluraliter primo,poſtmodũ ſingulariter nardum poſuit, quod puto
ſecundum illam rationem dictũ:quia negociator regni cœlorũ,plures primo margaritas nego-
ciatur:uſq;quo ad unã perueniat precioſam.Et forte quod dixit : Emiſſiones tuæ paradiſus cũ
fructibus pomorum:illos indicat fructus cũ nardis plurimis,quos afferimus ex inſtitutionibus
& doctrina prophetica.Ex doctrina uero ipſius dñi noſtri Ieſu Chriſti:emiſſiones noſtræ & mu
nera,non plures habent nardos,ſed unã. Sed nunc redeamus ad eã quæ dicit: Nardus mea de-
dit odorem ſuũ,& uide ſi poſſumus adhuc etiam hoc in loco intelligere præſenti:quod ſi quan-
do ualuerimus integre & decenter exponere de deitate Chriſti,uirtutemq; eius ac maieſtatẽ di-
gnis aſſertionibus conſignare:tunc fortaſſis merito dicet,uel eccleſia illa uel anima, quæ ita ma-
nifeſte potuerit gloriã eius exponere:Nardus mea dedit odorẽ ſuum. Nec mirum uideri debet
ſi Chriſtus,quemadmodũ fons eſt,& flumina aquæ uiuæ de eo procedũt, & quemadmodum
panis eſt,& uitam dat:ita & nardus eſt, & odorẽ reddit,& unguentũ eſt: quo qui uncti fuerint,
Chriſti fiant,ſicut dicit in pſalmo:Nolite tãgere Chriſtos meos. Et fortaſſe ſecundũ illud quod
dicit Apoſtolus:His qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni uel mali: ſingulis qui-
buſq; ſenſibus animæ,ſingula quæq; Chriſtus efficitur.Idcirco enim & uerũ lumen dicĩ, ut ha
beant oculi animæ quo illuminentur:idcirco & uerbũ, ut habeant aures quod audiant: idcirco
& panis uitæ,ut habeat guſtus animæ quod deguſtet.Idcirco ergo & unguentũ uel nardus ap-
pellatur,ut habeat odoratus animæ,fragrantiã uerbi:idcirco & palpabilis, & manu tractabilis,
& uerbum caro factũ dicitur,ut poſſit interioris animæ manus contingere de uerbo uitæ. Hæc
D autem omnia unum atq; idem eſt uerbũ dei,quod per hæc ſingula affectibus orationis commu
tatum,nullum animæ ſenſum gratiæ ſuæ relinquat expertem. Alligamentum guttæ fratruelis
meus mihi,in medio uberũ meorũ manebit,ſiue cõmorabitur.Eiuſdem adhuc uerba ſunt ſpõ-
ſæ ad adoleſcentulas,ut uidetur loquentis.Prius quidem dixerat,quia nardus ſua dediſſet odo-
rem ſponſo,& quia per unguentũ quo unxerat eum,odoris fragrantiam recepiſſet,nunc autem
ait:Fraternus meus mihi guttã redolet,& hanc non diffuſam,neq; ut libet diſperſam, ſed colli-
gatam & conſtrictam:quo ſcilicet odor ipſius ſuauitatis denſior reddaĩ & uehementior. Et hic,
inquit,cum talis ſit,in medio uberum meoꝝ demoratur, & cõmanet, & requiem ac manſionẽ
ſuam facit in loco pectoris mei. Verũ quod nunc primũ cognominauit eũ fraternum ſuũ ſpon-
ſa,& nominis huius appellatione per totũ penè libelli textum frequenter utitur,dignũ puto, ut
prius requiramus appellationis ipſius cauſam, & quid uel unde fraternus dicitur, exponamus.
Fraternus appellatur fratris filius.Requiramus quis ſit primo frater ſponſæ, cuius hic filius ha-
beatur:uide ſi poſſumus dicere ſponſam quidẽ ex gẽtibus eſſe eccleſiã:fratrem uero eius, priorẽ
populum:& fratrẽ,ut res indicat,ſeniorem.Quia ergo ex illo populo Chriſtus ſecundũ carnem
naſcitur,ob hoc ab eccleſia gentiũ,fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentũ guttæ
fraternus meus mihi:corporeæ natiuitatis eius indicat ſacramentũ. Videtur enim quodãmodo
alligamentum eſſe & uinculum quoddã animæ corpus:quod alligamentũ, gutta in Chriſto di
uinæ uirtutis ac ſuauitatis aſtringitur.Si aũt ad unãquanq; animã quæ dicta ſunt referũtur:alli-
gatura guttæ,dogmatum cõtinentiæ conſtrictio,ac diuinarũ ſententiarũ nodoſitas intelligitur.
Innexæ enim ſibijnuicem ſunt fidei rationes,& uinculis ueritatis aſtrictæ.Deniq; & lex mundũ
dicit eſſe omne uas quod alligatũ eſt:immundum uero quod ſolutũ fuerit & non ligatũ. Cuius
rei hæc figura erat,quod Chriſtus in quo nunq; fuit ulla immũdicia peccati,alligamentũ guttæ
dicitur.Et ideo anima non debet contingere aliquid diſſolutũ, & quod nõ ſit ratione ſubnixũ,
& dogmatum ueritate conſtrictum,ne immunda fiat.Qui enim immũdum contigerit,immun
dus erit ſecundum legem.Continget nanq; eum ſenſus irrationabilis,& alienus à ſapientia dei,
& faciet



A & faciet eum immundum. Vide autem ſi forte filium dei in carne guttam dictũ, & quaſi breue
aliquid & exiguum nominatũ poſſumus accipere,ſicut & Daniel de eo dicit:Lapidem paruum
de monte exciſum ſine manibus,& factũ poſt hæc montem magnũ. Vel ſicut in libello duode-
cim prophetarum nihilominus gutta quidẽ futura dicitur, quæ congreget populũ. Eſt ergo &
in prophetis ita ſcriptum:Et erit ex gutta populi huius cõgregatus Iacob. Decebat enim eũ qui
ueniebat cõgregare:non ſolum Iacob,ſed & omnes gentes,quæ ſicut propheta dicit: Reputatæ
ſunt tanq; gutta ex ſitula,exinanientẽ ſe diuinitatis forma,effici ipſum ut guttã, & ſic uenire ad
congregandam guttam gentium,& guttam nihilominus reliquiarum Iacob. Sed & in quadra-
geſimoquarto pſalmo dicitur ad dilectum,cui etiã ipſe pſalmus aſſcribitur:Myrrha & gutta &
caſia à ueſtimentis tuis.A ueſtimẽtis ergo uerbi dei,quæ eſt doctrina ſapientiæ,procedit myrrha
mortis duntaxat indicium pro humano genere ſuſceptæ.Gutta,ut ſupra diximus, exinanita di
uinitatis forma,ſeruilis formæ ſuſcepta dignatio.Caſia quoq; quoniã id genus herbæ aquis in-
deſinentibus nutriri dicitur & coaleſcere,redemptionẽ humani generis per aquas baptiſmi indi
cat datam.Sic ergo alligaturam guttæ fraternum ſuũ ſponſa tanq; nuptiali dramate loquẽs,in-
ter medium uberum ſuoꝝ cõmorantem dicit. Vbera,ut ſuperius iam diximus, principale cor-
dis aduerte,in quo eccleſia Chriſtum,uel anima uerbum dei,deſiderij ſui uinculis alligatum te-
net & aſtrictum.Si quis enim uerbũ dei toto affectu in corde ſuo,& toto amore conſtringit, ipſe
ſolus poterit odorem fragrantiæ eius & ſuauitatis accipere. Botrus cyperi fraternus meus mi-
hi in uineis Engaddi.Quãtum ad literæ ipſius explanationẽ,habet aliquid ambiguũ, quod ait:
Botrus cyperi fratruelis mihi:quia & uua florens cyperus appellatur,& ſpecies quædam extrin-
ſecus uirgulti eſt quæ cyperus dicitur:ferens etiã ipſa floridum quendam fructum,in modũ flo-
rentis uuæ prolatum.Sed uidetur magis ad fructum uitis reſpicere ſermo,quandoquidẽ uinea-
rum Engaddi facta eſt memoria.Engaddum aũt ager terræ Iudæ eſt:non tãtum uineis, quantũ
B balſamis florens.Hic ergo erit hiſtoricus ſenſus ſponſæ loquentis ad adoleſcentulas,ut intelliga
tur dicens:Primo quidem nardus mea odorem mihi ſponſi mei reddit.Secundo uero alligamẽ
tum guttæ effectus eſt fraternus meus mihi,demorãs inter media ubera mea. Tertio botrus cy-
peri ex uineis Engaddi,ſuperans omne quicquid eſt in odoribus & floribus ſuauitatis:quo ſcili-
cet audientes hæc adoleſcentulæ,magis ac magis ad charitatem ſponſi concitentur & amorem.
Idcirco autem ſingulatim & per ordinem:primo nardum ſuam,deinde guttam,poſt hæc etiam
botrum cyperi nominat:ut per eos gradus,quoſdam profectus doceat charitatis. Sed uidea-
mus iam quid ſpiritualis habeat intellectus.Siquidem hic qui appellatur botrus,ad fructũ uitis
referendus eſt:uerbum dei accipimus,ſicut ſapientiam & uirtutem & theſaurum ſcientiæ,aliaq;
multa,ita & uitem ueram dici.Sicut ergo his quibus efficitur ſapientia & ſcientia, nõ ad ſubitũ,
ſed per profectus quoſdam & gradus,pro ſtudijs & intentione ac fide eorũ,qui ei uel in ſapien-
tia,uel in ſcientia,uel in uirtute participantur,ſapientes eos & ſcientes reddit uigentesq; uirtuti-
bus,ita & in quibus uitis uera efficitur,nõ eis ad ſummum maturos botros producit & dulces:
nec repente eis efficitur uinum ſuaue & lætificans cor hominis,ſed primo producit eis ſuauita-
tem tantummodo odoris in florẽ.Botrus hic florens eſſe memoratur in uineis Engaddi,ut gra-
tia fragrantiæ ipſius immittatur in initijs animæ,ut poſt hæc pati poſſit acerbitatẽ tribulationũ
& tentationum,quæ propter uerbũ dei credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius
dulcedinem præbet,uſq; dum perducat eos ad torcularia,ubi effunditur ſanguis uuæ, ſanguis
noui teſtamenti,qui bibatur in die feſto in ſuperioribus,ubi ſtratũ magnum paratũ eſt.Sic ergo
per ſingulos hos profectus graduũ incedere oportet eos,qui per ſacramentũ uitis & botrum cy
peri initiati,ad perfectionẽ feruntur,& calicem noui teſtamenti ab Ieſu ſuſceptũ bibere conten-
dunt.Quod ſi cyperus ſui generis arbor accipiendus eſt:cuius fructus etiam flos,nõ tantũ odo-
ris ſuauitatem,quantum & uim calefaciendi ac fouendi dicitur poſſidere: illa ſine dubio accipi-
tur ſponſi uirtus,qua incaleſcunt animæ erga fidem eius & charitatem quæ cõtingebat eos qui
dicebant:Nonne cor noſtrum erat ardens intra nos,cum adaperiret nobis ſcripturas? Vel certe

 quoniã

C quoniam de uineis Engaddi botrus hic florens nominatur eſſe; Engaddi autem interpretatur
oculus tentationis meæ;ſi quis eſt qui intellectum habere poteſt,quomodo tentatio eſt uita ho-
minis ſuper terram,& intelligit quomodo quis in deo eripitur à tentatione,& qui agnoſcit qua-
litatem tentationis ſuæ,ita ut poſſit de ipſo dici;quia in his omnibus non peccauerit labijs ſuis
coram deo:huic botrus cyperi de uineis Engaddi efficitur uerbum dei. Obſeruãdum tamen eſt
quod uerba ſponſæ ita referuntur,ut & nardus & alligamentum guttæ,& botrus cyperi ipſi ſo
li ſint,utpote quæ in hos iam profectus aſcenderit. Sola enim perfecta anima eſt,quæ ita habet
purum & purgatum odoramentum ſui ſenſus, ut poſſit nardi & guttæ & cyperi ex uerbo dei
procedentis fragrantiam capere & gratiam diuini odoris haurire.

## HOMILIA TERTIA.

ECce es ſpecioſa proxima mea,ecce es ſpecioſa,oculi tui columbarum.Secundo iam ſponſus
cum ſponſa in uerbo colloquioq; miſcetur.Et primo quidē ſermone inuitauit eã ad hoc,ut
cognoſceret ſemetipſam,dicens ei quod bona quidē eſſet inter mulieres, ſed niſi cognoſceret ſe-
metipſam,certa quæq; pateretur,& quaſi quæ uelociter ad agnitionem ſui ſenſu intellectuq; cu
currerit,cõparat eã equis ſuis uel equitatui,quibus obtinuerit currus Pharaonis.Simul & genas
eius pro inſigni uerecundia & conuerſationis pernicitate,turturibus comparat; ceruicēq; eius,
ornamentorum redimiculis.Nunc aũt iam ſpecioſam profitetur eã,& ſpecioſam:nõ ſic ut prius
in mulieribus tantũ,ſed quaſi proximã ſibi,& adhuc in maiorem titulum laudis extollit & affir
mat:quia non tantũ cum proxima eſt ei ſpecioſa ſit,ſed & ſi contingat ei abſentē eſſe,etiã ſic ſpe-
cioſa ſit.Hoc enim indicat in eo,quod cũ dixiſſet;Ecce es ſpecioſa proxima mea: addit poſt hæc
abſolute & ſine ulla adiũctione;ecce es ſpecioſa.Sed in ſuperioribus non laudauerat uiſum eius,
credo quia nondum ad intuitũ profecerat ſpiritualis intelligentiæ,nunc ergo ait: Oculi tui colũ
barum.Grandis in hoc profectus eius oſtenditur,ut quæ prius tãtum ſpecioſa in mulieribus di-
D cta eſt,nunc ut proxima ſpecioſa dicatur,ex ipſo ſine dubio ſponſo ſplendorē decoris accipiēs,
ut ſemel ab ipſo ſumpta pulchritudine,etiam ſi accidat ei paululũ ſponſi abſentiam pati,nihilo-
minus pulchra permaneat.Quod aũt oculi eius comparantur columbis,ob hoc profecto cõtin
git:quia diuinas ſcripturas,non iam ſecundũ literam,ſed ſecundũ ſpiritũ intelligat,& aſpiciat in
eis ſpiritualia myſteria.Columba enim indicium eſt ſpiritus ſancti. Spirituali ergo ſenſu intelli-
gere legem & prophetas:hoc eſt,oculos columbæ habere.Et hic quidē columbæ oculi eius ap-
pellantur.In pſalmis uero huiuſmodi anima pennas ſibi dari colũbæ deſiderat, ut uolare poſſit
in intellectum ſpiritualiũ myſteriorum,& requieſcere in atrijs ſapientiæ. Sed & ſi dormire quis
poſſit,hoc eſt collocari,& requieſcere in medio ſortiũ,atq; intelligere ſortium rationē,& cogno-
ſcere diuini iudicij cauſas:non ſolũ pennæ columbæ,quibus in ſpiritualibus intellectibus uolet,
promittuntur ei,ſed deargentatæ pennæ,id eſt,uerbi & rationis ornamento decoratæ.Scapulæ
quoq; eius in ſpecie auri fieri dicuntur,ubi conſtantia fidei,& dogmatũ ſtabilitas indicatur per-
fectorum.Ergo ſi caput eſſe Chriſtus dicitur,nihil puto abſurdũ uideri,ſi & oculi eoꝝ qui ſecun
dum interiorem hominē ſpiritualiter intelligunt & ſpiritualiter dijudicant, ſpiritus ſanctus eſſe
dicantur.Et ob hoc fortaſſis in lege ſicut agnus poſitus eſt, per cuius hoſtiã populus purificaret
in paſcha,ita & columbæ poſitæ ſunt quibus purificatur homo,ingreſſus hunc mundũ. Sed &
de eo nunc dicere,& hoſtiarũ qualitates diſcutere,longior uidetur exceſſus, & propoſito operi
minime conueniens.Hæc aũt memoraſſe ſufficiat,pro eo quod præſens ſermo continet; Oculi
tui columbæ:quaſi diceret,oculi tui ſpirituales ſunt:ſpiritualiter uidentes,ſpiritualiter intelligen
tes.Poteſt adhuc profundiore fortaſſis ſacramēto quod dixit:Ecce es ſpecioſa proxima mea,in-
telligi de præſenti ſeculo dictũ:quia ſpecioſa quidē ſit & hic eccleſia, cũ proxima eſt Chriſto, &
cum imitatur Chriſtũ.Quod uero iterauit & dixit;ecce es ſpecioſa,poteſt ad futurũ ſeculũ perti
nere;ubi iam non ſolum imitatione,ſed ipſa ſui perfectione formoſa eſt & ſpecioſa, & ibi dicat
eſſe oculos eius columbas,ut duorum oculorũ columbæ duæ intelligantur eſſe filius dei & ſpiri
tus ſanctus.Et ne mireris, ſi columba ſimul dicatur, cũ uterq; ſimiliter aduocatus dicatur, ſicut





A Ioannes euangeliſta declarat,ſpiritum quidem ſanctũ dicens paracletũ, quod eſt aduocatus. Et
de Ieſu Chriſto nihilominus in epiſtola ſua dicit:Quia ipſe ſit aduocatus apud patrē pro pecca-
tis noſtris.Sed apud Zachariam prophetã duæ oliuæ,ad dexterã & ad ſiniſtrã candelabri poſi
tæ,unigenitum nihilominus & ſpiritum ſanctũ deſignare creduntur. Ecce es bonus fraternus
meus,& quidē ecce es ſpecioſus,cubile noſtrũ umbroſum.Nunc primũ uidetur attentius inſpe
xiſſe ſponſi ſui pulchritudinē ſponſa,& conſideraſſe illis oculis,qui columbæ eſſe dicti ſunt, de-
cus & ſpeciē uerbi dei.Quia reuera non poteſt prius perſpici,nec agnoſci quãta ſit in uerbo ma-
gnificentia,niſi prius oculos quaſi columbæ,id eſt,intelligentiã ſpiritualē accipiat.Cõmune aũt
cubile ſibi quod dicit eſſe cũ ſponſo,corpus hoc mihi uidetur indicari animæ:in quo adhuc po
ſita,digna habita ſit aſciſci ad conſortiũ uerbi dei.Idq; umbroſum,utpote non aridum,ſed fru-
ctuoſum memorat,& tanq; denſitate boni operis nemoroſum.Sed hæc ſponſa dicit,anima dũ-
taxat quæ columbæ iam oculos habet.Hi uero qui tantũmodo credũt ſponſo, nõ tamen per-
ſpicere potuerunt in uerbo dei,quanta ſit pulchritudo dicũt:Et uidimus eũ, & nõ habebat ſpe-
ciem neq; decorē:ſed ſpecies eius indecora & deficiens præ filijs hominũ.Quæ aũt bene profe-
cit,& ſupergreſſa eſt adoleſcentularũ,& octoginta concubinarum,& ſexaginta reginarum ordi
nē,iſta anima poteſt dicere:Ecce es decorus fraternus meus, & quidē ſpecioſus. Sed & ſi adhuc
in corpore poſitus intelligam denſitatē ſpiritualium ſenſuũ,& intelligentiam ſcripturarũ diui-
narum tam crebra opacitate cõtextam,ut rapidior æſtus qui multos ſolet adurere, & arefacere
fructus eoꝝ,me tamē tenebrare nõ poſſit,nec ulla uis tentationũ fidei in me germen arefacere:
tunc poſſum dicere,quia cubile noſtrũ umbroſum.Quod aũt dicit cubile noſtrũ,quaſi commu
ne ſibi cum ſponſo corporis ſui indicans eſſe locũ,ad illam ſimilitudinē dictum intellige,qua &
Paulus dixit:Quia corpora noſtra membra Chriſti ſunt.Cum enim dicit corpora noſtra,quaſi
ſponſæ id eſſe corpus oſtendit.Cũ uero membra Chriſti memorat, eadē corpora etiam ſponſi
B eſſe corpus indicat.Hæc ergo corpora ſi umbroſa ſunt,ut ſuperius diximus,bonis dũtaxat ope
ribus referta,& ſpiritualium ſenſuũ denſitate cumulata,de his talibus dici poteſt: Per diem ſol
non uret te,neq; luna per noctē.Iuſtũ nanq; tentationis ſol non adurit requieſcentē ſub umbra
uerbi dei.Iſte enim ſol qui adurit iuſtum,non eſt damnabilis,ſed ille magis qui ſe trãsfigurat in
angelum lucis.Bonus ergo & decorus dicitur fraternus,& quãto magis inſpici potuerit oculis
ſpiritualibus,tanto ſpecioſior inuenitur & pulchrior:quia non ſolum illius ſpecies & pulchritu
do mirabilis apparebit:uerum & inſpicienti atq; intuenti eum, decus ingens & ſpecies formæ
noua ac mirabilis orietur,ſecundũ illud quod Apoſtolus uerbi dei intuens pulchritudinē dicit:
Nam & ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpitur,ſed qui intus eſt renouatur de die in diem.
Merito ergo talis hæc anima cõmune habet cubile cum uerbo,corpus ſuum. Peruenit enim di
uina uirtus uſq; ad corporis gratiã,cum in eo uel caſtitatis donum uel continentiæ, aliorumq;
bonorum operum collocat gratiã.Conſidera ſanè,ne forte poſſit etiã illud corpus quod aſſum
pſit Ieſus,cõmune ei cum ſpõſa cubile nominari:quoniã quidē uidetur per ipſum eccleſia Chri-
ſto eſſe ſociata,& participium uerbi dei capere potuiſſe,ſecundũ quod mediator dei & hominũ
dicitur,& ſecundum quod Apoſtolus dicit:Quoniã in ipſo habemus acceſſum per fidē in ſpe
gloriæ dei. Tigna domoꝝ noſtrarum cedri,trabes noſtræ cypreſſi.Videtur ab ſponſo reſpõ-
deri ad gratiam eorum quæ dicta fuerunt prius ab ſponſa:quibus edoceat eã cuiuſmodi ſint te-
cta iſta communia,& qualis in eis materia contignationis habeatur.Hæc habet hiſtorica narra-
tio.Videtur autem eccleſia deſcribi à Chriſto,quæ eſt domus ſpiritualis & domus dei,ſicut do-
cet Paulus,dicens:Si autem tardius uenero,ut ſcias quomodo te oporteat in domo dei conuer-
ſari quæ eſt eccleſia dei uiui,columna & firmamentum ueritatis. Si ergo eccleſia domus dei eſt,
quia omnia quæ habet pater,filij ſunt,eccleſia domus filij dei eſt.Frequenter autē & plurali nu-
mero appellantur eccleſiæ,ut ubi ait:Nos talem conſuetudinē non habemus, neq; eccleſiæ dei.
Et iterum ſcribit eccleſijs Galatiæ Paulus.Et Ioannes ſeptem eccleſijs.Sunt ergo ſiue eccleſia uel
eccleſiæ,domus ſponſi & ſponſæ,ſiue animæ uerbi domus,in quibus tigna ſunt cedrina. Legi-

C mus etiam quaſdam cedros dei,ſuper quas uinea quæ tranſlata eſt de Aegypto,extendiſſe dicit̃
traduces ſiue arbuſta ſua,ſicut ait in pſalmis: Operuit mõtes umbra eius & arbuſta eius cedros
dei.Euidenter igitur per hæc eccleſia cedri dei nominatur.Cũ ergo dicit ſponſus: Tigna domo-
rum noſtrarum cedri:intelligere debemus cedros dei eſſe eos qui eccleſiam contegunt,& eſſe ali
quos horum ualidiores,qui trabes appellantur.Et puto quod conuenienter hi qui epiſcopatum
bene miniſtrant in eccleſia,trabes dici poſſunt:quibus ſuſtentatur & tegitur omne ædificiũ, uel
ab imbrium labe,uel ab ardoribus ſolis.Secundo aũt horum loco,tigna presbyteros opinor ap
pellari,& trabes quidẽ dici cypreſſos,quibus & fortitudo robuſtior,& odor ſuauitatis ineſt: per
quod & in operibus ſolidum,& in doctrinæ gratia fragrantem deſignat epiſcopũ.Similiter aũt
& tigna cedros appellauit,ut per hoc incorruptionis uirtutis & odoris ſcientiæ Chriſti plenos
deſignaret debere eſſe presbyteros. Ego flos campi,& liliũ conuallium:ſicut liliũ in medio ſpi
narum,ita proxima mea in medio filiarum.Hæc ille qui ſponſus & uerbũ & ſapientia eſt de ſe-
metipſo,& de ſponſa ad amicos ac ſodales ſuos loqui uidetur.Sed ſecundum propoſitæ expoſi
tionis ordinem Chriſtus hæc de eccleſia loqui intelligendus eſt, & ipſe dicere ſe florẽ eſſe campi
& lilium cõuallium.Campus planicies terræ dicitur,cui cultura adhibetur & excolitur ab agri-
colis.Conualles uero ſaxoſa magis & inculta indicant loca.Poſſumus autem & campum illum
intelligere populum,qui per prophetas colebatur & legem:conuallem uero ſaxoſum & incultũ
gentium locum.Sponſus ergo hic in Iudæorum populo flos fuit.Sed quoniam neminẽ ad per-
fectum adduxit lex,idcirco in illo non potuit uerbum dei ad florem proficere,& ad perfectionẽ
fructuum peruenire.In iſta tamen cõualle gentium effectus eſt lilium. Cuiuſmodi autẽ lilium?
Tale ſine dubio,quale & ipſe in euangelijs dicit,quod pater cœleſtis ueſtit.Et,neq; Salomon in
omni gloria ſua indutus eſt,ſicut unũ ex iſtis.Fit ergo lilium in hac cõualle ſponſus, in eo quod
ueſtiuit eum pater cœleſtis tali ueſtimento carnis,quale nec Salomon in omni gloria ſua habere
D potuit.Non enim Salomon habuit abſq; concupiſcentia uiri & concubitu mulieris,immacula-
tam,& nulli prorſus peccato obnoxiam carnem.Sed & cauſam cur is qui in campo flos fuerat,
uoluerit eſſe in conuallibus lilium,uidetur oſtendere.Cum enim multo tempore flos fuiſſet in
campo,nullum dicit ex ipſo campo florem ad imitationem ſui ac ſimilitudinẽ proceſſiſſe.Vbi
uero factus eſt in conuallibus lilium,continuo etiam efficitur proxima eius imitatione ipſius li-
lium:ut operepretium fuerit,quoniam ipſe effectus eſt lilium,ut etiam proxima ſua, id eſt,una-
quæq; anima quæ ei approximat,& exemplum eius imitationemq; ſectatur,lilium fiat.Quod
ergo ait:Sicut lilium in medio ſpinarum,ita proxima mea in medio filiarum: accipiemus eccle-
ſiam gentium dici,quod uel è medio infidelium & non credẽtium,quaſi ex ſpinis emerſerit, uel
pro hæreticorum circunſtrepentium ſe morſibus,in medio ſpinarum poſita dicatur. Quod &
magis uidebitur ueriſimile,pro eo quod dicit,ita proxima mea in medio filiarum.Non enim fi
lias appellaſſet illas animas,quæ nunq; omnino uenerunt ad credẽdum. Omnes ergo hæretici
primo ad credulitatem ueniunt,& poſt hæc ab itinere fidei & dogmatum ueritate declinãt. Si-
cut & Ioannes apoſtolus in epiſtola ſua dicit:Quia à nobis exierunt,ſed non erant ex nobis.Nã
ſi fuiſſent ex nobis,permanſiſſent utiq; nobiſcum.Poſſumus autem & ad unamquanq; animã
id referentes,huic quidem animæ quæ pro ſimplicitate ſui & planitie uel æquitate campus dici
poteſt,florem fieri uerbum dei & initia bonorum operum docere. His uero qui profundiora
iam quærunt,& demerſiora ſcrutantur,quaſi in conuallibus,uel pro claritate pudicitiæ,uel pro
fulgore ſapientiæ efficitur lilium,ut & ipſi fiant lilia erumpentia de medio ſpinarum: id eſt, fu-
gientes cogitationes & ſolicitudines ſeculares,quæ ſpinis in euangelio cõparatæ ſunt. Sicut ar
bor mali inter ligna ſyluæ,ita fraternus meus inter mediũ filiorum.In umbra eius concupiui &
ſedi,& fructus eius dulcis in faucibus meis.Decuit quidẽ ſponſum & de ſemetipſo dicere, quid
eſſet in campo,quid etiã in cõuallibus:& de ſponſa quæ eſſet,uel qualis inter cæteras filias habe
retur.Sponſam uero ad hæc reſpondentẽ non cõueniebat de ſemetipſa aliquid dicere, ſed affici
totam erga admirationem ſponſi,& ipſius laudibus inhærere. Comparat ergo eũ arbori mali.
Sed ne



A Sed ne ex ſimilitudine ſermonis ſimpliciores aliqui arborem mali,malam arborem putent,& à
malicia dictam,dicamus nos arborem meli,Græco quidem nomine utentes: ſed ſimplicioribus
quibuſq; Latinorum plus notiore quàm mali. Melius eſt enim ut Grammaticos offendamus,
quàm legentibus ſcrupulum aliquem in ueritatis explanatiõe ponamus.Comparat igitur eum
arbori meli,ſodales uero eius reliquis arboribus ſyluæ.Sed ſponſum ita arbori huic meli ſimilẽ
dicit:ut etiam concupiſſe ſe dicat ſub umbra eius ſedere,fructumq; eius dulcem ſibi effectum in
faucibus aſſeueret.Et hæc ad adoleſcentulas loqui uidetur: ſicut & ſpõſus locutus eſt prius ad ſo-
dales ſuos.Sed nunc uideamus ſecundum myſterium,quos dicat ſponſa filios , inter quos tanq;
arborem meli præcellere reliqua ſyluæ ligna aſſerat ſponſum,& uide ſi poſſumus ſecundum ea
quæ in ſuperioribus de filiabus & ſpinis dupliciter expoſuimus:ita hic etiã filios, uel eos qui ali-
quando fuerunt & non ſunt,uel multitudinem cœleſtium miniſtrorum dictos eſſe intelligere.
Ad omnes enim in initio pertinet illud quod ſcriptũ eſt:Ego dixi dij eſtis,& filij excelſi omnes.
Sed differentia interceſſit per hoc quod ait: Vos autem ut homines moriemini, & ſicut unus de
principibus cadetis.Sed & illud in hoc reſpicit:quoniã quis in nubibus æquabitur domino,aut
quis aſſimilabitur ei inter filios dei? Sicut ergo arbor meli inter reliqua ligna ſyluæ, ſic eſt ſpõſus
inter reliquos filios,habens fructum,qui non ſolũ ſapore omnes,ſed & odore præcellat & duos
animæ ſenſus,id eſt,guſtum & odoratum reficiat. Diuerſis nanq; copijs menſam ſuam nobis
præparat ſapientia:in qua non ſolum panem uitæ apponit,ſed immolat carnes uerbi,& non ſo
lum miſcet in cratere ſuo uinum,ſed & mela odorata ſatis adhibet,& dulcia quæ non tantum in
ore & labijs ſuauitatem reddant,ſed et interioribus tradita faucibus dulcedinem ſeruent.Poſſu-
mus autem ligna ſyluæ accipere eos angelos, qui uniuſcuiuſq; hæreſeos autores fautoresq; uiſi
ſunt extitiſſe:ita ut uideatur eccleſia comparãs ſuauitatem doctrinæ Chriſti, ad aſperitatem hæ-
reticorum dogmatum ac ſterilem infructuoſamq; doctrinam dicere, meli quidem ſuauia & dul
B cia,eſſe dogmata eccleſiaſtica quæ in Chriſti eccleſia prædicantur. Ligna uero ſyluæ eſſe ea quæ
à diuerſis hæreticis affirmantur.Et de iſtis uidebitur infructuoſis lignis ſyluæ dici,quod in euan-
gelio ſcriptum eſt:Ecce iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor quæ non
facit fructum bonum,excidetur & in ignem mittetur. Fraternus ergo ſponſæ eſt, ut arbor meli
in eccleſia ſponſi:cæteri uero hæreſiarchæ tanquàm infructuoſa ligna ſyluæ,diuino iudicio ut ſe
curi excidendi & in ignem mittendi.Igitur in huius meli umbra concupiſcit ſponſa reſidere:uel
eccleſia (ut diximus) in protectione filij dei , uel anima refugiens omnes reliquas doctrinas,&
adhærens uni ſoli uerbo dei:cuius etiam dulcem habeat in faucibus fructum,meditando ſcilicet
indeſinenter legem dei,& ſemper eam uelut mundum animal ruminando. Verum de appella-
tione umbræ iſtius,ſub qua ſedere concupiſſe ſe dicit eccleſia:non puto abſurdum, ſi ea quæ in-
uenire poſſumus in ſcripturis diuinis,proferamus in medium:ut quæ ſit umbra meli huius,di-
gnius & diuinius agnoſcatur. Ait Hieremias in lamentationibus : Spiritus uultus noſtri Chri-
ſtus dominus comprehenſus eſt in corruptionibus noſtris, cui diximus in umbra eius,uiuemus
in gentibus. Vides ergo quomodo ſpiritu ſancto permotus propheta , uitam de umbra Chri-
ſti præberi gentibus dicit.Et quomodo non uitam nobis præbeat eius umbra , cum & in con-
ceptu corporis illius ad Mariam dicatur : Spirituſſanctus ueniet ſuper te , & uirtus altiſſimi ob-
umbrabit tibi? Si ergo obumbratio fuit altiſſimi in conceptu corporis eius , merito umbra
eius uitam gentibus dabit.Et merito ſponſa eius eccleſia ſub meli umbra ſedere concupiſcit,ſine
dubio ut uitæ quæ eſt in eius umbra,particeps fiat.Reliquorum uero lignorum ſyluæ umbra ta
lis eſt:ut qui ſederit ſub ipſa,ſedere uideatur in regione umbræ mortis. Sed adhuc ut magis ac
magis planior reddatur locus,qui habetur in manibus requiramus quomodo Apoſtolus dicat,
legem umbram habere futurorum bonorum : & omnia quæ uel de diebus feſtis uel ſabba-
tis uel neomenijs ſcripta ſunt,umbram eſſe memoret futurorum bonorum,in his ſcilicet quæ ſe
cundum literam gerebantur:& quomodo omnem ueterum culturam , exemplar & umbram
pronunciet eſſe cœleſtium. Quod utique ſi ita eſt , oſtenduntur ſub umbra legis ſediſſe omnes
 quicunq;

C quicunqꝫ ſub lege erant,& umbrã magis ueræ legis habebant. Nos autem alieni ſumus ab umbra eorum;quoniam non ſumus ſub lege,ſed ſub gratia. Sed quàmuis non ſimus ſub umbra illa quam legis litera faciebat,ſumus tamen ſub umbra meliore. In umbra enim Chriſti uiuimus inter gentes. Et eſt profectus quidam de umbra legis uenire ad umbram Chriſti;ut quia Chriſtus eſt uita & ueritas & uia;efficiamur primo in umbra uiæ,& in umbra uitæ,& in umbra ueritatis;ut comprehendamus ex parte & in ſpeculo ac in ænigmate;ut poſt hæc ſic incedamus per hanc uiam quæ eſt Chriſtus,quo peruenire poſſimus in hoc,ut facie ad faciem comprehendamus ea quæ prius quaſi in umbra & in ænigmate uideramus. Non em̃ quis poterit ad illa quæ uera ſunt & perfecta peruenire,niſi prius deſiderauerit & cõcupierit in hac umbra reſidere. Sed & Iob omnem hominum uitam dicit eſſe umbram ſuper terram, credo pro eo quod anima in hac uita uelamento huius craſſi corporis obumbratur. Omnes ergo qui in hac uita ſunt,neceſſe eſt in umbra quadam eſſe. Sed alij quidem ſunt ſedentes in regione umbræ mortis,hi profecto qui non credunt Chriſto. Eccleſia uero cum fiducia dicit: In umbra ſponſi concupiui & ſedi: quàmuis certe fuerit tempus,quo potuerit quis ſub umbra legis reſidens defendi à duritia ardoris & æſtus. Sed tranſijt illud tempus. Veniendum eſt nunc ad arboris meliæ umbrã, & quàmuis diuerſa quis utatur umbra,uidetur tamen omnis anima donec in præſenti uita eſt umbram habere neceſſariã;propter illum credo ardorem ſolis, qui cum exortus fuerit, continuo ſemen quod non alta radice demerſum eſt,areſcit & deperit. Sed hunc ardorem tenuiter quidem legis umbra propellit. Chriſti uero umbra,in qua nunc in gentibus uiuimus,id eſt,incarnationis eius fides,auertet penitus & extinguet. Ille enim qui adurebat ambulantes ſub umbra legis,tempore paſſionis Chriſti,ſicut fulgur uiſus eſt cecidiſſe de cœlo, quàmuis etiam huius umbræ tempus in fine ſeculi compleatur;quia (ſicut diximus) Poſt conſummationem ſeculi, iam non per ſpeculum nec in ænigmate, ſed facie ad faciem uidebimus ueritatem. Simile eſſe puto & illud, quod ſcriptum eſt:Sub umbra alarum tuarum exultabo. Sed & in ſequentibus huius libelli ita
D dicit ſponſa: Fraternus meus mihi, & ego illi ipſi qui paſcit inter lilia, donec reſpiret dies & amoueantur umbræ;edocens per hoc,quia ueniet tempus,cum omnes umbræ remouebuntur, & per miſericordiam dei patebit ueritas ſola. Sed & quod ait:Et fructus eius dulcis in faucibus meis:illius animam hoc credo dicere, quæ nihil emortuum, nihil inſenſibile habet in faucibus ſuis, & in nullo prorſus ſimilis eſt illis, de quibus dicitur: Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Quicunque enim uerba mortis & interitus de faucibus proferunt, ipſorum fauces ſepulchra dicuntur: ſicut ſunt omnes qui uel contra ueram fidem loquuntur, uel contra diſciplinam caſtitatis & iuſticiæ & ſobrietatis aliquid proferunt. Ipſi ergo ſunt, quorum fauces ſepulchra ſunt & loca mortis, unde mortis uerba proferuntur. Iuſtus autem dicit:Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et alius qui uerba uitæ docebat,ita dicit: Os noſtrum patet ad uos ò Corinthij:cor noſtrum dilatatum eſt. Sed & alius qui uerbo dei aperuit os ſuum,inquit: Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Introducite me in domum uini. Sponſæ uerba adhuc ſunt,ſed ad amicos & familiares ſponſi (ut arbitror) diriguntur, à quibus uidetur expoſcere ut introducant eam in domum læticiæ,ubi uinum bibitur,& epulæ parantur. Quæ enim iam uiderat cubiculum regium deſiderat etiam nunc regale introire conuiuium,& frui uino læticiæ. Supra iam diximus amicos ſponſi prophetas,& omnes qui miniſtrauerunt uerbum dei ab initio ſeculi intelligendos:ad quos recte uel eccleſia Chriſti, uel anima uerbo dei adhærens dicat:ut ſe introducant in domum uini:id eſt,ubi ſapientia miſcuit in cratere uinum ſuum, & deprecatur per ſeruos ſuos, omnem inſipientem & egentem ſenſu, dicens: Venite, manducate panes meos, & bibite uinum quod miſcui uobis. Iſta eſt domus uini domusqꝫ conuiuij, in quo conuiuio omnes qui ueniunt ab oriente & occidente, recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno dei. Ad quam domum & ad quod conuiuium, prophetæ perducunt animas quæ tamen eos audiunt & intelligunt. Sed & ſancti angeli cœleſtesqꝫ uirtutes quæ in miniſterio mittũtur, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Iſtud eſt uinum cui ſcribuntur iſti pſalmi, qui pro tor-

culari



A cularibus attitulantur. Iſtud eſt uinum ex illa uite uindemiatum, quæ dicit:Ego ſum uitis uera: quod expreſſit pater cœleſtis agricola. Iſtud eſt uinum quod attulerunt illi palmites, qui in Ieſu permanſerunt:non ſolum in terris, ſed etiam in cœlis. Sic enim audio illud quod dicitur: Quia omnis palmes qui non manet in me,nõ poteſt afferre fructum. Nemo enim producit fructum uini huius,niſi qui permanet in uerbo & ſapientia & ueritate & iuſticia & pace,omnibusqꝫ uirtutibus. Iſtud eſt uinum,quo etiam inebriari iuſtis & ſanctis quibuſqꝫ optabile ducitur. Hæc puto & in ſpiritu iam tunc Noë contuens,inebriatus eſſe dicitur. Et Dauid admiratus huius conuiuij calicem dicit:Et poculum tuũ inebrians qꝫ præclarum eſt. Ad hanc ergo domũ uini, eccleſia uel anima unaquæqꝫ deſiderat,quæ perfectæ ſunt,intrare,& dogmatibus ſapiẽtiæ myſterijsqꝫ ſciẽtiæ,epularum uelut ſuauitate & uini læticia perfrui. Sciẽdum ſanè eſt,quia ſicut eſt iſtud uinum quod de dogmatibus ueritatis preſſum cõmiſcetur in cratere ſapiẽtiæ:ita eſt cõtrarium uinũ cũ inique inebriantur peccatores,& hi qui falſæ ſcientiæ dogmata pernicioſa ſuſcipiunt. De quibus Salomon in Prouerbijs dicit:Hi autem edunt cibos impietatis,uino autẽ iniquo inebriãtur. De hoc eodem uino iniquo etiam in Deuteronomio legimus ita ſcriptum: Ex uineis Sodomorum uitis eorum,& palmes eorum ex Gomorra. Vua eorum uua fellis, & botrus amaritudinis eis. Furor draconum uinum eorꝫ,& furor eorꝫ aſpidum inſanabilis. Illud autẽ uinum quod de uite uera ꝓcedit,nouum ſemper eſt,ſemper enim per ꝓfectus diſcentium, ſcientiæ & ſapientiæ diuinæ innouatur agnitio. Et ideo dicebat Ieſus diſcipulis ſuis: Quia nouum bibam illud uobiſcum in regno patris mei. Innouatur enim ſemper agnitio ſecretorꝫ arcanorumqꝫ reuelatio per ſapientiam dei:nõ ſolum hominibus,ſed & angelis cœleſtibusqꝫ uirtutibus. Ordinate in me charitatẽ: Eiuſdem ſpõſæ ad eoſdem uerba ſunt, niſi quod poſſunt fortaſſe etiã Apoſtoli Chriſti inter eos haberi,ad quos iſta memorãtur. Quod ergo ait:ordinate in me charitatem, hunc habet ſenſum: Omnes homines amant ſine dubio aliquid,& nullus eſt qui ad id ætatis uenerit, ut amare iam
B poſſit,& non aliquid amet:ſicut etiã in præfatione huius operis ſufficienter oſtendimus. Sed hic amor uel hæc charitas in nõnullis quidem ſuo ordine & cõuenienter aptata ꝓcedit,in plurimis uero cõtra ordinem. Dicitur autẽ contra ordinẽ eſſe in aliquo charitas,cũ aut id diligit qꝺ nõ debet,aut quod debet diligit,ſed plus iuſto diligit,aut minus iuſto. In iſtis ergo inordinata eſſe charitas dicitur:in illis uero (quos ualde paucos arbitror eſſe) qui ſcilicet per uiam uitæ incedunt, & non declinant neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtram:in ipſis ſolis ordinata eſt charitas, & ordinẽ ſuum tenet. Eſt autem ordo eius & mẽſura huiuſmodi. Verbi gratia:Deum diligere nullus modus,nulla menſura eſt,niſi hæc ſola,ut ei totum exhibeas quantum habes. In Chriſto enim Ieſu diligendus eſt deus ex toto corde,& ex tota anima,& ex totis uiribus:in hoc ergo nulla menſura eſt. Diligere uero proximum,eſt menſura aliqua. Proximum,inquit,tuũ dilige ſicut teipſum. Si ergo aut in dei dilectione minus aliquid feceris quàm potes, & qꝫ in uiribus tuis eſt: aut inter te & proximum tuum non ſeruaueris æquitatem,ſed aliquid differentiæ habueris: non eſt in te charitas ordinata,nec ordinem ſuum tenẽs. Verum quoniam nobis ſermo de ordine charitatis eſt,diligentius per ſingula requiramus,uel quos diligi,uel quantum diligi oporteat. Nam ſi (ut dicit Apoſtolus) membra alterutrum ſumus,puto quod hunc affectum erga proximos habere debeamus:ut eos non quaſi aliena corpora, ſed ueluti membra noſtra diligamus. Secundum hoc ergo,quod membra noſtra inuicem ſumus,æqualem erga omnes habere dilectionem ſimilemqꝫ conueniet. Secundum hoc uero quod ſunt in corpore aliqua membra honorabiliora & honeſtiora,alia uero inhoneſtiora & inferiora:puto quod rurſum pro mẽbrorum meritis & honore etiam dilectionis librari debeat modus. Si quis ergo rationabiliter cuncta agere ſecundum uerbum dei,ac ſuos etiam affectus temperare proponit:puto quod erga hæc ſingula ordinẽ charitatis & ſcire debeat & tenere. Verum ut apertius fiat quod dicimus,paulo euidentioribus utamur indicijs. Si quis (uerbi gratia) laboret in uerbo dei,atqꝫ animas noſtras inſtruat & illuminet uiam ſalutis doceat,uiuendiqꝫ ordinem tradat:nõ tibi uidetur & hic proximus eſſe quidem, ſed multo amplius alio proximo diligendus,qui horum nihil egerit? Nam & ſi ille quidẽ diligẽdus

eſt,pro

C eſt,pro eo quod membra unius corporis ſumus;uniusq́ꝫ ſubſtantiæ:ſed hic multo amplius,qui
cum ius proximi nobiſcum habeat,quod & cæteri homines habent:dat tamen hanc maiorem
charitatis erga ſe cauſam,quod uiam dei oſtendit,& animæ ſalutem,diuini uerbi illuminationi-
bus confert. Quod ſi aliquis me errantem & in præcipitio poſitum muliebris peccati, ad lucem
reuocet ueritatis:et de ipſo iam interitu eripiat,ac retrahat ad ſalutem;atqꝫ ex ipſis faucibus æter
næ mortis eripiat:nõ tibi uidetur quod illa ipſa (ſi fieri poteſt) plenitudine charitatis,qua deum
diligimus,diligendus ſit poſt deum? Et ne putes quod nos ita præſumamus, audi Apoſtolum
Paulum de his qui in uerbo dei laborant dicentem:ut ſuperabundãter habeatis in charitate eos
qui huiuſmodi ſunt propter opus ipſorum. Videamus & alium adhuc ordinem charitatis,eius
duntaxat quæ erga proximos haberi iubetur. Si ſit non habens quidem docendi uel inſtruen-
di gratiam,neqꝫ uerbum domini prædicandi:ſed tamen ſanctæ uitæ uir,innocẽs,immaculatus,
et qui in iuſtificationibus & mandatis dei ingrediatur ſine querela: uidetúr ne tibi talis hic uir in
eodem charitatis ordine habendus,quo ille qui nihil horum ait:quandoquidem uterqꝫ pximus
dicitur? Nónne & hic propter opus ſuum,& uitæ meritum (ſecundum Apoſtoli dictum) ſimi-
liter ut ille qui in uerbo dei laborat,ſuperabundantius habẽdus eſt in charitate propter opus ui-
tæ ſuæ? Eſt adhuc alius ordo charitatis. Iubemur eñ & inimicos noſtros diligere. Sed uideamus
ſi etiam in ipſis unus ſolus modus erit dilectionis,an ibi habebit locum ſermo iſte qui dicit:Or-
dinate in me charitatem. Puto ergo quod in his ſit ordo charitatis. Verbi gratia:Eſt aliquis mihi
inimicus,in alijs tamen bene agens,pudicus,ſobrius,mandata plurima dei ex parte cuſtodiens,
in aliquibus tamen errans ut homo. Eſt alius qui inimicus quidem ſit & ipſe nobis, tamẽ ſit ſuæ
uitæ atqꝫ animæ inimicus,paratus ad ſcelera,præceps ad flagitia:nihil ſancti, nihil religioſi du-
cens:non tibi uidetur etiam inter ipſos inimicos quædam diuerſitas habenda charitatis? Puto
quidem quod ex his ſatis patuerit,eſſe uim quidem charitatis unam,multas tamen habere cau-
ſas,& multos ordines diligendi,& propter hoc nunc dicere ſponſam:Ordinate in me charitatẽ:
D hoc eſt,docete me diuerſos ordines charitatis. Quod ſi adhuc addendum his aliquid uidetur,
poſſumus & illud in medium adducere,quod ait Apoſtolus:Viri diligite uxores ueſtras, ſicut
corpora ueſtra,ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. Quid ergo? Debent quidem uiri uxores ſuas di-
ligere:alias uero mulieres non debent omnino diligere in omni caſtitate & ſanctitate? An non
uidebuntur etiam ipſæ eſſe de proximis? Sed impendenda quidem eſt dilectio uel in cõiugem,
uel in matrem,uel in ſororem:ſi tamen fideles ſint, & deo adhærentes, & erga aliam mulierem
nullam ſecundum quod ipſa proxima dicitur,eſt nobis impendenda dilectio. Quod ſi hoc ab-
ſurdum uidetur (debet autem ſecundum mandati ordinem etiam erga eas caſta haberi dilectio)
prorſus inter ipſas perſonas fœminarum, quibus impendenda dilectio eſt, habendus profecto
eſt ordo quidam in charitate conueniensq́ꝫ diſtinctio. Et maiori quidem cum honorificentia ma
tri deferenda eſt dilectio. Sequenti uero gradu cum quadam nihilominus reuerentia etiam ſo-
roribus. Proprio uero quodam & ſequeſtrato ab his more, charitas cõiugibus exhibenda. Poſt
has uero perſonas,pro meritis etiam & cauſis unicuiqꝫ in omni (ut diximus) caſtitate deferen-
da dilectio eſt. Secundum hæc etiam de patre uel fratre atque alijs propinquis obſeruabimus.
Erga ſanctos uero qui nos in Chriſto genuerunt:ſed & paſtores atque epiſcopos uel qui uerbo
dei præſunt præsbyteri,aut qui bene miniſtrant in eccleſia, uel qui in fide præcellunt cæteros,
quomodo non pro uniuſcuiuſqꝫ meritis,affectio penſabitur charitatis longe eminentior, quàm
erga eos haberi poteſt,qui aut nihil horum aut non integre egerunt? Sed & inter parentes fide-
les et infideles,et fratres fideles ac infideles ſororesq́ꝫ poteſt ne fieri:ut non erga hos ſingulos di-
uerſus ordo habeatur charitatis? Quas diuerſitates intuens ſponſa, & uidens de his omnibus
animæ ad perfectionem tendenti neceſſariam uideri ſcientiam earum rerum, ut uniuſcuiuſque
loci & ordinis,menſuras poſſit tenere charitatis:dicit ad amicos ſpõſi, eos uidelicet qui uerbum
dei miniſtrant: Ordinate in me charitatem, hoc eſt; docete me & tradite mihi, quomodo per
hæc ſingula ordinem ſeruare debeã charitatis. Omnes enim homines (ſicut iam diximus) ſecũ-
dum



A dum hoc quod ſimiles nobis ſunt,ſimiliter diligẽdi ſunt,imò omnis rationabilis creatura à no-
bis,utpote rationalibus,æqualiter diligẽda eſt. Adijciendũ tamẽ in charitate eſt unicuiqꝫ ad hoc
quomodo eſt,& ad hoc quod rationabilis eſt. Si (uerbi gratia) aut in moribus, aut in opere,aut
in propoſito,aut in ſcientia,aut in ſtudijs cæteros præcellit:& pro his ſingulis ſecundum ſuum
cuiqꝫ meritum,ad generalem dilectionem,addendum eſt etiam ſpecialis aliquid charitatis. Ve-
rum ut maior de his habeatur autoritas,ab ipſo deo capiamus exẽplum. Ipſe enim amat omnia
quæ ſunt æqualiter,ut nihil oderit eorum quæ fecit. Neqꝫ enim fecit aliquid quod odio habe-
ret:non tamen ob hoc ſimiliter dilexit Aegyptios ut Hebræos, & Pharaonem ut Moyſen &
Aaron. Nec rurſus reliquos filios Iſraël ſimiliter dilexit, ut Moyſen et Aaron & Mariam:nec
iterum Aaron & Mariam ſimiliter dilexit ut Moyſen; quamuis uerum ſit ut dicitur ad eum:
Parcis autem omnibus;quia omnia tua ſunt domine,amator animarum:ſpiritus enim incorru-
ptionis eſt in omnibus:tamen ille qui menſura & numero & pondere diſpoſuit omnia ſecun-
dum menſuram,ſine dubio uniuſcuiuſqꝫ meritorum & dilectionis ſuæ temperat libram. Nun-
quid non putabimus quia non ſimiliter ab eo dilectus eſt Paulus cum perſequeretur eccleſiam
dei;ſicut diligebatur,dum ipſe pro ea perſecutiones cruciatusq́ꝫ tolerabat,et dicebat ſibi ineſſe
ſolicitudinem omnium eccleſiarum? Multum eſt nunc ut inter iſtos ordines charitatis etiam
de affectu odij, qui uidetur huic charitatis affectui contrarius, inſeramus; quia etiam dominus
dicit:Inimicus ero inimicis tuis,& aduerſabor aduerſarijs tuis. Et iterum:Si peccatori tu aſſiſtis,
& ei quem odit dominus amicus es. Quæ utique hanc habent abſolutionem, quam & illud
quod dictum eſt:Honora patrem tuum & matrem tuam. Et iterum; Qui non odit patrem,
& reliqua:in quo profecto nimietas charitatis in deum his qui aduerſantur,contrarium uidetur
generare affectum, dum nulla poteſt eſſe conſonantia luci & tenebris, & Chriſto cum Belial,
nec eadem portio eſſe fideli cum infideli. His ergo ut potuimus de charitatis ordinibus expo-
B ſitis,patet,ad intelligendum quid ſit quod poſcat ſponſa, id eſt,eccleſia, uel anima tendens ad
perfectionem, præſtari ſibi ab amicis ſponſi; quoniam introduci ſe popoſcerat in domum
uini, ubi ſine dubio intellexerat in omnibus his quæ uiderat, eminere & præcellere gratiam
charitatis;& ipſam didicerat maiorem omnium ſolamq́ꝫ eſſe charitatem quæ nunquàm cadet;
ideo depoſcit ut ordinem eius diſcat:ne forte aliquid inordinatum faciens,uulnus ab eo aliquod
accipiat,ut in poſterioribus dicitur:Vulneratæ charitatis ego ſum. Ea autem ſiue ad angelos di-
ci accipiamus, à quibus ſe inſtrui poſtulat & muniri, nihil abſurdum uidebitur:ſecundum hoc
quod de populo dicitur:Lætamini gentes cum populo eius, & cõfortent eos omnes angeli dei.
Et ut in alijs dicitur:Circundat angelus domini in circumitu timentium eum, & eripiet eos. Et
item alibi:Nolite cõtemnere unum ex minimis iſtis,qui in eccleſia ſunt:quia angeli eorum ſem-
per uident faciem patris mei,qui in cœlis eſt. Sed & in Apocalypſi Ioannis, angelo Thyatirenſi
teſtimonium dat filius dei pro charitate,quam ordinauit angelus ipſe in eccleſia ſibi cõmiſſa. Sic
enim ſcriptum eſt;Scio opera tua & charitatem tuam & fidem & miniſterium & patientiam,&
opera tua nouiſſima maiora quàm priora. Sed & ſi ad prophetas hæc referamus, qui miniſtra-
uerunt uerbum dei ante aduentum ſponſi:ut per ipſorum doctrinã uideatur eccleſia uelle ordi-
nem diſcere charitatis,id eſt,propheticis inſtrui uoluminibus, non uidebitur abſurdum. Sed &
omnes ſancti,qui de hac uita deceſſerunt,habentes adhuc charitatem erga eos,qui in hoc mũdo
ſunt,ſi dicantur curam gerere ſalutis eorum,& iuuare eos precibus ſuis atqꝫ interuẽtu ſuo apud
deum,non erit incõueniens. Scriptum nanqꝫ eſt in Machabæorum libris ita:Hic eſt Hieremias
propheta dei,qui ſemper orat pro populo. Sed & ad Apoſtolos hæc dici (ut ſupra iam dixi) nõ
uidebitur alienum. Per hos enim omnis eccleſia dei,uel anima quærens deũ introducitur in do-
mum uini;ut ſupra diximus,& aromatibus atqꝫ odoribus repletur,& cõponitur in melius,ſicut
in poſterioribus legimus,& edocemur omnẽ ordinẽ rationẽq́ꝫ charitatis. Cõfirmate me in un-
guẽtis,ſtipate me in malis:quia uulneratæ charitatis ego ſum. In Græco quidẽ habet:Cõfirmate
me in myrrhis:myrrhin genus quoddã arboris nominans,quod Latini putantes myra dictum,
unguen

C unguenta interpretati ſunt.Igitur ordo ſermonis huiuſmodi eſt.Poſteaquàm ſpõſa & uerba ex
ore ipſius ſponſi audiuit,& cubiculũ regis ingreſſa eſt,& domũ uini locumq́; conuiuij ac ſapien
tiæ,& in eo uictimas & craterem mixtum ſacramentis eius aſpexit:quaſi in horum omnium ad-
miratione ſtupens & ſaucia,poſtulat ab ipſis nihilominus amicis & ſodalibus ſponſi,ut cõfirme
tur,& quaſi deficiens ſuſtentetur,incumbens paululum ſuper arborem μυ̃ξίν,uel meliam.Amo-
ris enim uulnere percuſſa,arborum ſolatia ſyluarumq́; ſectatur.Hæc ſecundum literam. Sed ex
his ut exequi poſſimus intelligentiam ſpiritualem, indigemus illa gratia, quam conſequi à deo
meruit ipſe Salomon,qui omnium quæ ſunt radicum & arborum & uirgultorum naturas didi
cit ut ſciremus & nos quæ uis,& quæ natura ſit arboris myrrhæ,quo cõpetenter ex hac ſpiritua
lis aptari poſſit expoſitio.Hoc eſt autem quod ſolum peruenire ad nos de huius arboris noticia
potuit:quia odorem ſolum habeat ſuauem,nullum tamẽ afferat fructum.Melia uero arbor,no-
tum cunctis eſt,quod non ſolum ferat fructum,ſed & dulciſſimũ & ſuauiſſimum ferat. Omnes
igitur homines arbores dicuntur ſiue bonæ ſiue malæ, & fructuoſæ, ſiue infructuoſæ: ſicut &
dominus in euangelio dicit:Aut facite arborem bonam,& fructum eius bonum,aut facite arbo
rem malam,& fructum eius malum.Et omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum,excidetur et
in ignem mittetur. Tres ergo differentiæ in hominibus uidẽtur eſſe.Quidam qui omnino nullũ
fructum afferunt,& ecce alij qui afferunt.Sed in his qui afferunt aut mali ſunt fructus aut boni.
Hic ergo ſponſa,id eſt,eccleſia Chriſti,cõfirmari ſe poſtulat,& reclinari quidem ſuper unã arbo-
rem meliam,afferentem fructus bonos,& recte ac competenter. Super his enim confirmatur &
ſtipatur eccleſia,qui in bonis operibus fructificant & creſcunt.Quid autem eſt quod in myrrhis,
infructuoſis ſcilicet arboribus,cõfirmari uult odore ſolo gaudentibus.Ego puto quod iſtos qui
ſolo odore gaudent,& necdum fructus fidei afferunt,illos dicat quos Paulus ad Corinthios ſcri
bens dicit:Qui inuocant nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtrorum.
D Pro eo ergo quod inuocant nomen dñi noſtri Ieſu Chriſti,habent in ſemetipſis odoris quãdam
ex ipſa inuocatione nominis ſuauitatem. Pro eo uero quod non cum omni fiducia & libertate
accedunt ad fidem,nullos fidei afferunt fructus.In loco hoc poſſumus nos catechumenos eccle-
ſiæ intelligere,ſuper quos ex parte aliqua cõfirmãtur eccleſiæ. Habẽt enim & in ipſis nõ parum
fiduciæ,& ſpei plurimum,quod & ipſi fiant aliquando arbores fructiferæ, & plantẽtur in para-
diſo dei ab ipſo agricola patre. Ipſe enim eſt qui plantat huiuſmodi arbores in eccleſia Chriſti,
quæ eſt paradiſus deliciarum:ſicut & dominus dicit:Omnis plantatio quam non plantauit pa-
ter meus cœleſtis, eradicabitur. Stipatur ergo eccleſia, & inter melias & ſuper ipſas requieſcit.
Quæ meliæ illæ putandæ ſunt animæ,quæ quotidie innouantur ad imaginem eius qui creauit
eas.Quia enim per innouationem ſui,imaginem reparant filij dei,merito & ipſæ arbores meliæ
appellantur:quia & ipſe ſponſus earum in ſuperioribus dictus eſt,ſicut arbor melia eſſe in lignis
ſyluæ.Et ne mireris ſi idem ipſe & arbor uitæ & diuerſa alia dicatur, cum idẽ & panis uerus,&
uitis uera,& agnus dei & multa alia nominetur. Om̃ia nãq́; hæc uerbum dei unicuiq́; efficitur,
prout menſura uel deſiderium participantis expoſcit:ſecundũ quod & manna,qui cũ eſſet unus
cibus,unicuiq́; tamen deſiderij ſui reddebat ſaporem.Præbet ergo ſeipſum,non ſolum eſurien-
tibus panem,& ſitientibus uinum,ſed & deliciari uolentibus ſemetipſum, et fragrantia exhibet
poma.Propterea ergo & ſponſa uelut refecta iam & bene paſta,fulciri in melijs ſe poſcit,ſciens
in uerbo eſſe ſibi non ſolũ omnem cibum,ſed et omnes delicias,& per ea maxime diſcurrit,dum
ſe uulneratam ſentit eſſe iaculis charitatis.Si quis uſquàm eſt,qui fideli hoc amore uerbi dei arſit
aliquãdo:ſi quis eſt (ut ꝓpheta dicit) qui electi iaculi eius dulce uulnus plagamq́; accepit:ſi quis
eſt qui ſcientiæ eius amabili confixus eſt telo,ita ut diurnis eum deſiderijs nocturniſq́; ſuſpiret,
aliud quid loqui nõ poſſit,audire aliud nolit,cogitare aliud neſciat:deſiderare præter ipſum,aut
cupere aliud uel ſperare non libeat,iſta anima merito dicit:Vulneratæ charitatis ego ſum,& ab
illo uulnus accepi:de quo dicit Eſaias:Et poſuit me ſicut iaculum electum,& in pharetra ſua ab-
ſcondit me. Tali uulnere decet deũ percutere animas,talibus iaculis teliſq́; configere, ac ſalutari-
bus



A bus eas uulneribus ſauciare,ut quia deus charitas eſt,dicat & ipſe:Quia uulneratæ charitatis ego
ſum.Et quidẽ in hoc quaſi amatorio dramate ſponſa charitatis ſe dicit uulnera ſuſcepiſſe.Poteſt
autem ſimiliter feruẽs anima erga ſapientiã dei dicere:quia uulneratæ ſapiẽtiæ ego ſum:illa ſcili-
cet quæ ſapientiæ eius pulchritudinem potuit intueri.Poteſt & alia anima uirtutis eius magnifi
centiam cõtuens,& admirata potentiã uerbi dei dicere:Quia uulneratæ uirtutis ego ſum. Talis
credo aliqua,ſicut erat illa quæ dicebat:Dominus illuminatio mea & ſalus mea quẽ timebo.Sed
& alia anima erga amorem iuſticiæ eius feruens,& diſpenſationum ac prouidẽtiæ eius iuſticiam
contuens,dicit ſine dubio:Vulneratæ iuſticiæ ego ſum,& alia bonitatis eius ac pietatis immenſi
tatem reſpiciens ſimilia loquitur.Sed & horũ omnium generale eſt iſtud charitatis uulnus, quo
ſe uulneratam prædicat ſpõſa.Sciendum tamẽ eſt,quod ſicut ſunt iſta dei iacula quæ animæ ha
benti deſiderium bonorum,ſalutis uulnus infligunt:ita ſunt & iacula maligni ignita,quibus ani
ma quæ nõ eſt ſcuto fidei protecta, uulneratur in mortẽ. De ipſis dicit ꝓpheta:Ecce peccatores
intenderunt arcum,parauerunt ſagittas ſuas in pharetra ſua,ut ſagittẽt in obſcuro rectos corde.
Hic peccatores de occulto ſagittãtes,dæmones inuiſibiles dicit,& ipſi ſunt habẽtes quædã iacu-
la fornicationis,alia cupiditatis & auariciæ,quibus quàm plurimi uulnerantur.Habẽt etiam ſpi-
cula iactãtiæ & uanæ gloriæ:ſed iſta ualde ſubtilia ſunt,ita ut confixã ſe anima ab eis ſauciatãq́;
uix ſentiat, niſi ſi induta eſt armis dei, & ſtat uigilãs & immobilis erga aſtutias diaboli, ſcuto ſe-
metipſam fidei per omnia contegens,& nullam prorſus corporis partem fidei nudã relinquẽs.
Quantacunq́; autem dæmones fecerint tela,ſi inueniant mentem hominis fide munitam,etiã ſi
fuerint ignita,etiam ſi cupiditatum flammis & incendijs ardeãt uitiorum,fides plena cuncta re-
ſtinguit.Læua eius ſub capite meo,& dextera eius amplectetur me. Deſcriptio eſt quidem ama-
torij dramatis ſponſæ feſtinantis ad connubium ſponſi:uelut tamen paulo apertioribus corpo-
ris appellationibus currit.Sed conuerte te uelocius ad ſpiritum uiuificantem,& refugiẽs appella
B tiones corporeas,uere perſpice quæ ſit uerbi dei læua,quæ ſit dextera:quod etiam caput ſponſę
eius,animæ ſcilicet perfectæ uel eccleſiæ,& nõ te rapiat carnalis & paſſibilis ſenſus.Ipſa enim eſt
hic ſponſi dextera & læua,quæ in prouerbijs de ſapientia dicitur,ubi ait:Longitudo enim uitæ
in dextera eius,in ſiniſtra uero eius diuitiæ & gloria.Et ſicut hic ſapientiam non ideo aliquã fœ-
minam dici putabis:quia fœmineo nomine appellari uidetur : ita ne in hoc quidem quoniam
maſculino genere ſponſus uerbum dei dicitur, corporaliter intelligere debes læuam eius aut de-
xteram:uel amplexus ſponſæ uel animæ pro fœminini generis declinatione percipere,ſed uer-
bum dei:quàmuis apud Græcos maſculino,apud nos neutro genere proferatur:ſuper maſculi-
num tamen & neutrum ac fœmininũ genus,& ſuper omne omnino quod ad hoc reſpicit eſſe,
cogitanda ſunt iſta,de quibus ſermo eſt,& nõ ſolum uerbum dei,ſed & eccleſia eius,atq́; anima
perfecta,quæ & ſponſa nominatur.Sic enim & Apoſtolus dicit:In Chriſto enim neq́; maſculus
neq́; fœmina,ſed omnes in ipſo unum ſumus.Hæc autẽ propter homines,qui aliter audire non
poſſunt,niſi his uerbis quæ in uſu habẽtur in ſcriptura diuina humani more referuntur eloquij:
ut uerbis quidem notis ea & ſolitis audiamus,ſenſu tamẽ illo quo dignum eſt, de diuinis rebus
& incorporeis ſentiamus.Nam ſicut is qui amatorem dicit ſe eſſe pulchritudinis ſapientiæ, hoc
oſtendit quod naturalem qui in ſe eſt charitatis affectum ad ſtudia tranſtulerit ſapientiæ , ita &
hic ſponſa depoſcit,uel anima uel eccleſia,ut ſponſus ſuus qui eſt uerbum dei:læua quidem ſua
caput eius ſuſtentet,dextera uero eius omne eius reliquum complectatur , & cõſtringat corpus.
Eſt autem læua,in qua ſapientia diuitias cõtinere & gloriam dicitur.Quas autem habet diuitias
eccleſia,& quam gloriam,niſi illas quas accepit ab eo:qui cum diues eſſet,pauper factus eſt:ut il-
lius paupertate eccleſia fieret diues?Quæ autem eſt gloria illa?Sine dubio,de qua dicit:Pater cla
rifica filium tuum,paſſionis ſine dubio gloriam deſignans.Fides ergo paſſiõis Chriſti, gloria &
diuitiæ eccleſiæ ſunt:quæ in læua eius continentur.Læuam autem puto uerbum dei hoc modo
debere intelligi,quoniam quidem ſunt in eo quædam diſpẽſationes ante incarnationem geſtæ.
Sunt uero aliquæ & per incarnationẽ.Illa pars uerbi dei quæ ante aſſumptionẽ carnis in diſpen
QQ ſationi

C ſationibus peracta eſt, dextera poteſt uideri; hæc uero quæ per incarnationem, ſiniſtra appella-
ri. Vnde & ſiniſtra diuitias & gloriam habere dicitur. Per incarnationem nanq; diuitias & glo-
riam quæſiuit, omnium ſcilicet ſalutem. In dextera autem longitudo uitæ eſſe dicitur, per quod
ſine dubio illa eius pars quæ in principio apud deum deus erat uerbum, ſempiternitas indica-
tur. Hanc ergo læuam eccleſia, cuius Chriſtus eſt caput, optat habere ſub capite ſuo, & fide in-
carnationis eius, caput ſuum muniri. Dextera uero eius amplecti, id eſt, illa agnoſcere, & de illis
inſtrui, quæ ante huius quoq; per incarnationem geſta diſpenſationis tempus in arcanis haben
tur & reconditis. Dextera nanq; ibi putanda ſunt eſſe omnia: ubi nihil de peccatorum miſerijs,
nihil de fragilitatis lapſu continetur. Hic uero læua, ubi uulnera noſtra curauit & peccata noſtra
portauit: factus etiam ipſe pro nobis peccatum & maledictum. Quæ omnia quàmuis caput &
fidem ſuſtentent eccleſiæ, merito tamen ſiniſtra uerbi dei appellabuntur: in quibus aliqua etiam
præter illam naturam, quæ tota dextera eſt, & tota lux, ac ſplendor et gloria, pertuliſſe memo-
ratur. Adiuraui uos filiæ Hieruſalem in uirtutibus, & in uiribus agri, ſi eleuaueritis & ſuſcitaue-
ritis charitatem quoaduſq; uelit. Sponſa adhuc ad adoleſcentulas loquitur, prouocans eas &
exhortans, imò & adiurans per ea quæ eis chara eſſe nouit & amabilia: ut ſi forte eleuare cœpe-
rint charitatem, iacentem quippe in eis, & excitare eam, utpote adhuc dormientem apud eas:
intantum eleuent eam, & intantum ſuſcitent, inquantum uoluerit ſponſus: nec minus aliquid in
ea agant quàm uoluntas ipſius patitur. Hæc eſt enim amantis ſponſæ perfectio, ut à nullo ue-
lit contra animum & uoluntatem eius fieri quem diligit. Et ut hoc non negligenter aut ſegni-
ter agant, per uirtutes agri, id eſt, per plantaria & uirgulta quæ in agro ſunt, & per uires eius,
ſine dubio per ea quæ in eo ſata ſunt adiurantur. Tali ordine, talique uerborum compoſitione,
textus hiſtorici dramatis dirigitur. Nunc iam quid arcani intrinſecus contegat requiramus.
Omnis anima, præcipue quæ filia eſt Hieruſalem, habet aliquem agrum proprium, qui ei ſecre-
D ta quadã per Ieſum meritorũ ſorte delatus eſt: ſicut fuit & ille ager Iacob: cuius ſuauitate permo-
tus Iſaac patriarcha, myſticis aiebat eloquijs: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui bene-
dixit dominus. Habet ergo unaquæq; anima (ut diximus) agrum ſuum. Vita nanq; & conuer-
ſatio eius, ager eſt eius. In hoc agro, anima quæ diligens & ſtudioſa eſt, ſatis agit, & ſtudet plan-
tare bonos ſenſus, & omnes excolere animi uirtutes: non ſolum autem animi uirtutes, ſed &
uires operum, quibus uidelicet impleri poſſunt miniſteria mandatorum. Eſt ergo (ut diximus)
unicuiq; animus ſuus ager, quem colit & plantat & ſeminat, ſecundum hæc quæ diximus. Eſt
autem & omnium ſimul filiarum Hieruſalem unus quidam & communis ager: de quo Paulus
agit: Dei agricultura eſtis. Quem agrum, commune exercitium eccleſiaſticæ fidei & conuerſa-
tionis accipiamus: in quo certum eſt uirtutes ineſſe cœleſtes, & uires ſpiritualium gratiarum.
Vna enim quæq; anima quæ nunc filia Hieruſalem hic appellatur, ſciens quod matrem habeat
Hieruſalem cœleſtem, conferat aliquid neceſſe eſt ad agrum hunc excolendum, & cœleſti eum
poſſeſſione dignum cupiat effici. In iſtius ergo agri uirtutibus, eleuari charitatem Chriſti, & exci
tari ab adoleſcentulis & initia fidei habentibus, proteſtatur eccleſia, et dicit ad eas: Si leuaueritis
et excitaueritis charitatem quoaduſq; uelit: hoc eſt, ſi iam ad hoc ueneritis, ut incipiatis agi non
ſpiritu timoris, ſed adoptionis, & in hoc profeceritis, ita ut perfecta in uobis dilectio foras mittat
timorem, et ut eleuetis, atque exaltetis in uobis charitatem, et excitetis eam: tamdiu eleuate eam,
& tamdiu extollite, quàmdiu ipſe uelit filius charitatis, imò ipſe qui ex deo eſt charitas: ne forte
putantes ſufficere humanæ charitatis menſuras, in charitate dei minus aliquid quàm deo di-
gnum eſt agatis. Menſura enim charitatis hæc ſola eſt, ut tantum quantum ipſe uult diligatur.
Voluntas autem dei ſemper eadem eſt, nec unquàm mutatur. Nunquàm ergo immutatio ali-
qua aut finis ullus in dei charitate recipitur. Notandum ſanè eſt, quod non dixit, ſi acceperitis
charitatem, ſed ſi leuaueritis: quaſi quæ eſt quidẽ in uobis: ſed iacet & nondum erecta eſt. Et rur-
ſum non dixit, ſi inueneritis, ſed ſi excitaueritis charitatem: quaſi quæ ſit intrinſecus quidem: ſed
iaceat et dormiat in eis, donec inueniat ſuſcitantem. Ipſam credo et Paulus ſuſcitabat tunc ad-

huc



A huc in diſcipulis dormientem, cum dicebat: Exurge qui dormis, & continges Chriſtũ. Vox fra-
terni mei. Frequenter nos admonere conuenit, quod libellus hic in modum dramatis texitur.
Præſens enim uerſiculus quem propoſuimus tale aliquid indicat, quod cum ſponſe ſermo eſſet
ad adoleſcentulas filias Hieruſalem, ſubito quaſi eminus uocem ſpõſi ſenſerit, quaſi cum aliqui-
bus loquentis: interruptoq; ſermone, quem faciebat ad adoleſcentulas, ſponſa aurem conuerte-
rit ad auditum, qui ad eam peruenerat & dixerit: Vox fraterni mei. Sponſum uero intellige pri-
mo quidem antequàm appareret oculis ſponſæ uoce ei ſola agnitum. Poſt hæc uero etiam con-
ſpectibus eius apparuiſſe ſuper montes quoſdam uicinos illi loco, in quo ſponſa morabatur ſa-
lientem, & magnis quibuſdam, non tam paſſibus, quàm ſaltibus, colles mõteſq; in modu cerui
uel capreæ tranſcendentem, & ita ad ſponſam ſuã omni cum properatione uenı̃etem. Vbi uero
ad domum intra quam ſponſa commorabatur, aduenit, ſtetiſſe eum paululum intellige poſt do
mum: ita ut ſentiretur quidem adeſſe, nondum tamẽ domum palàm uellet & euidenter intrare,
ſed prius quaſi ſub amatoris ſpecie per feneſtras aſpicere uelle ſponſam. Intellige autẽ retia quæ-
dam prope domum ſponſæ, aut laqueos eſſe poſitos: ut ſi forte ipſa uel aliqua ſodalium eius ex
filiabus Hieruſalem aliquando exiſſet, caperetur. Ad iſta uero retia ueniſſe ſponſum certum eſt
qui cum capi ab eis nõ poſſet, ſed fortior eorum effectus, diruperit ipſa retia, diruptiſq; eis ſuper
ipſa incedens, etiam per ipſa proſpexerit, & poſtq; hoc opus fecerit, dicat ad ſponſam: Exurge,
ueni proxima mea, ſponſa mea, columba mea. Hoc autem dicat, ut ipſo opere oſtendat ei quo-
modo cum fiducia debeat contemnere iam retia quæ ei tetenderat inimicus: nec timeat laqueos,
quos ab ſe iam uiderat eſſe diruptos: & adhuc ut amplius ad ſe ſpõſam prouocet feſtinare, dicat
ei: Quia omne tempus quod iam graue uidebatur tranſiuit, & hyems quæ ei cauſa exorta uide-
batur abſceſſit, pluuiæq; inutiles abierunt, & tempus iam floridum uenit: nihil moreris iter ag-
gredi ueniendi ad me: ecce enim & agricolæ, quia ueris iam tempus arriſit, uineas colunt. Vox
B enim tum & aliarum auium, tum etiam ſonora & grata turturis uernantis auditur. Sed & ficus
de ueris certa temperie, germen ſuum produxit. Vites uero intantum de temporis tranquillita-
te non dubitant ut flores ſuos iam audeant odoreſq; proferre. Hæc quidem de tranquillitate
temporis indicat ſponſæ, ut maiore cum fiducia arripere iter audeat pergendi ad ſponſam. Sed
& locum deſcribit ei, in quo uult eam ſecum requieſcere, & dicit uelamento cuiuſdam ſaxi, quod
muro ipſi uel loco promurali contiguum ſit, opaciſſimum quendam effici locum, ad quem ue-
nire eam uult, & ablato uelamine, ibi eius reuelatam ad faciem contueri, ut facie ad faciem inno-
teſcat ſponſo ſuo: & non ſolum faciem eius reuelatam uideat ſponſus & liberam, ſed & uocem
eius ibi audiat: certus iam quod & facies eius pulchra ſit, & uox eius ſuauis ac delectabilis. Hæc
autem præuenientes coniunximus, ne ordinem dramatis & hiſtoriæ textum uideremur irrum
pere. Sed præuenientes paululum uſq; ad illum locum fabulæ ordinem proſecuti ſumus, ubi
ait: Quoniam uox tua ſuauis, facies tua ſpecioſa: Nunc ergo repetentes uideamus primo quid
eſt quod ait: Vox fraterni mei. Ex uoce ſola ab eccleſia ſua primo Chriſtus agnoſcitur: Primo
enim uocem ſuam præmiſit per prophetas, & cum non uideretur, audiebatur tamen. Audieba-
tur autem per ea quæ annunciabantur de eo, & tamdiu ſponſa, id eſt, eccleſia quæ ab initio ſecu-
li congregabatur, ſolam uocem eius audiuit uſquequo oculis ſuis eum uideret, & diceret: Ecce hic
uenit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Saliebat enim ſuper propheticos montes &
ſanctos colles: illos ſcilicet qui in hoc mundo imaginem eius formamq; geſſerunt. Sed & ſi in
Apoſtolis eum ponas quaſi in montibus ſalientem & eminentem cunctis, & in collibus nihilo-
minus, his duntaxat qui ſecundo loco electi ab eo & miſſi ſunt, non erit inconueniens. In his
enim ſimilis efficitur capreæ & hinnulo ceruorum. Capreæ, quod omnem uiſum, uiſus eius
præcellit. Et ceruo, quod ad interitum ſerpentis aduenit. Sed & unaquæque anima (ſi qua ta-
men eſt quæ uerbi dei amore conſtringitur) ſi quando in diſputatione ſermonis eſt poſita: ut
nouit omnis qui expertus eſt, quomodo cum in arctum uenitur, & anguſtijs propoſitionum
quæſtionumq; cõcluditur: ſi quãdo eam legis ac ꝓphetarum uel ænigmata uel obſcura quæq;

QQ 2 dicta

C dicta concludunt:ſi forte adeſſe eum ſentiat anima,& eminus ſonitum uocis eius accipiat,ſubleuatur ſtatim:& ubi magis ac magis propinquare ſenſibus eius cœperit, & illuminare quæ obſcura ſunt:tunc eum uidet ſalientem ſupra montes & colles,altæ ſcilicet & excelſæ ſenſus ſibi intelligentiæ ſuggerentem:ita ut merito dicat hæc anima:Ecce hic uenit ſaliens in montibus,tranſiliens ſuper colles.Hæc autem dicimus, non immemores quod iam & in ſuperioribus coram poſitus, præſenti collocutus ſit ſponſæ. Sed quoniam (ut ſæpe diximus) dramatis ſpeciem libellus hic continet, nunc in præſenti dicuntur aliqua,nunc etiam in abſenti, & ſic agitur immutatio perſonarum,ut uterqꝫ ordo competenter dirigi uideatur.Quàmuis enim promittat ſponſus & dicat ad ſponſam ſuam, qui ſunt electi diſcipuli eius: Quia ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi:tamen iterum per parabolas dicit: quia paterfamilias uocauit ſeruos ſuos,& unicuiqꝫ diſtribuit pecuniam negociandi gratia, & profectus eſt. Et iterum dicit: Quia abijt petere ſibi regnum.Et iterum quaſi de abſente ſponſo dicitur: Quia media nocte clamor factus eſt,dicentium:quia uenit ſponſus. Sic ergo nunc præſens eſt ſponſus,& docet, nunc abſens dicitur & deſideratur,& utrunqꝫ uel eccleſiæ uel animæ ſtudioſæ conueniet.Cum enim pati perſecutiones & tribulationes permittitur eccleſia,abſens ei uidetur.Et rurſum cum in pace proficit, & in fide ac bonis operibus floret, præſens ei eſſe intelligitur.Sed & anima cum quærit aliquem ſenſum,& agnoſcere obſcura quæqꝫ & arcana deſiderat: donec inuenire non poteſt,abſens ei ſine dubio eſt uerbum dei. Vbi uero occurrerit & apparuerit quod requiritur,quis dubitat adeſſe uerbum dei, & illuminare mentem ac ſcientiæ lumen ei præbere? Et iterum ſubduci nobis eum,atque iterum adeſſe ſentimus per ſingula,quæ aut aperiuntur aut clauduntur in ſenſibus noſtris.Et hoc eo uſque patimur, donec tales efficiamur, ut non ſolum reuiſere nos, ſed & manere dignetur apud nos, ſecundum quod interrogatus à quodam diſcipulo dicente: Domine, quid eſt factum quod incipis nobis manifeſtare temet-

D ipſum,& non huic mundo? Reſpondit ſaluator: Si quis diligit me, uerbum meum cuſtodit, & pater meus diliget eum,& ad ipſum ueniemus,& manſionem apud eum faciemus.Si ergo & nos uolumus uidere uerbum dei atque animæ ſponſum ſalientem ſuper montes, & exultantem ſuper colles,primo audiamus uocem eius,& cum audierimus eum in omnibus,tunc etiam eum uidere poterimus, ſecundum ea quæ in præſenti loco uidiſſe deſcribitur ſponſa. Nam & ipſa quàmuis & prius eum uiderit, non eum tamen ita uiderat, ut nunc ſalientem ſuper montes & exultantem ſuper colles:neque per feneſtras ſuas procumbentem, neque per retia proſpicientem:ſed magis uidetur quod prius hyemis tempore eum uiderit. Nunc enim primum dicit ei:Quia hyems tranſijt: Igitur (ut res indicat) etiam per hyemem ſponſæ ſuæ apparet,id eſt, tribulationum & tentationum tempore. Sed & alia eſt illa uiſitatio,in qua uiſitatur paululum, & iterum deſeritur, ut probetur:ac rurſus requiritur, ut caput eius ſuſtentetur, & ut tota complectatur:ne forte aut in fide titubet,aut corpus eius tentationum pondere prægrauetur.Et ideo uidetur mihi hyems fuiſſe illud tempus,cum caput ſuum,fidei ſcilicet ſummitatem,læua ſponſi contineri poſcebat & dextera eius omne corpus amplecti. Nunc autem iſta uiſio quæ de montibus apparet & collibus,gratiarum puto ſpiritualium altitudines potentiaſqꝫ deſignat. Sed & per feneſtras quod proſpicere dicitur,ſenſibus mihi lumen uidetur præbere.Et retia quæ dirumpit & conterit,laqueos indicari diabolicos puto:utpote tentationum tempore, tanquàm hyeme iam peracta.Oſtenduntur etiam ſigna ueris & æſtatis, ſicut in pſalmis dictum eſt: Aeſtatem & uer,tu feciſti ea.Inde denique & flores profectuum protulit eccleſia, tentationibus ſuperatis,& putationis diſpẽſatione tranſacta:ſicut in ſuis locis cũ ad hæc diſſerenda uentum fuerit,oſtendetur.Ecce hic ueniet ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles.Hiſtoricum ordinem iam proſecuti ſumus. Nunc autem quomodo Chriſtus ad eccleſiam ueniens ſaliat ſuper montes,& exiliat ſuper colles,uidendum eſt.Exiliens enim magis quàm tranſiliens, propoſiti ſermonis proprietas habet.Iſaac enim ambulans & progrediens,maior fiebat,uſqꝫquo fieret magnus ualde. Paulus autem non iam ambulando profecit,ſed currendo,cum dicit:Curſum cõſummaui.Sal-

uator



A uator autẽ noſter & eccleſiæ ſponſus,neqꝫ ambulare neqꝫ currere, ſed ſuper hæc ſalire dicitur & exilire.Si enim conſideres quomodo parui temporis ſpacio, occupatum falſis ſuperſtitionibus mundum ſermo dei percurrit, & agnitionem ueræ fidei reuocauit:intelliges quomodo ſaliat ſuper montes,magna uidelicet quæqꝫ regna ſaltibus ſuis ſuperans, & ad recipiendum cognitionẽ diuinæ religionis inclinans,& exiliat ſuper colles, cum etiam minora regna uelociter ſubiugat, atqꝫ ad pietatem ueri cultus adducit,& ſic de loco ad locum, de regno ad regnum, de ꝓuincijs ad prouincias prædicationis illuſtratione tranſiliens per eum qui dicebat: Quia ab Hieruſalem in circumitu uſqꝫ ad Illyricum repleuit euangelium dei:intelliges quomodo ſuper montes ſaliẽs ueniat & exiliens ſuper colles. Sed & alio modo poteſt intelligi, ſicut ſupra iam diximus. Quoniamquidem Moyſes de ipſo ſcripſit, & prophetæ nihilominus de ipſo annunciauerunt. Sed & hæc annunciatio in lectione ueteris teſtamenti uelamen habet ſuperpoſitum. Vbi uero ſponſæ,eccleſiæ ſcilicet ad eum conuerſæ,ablatum eſt uelamen:ſubito uidet eũ in iſtis mõtibus, legis dũtaxat uoluminibus ſalientem,& in collibus ſcripturæ propheticæ, pro euidenti manifeſtatione non tam apparentem quàm exilientem. Verbi gratia,quaſi ſi reuoluens ſingulas ꝓpheticæ lectionis paginas inueniat de ipſis exiliẽtem Chriſtum, & per loca ſingula lectionum ablato,nunc demum quo prius tegebatur uelamine,ebullire eum cernat & emergere, atqꝫ euidenti iam manifeſtatione prorumpere.Ob hoc credo & ipſe Ieſus cum ad transformandum ſe uenit, non in aliqua planitie aut conualle fuit,ſed montẽ conſcendit,ubi & transformatus eſt: ut ſcias eum ſemper in montibus aut in collibus apparere,& ut te doceat ne uſquàm eũ niſi in legis & prophetarum montibus quæras.Quod autem ſancti quiqꝫ montes appellantur,multis ſcripturæ locis inuenies indicari:ſicut ait in pſalmis: Fundamenta eius in montibus ſanctis.Et iterum: Leuaui oculos meos in mõtes,unde ueniet auxilium mihi. Auxilium nanqꝫ in tribulationibus, ex diuinarum ſcripturarum ſenſibus capimus.Poſſumus adhuc & montes in quibus ſalire uer-

B bum dei dicitur,& quaſi liberius efferri,nouũ accipere teſtamentũ. Colles uero de quibus quaſi diu compreſſus & occultatus exilijt,ueteris teſtamenti ſentire uolumina.Sed & apud Hieremiã uenatores & piſcatores qui mittuntur capere homines ad ſalutem, in montibus & collibus eos capere dicũtur.Sic enim ait;Ecce mitto multos piſcatores & multos uenatores,& capient eos ſuper omnem montem & ſuper omnem collem;quod ego magis ad futurum tempus in cõſummatione ſeculi implendum puto;ut cum miſſi fuerint angeli ſecundum euãgelicam parabolam meſſis tempore,ut ſeparent frumenta à zizanijs:qui excelſioris uitæ & eminentioris fuerit conuerſationis,iſte in montibus inuenietur aut in collibus.Non inuenietur in humilibus & deiectis locis,ne ibi mixtus uideatur eſſe zizanijs:ſed in excelſioribus ſenſibus, & in eminentia fidei poſitus,ſalienti in montibus uerbo dei,& exilienti in collibus ſemper adhærens. Quod per aliam nihilominus parabolam,ſub eodem tamen intellectu dicitur in euangelio:Si quis in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo.Poteſt adhuc & alium nobis ſenſum, prædiues iſte præſentis uerſiculi ſermo ſuggerere.Poſſibile nanqꝫ eſt omnẽ qui plena fide credit in deum,uel mõtem uel collem appellari,pro qualitate ſcilicet uitæ,magnitudine intelligentiæ:etiam ſi fuerit aliquando uallis:proficiente in eo Ieſu ætate & ſapientia & gratia,omnis uallis implebitur.Superbi autem quiqꝫ & elati,ut montes & colles humiliabuntur: quoniam qui ſe exaltat,humiliabitur:& qui ſe humiliat, exaltabitur. De ipſis enim dicitur:Qui confidunt in domino ſicut mons Sion.Et de Hieruſalem dicitur:Montes in circumitu eius. Vnde puto quod merito etiam ſaluator noſter (quoniam & ipſe dicitur lapis de monte exciſus ſine manibus,& factus eſſe mons magnus) ſicut rex regum,& pontificum pontifex,poteſt etiam mons montium appellari. Verum ut etiam tertia expoſitio habeat locum,ad unamquanqꝫ animam ſermo dirigatur. Si qui ſint capaciores uerbi dei,qui ab Ieſu aquam ſibi datam biberunt,& facta eſt in eis fons aquæ uiuæ ſalientis in uitam æternam,in his ſcilicet,in quibus uerbum dei crebris ſenſibus & copioſis, uelut perennibus ebullit fluentibus, in his uitæ ac ſcientiæ & doctrinæ merito montibus & collibus effectis,digniſſime ſalire uerbum dei dicitur & exilire, factus in eis per affluentiam doctrinæ



fons

C fons aquæ uiuæ ſalientis in uitam æternam. Similis eſt fraternus meus capreæ hinnuloq; cer-
uorum in montibus Bethel. Caprea & ceruus quod inter munda habeantur animalia, manife-
ſte ex his quæ in Deuteronomio ſcripta ſunt indicatur: eſt enim hoc modo ſcriptum: Hæc enim
ſunt animalia quæ mãducabitis: uitulum & agnum ex pecoribus, & hircum ex capris, ceruum,
& capream, & bubalum, & tragelaphum, & ibicen, & camelum, & pardum. Sed & quod ſan-
ctus ceruo comparatur: in multis ſcripturæ diuinæ locis habetur, ut in pſalmo, ubi dicit: Sicut
ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Verũtamen in ſermo-
nibus quos ex Deuteronomio aſſumpſimus, etiam hoc non negligenter conſiderandum uide-
tur, quàm dignum in animalibus mundis enumerandis ordinem tenuerit: ut primo uitulum,
ſecundo agnum, tertio hircum ſcriberet. In his uero quæ ſecundum eundem Moyſen offerun-
tur ad altare, primo ceruum, ſecundo capream nominat. Et ita poſt hæc reliqua per ordinem de
ſcribit animantia. Quorum ratio his quibus abundantior gratia ſpiritualis in dono ſcientiæ con
ceſſa eſt, per ſpiritumſanctum manifeſta & euidens fiet. Nobis interim quoniam de ceruo & ca-
prea dicere nunc in expoſitione præſentis uerſiculi incumbit, conueniens uidetur ex ſcripturis
diuinis congregare pro uiribus quæ de his animalibus referuntur, de quibus idem Moyſes cum
de carnibus loqueretur, quæ in omni deſiderio animæ comederentur, non oblatæ ad altare: ſi-
cut caprea, inquit, & ceruus. Egregium uero quid uiceſimuſoctauus pſalmus, ubi de uirtutibus
& efficacia uocis dei per ordinem ſcribit, de ceruo hoc modo dicit: Vox domini perficientis cer-
uos, id eſt, perfectos facientis ceruos, & reuelabit condenſa. Sicut enim uox domini intercidere
dicitur flammam ignis, & concutere deſertum: ita perficere ceruos, ac reuelare condenſa me-
moratur. Sed & in Iob de ceruo ita inuenimus referri, ubi dominus ad Iob per turbinem loquẽs
& nubem, ait: Aut ergo obſeruaſti partus ceruorum, aut numeraſti menſes eorum plenos
ad partum: dolores autem eorum ſoluiſti, aut nutriſti eorum natos, aut ſine doloribus partus
D eorum emittes? Abrumpent filij eorum, & multiplicabuntur in natiuitate, exibunt & non re-
uertentur. His adiungenda ſunt etiam illa quæ in prouerbijs legimus, hoc modo: Ceruus ami-
citiarum & pullus gratiarum loquitur tibi. Hæc interim ad præſens de ceruo nobis ſcripta
occurrere potuerunt. Quæ ob hoc aſſumpſimus, ut loquamur non in doctrina humanæ
ſapientiæ, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes: & ideo inuocemus
deum, patrem uerbi, quod nobis uerbi ſui manifeſtet arcana, ſenſumq; noſtrum remoueat
à doctrina humanæ ſapientiæ, & exaltet atque eleuet ad doctrinam ſpiritus: ut non ea quæ
ſentit carnalis auditus, ſed ea quæ continet uoluntas ſpirituſſancti, loquamur. Paulus apoſto-
lus nos docet, quod inuiſibilia dei, ex uiſibilibus intelligantur: & ea quæ nõ uidentur, ex eo-
rum quæ uidentur ratione & ſimilitudine contemplentur: oſtendens per hoc quod uiſibilis hic
mundus, de inuiſibili doceat, & exemplaria quædam cœleſtium contineat, poſitio iſta terrena:
ut ab his quæ deorſum, ad ea quæ ſurſum ſunt poſſimus aſcendere: atque ex his quæ uidemus
in terris, ſentire & intelligere ea quæ habentur in cœlis. Ad quorum ſimilitudinem quandam,
quo facilius colligi per hæc ac ſentiri poſſent diuerſitates creaturarum quæ in terris ſunt, ſi-
militudinem conditor dedit. Et fortaſſis ſicut hominem deus ad imaginem & ſimilitudi-
nem ſuam fecit, ita etiam cæteras creaturas ad alias quaſdam cœleſtes imagines, per ſimilitu-
dinem condidit, & fortaſſe intantum ſingula quæq; quæ in terris ſunt, habent aliquid imagi-
nis & ſimilitudinis in cœleſtibus, ut etiam granum ſinapis, quod minimum eſt in omnibus ſe-
minibus, habeat aliquid imaginis & ſimilitudinis in cœlis. Et hoc quod talis ei quædam com-
poſita eſt alternatio naturæ: ut cum minimum ſit omnium ſeminum, maius fiat omnibus oleri-
bus: ita ut poſſint uenire aues cœli, & habitare in ramis eius: ſimilitudinem ferat, non ſolum
alicuius cœleſtis imaginis, ſed ipſius regni cœlorum. Sic ergo poſſibile eſt, etiam cætera ſemina
quæ in terris ſunt, ut habeãt aliquid in cœleſtibus ſimilitudinis & rationis. Quod ſi ſemina, ſine
dubio & uirgulta, & ſi uirgulta, ſine dubio & animantia, uel alitum uel repentium, & quadru-
pedum. Sed & illud adhuc poteſt intelligi, quod ſicut granum ſinapis non unam ſimilitudinem
tenet



A tenet regni cœlorum, & habitationes ſcilicet auium in ramis ſuis, ſed habet & aliam ſimilitudi-
nem uel imaginem, perfectionis ſcilicet fidei: ita ut ſi quis habeat fidem ſicut granum ſinapis, di-
cat monti transferri ſe, & transferet: ita poſſibile eſt ut etiam cætera nõ in uno aliquo, ſed in plu
ribus ſpeciem & imaginem cœleſtium ferant. Et cum plures ſint, uerbi gratia, in grano ſinapis
uirtutes quæ rerum cœleſtium imagines teneant, ultimus & extremus eius uſus eſt iſte qui habe
tur apud homines in miniſterio corporali: ita etiã in reliquis uel ſeminibus, uel uirgultis, uel her
barum radicibus, uel etiam in animantibus intelligi poteſt, ut uſum quidem & miniſterium ho-
minibus præbeant corporale: habeant autem incorporalium rerum formas & imagines, qui-
bus doceri anima poſſit & inſtrui, ad contemplanda etiam ea quæ ſunt inuiſibilia & cœleſtia, &
hoc fortaſſis eſt quod ille ſcriptor diuinæ ſapientiæ dicit: Ipſe enim mihi dedit eorum quæ ſunt
ſcientiam ueram, ut ſciam ſubſtantiam mundi, & uirtutes elementorum, initium & finem & me
dietatem temporum, uiciſſitudinum permutationes, & conuerſiones temporum, anni circulos,
& ſtellarum poſitiones, naturas animalium, & iras beſtiarum, ſpirituum uiolentias, & cogitatio-
nes hominum, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, ſed & quæcunq; occulta & mani-
feſta ſunt, cognoui. Vide ergo ſi poſſumus ex his ſcripturæ ſermonibus ea quæ diſcutere propo
ſuimus, lucidius euidentiusq; colligere. Etenim ſcriptor iſte ſapientiæ diuinæ, cũ ſingula quæq;
enumeraſſet, ad ultimum dixit: quia occultorum & manifeſtorum acceperit ſcientiam: oſtendẽs
ſine dubio quod unumquodq; eorum quæ in manifeſto ſunt, referatur ad aliquid eorum quæ
in occulto ſunt, id eſt, ſingula quæq; uiſibilia habere aliquid ſimilitudinis & rationis ad inuiſibi
lia. Quia ergo impoſſibile eſt homini in carne uiuenti agnoſcere aliquid de occultis & inuiſibi-
libus, niſi imaginem aliquam & ſimilitudinem conceperit de uiſibilibus: ob hoc arbitror quod
ille qui omnia in ſapientia fecit; ita creauit unamquanq; uiſibilium ſpeciem in terris, ut in his do
ctrinam & agnitionem rerum inuiſibilium & cœleſtium poneret: quo per hæc aſcẽderet mens
B humana ad ſpiritualem intelligentiam, & rerum cauſas in cœleſtibus quæreret, ut poſſet edocta
per ſapientiam dei etiam ipſa dicere: Quæ in occulto ſunt & quæ in manifeſto, cognoui. Secun-
dum hæc quoque agnoſcit & ſubſtantiam mundi, non ſolum hanc uiſibilem corporeámque
quæ palam eſt, ſed & illam incorpoream inuiſibilemq;, quæ in occulto eſt. Agnoſcit etiam ele-
menta mundi: non ſolum uiſibilia, ſed & inuiſibilia & utrorumq; uirtutes. Sed & initium quod
dicit, & finem & medietatem temporum: initium ait uiſibilis quidem mundi, quod ante ſex mi-
lia non integros annos initium deſignat Moyſes: medietatem quoque ſecundum temporum ra
tionem, finem illum qui ſperatur cum cœlum & terra tranſibit. Secundum occultorũ uero ſcien
tiam initium illud, quod intelligit his quem ſapientia dei docuerit, quod nulla poſſunt tẽpora,
nulla ſecula comprehendere. Medietatẽ uero horum quæ nunc ſunt: finem uero ea quæ futura
ſunt, id eſt, perfectionem cõſummationemq; uniuerſitatis, quæ tamen ex his uiſibilibus conijci
poſſunt & intelligi. Sed & uiciſſitudinũ permutationes, & temporũ conuerſiones, & anni circu-
los, ex his quæ uidentur, refert ad inuiſibiles rerũ incorporaliũ permutationes ac uiciſſitudines.
Circulos quoq; annorũ temporalium & præſentium, refert ad antiquiores aliquos ac ſempiter
nos annos, ſecundum eum qui dicebat: Et annos æternos in mente habui. Sed & ſtellarũ poſi-
tiones, non dubitauit ab his quæ palàm uidentur, referre ad illa quæ in occultis ſunt, qui occul-
torum manifeſtorumq; ſcientiam meruit, & dicit eſſe aliquod ſanctorum genus quod de Abra-
ham præcipue ſtirpe deſcendit, ſicut ſtellas cœli. Sed & reſurrectionis futuræ gloriã, ſtellas eſſe
ſecundum occultorum ſcientiã pronunciauit, ſequens eum qui dixit: Alia gloria ſolis & alia glo
ria ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in gloria, ita & reſurrectio mortuorum: Niſi ſecundum
hæc intelligeretur illud quod ait, naturas animaliũ irasq; beſtiarũ, nunq; dixiſſet in euangelijs
ſaluator: Dicite uulpi huic. Neq; Ioannes de quibuſdã dixiſſet: Serpentes, generatio uiperarum.
Sed neq; propheta diceret de nonnullis quod equi emiſſarij facti ſunt. Et item alius: Homo
cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt
illis. Sed & ille diligenter agnouit iras beſtiarũ, qui dicebat: Furor illis ſecundum ſimilitudinem

 ſerpẽtis

C ſerpentis,ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas.Hæc erit ratio etiam de eo,quod ait,ſpiri-
tuum uiolentias:uiſibiliter quidem de uentis & flatibus aëris,inuiſibiliter uero de uiolentijs im-
mundorum ſpirituum loquens,quos & Paulus uentos doctrinæ nominauit. Poſt hæc iam ſe-
quitur,ut & cogitationes hominum ſciat, corporaliter quidem quæ de humano corde proce-
dunt.Inuiſibiliter autem intelligat eos qui inijciunt hominibus malas & peſſimas cogitationes,
ſicut in euangelio ſcriptum eſt: Cum diabolus miſiſſet in cor Iudæ Iſchariotis ut traderet domi-
num.Et ut in Prouerbijs dicitur:Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuũ
ne derelinquas:quia ſanitas compeſcit peccata magna. Sed & bonarum cogitationum eſt ali-
quis autor,propter quod & in pſalmis puto ſcriptum eſſe:Beatus homo,cuius eſt auxilium abs
te domine,aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.Et iterum:Cogitatio hominis confitebitur tibi,&
reliquiæ cogitationum,diem feſtum agent tibi. Ita igitur cuncta ſecundum ea quæ præfati ſu-
mus,ex uiſibilibus referri poſſunt ad inuiſibilia,& à corporalibus ad incorporea,& à manifeſtis
ad occulta,ut ipſa creatura mundi,tali quadam diſpenſatione condita intelligatur per diuinam
ſapientiam,quæ rebus ipſis & exemplis inuiſibilia nos de uiſibilibus doceat, & à terrenis nos
transferat ad cœleſtia. Hæ autem rationes non ſolum in creaturis omnibus habẽtur,ſed & ſcri
ptura diuina tali quadam ſapientiæ arte conſcripta eſt.Propter quædam nanqꝫ occulta & my-
ſtica uiſibiliter populus educitur de Aegypto iſta terrena,& iter agit per deſertum, ubi ſerpens
erat mordens & ſcorpius,& ſitis,ubi non erant aquæ,& cætera quæ in his geſta referũtur.Quæ
omnia,ut diximus,occultorum quorundam formas & imagines tenent. Et hoc non in ſcriptu-
ris tantum ueterum,ſed & in geſtis domini & ſaluatoris noſtri quæ in euangelijs referuntur in-
uenies.Igitur ſi omnia quæ in manifeſto ſunt,ſecundum ea quæ ſuperius approbauimus,ad ali
qua referuntur quæ in occulto ſunt:conſequens ſine dubio eſt,ut ceruus iſte uiſibilis uel caprea,
quæ in Cantico canticorum ſcribitur,ſecundum rationem naturæ ſuæ quam corporaliter ge-
runt,referantur ad aliquas rerum incorporalium cauſas, ut illis occultis & inuiſibilibus ceruis
D uideatur poſſe conuenire quod dictum eſt:Vox domini perficientis ceruos. Quæ enim perfe-
ctio ex uoce domini fit iſtis uiſibilibus ceruis? Aut quæ ad eos doctrina unquam ex domini uo
ce deſcendit? Si uero ſpirituales ceruos quæramus,quorum formam & imaginẽ tenet illud ani-
mal corporale:illos inuenias ad ſummã perfectionis ex uoce domini poſſe perduci. Sed & quo-
rum ceruorum dominum ſeruare decuerit partus,& uelut medendi officia præbentem partu-
rientibus aſtare conuenerit,donec parerent filios tales,qui aduerſarentur & perſequerentur ſer-
pentium genus,ut dignum eſt diuina maieſtate,debemus aduertere qualium ceruorum domini
decet ſeruare partus,ne in aborſum decidant.Sed & menſes eorum numerare plenos ad partũ,
eorumq́ꝫ labores & dolores cuſtodire,ut generationes eorum non cadant inuanum,ſed ut per-
fecta ſit eorum natiuitas:& tamdiu parturiant,donec formetur Chriſtus in eis. Huiuſmodi cer-
uorum pullos dominus nutrit:eorum duntaxat qui iactant in domino cogitationem ſuam ut
ipſe eos nutriat,& ipſe ſeruet dolores partus eorum, cum ex timore dei in uentre conceperint
& parturierint,& ſpiritum ſalutis pepererint.Huiuſmodi partus dolores ipſe dominus ſeruat
& curat.Sed & emittit dolores eorum,ut euntes eant & fleant,portantes ſemina ſua, & ſint in
doloribus hominum,ac flagellentur cum hominibus:ne forte teneat eos ſuperbia. Iſti quoque
ipſi cerui abrumpunt, ut ait, natos ſuos. Quos enim genuerint per euangelium, abrumpunt
eos à uinculis peccatorum & à laqueis diaboli, ne ultra uoluntati eorum teneantur obſtricti.
Iſti etiam multiplicabuntur &,ut ait, non reuertentur. Non enim imitabuntur uxorem Lot,
non redibunt retrorſum. Sciunt enim quia qui mittit manum ſuam ad aratrum, ſi retroſpe-
xerit,aptus non erit regno cœlorum, ſed ſemper quæ retro ſunt obliuiſcuntur,& in ea quæ an-
te ſunt ſe extendunt. Tales enim ceruos uox domini facit eſſe perfectos. Quæ uox domini,ni-
ſi illa quæ in lege & in prophetis habetur:& peruenit uſqꝫ ad Ioannem, qui erat uox claman-
tis in deſerto? Et ipſa enim uox Ioannis qui dicebat: Parate uiam domini, rectas facite ſemi-
tas dei noſtri, perfectos faciebat ceruos, ut eſſent perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia.
Qui enim



A Qui enim talis eſt,merito dicit:Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima
mea ad te deus.Ceruus quoqꝫ amicitiarum quis alius uidebitur,niſi ille qui peremit ſerpentem
illum qui ſeduxerat Euam,& eloquij ſui flatibus peccati in eam uenena diffundens,omnem po
ſteritatis ſobolem contagio præuaricationis infecerat,& uenerat ſoluere inimicitias in carne ſua,
quas inter deum & hominem noxius mediator effecerat.Pullus uero gratiarũ poteſt accipi ſpi-
ritus ſanctus,à quo ſitientes & deſiderantes deũ,ſpirituales gratias & dona cœleſtia conſequun-
tur.Hæc autem omnia à nobis dicta ſunt,ut manifeſtior fieret cauſa:qua ſponſa comparare ui-
detur fraternum ſuum hinnulo ceruorum.Quod ſi etiam hoc requirendum eſt, cur non ceruo
ut in alijs,ſed hinnulo ceruorum comparatur.Illud aduerte,quod cum in forma dei eſſet, filius
datus eſt nobis,& puer natus eſt nobis:cuius poteſtas ſuper humerum eius.Ideo ergo hinnulus
ceruorum,quia paruulus puer natus eſt.Et forte poſſunt cerui accipi ſancti quiqꝫ:ut Abraham,
Iſaac,& Iacob,& Dauid,& Salomon,& omnes ex quorum ſemine Chriſtus ſecundum carnem
deſcendit.Quos ceruos,uox domini perfectos facit,& ipſorum eſt hinnulus iſte, qui ex ipſis ſe-
cundum carnem natus eſt puer.Mouet me etiam illud quod in centeſimotertio pſalmo ſcriptũ
eſt,ubi ait:Montes excelſi ceruis.Et quidem de ceruis iam ſuperius diximus, quod ſancti quiqꝫ
accipiuntur:qui ob hoc in hunc mundum uenerunt,ut ſerpentis uenena perimerẽt. Qui autem
ſint montes excelſi,uideamus,quaſi qui ſolis ceruis ſequeſtrati uidentur: & ad quos niſi ceruus
ſit,aliquis non poſſit aſcendere.Ego puto quod perſonas trinitatis montes excelſos appellaue-
rit:ad cuius capacitatem nullus niſi ceruus efficiatur aſcendit.Sed ijdem ipſi qui hic montes ex-
celſi pluraliter appellantur,in alijs mons excelſus,ſingulariter dicitur,ſicut Eſaias ait: In montẽ
excelſum conſcende qui euangelizas Sion.Exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas
Hieruſalem.Idem nanqꝫ ipſe qui ibi trinitas propter diſtinctionem perſonarum, hic unus deus
intelligitur pro unitate ſubſtantiæ.Satis ſint iſta de hinnulo ceruorum. Nunc uideamus quo-
B modo etiam capreæ uel dammulæ comparetur fraternus.Hoc animal quantum ad Græca uo-
cabula,nomen à uidendo atqꝫ clarius proſpiciendo ſortitum eſt. Et quis eſt qui ita uideat ut ui-
det Chriſtus? Solus nanque eſt qui uidet:id eſt,agnoſcit patrem.Nam & ſi dicantur hi qui mũ-
do ſunt corde,deum uiſuri,uidebunt ipſo ſine dubio reuelante: quia & caprea habet in natura
ſua,ut non ſolum uideat ipſa & perſpiciat acerrime,ſed & alijs uiſum præbeat. Aſſerunt nanqꝫ
hi,quibus medicinæ peritia eſt,ineſſe huic animali intra uiſcera humorem quendam qui caligi-
nem depellat oculorum,& obtuſiores quoſqꝫ uiſus exacuat.Merito ergo capreæ uel dammulæ
Chriſtus comparatur:quia non ſolum uidet ipſe patrem,ſed & uideri ab alijs facit, quorum ui-
ſus ipſe curauerit.Obſerua autem ne audiens patrem uideri,corporeum aliquid ſentias, & deũ
uiſibilem putes.Viſus quo deus uidetur,non eſt corporis, ſed mentis & ſpiritus. Quod etiam
ipſe ſaluator in euangelio,uocabulo proprio diſtinguens dixit: Nemo uidet patrem, niſi filius.
Deniqꝫ & his quos facit deum uidere,dat ſpiritum ſcientiæ & ſpiritum ſapientiæ,ut per ipſum
ſpiritum uideant deum.Et ideo dicebat ad diſcipulos:Quia qui me uidet, uidet & patrẽ. Et uti-
que non ita inepti erimus,ut putemus quod qui ſecundum corpus eum uidit,uiderit etiam pa-
trem:alioqui inueniuntur & ſcribæ & phariſæi & hypocritæ & Pilatus, qui eũ flagellis cecidit,
& omnis populus qui clamabat:Crucifige,crucifige eum: uidentes Ieſum ſecundum carnẽ, etiã
deum patrem uidiſſe.Quod utiqꝫ nõ ſolum abſurdum uidetur eſſe,ſed & impium. Sicut enim
cum turbæ eum comprimerent euntem cum diſcipulis: nullus eorum qui premebant & coar-
ctabant eum,tetigiſſe dicitur eum:niſi illa ſola quæ profluuium ſanguinis paſſa, uenit & tetigit
fimbriam ueſtimenti eius,& ipſi ſoli teſtimonium perhibet,dicens:Quia tetigit me aliquis: ego
enim ſenſi uirtutem de me exiſſe: ita & cum plures eſſent qui eum uidebant, nullus eum ui-
diſſe dicitur,niſi qui agnouit quod uerbum dei & filius dei eſt: in quo utiqꝫ ſimul agnoſci & ui-
deri dicitur pater.Sed & hoc nos non prætereat,quod prius capreæ,& nũc hinnulo ceruorum
comparatur,cum utiqꝫ maius animal ceruus, quàm caprea uideatur. Sed animaduerte ne illa
potius in his habenda ſit ratio,quia cum dupliciter conſtet ſalus credentium, per agnitionem
fidei

C fidei & operum perfectionem:ratio fidei quæ pro intuitu & inſpectione contemplationis, ca-
preæ,ut diximus,comparatur,primus habeatur ſalutis gradus. Secundo uero in loco operum
perfectio,quæ cerui formam tenet uincentis & perimentis uenena ſerpētium,id eſt,artes diabo-
licas memoretur.Si ergo ſponſa ſimilem dicit eſſe fraternum ſuum capreæ uel hinnulo ceruoꝝ
in montibus Bethel:Bethel uero domus dei interpretatur:Montes ergo qui in domo dei ſunt,
poſſunt legis & prophetarum,ſed & euangelica & apoſtolica accipi uolumina, in quibus & fi-
des dei perſpicitur & contemplatur,& operum perfectio dicitur & adimpletur. Ecce hic ſtetit
poſt parietem noſtrum,incumbens ſuper feneſtras,proſpiciens per retia. Reſpondet fraternus
meus & dicit mihi:Cum conſidero difficultates inueſtigādi ſenſus in his qui propoſiti ſunt ſcri-
pturæ ſermonibus,ſimile me aliquid pati uideor huic,qui ad inueſtigandam uenationē odora-
tibus ſagacis canis procedit:ubi interdum moris eſt,ut cum ueſtigijs intentus,proximū ſe uena
tor latentibus effectum putauerit eſſe cubilibus,ſubito ueſtigiorū deſeratur indicijs, & rurſum
fixius impreſſis odoratibus,eaſdem quas explicauerat retrorſum redeat uias:donec inueniat lo
cum,in quo ſe altius excutiens uenatio latenter ad aliam tranſtulit uiam:quam cū uenator inue
nerit,alacrior inſequitur:ſpe prædæ certior,& ueſtigij firmitate ſecurior.Ita ergo & nos , ubi ſe
præpoſitæ explanationis quodammodo ſubtraxere ueſtigia:paululum emenſa repetentes,&
planiorem quàm dudum uidebatur expoſitionis ordinem perſequentes,ſperamus quod domi
nus deus noſter tradat in manus noſtras uenationem,quam præparantes, & ſecundum ſcien-
tiam matris Rachel rationabilis uerbi ſalibus condientes,benedictiones mereamur conſequi à
ſpirituali patre Iacob:propter quod neceſſarium uidetur,ut diximus,breuiter dicta repetere,ex
planationemq; priorem retexere,ut qui ſit lucidior ſenſus aperiatur. Intelligi ergo mihi uidet̄
ex initio propoſiti dramatis,ſponſam foris ſtare in biuio, & ob amorem ſponſi hinc atq; inde
proſpicere:ſi forte ueniat,ſi forte appareat:nec uiam ingredi uelle aliquā dum ignorat,unde ma
gis ueniat:nec domi,ſed foris ſtare:& deſiderio eius agitari ac dicere: Oſculetur me oſculo oris
D ſui. Vbi autem uenit ſponſus dicat:Bona ſunt ubera tua ſuper uinum, & reliqua, uſq; ad eum
locum,ubi ait:Poſt te curremus.Poſt hæc dilecta iam & uicem charitatis ab ipſo ſponſo reci-
piens,introducatur in cubiculum eius,& dicat:introduxit me rex in cubiculum ſuū. Sed & cæ-
tera quæ poſtea ſunt ſcripta,intus poſita loquat̄ ad ſponſum,præſentibus & aſſiſtentibus ſpon
ſæ quidem adoleſcentulis,ſponſi uero ſodalibus. Veruntamen intelligatur ſponſus : utpote uir
non ſemper in domo,neque ſemper aſſidere ſponſæ intra domum poſitæ: ſed exeat frequēter,
& illa eum quaſi amore eius ſolicita requirat abſentem,ſed & ipſe interdum redeat ad eam. Pro
pter quod & uideatur per totum libellum aliquando quidem uelut abſens requiri ſponſus: ali-
quando ſicut præſens loqui cum ſponſa.Ipſa autem ſponſa cum multa & magnifica in ſponſi
cubiculo peruidiſſet: petit ſe etiam in domum uini introduci. Quò cum ingreſſa , perſpexiſſet
quod ſponſus,utpote uir,non reſederit in domo:ipſa rurſus amore eius exagitata exierit foras,
& circumiens peragret circa domum non ingrediens,& ex omni parte proſpiciat quādo ad eā
redeat ſponſus,& ecce ſubito uideat eum uicinorum montium iuga immenſis ſaltibus ſuperan-
tem,deſcendere ad domum:in qua amore eius ſolicita æſtuat ſponſa. Perueniens uero ſponſus
ad parietem domus,ſtet paululum poſt ipſum, conſiderans, ut fieri ſolet, aliquid & animo re-
tractans.Iam uero etiam ipſe ſentiens aliquid amoris erga ſponſam,uſus altitudine ſua,quæ at-
tingit uſque ad domus feneſtras,quæ feneſtræ habeant aliquam partem operis,ut aiunt,reticu-
lati.Et cum incumbat quidem per feneſtras,eminentior autem ſic ſit feneſtris,attingatq; uſque
ad ſuperiora earum,quæ reticulato,ut diximus,opere diſtinctæ ſunt:indéque proſpiciens allo-
quatur ſponſam,& dicat ei:Exurge,ueni proxima mea,formoſa mea,columba mea: & reliqua.
Hæc ſunt quæ,ut ſuperius deſignauimus,difficultatē plurimam dirigendi ordinis, & aperien-
dæ intelligentiæ habere nobis uiſa ſunt. Quæ ut puto euidentiora fecerit repetita hæc nūc inda-
go ſermonum.Spiritualis autem in his expoſitio non ita laborioſa ac difficilis habetur. Sponſa
enim uerbi anima,quæ in domo eius regali,hoc eſt in eccleſia cōſiſtit:docetur à uerbo dei,qui eſt
ſponſus



A ſponſus ſuus:quæcunq; repoſita ſunt & recondita intra aulam regiam & cubiculū regis: diſcit
in hac domo,quæ eſt eccleſia dei uiui:cellas etiā uini illius quod de ſanctis torcularibus congre-
gatum eſt:cellas uini non ſolum noui,ſed & ueteris ac ſuauis,quæ eſt doctrina legis & prophe-
tarum,in quibus ſufficienter exercitata recipiat in ſe,ipſum qui erat in principio apud deū,deus
uerbum,ſed non ſemper ſecum permanentē. Non enim poſſibile eſt hoc humanæ naturæ, ſed
interdum quidem uiſitetur ab eo,interdum uero relinquatur,ut amplius deſideret eū. Cū uero
uiſitatur à uerbo dei ſecundū propoſiti uerſiculi ſenſum,per mōtes ſaliens uenire dicit̄ ad eam:
excelſos ſcilicet & eleuatos,reuelans ei cœleſtis ſcientiæ ſenſus:ita ut perueniat uſq; ad ædifica-
tionem eccleſiæ,quæ eſt domus dei uiui,columna & firmamentū ueritatis, & ſtet iuxta parietē,
uel poſt parietem,ut neq; penitus abſcondatur,neq; omnino in promptu ſit. Verbū enim dei
& ſermo ſcientiæ:non in publico & palàm poſitus,neq; cōculcandus pedibus apparet, ſed cū
quæſitus fuerit inuenitur,& inuenit̄ nō,ut diximus,in propatulo poſitus:ſed obtectus, & quaſi
poſt parietem latens.Anima autē quæ in eccleſia eſſe dicitur,non intra ædificia parietum collo-
cata intelligitur:ſed intra munimenta fidei,& ædificia ſapientiæ poſita celſiſq; faſtigijs charita-
tis obtecta.Propoſitum ergo bonum & fides rectoꝝ dogmatum,animam eſſe in domo eccle-
ſiæ facit:cuius domus membra quædā ſunt:quæ uel cubiculū,uel domus uini,uel alia huiuſmo
di,pro gratiarum ſcilicet gradibus & donorum ſpiritualiū diuerſitatibus appellantur. Sic ergo
& paries nunc pars quædā domus huius eſt,quæ poteſt indicare dogmatum firmitatē,ſub qua
ſtare dicitur ſponſus,& in quibus tam magnus & excelſus eſt:ut emineat omne ædificiū & pro-
ſpiciat ſponſam,id eſt,animā.Et nondum quidē apertum ſe ei totumq; manifeſtet,ſed quaſi per
retia proſpiciens,hortetur eam & prouocet,nō ſedere intrinſecus ſegnem, ſed exire ad ſe foras:
& conari,ut non iam per feneſtras & retia,neq; per ſpeculum in ænigmate,ſed procedens foras
facie ad faciem uideat eū.Nunc enim quia nondum poteſt ita eū intueri:propterea nō ante, ſed
B retro ei,& poſt parietem ſtet.Incumbit autē per feneſtras,quæ ſine dubio patebant ad recipien-
dum lumen ad illuminandam domum.Per has ergo ſermo dei incumbēs & proſpiciens, pro-
uocat exurgere,& ad ſe uenire animam. Poſſumus autē ſenſus corporeos feneſtras intelligere,
per quas aut mors,aut uita intrat ad animam. Sic enim deſignat Hieremias propheta cum de
peccatoribus loquitur,dicens:Aſcendit mors per feneſtras ueſtras.Quomodo aſcēdit mors per
feneſtras? Si oculi peccatoris uideant mulierem,& mœchentur eā in corde ſuo:ſic mors ingreſſa
eſt ad animam per feneſtras oculorum.Sed & cum recipit quis auditum uanū & præcipue fal-
ſæ ſcientiæ dogmatum peruerſorum:tunc per aurium feneſtras mors intrat ad animam. Si ue-
ro anima intuens ornamentum mundi,& ex pulchritudine creaturarum conditorem omnium
intelligat deum,& opera eius miretur laudetq; operum creatorem,ad animam hanc uita ingre
ditur per feneſtras oculorū.Sed & cum auditum inclinat ad uerbum dei:& rationibus ſapiētiæ
ac ſcientiæ eius delectatur,huic per aurium feneſtras ad animam ſapientiæ lumen ingreditur.
Per has ergo feneſtras proſpiciens uerbum dei,& proſpectum ſuum ad ſponſam animam diri-
gens,aſſurgere hortatur eam & uenire ad ſe:id eſt, corporea & uiſibilia relinquere, & ad incor-
porea & inuiſibilia ac ſpiritualia properare:quoniam quæ uidentur,temporalia ſunt, quæ autē
non uidētur,æterna ſunt.Sic & ſpiritus dei circūire dicitur,& quærere dignas animas,quæ apte
recteq; fieri poſſint ad habitaculū ſapientiæ.Quod aūt per retia feneſtrarum proſpicere dicitur:
illud ſine dubio indicat,quod donec in domo huius corporis poſita ſit anima,non poteſt nudā
& apertam dei ſapientiā capere,ſed per exempla quædā & indicia atq; imagines rerū uiſibiliū,
illa quæ ſunt inuiſibilia & incorporea cōtemplatur,& hoc eſt proſpicere ad eā ſpōſum per retia
feneſtrarum.Si uero de Chriſto hæc & eccleſia exponamus, domus, in qua habitabat eccleſia,
ſcripturæ ſunt legis & prophetarū:ibi em̄ & cubiculū regis eſt,omnibus diuitijs ſcientiæ ac ſa-
pientiæ repletū:ibi & domus uini,doctrina ſcilicet uel myſtica,uel moralis quæ lætificat cor ho
minis.Aduenieēs ergo Chriſtus ſtetit paululū poſt parietē ueteris teſtamēti.Stetit em̄ poſt parie-
tem cū nō manifeſtaret̄ ad populū. Vbi uero affuit tēpus & cœpit per feneſtras legis ac prophe
tarum

C tarum,per ea ſcilicet quæ de eo prædicata fuerant apparere,& oſtẽdere ſe eccleſiæ intra domũ,
hoc eſt intra literam legis ſedenti:prouocat eã inde exire & uenire foras ad ſe.Niſi em̃ exeat,niſi
procedat & progrediatur à litera ad ſpiritum:non poteſt ſponſo ſuo coniungi,neq; Chriſto ſo-
ciari. Vocat ergo eã,& inuitat à carnalibus ad ſpiritualia,à uiſibilibus ad inuiſibilia, à lege ueni-
re ad euangelia.Et ideo dicit ei: Surge ueni proxima mea,formoſa mea,columba mea.Et ut ali-
qua etiam de his quæ poſtmodũ dicenda ſunt,præueniamus,timentes ſenſum perdere,qui oc-
currit in hoc loco:propterea fortaſſis & illud dicit ad eam,quia etiã hyems tranſijt,pluuia abijt,
ſimul & paſſionis ſuæ tempus indicans,quod tranſacta hyeme & deiectis imbribus,ipſe paſſus
eſt:ſimul & illud quoq; per ſpirituale͂ deſignans intelligentiam,quod uſq; ad illud tempus quo
Chriſtus paſſus eſt:imbres fuerunt ſuper terrã.Mandabat enim adhuc dñs imbribus prophe-
tis,ut pluerent uerbi pluuiam ſuper terrã. Sed quia uſq; ad Ioannem Baptiſtam, prophetica fi-
niuntur officia:merito imbres abijſſe & diſcediſſe dicuntur. Ceſſarunt autẽ prophetici imbres,
non ad damnum credentiũ,ſed ad maiora eccleſiæ lucra.Quid enim imbribus opus eſt, ubi flu
men dei lætificat ciuitatem,ubi in corde uniuſcuiuſq; credẽtium,fons aquæ uiuæ fit, ſalientis in
uitam æternam? Quid opus imbribus,ubi iam flores apparuerunt in terra noſtra:& ex aduẽtu
domini,iam non exciditur ficulnea quæ prius non attulerat fructum? Nunc enim iam produ-
xit groſſos ſuos.Sed & uineæ dederunt odorem ſuum.Vnde & unus quidam ex iſta uinea di-
cebat:Quia Chriſti bonus odor ſumus deo,in omni loco in his qui ſalui fiunt, & in his qui pe-
reunt.Sed hæc,ſicut ſupra deſignauimus,anteq; ad ipſa ſcripturæ loca ueniremus, præſumpſi-
mus:ne forte fugeret nos ſenſus:qui occurriſſe uidebatur in tempore. Nũc repetamus,quomo-
do per retia proſpicere dicatur.Scriptum eſt:Non enim inique tenduntur retia auibus.Et iterũ:
Iuſtus ſi incurrerit in peccatum,effugere iubetur,ſicut & dammula ex laqueis,& auis ex retibus.
Plena eſt ergo uita mortalium laqueis offenſionum,retibus plena deceptionum, quas tẽdit ad-
uerſum genus humanum ille qui contra dñm gigas uenator Nemrod appellatur. Verus etem̃
D gigas quis alius eſt,niſi diabolus,qui etiã aduerſus deum rebellat? Laquei ergo tentationum,&
decipulæ inſidiarum,diaboli retia appellantur.Et quoniam hæc retia ubiq; tetẽderat inimicus,
atq; in ipſis penè omnes inuoluerat,oportebat eſſe aliquem qui fortior & eminentior fieret his
& contereret ea:ut ſequentibus ſe uiam poſſet aperire.Idcirco ergo & ſaluator priuſq; in coniu-
gium & ſocietatem ueniret eccleſiæ:tentatur à diabolo,ut uincens retia tentationũ per ipſa pro-
ſpiceret,& per ipſa uocaret eam ad ſe:docens ſine dubio & oſtendens ei,quod non per ocium &
delicias:ſed per multas tribulationes & tentationes ueniendũ ſibi eſſet ad Chriſtum. Nullus er-
go alius fuit qui retia iſta ſuperare potuerit.Omnes enim peccauerunt,ſicut ſcriptum eſt:Et rur-
ſus,ut ſcriptura dicit:Non eſt iuſtus ſuper terram,qui fecerit bonũ & non peccauerit.Et iterum:
Nemo mundus à ſorde,nec ſi unius diei fuerit uita eius.Solus ergo eſt dñs & ſaluator noſter Ie-
ſus Chriſtus,qui peccatum non fecit:ſed peccatum eum pater fecit pro nobis,ut in ſimilitudine
carnis peccati,de peccato damnaret peccatũ.Venit ergo ad iſta retia,ſed inuolui in eis ſolus ipſe
non potuit:quinimò diruptis eis & contritis dat eccleſiæ ſuæ fiduciam,ut audeat iam caſſare la-
queos,& trãſire per retia,& cum omni alacritate dicere: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de
laqueo uenantium.Laqueus contritus eſt:& nos liberati ſumus.Quis autẽ cõtriuit laqueos,niſi
ille qui ſolus in eis teneri non potuit? Quãuis & ipſe in morte fuerit uoluntarie:& nõ ut nos ne-
ceſſitate peccati.Solus eſt enim,qui fuit inter mortuos liber.Et quia liber inter mortuos fuit: id-
circo deuicto eo qui habuit mortis imperium, abſtraxit captiuitatem quæ tenebatur in mortẽ.
Et non ſolus ſemetipſum reſuſcitauit à mortuis, ſed & eos qui tenebãtur in morte ſimul excita-
uit,ſimulq; ſedere in cœleſtibus fecit.Aſcendens enim in altum,captiuam duxit captiuitatẽ:nõ
ſolum animas educens,ſed & corpora eorum reſuſcitans,ſicut teſtatur euangelium:quod mul-
ta corpora ſanctorum reſuſcitata ſunt,& apparuerunt multis,& introierunt in ſanctam ciuitatẽ
dei uiuentis Hieruſalem.Hæc nobis expoſitio de retibus ſecundo in loco aſſumpta eſt. Sit ſanè
legentis iudicium,quæ earum myſticis dignius aptari poſſit eloquijs.

Homilia



HOMILIA QVARTA.

A SVrge ueni proxima mea,ſpecioſa mea,columba mea:quoniam ecce hyems tranſijt, pluuia
abijt,& receſſit ſibi:flores uiſi ſunt in terra,tempus putationis aduenit, uox turturis audita
eſt in terra noſtra.Arbor fici produxit germina ſua: uites florẽtes dederunt odorẽ ſuum. Quid
contineat ordo dramatis,iam ſupra deſcripſimus:nunc uero quid uel ſermo dei ad animam ſe
dignam ſibiq; aptam:uel quid Chriſtus ad eccleſiam dicere intelligendus ſit, aduertamus. Sed
interim primus ſermo dei loquatur ad hanc ſpecioſam decoramq; animam,cui per ſenſus cor-
poreos,id eſt per intuitum lectionis,& per auditũ doctrinæ,quaſi per feneſtras apparuit, proce-
ritatemq; ſuæ magnitudinis demonſtrauit:ita ut in ſuperioribus ei loqueretur incumbens atq;
inde euocans eam,ut procedat foras:& extra ſenſus iam corporeos effecta,deſinat eſſe in carne:
ut merito audiat:Vos autẽ non eſtis in carne ſed in ſpiritu. Non enim aliter diceret eam uerbũ
dei proximam ſibi,niſi cõiungeret ſe ei,& fieret cũ eo unus ſpiritus: nec diceret ſpecioſam, niſi
uideret imaginem eius renouari de die in diẽ:& niſi uideret eam capacem ſpiritus ſancti, qui in
ſpecie columbæ deſcendit in Iordane ſuper Ieſum,non ei diceret,columba mea.Cõceperat enim
amorem uerbi dei,& cupiebat ad ipſum uolatu celeri peruenire,dicens: Quis mihi dabit pẽnas
ſicut columbæ,& uolabo & requieſcam? Volabo, ſenſibus:uolabo, intellectibus ſpiritualibus:
& requieſcam, cũ apprehẽdero ſapientiæ & ſcientiæ eius theſauros.Puto enim quia ſicut hi qui
mortem Chriſti recipiunt,& mortificant membra ſua ſuper terram, conſortes efficiuntur ſimi-
litudinis mortis eius:ita & hi qui uirtutem ſpiritus ſancti recipiunt,& ſanctificantur ex eo:& do
nis eius replentur,quia ipſe in ſpecie columbæ apparuit:etiã ipſi columbæ fiant: ut de terrenis
& corporeis locis euolent ad cœleſtia,pennis ſancti ſpiritus ſubleuati.Quod ſit autẽ tempus op
portunum,quo hæc fieri poſſint,conſequenter inſeruit.Quia ecce hyems,inquit,tranſijt,pluuia
abijt.Non enim ante anima uerbo dei iungitur & ſociatur,niſi omnis ex ea hyems perturbatio-
B num ac uitiorum procella diſceſſerit,& ultrà iam non fluctuet & circũferatur omni uẽto doctri
næ.Vbi ergo ex anima hæc cuncta diſceſſerint,deſideriorumq; ab eadem tempeſtas effugerit:
tunc incipient in ea flores uernare uirtutũ:tunc eius menti & tempus putationis adueniet: & ſi
quid ſuperfluum & minus utile fuerit in eius ſenſibus,uel intellectibus,reſecabitur,& ad gẽmas
ſpiritualis intelligentiæ reuocabitur.Tunc etiã uocem turturis audiet,illius ſine dubio ſapiẽtiæ
quam diſpenſator uerbi loquitur inter perfectos,ſapientiæ dei altioris,quæ abſcõdita eſt in my-
ſterio.Hoc nanq; indicat appellatio turturis.Hæc nanq; auis in ſecretioribus & remotis à mul-
titudine locis,uitam tranſigit,aut deſerta montium diligens,aut ſecreta ſyluarũ procul ſemper
à multitudine poſita,& à turbis aliena.Quid autem eſt aliud quod opportunitati temporis hu-
ius amœnitatiq; conueniat.Ficus,inquit,produxit germina ſua. Notandum quidem fructus
ipſius ſpiritus qui ſunt gaudium,charitas,pax &c.Sed iam tamen germina eorum proferre in-
cipit ſpiritus hominis,qui in ipſo eſt ſingulariter ficulnea nominatus. Sicut enim generaliter in
eccleſia,diuerſæ arbores,ſingulæ quæque animæ credentium intelliguntur, de quibus dicitur:
Omnis arbor quam non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur. Et iterũ Paulus qui ſe di-
cit adiutorem dei eſſe in agricultura dei,ait etiam ipſe:Ego plantaui, Apollo rigauit. Sed & do-
minus in euangelijs:Aut facite arborem bonam,& fructum eius bonum:aut arborem malam,
& fructum eius malum.Sicut ergo generaliter in eccleſia,ſinguli quiq; credentium, diuerſæ ar-
bores intelliguntur,ita & in unaquaq; anima,diuerſæ uirtutes efficacia eius,diuerſæ arbores in-
telliguntur.Eſt ergo & in anima ficus quædam quæ producit germen ſuum:eſt & uitis quæ flo
reat & reddat odorem ſuum. Cuius uitis palmites purgat cœleſtis agricola , ut fructum pluri-
mum afferant.Sed hæc uitis primo per odoris ſuauitatem,quæ ex flore redditur lætificat odo-
ratum,ſecundum eum qui dicebat:Quia Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco.Hæc er-
go initia uirtutum uidens ſermo dei in anima,uocat eam ad ſemetipſum,ut feſtinet & exeat: &
abijciens cuncta corporea,uenit ad eum,ut perfectionis eius particeps fiat. Idcirco igitur quaſi
adhuc iacenti,& in rebus corporeis incumbenti primo dicit,Exurge:& quaſi quæ ſtatim obe-

 dierit,

C dierit,& obſecuta ſit uocanti,collaudatur ab eo & audit,proxima mea & columba mea.Et poſt
hæc ne ad tentationum turbines trepidaret,annunciat ei quod hyems diſceſſerit,& pluuia tran-
ſierit & abierit ſibi.Bene autem uitiorum & peccatorum naturam, uno miro ſermone prolato
ſignificauit,ut huiuſmodi diceret hyemem & pluuiam,quæ ex uitiorum delicto tempeſtateq́;
deſcendat:ſibiq́; abeſſe indicans,& per hoc nullam eſſe ſubſtantiam peccatorum. Nõ enim de-
cidentia de homine uitia,ad aliquam aliam ſubſtantiam peccatorũ cõgregantur: ſed ſibi abeũt,
& in ſemetipſa reſoluta euaneſcunt,atq; in nihilum rediguntur.Et ideo dixit, quia abijt ſibi. Fit
ergo tranquillitas animæ,apparente ei uerbo dei,& ceſſante peccato: & ita demum florente ui-
nea,incipient uirtutes atq; arbuſta,bonorum operum fructum germinare.Sed nunc iterũ Chri
ſtus hæc loquitur ad eccleſiam,& in anni circulum, omne præſentis ſeculi ſpaciũ ponit. Et per
hyemem quidem illud indicat tempus,in quo uel Aegyptios grando & turbines ac reliqua de-
cem plagarum uerbera flagellabant;uel cum diuerſa bella perferebat Iſraël:uel etiam cũ ipſi ſal-
uatori reſtitit:& incredulitatis turbine correptus, naufragio fidei ſubmerſus eſt. Vbi ergo illo-
rum delicto ſalus gentibus facta eſt;uocat nunc ad ſe eccleſiam,dicitq́; ei:Exurge & ueni ad me,
quia iam hyems quæ ſubmerſit incredulos,& uos in ignorãtia reprimebat,abſceſſit.Sed & plu-
uia pertranſijt,id eſt,iam non mandabo nubibus,prophetis ſcilicet,ut pluant pluuiam uerbi ſu
per terras:ſed ipſa uox turturis,hoc eſt ipſa dei ſapientia loquetur in terris, & dicet : Ipſe qui lo-
quebar adſum.Flores ergo credentium populorum & orientium eccleſiarum apparuerunt in
terra.Sed & putationis tempus,per fidem meæ paſſionis & reſurrectionis aduenit. Amputan-
tur enim & execrantur ab hominibus peccata,cum in baptiſmo donatur remiſſio peccatorum.
Vox quidem turturis(ut diximus)iam non per diuerſos prophetas ſed per os ipſius ſapientiæ
dei auditur in terris.Et ficulnea germinat,quæ poteſt in fructibus ſancti ſpiritus accipi : qui nũc
primum aperiuntur & demonſtrantur eccleſiæ;uel etiam in litera legis,quæ ante aduentũ Chri
ſti clauſa erat & cõſtricta,& indumento quodam intelligentiæ carnalis obtecta. Ex præſentia
D uero eius & aduentu,prolatum eſt ex ea germen ſpiritualis intelligentiæ; & ſenſus uiridis & ui-
talis,qui in ea tegebatur apparuit:ut eccleſia quæ tegebatur à Chriſto in ficulnea, id eſt in lege,
non appareat arida,nec occidentem literam ſequi, ſed florentem & uiuificantem ſpiritum. Sed
& uites florere dicuntur,& dediſſe odorem ſuum.Poſſunt quidem & diuerſæ eccleſiæ quæ per
orbem terræ habentur,uites dici florentes ut uineæ. Vinea enim domini ſabaoth domus Iſraël
eſt,& domus Iuda dilecta nouella.Iſtæ ergo uineæ cum primo accedunt ad fidem,florere dicun
tur.Cum uero per religionem operum ſuorum ſuauitate adornantur,odorem ſuum dediſſe di
cuntur.Et non ſine cauſa puto quod non dixerit,odorem dederunt,ſed odorem ſuum: ut oſten
deret ineſſe unicuiq; animæ uim poſſibilitatis,& arbitrij libertatẽ, qua poſſit agere omne quod
bonum eſt.Sed quia hoc naturæ bonum præuaricationis occaſione decerptum,uel ad ignomi-
niam uel ad laſciuiam fuerat inflexum:ubi per gratiam reparatur,& per doctrinam uerbi dei re
ſtituitur,odorem reddit ſine dubio illum,quem primus conditor deus indiderat,ſed peccati cul
pa ſubtraxerat.Poſſunt autem & uites uel uineæ,intelligi uirtutes cœleſtes & angelicæ, quæ ho
minibus largiuntur odorem ſuum,id eſt doctrinæ & inſtitutionis bonum,quo inſtruũt & im-
buunt animas,donec ad perfectionem ueniant,& incipiant capaces fieri dei.Sicut & Apoſtolus
ad Hebræos ſcribens dicit:Nónne omnes ſunt miniſteriales ſpiritus in miniſterium miſſi, pro-
pter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis?Et ideo dicuntur ab ipſis quaſi primũ florem & odo-
rem bonorum operum capere homines:ipſos uero fructus uitis ab eo ſperare qui dixit:Non bi
bam de generatione uitis huius,donec bibam illud uobiſcum nouum in regno patris mei. Illi
ergo perfecti flores & fructus,ab ipſo ſperandi ſunt:initia uero &(ut ita dicam)proficiendi ſua-
uitas,poteſt à cœleſtibus uirtutibus miniſtrari. Vel certe per eos qui dicebãt (ut ſupra diximus)
quoniam Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco.Sed & alio modo poſſumus adhuc in-
telligere hæc quæ habentur in manibus,ut dicamus ueluti prophetiam quandam uideri ad ec-
cleſiam factam,per quam uocetur ad repromiſſiones futuras,ut quaſi poſt conſummationem
ſeculi



A ſeculi cum tempus reſurrectionis aduenerit,dicatur ei,exurge.Et quia ſermo hic ſtatim opus re-
ſurrectionis deſignat,tanquàm ex reſurrectione clarior & ſplẽdidior effecta inuitatur ad regnũ
& dicitur ei: Veni proxima mea,ſpecioſa mea,columba mea,quia hyems tranſijt. Hyemem ſi-
ne dubio huius præſentis uitæ procellas & turbines nominans,quibus humana uita, tentatio-
num procellis agitatur. Tranſijt ergo hyems iſta cum pluuijs ſuis, abijt ſibi. Sibi enim unuſ-
quiſque egit in hac uita omne quod egit.Principium uero repromiſſionum futurarum, flores.
Securim ad radicem arboris poſitam in conſummationem ſeculi,ut excidat omnem arborem
non facientem fructum bonum;tempus putationis intellige. Vocem uero turturis quæ in lite-
ris repromiſſionis auditur,quam manſueti in hæreditate ſuſcipient, Chriſti perſonam facie ad
faciem, & non iam per ſpeculum & in ænigmate docentis , aduerte. Ficulnea uero quæ ger-
men ſuum producit,totius congregationis iuſtorum fructus habeatur. Iſtæ uero & ſanctæ &
beatæ angelicæ uirtutes,quibus electi quique,& beati ex reſurrectione ſociabuntur,qui erunt ſi-
cut angeli dei;ipſæ ſunt uites florentes & uineæ, quæ odorem ſuum unicuique animæ & gra-
tiam quam à conditore ſuſcepit prius,& nunc iterum perditam recuperauit,impertiunt; ſuaui-
tatéque cœleſtis odoris,fœtorem tandem abiectæ ab eis mortalitatis corruptionisq́; depellunt.
Surge & ueni proxima mea, columba mea, in uelaminibus petræ iuxta promurale. Oſtende
mihi faciem tuam,& auditam fac mihi uocem tuam: quoniam uox tua ſuauis eſt, & facies tua
ſpecioſa.Secundum propoſiti dramatis ordinem,ſponſus qui ſaliens ſuper montes & exiliens
ſuper colles ad ſponſam uenerat,proſpiciens eam & intuens per feneſtras,ſecundo iam loco di-
cit ad eam:Surge,ueni proxima mea,ſpecioſa mea,columba mea. Nunc uero addit etiam hoc,
ut oſtenderet ei locum ad quem uenire debeat, qui locus ſub uelamento & tegmine ſaxi ſit po-
ſitus.Sit autem idem locus non tam iuxta murum,quàm iuxta promurale quoddam. Promu-
rale autem dicitur,cum extra muros qui ambiunt ciuitatem,alius ducitur murus, & eſt murus
B ante murum. Tum deinde quaſi ſi reuerentiæ cauſa, ipſa ſponſa obtecta ſit & uelata : petit ipſe
ſponſus,ut ueniẽs ad illum locum quem ſupra oſtendit,utpote ſecretiorem , ubi ei quaſi reiecto
uelamine oſtendat faciem ſuam. Et quia pro multa reuerentia taceret ſponſa , deſiderat ſpon-
ſus aliquando etiam uocem eius audire, & delectari in uerbis eius , & dicit : ut auditam ſibi fa-
ciat uocem ſuam. Videtur tamen quod non ei penitus incognita ſit facies eius, neque uocis
eius ignarus ſit; ſed quia interceſſerit aliquid, in quo nec faciem eius uiderit, nec uocem audie-
rit.Iſte ſit propoſiti dramatis textus: cui & hoc additur, quod ueris tempus agi uideatur , cum
& flores apparuiſſe memorantur in terra , & uox turturis perſonare, & germen arbores pro-
duxiſſe.Propter hoc uelut opportuno tempore progredi prouocat ſponſam, quæ ſine dubio
hyemem totam intra domus clauſtra reſederit.Sed hæc nullam mihi uidentur (quantum ad hi
ſtoricam narrationem pertinet) utilitatem conferre legentibus,aut aliquam ſaltem narrationis
ipſius ſeruare conſequentiam: ſicut in cæteris ſcripturæ hiſtorijs inuenimus , unde neceſſe eſt
cuncta ad ſpiritualem transferre intelligentiam. Primo ergo intellige mihi animæ hyemem,
cum adhuc paſſionum fluctibus iactatur,& uitiorum procellis,ac duris malignorum ſpirituũ
flatibus uerberatur.In his poſitam,non hortatur eã ſermo dei foras exire, ſed intra ſemetipſam
colligi,& uniri undiq; atq; contegi contra pernicioſos malignorum ſpirituum flatus.Nulli tũc
in diuinis literis ſtudiorum flores apud eam,nec profundioris ſapientiæ ſecreta & recõdita my-
ſteria,quaſi per uocem turturis reſonant. Sed neque odoratus eius gratiæ aliquid quaſi ex ui-
neæ floribus recipit;neque uiſus eius tanquàm in ficulneæ germine delectatur, ſed ſufficit ut in
tempeſtatibus tentationum, à lapſu peccati tuta ac munita permaneat. Quod ſi obtinuerit ut
illæſa perduret:hyems ei tranſijt,& uenit ei uer (uer nanq; ei eſt cum quies animo datur,& tran
quillitas menti) tunc ad eam uenit uerbum dei:tunc eam uocat ad ſe ,& hortatur ut exeat: non
ſolum extra domum,ſed extra ciuitatem: id eſt, non ſolum extra carnis uitia efficiatur, ſed ex-
tra omne quicquid corporeum & uiſibile continetur in mundo. Nanq; figuraliter in lege ciui-
tatem iam in ſuperioribus euidenter oſtẽdimus.Euocatur ergo anima extra murum & uſq; ad
RR 2 promu

C promurale perducitur,cum abijciens & relinquens ea quæ uidẽtur & tẽporalia ſunt,contendit
ad ea quæ non uidẽtur & æterna ſunt. Oſtẽditur ergo ei iter iſtud ſub uelamine petræ agendũ,
non ſub aëre nudo:neqꝫ ut patiatur ſolis ardores,ne iterum fuſca fiat,ne iterum dicat, deſpexit
me ſol:propterea ſub uelamine petræ agit hoc iter. Hoc autem ipſum uelamen nõ uult ex fron
dibus ei eſſe,aut linteis,aut pellibus,ſed petram uult ei eſſe uelamen: id eſt firma & ſolida Chri-
ſti dogmata. Ipſum nanqꝫ eſſe petram Paulus pronunciat,dicens: Petra autem erat Chriſtus.
Chriſti ergo doctrina & fide ſi obtegatur anima & ueletur,tuto poteſt ad illud peruenire ſecre-
tum,ubi reuelata facie gloriam domini contempletur. Merito autem uelamen iſtud petræ tu-
tum creditur:quia & Salomon de ea dicit in prouerbijs,quod ueſtigia ſerpentis nõ poſſunt de-
prehendi ſuper terram. Sic enim ait: Tria ſunt quæ impoſſibile eſt mihi intelligere,& quartum
quod ignoro: Veſtigia aquilæ uolantis,& uiam ſerpentis ſuper petram, & ſemitas nauis in pe-
lago,& uias uiri in iuuentute. Serpentis ergo, id eſt diaboli: ueſtigia, id eſt ſigna aliqua peccati,
in hac petra quæ eſt Chriſtus,inueniri non poſſunt:quia ſolus eſt qui peccatum non fecit. Hu-
ius ergo petræ uero uelamine anima tuto peruenit ad promuralem locum,id eſt ad cõtemplan-
dum incorporalia & æterna. De hac eadem petra alia uerbi ſpecie Dauid in triceſimonono pſal
mo dicit: Et ſtatuit ſupra petram pedes meos,& direxit greſſus meos. Nec mireris ſi apud Da-
uid petra hæc quaſi fundamentum & crepido eſt animæ, per quam pergit ad deum: Et apud
Salomonem uelamen eſt animæ ad myſtica ſapientiæ ſecreta tendentis, cum & ipſe Chriſtus
nunc uia dicatur,per quam credentes incedunt,nunc etiam præcurſor,ſicut ait Paulus: In quod
præcurſor introiuit pro nobis Ieſus. Simile eſt & iſtud quod per Moyſen dicitur à deo: Ecce po
ſui te in foramine petræ,& uidebis poſteriora mea. Igitur petra iſta quæ Chriſtus eſt,non eſt ex
omni parte clauſa,ſed habet foramen. Foramen uero eſt petræ, qui reuelat & innoteſcere facit
hominibus deum. Nemo ergo uidet patrẽ niſi filius:nemo ergo uidet poſtrema dei,id eſt, quæ
in poſtremis temporibus fiunt,niſi poſitus in foramine petræ,ſcilicet cum ea Chriſto reuelante
D didicerit. Et hic ergo ſub uelamine petræ animam proximam ſibi effectã, inuitat ſermo dei ad
promuralem locum,ſicut ſupra iam diximus,ad contemplanda ea quæ non uidentur & æter-
na ſunt,& ibi dicit ad eam: Oſtẽde mihi faciem tuam:profecto ut uideat, ſi aliquid in uultu eius
ueteris adhuc uelaminis habeat; ſed poſſit intrepidis obtutibus gloriam domini ſpeculari, ut
hæc ipſa dicat: Et uidimus gloriam eius,gloriam tanquam unigeniti à patre, plenum gratiæ &
ueritatis. Sed & cum digna fuerit,ut de ipſa dicatur,ſicut & de Moyſe dictum eſt; quia Moyſes
loquebatur,& dominus reſpondebat ei:tunc completur in eo quod ait: Auditam fac mihi uo-
cem tuam. Ingens uero laus eius oſtenditur in eo quod dicitur: Vox tua ſuauis. Sic enim ſapien
tiſſimus propheta Dauid dicebat: Suauis ſit ei diſputatio mea. Suauis autem eſt uox animæ, cũ
uerbum dei quod loquitur cum fide,& dogmatibus ueritatis exponit: cum diſpenſationes dei
& iudicia eius explanat. Si uero aut ſtultiloquium,aut ſcurrilitas,aut uanitas de ore eius proce-
dunt,aut uerbum ocioſum,de quo reddenda ſit ratio in die iudicij, inſuauis & iniocunda uox
iſta eſt. Ab hac uoce Chriſtus auertit auditum ſuum. Et ideo quæqꝫ perfecta anima ponit ori
ſuo cuſtodiam,& oſtium circunſtantiæ labijs ſuis:ut talem ſemper ſermonem proferat,qui ſale
conditus det gratiam audientibus,& dicat de ea uerbum dei:quia uox tua ſuauis. Sed & facies
tua,inquit,ſpecioſa. Si intelligas illam faciem,de qua Paulus dicit: Nos autem omnes reuelata
facie,& item cum dicit: Tunc autem facie ad faciem:tunc uidebis quæ ſit animæ facies,quæ lau
detur à uerbo dei,& ſpecioſa eſſe dicatur. Illa ſine dubio quæ quotidie renouatur ad imaginem
eius qui creauit eam:quæ non habet in ſe maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed eſt
ſancta & immaculata,qualem & ipſe ſibi exhibuit Chriſtus eccleſiam, animas ſcilicet quæ ad
perfectionem uenerunt,quæ omnes ſimul efficiunt corpus eccleſiæ. Quod corpus utique pul-
chrum uidebitur & decorum: ſi animæ ex quibus corpus illud efficitur, in omni perfectionis
decore permanſerint. Sicut enim cum anima in iracundia eſt,turbatum & ferum reddit corpo-
ris uultum:cum uero in manſuetudine,& tranquillitate perſiſtit, placidũ mitemqꝫ reddit aſpe-




A ctum. Ita & eccleſiæ facies pro uirtutibus & motibus credentium,aut decora pronunciatur,aut
turpis: ſecundum quod & ſcriptum legimus: Veſtigium cordis in bonis,uultus hilaris. Et item
alibi: Cordis læti facies florida:in triſticijs autem poſiti,mœſtus eſt uultus. Cor ergo lætum eſt,
cum habet in ſe ſpiritum dei:cuius primus fructus charitas eſt,ſecundus gaudium eſt. Ex his pu
to quoſdam ſapientes ſeculi aſſumpſiſſe illam ſententiam quæ dicit: Quia ſolus ſapiens ſpecio-
ſus eſt:omnis autem nequam,turpis eſt. Supereſt nobis ut aliquid apertius etiã de nomine pro-
muralis dicamus. Quod (ſicut ſupra diximus) indicat murum eſſe ante murum,quod etiam in
Eſaia hoc modo dicitur: Pone murum,& circa murum. Murus munimentũ ciuitatis eſt. Alius
uero murus ante murum uel circa murum,maiora & ualidiora munimenta deſignat. Per quod
oſtenditur,quia euocans ſermo dei animam,& educens eam à corporalibus negocijs & corpo-
ris ſenſibus, docere eam de futuri ſeculi myſterijs cupit:& inde ei munimenta conquirere,ut ſpe
futurorum munita & circũdata,in nullo poſſit uel illecebris uinci, uel tribulationibus fatigari.
Nunc etiam uideamus quomodo hæc à Chriſto ad eccleſiã dicantur,quæ eſt proxima ei & ſpe-
cioſa. Specioſa autem nulli alij niſi ſoli ipſi:hoc enim ſignificat cum dicit,ſpecioſa mea:hãc ergo
exuſcitat Chriſtus,& ipſi euangelium reſurrectionis annunciat,& ideo dicit: Exurge, ueni pro-
xima mea,ſpecioſa mea. Quia autem dedit & ei pennas columbæ,poſtea quàm dormiuit in me
dio ſortium:media autem inter duas uocationes Iſraëlis,eccleſia uocata eſt; quia primo Iſraël uo
catus eſt:poſt hæc ubi ipſe offendit & cecidit,uocata eſt eccleſia gẽtium. Cum autem plenitudo
gentium introierit,tunc iterum omnis Iſraël uocatus ſaluabitur. In medio ergo harum duarum
ſortium dormit eccleſia. Et propter hoc dèdit ei pennas columbæ deargentatas,quod ſignificat
rationabiles pennas in ſancti ſpiritus donis. Et poſteriora dorſi eius:uel in uiriditate auri,ut qui-
dam legunt:uel ut alij ſcriptum habent,in pallore auri. Quod oſtendere poteſt: quia poſterior
illa uocatio quam ex Iſraël futuram dicit Apoſtolus,nõ erit in obſeruantia legis,ſed in precioſi-
B tate fidei. Auri nanqꝫ uiriditatis gerit ſpeciem,fides uirtutibus florens. Poteſt autem dici in me-
dio earum ſortium dormire uel quieſcere eccleſia,in medio duorum teſtamentorum, & pennæ
eius deargentatæ ex ſenſibus legis. Aurum in poſterioribus dorſi eius,intelligi euangelici mune
ris donum poteſt. Ad hanc ergo eccleſiam dicit Chriſtus: Veni tu columba mea,& ueni in ope
rimento petræ; docẽs eam ut operta ueniat,ne quid patiatur ab incurſantibus eã tentationibus,
ſed ſub umbra petræ incedat obtecta,dicens: Spiritus uultus noſtri Chriſtus dñs, cui diximus:
In umbra eius uiuemus in gentibus. Obtecta autem incedit & adoperta:quia debet poteſtatem
habere ſuper caput propter angelos. Cum autem uenerit ad promuralem locum,id eſt,ad futu
ri ſeculi ſtatum,ibi ad eam dicit: Oſtende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac uocem tuam:
quia uox tua ſuauis eſt. Auditam uult fieri uocem eccleſiæ ſuæ:quia qui eum confeſſus fuerit co
ram hominibus,& ipſe confitebitur eum coram patre ſuo qui in cœlis eſt. Quia uox tua ſuauis
eſt:& quis non fatetur ſuauem uocem eccleſiæ catholicæ,fidem ueram confitentis: inſuauẽ uero
& iniucundam eſſe hæreticorum uocem,qui non dogmata ueritatis,ſed blaſphemias in deũ, &
iniquitatẽm in excelſum loquuntur: Sic & facies eccleſiæ ſpecioſa eſt,hæreticorum uero turpis
& fœda: ſi quis eſt tamen qui bene nouerit pulchritudinẽ uultus probare:id eſt, ſi quis ſpiritua-
lis eſt,qui ſcit examinare omnia. Nam apud imperitos & animales homines,pulchriora uiden-
tur mendacij ſophiſmata quàm dogmata ueritatis. Poſſumus autem adhuc de loco promurali etiã
hoc addere,quod promurale ſinus ſit patris,in quo poſitus unigenitus filius enarrat omnia, &
enunciat eccleſiæ ſuæ quæcunqꝫ in ſecretis & in abſconditis patris ſinibus cõtinentur. Vnde &
quidam ab eo edoctus dicebat: Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus dei filius qui eſt in ſinu
patris,ipſe enarrauit. Illuc ergo euocat ſponſam ſuã Chriſtus, ut & de omnibus eam quæ apud
patrẽ habentur,edoceat,& dicat: Quia omnia uobis nota feci,quæ audiui à patre meo, & ut ite-
rum dicat: Pater,uolo ut ubi ego ſum illic ſit & miniſter meus. Capite nobis uulpes puſillas,
exterminantes uineas:& uineæ noſtræ florebũt. Secundũ dramatis ordinẽ mutata eſt perſona:
non enim iam ad ſponſam ſed ad ſodales loquitur ſponſus:& ipſis dicit,ut capiant uulpes pu-

C ſillas,quæ inſidiantur uineis ubi primum germen oſtenderint,nec ſinunt eas peruenire ad flo-
rem.Capi ergo eas præcepit,ſaluti & utilitati conſulens uinearum. Sed hæc ut cœpimus ſpiri-
tuali expoſitione diſcutienda ſunt. Et puto quod ſi de anima hæc quæ ſe uerbo dei coniungit
aduertas, uulpes contrariæ poteſtates & nequitiæ dæmonum intelligi debeant, per cogitatio-
nes prauas & intelligentiam peruerſam, exterminantes in anima uirtutum florem & fructum
fidei perimentes.Prouiſio igitur uerbi dei,qui eſt dominus uirtutum, mandat angelis ſuis qui
ad miniſterium miſſi ſunt propter eos,qui hæreditatem capiunt ſalutis,ut capiant ex unaquaq;
anima huiuſmodi cogitationes à dæmonibus immiſſas, ut abiectis eis poſſint florem uirtutis
afferre.Capiunt autem cogitationes malas in eo,cum ſuggerunt menti nō eſſe eas à deo,ſed eſſe
à maligno ſpiritu:& dant animæ diſcretionem ſpirituum, ut intelligat quæ ſit cogitatio ſecun-
dum deum,& quæ ſit ex diabolo.Vt autem ſcias eſſe cogitationes, quas immittit diabolus in
cor hominum,uide in euangelio quod ſcriptum eſt:Cum autem immiſiſſet,inquit,diabolus in
cor Iudæ Iſcariotis,ut traderet eū.Sunt ergo huiuſmodi cogitationes quæ à dæmonibus inijciū-
tur in cordibus hominum.Sed quia non deeſt diuina prouidentia:ne forte per huiuſmodi im-
portunitatem turbaretur libertas arbitrij,& non eſſet iuſta cauſa iudicij: idcirco benignis ange-
lis & amicis poteſtatibus,hominum cura mandatur:ut cum deceptores quaſi uulpes incurſare
cœperint hominem,dextris eum auxilijs ſubleuent.Et ideo dicitur: Capite nobis uulpes puſil-
las.Competenter ſanè cum adhuc puſillæ ſunt, capi eas mandat & comprehendi. Dum enim
cogitatio mala in initijs eſt,facile poteſt abijci à corde.Nam ſi frequenter iteretur, & diu perma
neat,adducit animam ſine dubio ad conſenſum, & poſt conſenſum intra cor ſuum confirma-
tum,certum eſt quia ad peccati tendat effectum. Dum ergo in initijs eſt, & puſilla eſt, capi de-
bet & abijci:ne ſi adulta fuerit & inueterata iam non poſſit expelli.Deniq; & Iudas initium ma
li habuit in amore pecuniæ.Et hæc fuit illi uulpes puſilla.Sed ab hac cum uideret dominus Iu-
dæ animam quaſi florentem uineam lædi,capere eam uolens & abijcere ex eo: commiſit ei pe-
D cuniæ loculos,ut poſſidens,à cupiditate quod amabat ceſſaret.Sed ille utpote habens ſui arbi-
trij libertatem,non eſt amplexus medici ſapientiam:ſed indulſit ſemetipſum illi magis conſilio
quo exterminabatur anima ſua,quàm quo ſanabatur. Si uero hæc de Chriſto & eccleſia intelli-
gamus,ſermo uidebitur ad doctores eccleſiæ dirigi,& mandari eis de captione uulpium exter-
minantium uineas. Vulpes autem peruerſos doctores hæreticorum dogmatum poſſumus in-
telligere,qui per argumentorum calliditatem ſeducunt corda innocentium, & uineam domini
exterminant, ne floreant in fide recta. Datur erga præceptum doctoribus catholicis, ut dum
adhuc puſillæ ſunt iſtæ uulpes,& nondum plures animas deceperunt:ſed initium habet praua
doctrina,arguere hos & refrenare feſtinent,& uerbo ueritatis contradicentes,reuincere,& cape-
re hos aſſertionibus ueris.Si enim permanſerint in principijs & indulſerint, ſermo eorum ſicut
cancer ſerpit,& fiet inſanabilis:ut multi inueniantur qui decepti ab eis, pugnare iam pro ipſis
incipiant,& defendere ſuſcepti erroris autores.Sic ergo puſillas dignum eſt uulpes capere & do
loſa hæreticorum ſophiſmata, in ipſis ſtatim initijs, ueris aſſertionibus confutare. Vt autem
utriuſq; expoſitionis noſtræ euidentior clareſcat aſſertio,cōgregemus ex diuinis uoluminibus,
ſicubi animalis huius mentio facta eſt.Inuenimus ergo in ſexageſimoſecūdo pſalmo de impijs
ita dici:Ipſi uero inuanum quæſierunt animam meam:introibunt in inferiora terræ, tradentur
in manus gladij,partes uulpium erunt.Sed & in euangelio ſecundum Matthæum ſaluator ad
ſcribam,qui dicebat ei:Magiſter,ſequar te quocunq; ieris,reſpondit:Vulpes foueas habent, &
uolucres cœli nidos ubi requieſcant: filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.
Similiter autem & in euangelio ſecundum Lucam, ad eos qui dixerunt domino: Exi & uade
hinc,quia Herodes uult te occidere, reſpondit Ieſus: Euntes dicite uulpi huic: Ecce ego eijcio
dæmonia,& ſanitates perficio hodie & craſtina,& in die tertia conſummabor. In libro quoque
Iudicum Samſon, cum uxor quæ erat ex genere Philiſtinorum ei fuiſſet ablata, ait ad patrem
eius:Innocens ſum ego hac uice ab Allophylis, quia faciam uobiſcum mala. Et abijt Samſon,
& acce



A & accepit trecentas uulpes,& accepit lampades,& ligauit caudam ad caudam,& poſuit lampa-
dem unam inter duas caudas uulpium,& accendit ignem in lampadibus,& emiſit eas per meſ-
ſes Allophylorum:& incendit omnes meſſes eorum, & ſtipulas eorum, & uineas eorum & oli-
ueta eorum. Adhuc autem in ſecundo libro Eſdræ, ubi Tobias Ammanites impediuit ædifica-
tionem eorum qui de captiuitate redierant,ut ædificarent templum & murum, ait ad Allophy-
los:Nunquid iſti ſacrificabunt aut comedent immolata in hoc loco? Nónne aſcendent uulpes,
& deſtruent murum ipſorum quem ex lapidibus ædificant? Hæc ſunt interim quæ ad præſens
nobis ex ſcripturis diuinis occurrere potuerunt:in quibus animalis huius memoria facta eſt,
ut ex his ſapiens quiſq; lector prudenter poſſit conijcere, ſi apta uſi ſumus expoſitione in his
quæ propoſita ſunt nobis ad explanandum id quod ait:Capite nobis uulpes puſillas.Et quàm-
uis operoſum ſit ſingula quæ exempli cauſa aſſumpſimus explanare:tamen quæ poterimus,
breuiter contingemus. Et primo de ſexageſimoſecundo pſalmo uideamus, ubi cum iuſti
animam perſequerentur impij, ille pſallebat,dicens:ipſi autem inuanum quæſierunt animam
meam,introibunt in inferiora terræ:tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt.In quo
utiq; oſtenditur, quod uanis & inanibus uerbis praui doctores decipere uolentes animam iu-
ſti, introire dicuntur in inferiora terræ:terram utpote ſapientes, & de terra loquentes: atq;
in inferiora eius, id eſt in profundum ſtultiæ deſcendentes. Puto enim quod hi qui carnali-
ter uiuunt,quia ſibijpſis tantummodo nocent,terra eſſe & in terra habitare dicuntur.Hi uero
qui terrenis & carnalibus ſenſibus ſcripturas intelligunt,& alios ita docendo decipiunt, pro co
ipſo quod argutias quaſdam & argumenta carnalis & terrenæ ſapientiæ concinnant,in inferio-
ra terræ dicuntur ingredi. Vel certe quia grauius delinquunt, qui terrena docent, quàm qui
ita uiuunt: eis futura pœna etiam grauior imminet: idemq; ipſi in manus gladij tradendi
prophetantur,illius fortaſſis flammei & uerſatilis.Quomodo autem & partes uulpium fiant,
uideamus.Omnis anima aut pars eſt dei,aut pars eſt cuiuſcunq; qui accepit poteſtatem ſuper
B homines.Nam cum diuideret altiſſimus gentes, & diſpergeret filios Adam,ſtatuit fines gen-
tium, ſecundum numerum angelorum dei,& facta eſt portio domini Iacob. Cum ergo con-
ſtet unamquanq; animam aut in parte dei,aut in parte eſſe alterius cuiuslibet:quoniam quidem
per arbitrij libertatem, poſſibile eſt unumquenq; ex parte alterius tranſire,uel ad partem dei ſi
melius (ipſo iuuante) elegerit: uel ſi nequius, ad dæmonum portionem: hinc horum mentio
habetur in pſalmo: Qui in uanum quæſierunt animam iuſti, partes erunt uulpium:ueluti ſi
diceret:& peſſimorum & nequiſſimorum dæmonum partes erunt:ut unaquæq; maligna uir-
tus & doloſa,per quam deceptiones & fraudes falſæ ſcientiæ introductæ ſunt, figuraliter uul-
pes appellentur:& hi qui in hunc errorem deducuntur,& nolunt acquieſcere ſanis ſermonibus
domini noſtri Ieſu Chriſti,& doctrinæ quæ ſecundum pietatem eſt,ſed decipi ſe patiuntur à ta-
libus:iſti talium partes uulpium fient,& introibunt cum eis in inferiora terræ.Ipſi ſunt & illi, in
quibus ſecundum euangelium uulpes iſtæ quas ſupra memorauimus, foueas habere dicuntur,
in quibus filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. Herodem quoq; uulpem nomi-
natum,pro fallaci calliditate credendum eſt. Nam de Samſon qui trecentas uulpes cepiſſe &
colligaſſe per caudas atq; interieciſſe lampades ardentes in medio caudarum atq; immiſiſſe per
meſſes Allophylorum,& incendiſſe eas cum ſtipulis & oliuetis uineisq; memoratur, ualde mi-
hi difficilis formæ huius uel figuræ uidetur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pulſare
pro uiribus: & ponamus (ſicut expoſitio noſtra in ſuperioribus continet) uulpes eſſe fallaces
peruerſosq; doctores.Hos Samſon (qui ueri & fidelis imaginem tenet doctoris) capiens uer-
bo ueritatis,caudam ad caudam colliget,id eſt aduerſantes ſibi & diuerſa à ſe inuicem ſentien-
tes docentesq; confutet:atq; ex ipſorum uerbis propoſitiones collectionesq; accipiens,in Allo-
phylorum ſegetem,ignem concluſionis emittat:& ex proprijs eorum argumētis omnes eorum
fructus atq; uineas & oliueta peſſimæ generationis incendat. Sed & ipſe numerus trecentarum
uulpium quæ à ſemetipſis diuerſæ & diſſonantes erāt,triplicem formam indicant peccatorum.
RR 4 Omne

C Omne enim peccatum aut in facto, aut in uerbo, aut in conſenſu mentis admittitur. Verum ne illud quidem quod in ſecundo libro Eſdræ ſcriptum diximus, penitus omittendum eſt. Vbi cũ ædificarentur ſancta ſanctorum, id eſt cum fides Chriſti & ſanctorum eius myſteria conderentur; inimici ueritatis, fideiq; contrarij (qui ſunt ſapientes huius ſeculi) uidentes abſq; arte grammatica & peritia philoſophica conſurgere muros euangelij, uelut cum irriſione quadam, dicũt, per facile hoc poſſe deſtrui calliditate ſermonum per aſtutas fallacias & argumenta dialectica. Hæc interim (quantum breuitas potuit pati) de aſſumptis exemplis dicta ſufficiant. Nunc iam ad propoſitum reuertamur. Videtur ergo in cantico canticorum præceptum dari ab ſponſo, amicis ſibi uirtutibus; ut capiant & arguant contrarias poteſtates, quæ inſidiantur animabus hominum, ne exterminent eorum initia fidei, floremq; uirtutum ſub ſpecie ſecretæ alicuius & occultæ ſapientiæ; quæ quaſi uulpes in foueis; ita in his hominibus qui ſemetipſos ad hæc ſectãda præbuerint deliteſcũt; & quo facilius cõfutari poſſint & argui, dum paruæ ſint uulpes ipſæ, & initia habent peſſimæ perſuaſionis, capi iubentur. Nam ſi forte creuerint, & maiores fuerint uulpes effectæ; iam nequeant ab amicis ſponſi, ſed ab ipſo fortaſſis ſponſo ſolo capi poterũt. Sed & ſancti quiq; doctores & magiſtri eccleſiæ, ſicut acceperunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, ita accipiunt poteſtatem etiam capiendi uulpes. Sic enim data eſt poteſtas eis ſuper omnem uirtutem inimici. Vna ſine dubio ex cæteris inimici uirtutibus eſt uulpes, quæ exterminat uineas florentes; quæq; cum adhuc parua eſt, capi iubetur; ſicut & in centeſimo triceſimoſeptimo pſalmo, beatus dicĩt qui tenet & allidet paruulos Babylonis ad petrã, nec pmittit ſenſum Babyloniũ creſcere in ſemetipſo, & augeri; ſed cũ eſt in initijs, allidit eũ & tenet ad petrã, tũc eñ facile perimitur. Sic ergo ordo explanatiõis percurrat. Capite uulpes nobis puſillas, quæ uulpes exterminãt uineas florẽtes. Quod aũt dicit, nobis; hoc eſt mihi ſpõſo & ſponſæ; uel certe mihi & uobis qui eſtis ſodales mei. Poteſt autem & ita accipi; Capite nobis uulpes; & poſt diſtin-
D ctionem dici, puſillas exterminãtes uineas; ut puſillas nõ tam ad uulpes q̃ ad uineas referamus; ut uideantur puſillæ quidem uineæ exterminari poſſe, id eſt paruæ quæq; animæ, & initia habentes, non firmæ & robuſtæ lædi poſſe à contrarijs poteſtatibus; ſicut in euangelio dicitur; Si quis ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis; in quo oſtenditur quia ſcandalizari non poteſt grandis & perfecta, ſed puſilla & rudis anima; ſicut in pſalmo dicitur; Pax multa diligẽtibus nomen tuum, & non eſt illis ſcandalum. Simili ergo exemplo poteſt uideri, quod puſilla quæq; uinea, incipiens uidelicet anima, poſſit à uulpibus, id eſt malignis cogitationibus uel prauis doctoribus lædi; perfecta uero & ualida non poſſit. Sed ſi capiantur à bonis doctoribus uulpes iſtæ, & abijciantur ex anima, tunc proficiet in uirtutibus, & florebit in fide. Amen.

QVATVOR HOMILIARVM IN CANTICA CANTICORVM, FINIS.

## IN IOB PROOEMIVM.

IOb qui dolens uel magnus interpretatur figuram Chriſti portauit. Amici uero eius figuram hæreticorum tenent, qui ſub nomine Chriſti, Chriſtum blaſphemant & impugnant Heliu uero & Balaam, typum præferunt philoſophorum, qui à foris; id eſt; extra fidem poſiti, inſidiantur eccleſiæ dei. Iſti enim precioſa nomina ſibi imponũt quaſi ipſi ſint aurum dei, uel præcipui ſpeculatores eius. Eliphaz enim in Latino dei mei aurum ſonat. Baldad, præcipuus uetuſta ſecreta. Sophar ſpeculator uel buccina. Hi enim elati pro eo quod per naturæ bonum, aliqua ſapienter prædicabant, apud ſe iactitantes ſeueritatem, cum aſſertores ſint mendacij; quia de Chriſto non ut diuinitati eius, ſed ut ipſorum impietati competit, ſic loquuntur.

Commentarij



A

## COMMENTARII IN IOB. CAP. I.

a VIr erat in terra Huz nomine Iob. Et erat uir ille ſimplex et rectus ac timens deũ; & recedens à malo. Natiq; ſunt ei ſeptẽ filij; & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptẽ milia ouium; & tria milia camelorum; quingenta quoq; iuga boum; et quingentæ aſinæ; ac familia multa nimis. Eratq; uir ille magnus inter omnes oriẽtales. Et ibãt filij eius & faciebãt cõuiuia p domos unuſquiſq; in die ſuo. Et mittẽtes uocabant tres ſorores ſuas; ut comederent & biberent cum eis. Cũq; in orbẽ trãſiſſent dies cõuiuij mittebat ad eos Iob; & ſanctificabat illos; cõ
b ſurgẽſq; diluculo, offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat eñ; Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint deo ĩ cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. Quadam autem die cum ueniſſent filij dei ut aſſiſterent coram

VIr erat in terra Huz nomĩe Iob. Et erat uir ille ſimplex & rectus ac timẽs &c.) Huz & buz filij fuerũt Nachor fratris Abrahę filij Melche ſororis Saræ; de cuius ſtirpe Iob deſcẽdit. Nõ ſicut quidã falſo ſuſpicãtur de genere eũ fuiſſe Eſau. Nã Eliphaz naſcitur de Ada uxore Eſau, & regnauit ĩ Theman, unde etiã Themanites dictus eſt. Theman, Idumęa, Seir, Daroma, Zebora, regio fuit Eſau. Habitauit aũt Iob uir magnus ĩ terra Huz, quæ interpretatur conſiliatrix. Sed & Elchana, q interpretatĩ poſſeſſio dei, pater ſanctiſſimi Samuelis prophetæ, uir unus appellatur; nõ enim per diuerſa mobilis atq; inſtabilis ferebatĩ, ſed firmus atq; incõcuſſus perſiſtẽs,
B uir unus erat; & idcirco in mõte Ephraim fructifero morabatur. In alta ſcilicet contemplatione uirtutum, ut à nullis ſubiacentibus & circunlatrantibus uitiorum agitationibus, mentis eius ſublimitas deijceretur, uel unitas ſcinderetur. Proinde hic uir magnus atq; egregius Iob, in terra Huz habitaſſe perhibetur, quæ cõſiliatrix interpretatur. Nõ enim terra carnis eius, animum ipſius ſuperabat, ſed imperantis animi cõſilio, cuncta faciebat; unde
Iob.31.a & ipſe ait; Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Hoc ergo conſilium & pactum quõdam ſibi inuicem inierunt, homo eius interior & exterior; ut terra, id eſt, caro eius, obediendo fieret conſiliatrix ſpiritui; ne in ea dominaretur iniquitas. Et quia uir iuxta diuinum teſtimonium ſimplex erat, habitans in domo, quatuor his pollebat uirtutibus, prudentia, iuſticia, fortitudine, temperantia. b ¶Offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim; Ne forte peccauerint filij mei & benedixerĩt &c.) Pro filijs ſuis, quos ita regebat, ut nõ tam pro præſentibus criminibus, quàm pro occultis in corde peccatis, quæ hominũ quoq; fugere noticiam poſſunt, diuinam clementiam, aſſiduis ſacrificijs exoraret. Priuilegium uero offerẽdi primogenitis, uel maxime regibus debebatur; p excellẽtia uidelicet ſapiẽtiæ uel nobilitate generis. Et qa typum Chriſti Iob ferre diximus, uideamus nunc quid terra Huz in Chriſto ſignificet. Terram hãc,

C aſſumptum uerum hominẽ ex Maria intelligimus, quæ ideo filio dei aſſumente eam, conſiliatrix dicitur, quod per diuinitatem aſſumẽtis habitant in ea theſauri diuinæ ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi; quam ſibi ita indiſſolubili cõnexione coniunxit, ut ipſe in trinitate unus ſit filius dei. Septẽ uero filij, ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiã; & tres filiæ, legem, & pphetiam & euãgelium nobis uidẽtur ſignificare. Oues plebem Chriſti, propter innocẽtiã, quæ in baptiſmo ſordes peccatorũ depoſuerint nominat. In camelis uero, gentiũ prauitatem, cum oneribus criminũ & tortuoſis ſenſibus ad Chriſtum ueniẽtiũ oſtẽdit. In bobus qui munda animalia ſunt, Iudæorũ plebem. In aſinis uero immundum pecus, gẽtium populum demonſtrauit. Vnde Eſaias ait; Cogno- Eſa.1.a
uit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, ſcilicet quod nati- D
uitatem Chriſti in carne & Iudæi ex parte & gentes agnouerĩt, & in præſepi altaris domini, quaſi munda animalia per baptiſmum acceſſerint; forte ad hoc reſpicit illud euãgelij; Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. In iugo, Iudæos; in aſino, ad quem onus magis pertinet, gentes ut ſupra diximus ſignificauit. Magnus, dicitur Chriſtus inter omnes orientales, ſecundum illud; Vnxit te deus deus tuus oleo læ- Pſal.44.
ticiæ præ conſortibus tuis. Numerus uero animalium in ſeptem & tribus milibus, atq; in quingẽtis, ſacratus eſt. Nam ſeptem iuxta autoritatem ſcripturarum, plenitudinem quandam ſacri myſterij ſignificant; ut ibi. Septem ſpiritus, ſeptem candelabra, ſeptem eccleſiæ. In tribus uero milibus; anima & corpus & ſpiritus, uel triformis doctrinæ ſcientia, in ſcripturis ſanctis; ſiue ſacramentum beatæ trinitatis poteſt intelligi; pro eo quod omnis multitudo credentium, trium dierum uiam ambulans, ad perfectionem æternitatis deſiderat peruenire. Quingẽti uero qui de quinq; conſurgunt quinquiplicati, quinquagintaquinq; faciunt; peractis lubricæ ætatis fragilitatibus, in uirum perfectũ hominem tranſiſſe ſignificant; & per decies quinos quinquaginta perueniunt, ita per decies quinquagenos ad quingentos aſcendunt. Similiter eccleſiam totam, quæ columnam & firmamentũ ueritatis Chriſti figurat; in qua ſenſus noſtri, uel purificationẽ, uel remiſſio-

nem

E nem peccatorũ accipiũt:
quia in iſto numero non
ſolum remiſſio peccato⸗
rum,ſed etiã aduẽtus ſan
cti ſpiritus declaratur.Fi
lij uero dei,uel angeli,uel
ſancti intelligendi ſunt,
qui dono gratiæ ſpiritus
ſancti filij dei uocantur.
Inter hos ergo diabolus
aſtare dicitur:quia ex ꝑ⸗
miſſione dei plerũq; ſan⸗
ctos audet tentare.Mirã
da filiorum Iob tam fra⸗
terna cõcordia.Sed quia
Iob typũ Chriſti portare
oſtendimus:hos inferius
per figuram ſeptem gra⸗
tias eccleſiæ eſſe dicimus
qui ſpirituali funguntur
ſacramẽtorum cõuiuio,
legem , prophetiam , &
euangelia : quaſi tres ſo⸗
rores ſecum habẽtes,di⸗
uinorum eloquioꝝ intel
ligentiæ dapibus ſaturã⸗
tur.In ruina uero domus
quæ oppreſſit filios Iob,
antiquorum principum,
F regnorum perſecutionẽ
uel ſæuitiam cõtra eccle⸗
ſiam oſtendit.Qui uero
ſolus permanſit ut nun⸗
ciaret,raritatem ipſorum
perſecutorum indicat.
Sabæi interpretantur ca
ptiui, & Chaldæi quaſi
dæmonia : hi nempe ca⸗
ptiui dæmonum impu⸗
gnant eccleſiam:hi nõ ſo
lum ubi poſſunt ambiũt
greges dominicos, uerũ
etiam eos igne ſuo, quẽ
cœli eſſe mentiuntur,hæ
reſibus uel ſuperſtitionis
prauitate cõſumũt.Præ⸗
ſentiæ etiam regum uen
ti uiolentiſſimi, ſimilitu⸗
dine uiolentæ, quatuor
euangelijs uelut angulis
cõfirmatam, Chriſti do⸗
mum cõcutiunt:ut præ⸗
dicti ſeptem filij, & tres
filiæ pariter cum ipſa do
mo intereant. a ¶Tũc
ſurrexit Iob & ſcidit ue⸗
ſtimẽta ſua.) Surrexit ad
tolerantiam patientiæ.
Nam & Iob, id eſt Chri⸗

coram domino:affuit inter eos etiam Satan.
Cui dixit dominus:Vnde uenis? Qui reſpõ
dens ait:Circumiui terram:& perambulaui
eam.Dixitq; dominus ad eum:Nũquid cõ
ſideraſti ſeruum meum Iob:quod non ſit ei
ſimilis in terra:homo ſimplex & rectus ac ti
mens deum:& recedens à malo? Cui reſpõ⸗
dens ſatan ait : Nunquid fruſtra Iob timet
deum? Nõnne tu uallaſti eum ac domũ eius
uniuerſamq; ſubſtantiam eius per circũitũ?
Operibus manuũ eius benedixiſti & poſſeſ
ſio eius creuit in terra.Sed extẽde paululum
manum tuã, & tange cuncta quæ poſſidet,
niſi in faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo do⸗
minus ad ſatan:Ecce uniuerſa quæ habet,in
manu tua ſunt:tantũ in eum ne extẽdas ma
num tuam.Egreſſusq; eſt ſatan à facie domi
ni.Cum autem quadam die filij & filiæ eius
comederent & biberẽt uinum in domo fra⸗
tris ſui primogeniti:nũcius uenit ad Iob qui
diceret:Boues arabant : & aſinæ paſcebãtur
iuxta eos:& irruerũt Sabæi,tulerũtq; oĩa,
& pueros percuſſerunt gladio : & euaſi ego
ſolus ut nunciarẽ tibi. Cumq; adhuc ille lo⸗
queretur:uenit alter & dixit:Ignis dei cecidit
è cœlo,& tactas oues puerosq; conſumpſit:
& effugi ego ſolus ut nũciarem tibi. Sed ad⸗
huc illo loquente, uenit alius & dixit:Chal⸗
dæi fecerunt tres turmas,& inuaſerũt came⸗
los,& tulerunt eos:necnon & pueros percuſ
ſerunt gladio:& ego fugi ſolus ut nũciarem
tibi. Adhuc loquebatur ille : & ecce alius intrauit & dixit:Filijs tuis &
filiabus ueſcentibus & bibentibus uinum in domo fratris ſui primoge
niti repente uentus uehemens irruit à regione deſerti:& concuſſit qua⸗
tuor angulos domus:quæ corruens oppreſſit liberos tuos , & mortui
a ſunt:& effugi ego ſolus ut nunciarem tibi. T^a^unc ſurrexit Iob:& ſcidit
ueſtimenta ſua:& tonſo capite corruens in terram , adorauit & dixit:
Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ,& nudus reuertar illuc.Do
minus dedit,dñs abſtulit:ſicut dño placuit ita factũ eſt:ſit nomen dñi
b benedictũ.In omnib^b^us his nõ peccauit Iob labijs ſuis,neq; ſtultũ quid
contra deum locutus eſt. Cap. II.

c FAct^c^um eſt autem cum quadã die ueniſſent filij dei & ſtarẽt coram
dño:ueniſſet quoq; ſatan inter eos,& ſtaret in cõſpectu eius ut dice
ret dñs ad ſatan:Vnde uenis? Qui reſpondẽs ait:Circũiui terrã et per⸗
ambulaui eam.Et ait dñs ad ſatan:Nũquid cõſideraſti ſeruũ meũ Iob
quod nõ ſit ei ſimilis in terra:uir ſimplex & rectus ac timẽs deũ et rece
dẽs à malo:et adhuc retinẽs innocẽtiã? Tu aũt cõmouiſti me aduerſus
eum

ſtus, ad pacẽ dandã eccle G
ſiæ ſurrexit, ut geſtum ſi
gnificet uindictæ. Veſti⸗
menta uero ſcidit,fidẽles
ab infidelibus ſeparauit.
Procidit in terram, cũ ſe
de forma dei uſq; ad for⸗
mã ſerui exinaniuit. Nu
dus egreſſus eſt de utero
matris ſuæ, nulla uideli⸗
cet ſorde peccati origina
lis aſperſus. Ex perſona
hominis ait : Dñs dedit,
& dominus abſtulit.De⸗
dit pater bonos in hære⸗
ditatẽ, & malos à regno
filij ſui ſecluſit. b ¶In
omnibus his non pecca⸗
uit Iob labijs ſuis.) Hoc
ait:quia ſtulte loqui non
potuit ſapiẽtia patris:ne⸗
q; peccatum committere
immaculatus agnus.

Cap. II.

FActum eſt autẽ cum
quadã die ueniſſent
filij dei & ſtarent coram H
domino : ueniſſet quoq;
ſatan inter eos, & ſtaret
in conſpectu eius, ut di⸗
ceret dominus ad ſatan:
Vnde uenis? Qui reſpõ⸗
dens ait &c.) Non quod
deus ignoret,ſed ut nos
doceat,quid reſponderit
ſatan, qui interpretatur
aduerſarius.

Videntes



A a ¶Videntes aũt plagã eius &c.) Nam & oẽs hære
tici Chriſti amicos ſe eſſe dicũt,cuius ſe ſanguine re
demptos gloriãtur.Et poſtmodũ inimici efficiũtur
eius,impugnãdo eccleſiã ſuã.Quod aũt uidẽtes pla
gam eius:ſciderũt ueſtimẽta,& miſerũt puluerẽ ſuꝑ
caput ſuũ:illos hæreticos
ſignificat, qui Chriſtũ in
gloria cœleſti deũ credũt
incarnationẽ & paſſionẽ
non credunt,ſed oppro⸗
brijs & humiliatiõe eius
offenſi in blaſphemiã erũ
pentes,fidẽ ſcindũt atq; à
corpis unitate diſcedũt.
Et puluerẽ mittentes ſu⸗
per capita ſua:terreno &
mortuo ſenſu, corda ſua
operiunt atq; obruunt.
Oĩni etiã tẽpore uitę ſuę
quæ ĩ ſeptẽ diebus ac no
ctibus cõtinetur : ĩdignũ
os ſuũ cõfeſſione diuina,
muta infidelitatis ĩprobi
tate cõdẽnãt:& obſtruẽt
os loquentium iniqua.

Cap. III.

POſt hæc aperuit Iob
os ſuũ:& male,&c.)
B Poſt hæc ſicut ait ſcriptu
ra huius hiſtoriæ : quem
Moyſen eſſe tradit opi⸗
nio:Aperuit Iob os ſuũ,
& maledixit diei ſuo,di⸗
cens : Pereat dies in qua
natus ſum:& nox in qua
dictum eſt:Cõceptus eſt
homo.Iob typum habuit
ſaluatoris in ſe, humani
generis mortalitatẽ defle
uit:quæ ꝑpter peccatum
ex dei iuſta ſentẽtia, ho⸗
mini inflicta eſt. Pereat
dies in qua natus ſum:re
deat per Chriſtũ immor
talitas:quã Adam reatu
præuaricatiõis amiſit:&
abeat mors à me:quam
alio delinquẽte cõtraxi.
Et Hieremias:Maledicta
dies, in qua natus ſum.
Vnde nulli dubium eſt,
quod hi omnes præuari
cationem Adæ deteſten
tur.Spiritualiter ergo di
es cum ſua nocte:diabo⸗
lus & mortalitas poſſunt
intelligi:nõ quia dies ſit,
ſed quia fuerit quãdo ꝑ⸗
manebat cum deo, à quo

eũ ut affligerem eũ fruſtra. Cui reſpondens
ſatan ait:Pellẽ pro pelle & cũcta quæ habet
homo dabit ꝓ anima ſua:alioquin mitte ma
num tuam : & tãge os eius & carnem,& tũc
uidebis quod in faciem benedicat tibi.Dixit
ergo dominus ad ſatan : Ecce in manu tua
eſt:uerũtamen animam illius ſerua.Egreſſus
eſt igitur ſatan à facie domini : percuſſit Iob
ulcere peſſimo à planta pedis uſq; ad uerti⸗
cem eius:qui teſta ſaniem radebat, ſedens in
ſterquilinio. Dixit autem illi uxor ſua. Ad⸗
huc tu permanes in ſimplicitate tua:benedic
deo & morere. Qui ait ad illam:Quaſi una
de ſtultis mulieribus locuta es:Si bona ſuſce
pimus de manu domini,mala quare non ſu
ſtineamus? In omnibus his nõ peccauit Iob
labijs ſuis. Igitur audientes tres amici Iob
omne malum quod accidiſſet ei:uenerũt ſin
guli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, &
Baldad Suites,& Sophar Naamathites.Cõ
dixerant enim ut pariter uenientes uiſitarẽt
eum & conſolarentur.Cumq; eleuaſſent ꝓ⸗
cul oculos ſuos, non cognouerunt eum. Et
exclamantes plorauerunt:ſciſſisq; ueſtibus
a ſparſerũt puluerem ſuper cap^a^ut ſuum in cœ
lum.Et ſederunt cum eo in terra ſeptem die⸗
bus & ſeptem noctibus & nemo loqueba⸗
tur ei uerbum. Videbant enim dolorem eſſe
uehementem. Cap. III.

b POſt hæc ap^b^eruit Iob os ſuum, & male⸗
dixit diei ſuo, & locutus eſt:Pereat dies
in qua natus ſum, & nox in qua dictum
eſt : conceptus eſt homo. Dies illa uertatur
c in tenebras. N^c^on requirat eum deus deſu⸗
d e per,& non ill^d^uſtretur lumine.Obſc^e^urent eũ
f tenebræ & umbra mortis.Occ^f^upet eum ca⸗
g ligo & inuoluatur amaritudine.N^g^octem il⸗
h lam tenebroſus turbo poſſideat. N^h^on com⸗
i putetur in diebus anni : n^i^ec numeretur in
k menſibus.Sit n^k^ox illa ſolitaria nec laude di⸗
l gna.M^l^aledicant ei qui maledicunt diei:qui
parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.

Obtene

recedens factus eſt nox:uel quia impijs ac peccato⸗ C
ribus,in hac proſperitate,& felicitate gaudentibus,
dies eſſe uideatur. Vnde dicitur. c ¶Auferetur
ab impijs lux ſua.Nõ requirat eam deus deſuper.)
Hoc eſt,ne fiat eius memoria ante deũ in bonum.
d ¶Non illuſtretur lu⸗
mine.) Recognitionis
dei,uel pœnitentiæ.
e ¶Obſcurent eum te⸗
nebræ & umbræ mor⸗
tis.) Tenebræ, peccata
ſunt & inuidia. f ¶Oc⸗
cupet eum caligo.) Id eſt
cæcitas cordis. g ¶No
ctem illam tenebroſus
turbo poſſideat.) Quia
ad amaritudinem prouo
cat deum : ſicut & cæteri
ſatellites eius:furore iræ
dei apprehenſus:circun⸗
detur omnibus malis,&
inuoluatur. Noctem il⸗
lam tenebroſus turbo
poſſideat,id eſt diabolus,
qui diem felicitatis homi
ni abſtulit, & noctem in⸗
quietæ uitæ turbulen⸗
tus inuexit. h ¶Non
computetur in diebus
anni.) Annus Chriſtus D
intelligitur, qui in ſe cun
cta reuoluit & continet.
In huius ergo diebus an⸗
ni, non computetur dia⸗
bolus, id eſt ſanctorum
numero non coniunga⸗
tur. i ¶Nec numere⸗
tur in menſibus.) Men⸗
ſes hoc loco ſanctos A⸗
poſtolos recte intelligi⸗
mus,qui ut ligna paradi⸗
ſi,ſpirituales eccleſiæ affe
runt fructus. k ¶Sit
nox illa ſolitaria:nec lau⸗
de digna.) Apoſtolorũ
ſcilicet prædicatione,ubi
dies ſalutis agnoſcitur,
quem Abraham uidit &
lætatus eſt.
l ¶Maledicunt ei qui
maledicunt diei:qui pa⸗
rati ſunt ſuſcitare Leuia⸗
than.) Sancti utiq; diei
præuaricationis mortis
ſuæ cum deteſtatiõe ma⸗
ledicunt:qui non ſeruiẽ⸗
do uitijs, ſuſcitant cõtra
ſe draconem, fortiſſimũ
ſcilicet hoſtem.

Obtene

a Obtẽnebrentur ſtellæ caligine eius. Expe-
b c ctet lucem & non uideat: nec ortum ſurgen-
d tis auroræ. Quia non concluſit oſtia uentris
qui portauit me: nec abſtulit mala ab oculis
eius. Quare non in uulua mortuus ſum?
Quare egreſſus ex utero non ſtatim perij?
Cur exceptus genibus? Cur lactatus uberi-
e bus? Nunc enim dormiens ſilerẽ, & ſomno
meo requieſcerem cum regibus & conſuli-
bus terræ: qui ædificant ſibi ſolitudines: aut
cum principibus qui poſſident aurum, & re-
f plent domos ſuas argento. Aut ſicut aborti
uum abſconditum non ſubſiſterem: uel qui
g concepti non uiderunt lucem. Ibi impij ceſ-
h ſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt feſſi
i robore, & quondam uincti pariter ſine mo-
k leſtia. Non audierunt uocem exactoris. Par
l uus & magnus ibi ſunt: & ſeruus & liber à
domino ſuo. Quare miſero data eſt lux: &
uita his qui in amaritudine animæ ſunt?
Qui expectant mortem & non uenit: quaſi
effodientes theſaurum: gaudentq; uehemen
m ter cum inuenerint ſepulchrum. Viro cuius
abſcondita eſt uia, & circundedit eum deus
n tenebris. Antequam comedam ſuſpiro: &
quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus:
quia

E a ¶Obtenebrẽtur ſtellæ caligine eius.) Peccatores ſcilicet, qui in nocte, ſeculi diuitijs & honore lucere ſe putant: cæcitatis caligine tenebrentur, & merito ſuo, euangelij lumen non uideant. b ¶Expectet lucem & non uideat.) Nec nox præuaricationis & mortis, in qua diabolus regnum tenet, poteſt lumen redẽptoris Chriſti cognoſcere: neq; illi qui in ea naſcuntur, niſi eam per baptiſmum renati deſtruxerint. c ¶Nec ortũ ſurgẽtis auroræ.) Reſurrectionem Chriſti ſignificauit: unde in pſalmo, uigilia matutina dicitur. d ¶Quia nõ concluſit oſtia uẽtris q̃ portauit me &c.) Sub perſona ſua, humani generis plangit miſerias: quare iterũ moriturus, mala iſtius uitæ patiatur: quare mortalem ipſa mors nõ extinxerit in utero? e ¶Nũc enim dormiẽs ſilerem, & ſomno meo requieſcerẽ
F cũ regibus & conſulibus terræ &c.) Principes & reges & conſules, & ſi in inferno ſqualores tartareos patiũtur: nũc tamen in corporibus ſuis tormenta nõ ſentiunt: horũ mortem mihi uenire hac conditione uoluiſſem. f ¶Aut ſicut abortiuũ abſconditum nõ ſubſiſterem: uel qui cõcepti non uiderunt lucem.) Varijs modis & exẽplis dicit, quod pœnas iſtas in quibus erat nõ debuerat pati. Quare nõ in uulua mortuus ſum? Et deinceps ait: Nunc aũt dormiẽs ſilerem, & ſomno meo requieſcerẽ cum regibus & cõſulibus. Forte exemplum cõtra eos eſt, qui dicũt nõ reſurrecturos, niſi qui iuxta naturæ ordinem nati fuerint. Si eñ concepti moriuntur in utero, neceſſe eſt, quia uiui fuerint: & quicquid moritur, haud dubie quia reſurget. Ita quod in membris fuit & uixit, & natura minus dederit: hoc reſurrectione in integrum reparabitur: ſic eñ humani generis inſtauratio in melius totum reddet, quod natura fraudauerat. Dicit etiam abortiua, quæ in natura humana degenerata ſunt, à pœnis eſſe aliena, quæ ſibi ſolitudines magis q̃ domus ædificãt. Habitat eñ diabolus in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis: non habentes hoſpitem deum, & poſſident aurum, ut ſunt philoſophi, & alij ſapiẽtes huius mundi, fulgorẽ boni ingenij ſplendoremq; eloquij. g ¶Ibi impij ceſſa-

G uerũt à tumultu.) Procul dubio in inferno. Et ſicut Septuaginta tranſtulerũt, ibi impij depoſuerũt furorem ſuum, id eſt typus & ſuperbia, cũ ſæuitia in hoc ſeculo gloriantium, humiliata eſt in inferno. h ¶Et ibi requieuerũt feſſi robore.) Sicut alia habet translatio: ibi requieuerunt fatigati corpore: ab oppreſſione utiq; & miſeria: labore etiã iſtius mundi liberati. i ¶Et quondam uincti pariter ſine moleſtia.) Vinciẽtes & quondam uinctos in inferno, dicit pariter habitare, ſine iniuria tamen & moleſtia uinculatorũ: nõ ita ut iſtic ubi præter pœnas, captiuitate uel ſeruitute dura: diuerſis etiam alijs calamitatibus, homines obligantur, dominatu & iniuſticia iniquorũ. k ¶Nõ audierũt uocẽ exactoris.) Iuſſa imperantium uel inique exigẽtium nõ uerentur. l ¶Paruus & magnus ibi ſunt: & ſeruus & liber à dño ſuo. Quare miſero
H data eſt lux &c.) Cum ſit ergo ut uideo in inferno æqualitas perſonarũ: & nullus de alterius dominatiõe formidat: cur mihi miſero data eſt lux iſta & uita ſimilis eis: qui in amaritudine animæ ſuæ ſunt, cũ meliora ſint inferorum ergaſtula, q̃ iſtius mundi miſerabilis uita, cruciatibus plena: ubi præ anguſtijs homines mortẽ quærũt, & magno deſiderio, ut ueniat expectãt. Exemplum egregium adhibuit, dicens: Quaſi effodientes theſaurũ: quia nimirum utiq; gratulãtur, cũ optatam ſibi inuenerint ſepulturam. m ¶Viro cuius abſcondita eſt uita & circundedit eum deus tenebris.) De ſe dicit: ſic itaq; incedebam in mandatis dei, credens quod mihi fructus iuſticiæ meæ reſponderet: ſed abſconditum eſt meritum uitæ meę: & pro hoc pœnarum tenebris circundatus ſum: ita ut illud bonum mihi ſubtractum ſit, & hoc malum appoſitum. Quod autem pœnas tenebrarum nomine dixerit: audi quid ſequitur. n ¶Antequam comedam ſuſpiro: & quaſi inundantes aquæ &c.) Inter cæteros cruciatus, etiam hãc ei diabolus infirmitatem inflixerat, quam infirmitatem medici bolimiodes appellãt: quæ infirmitas talẽ habere dicĩt pœnam, ut ante cibũ torqueatur ægrotus, & ſint ei poſt cibum indeſinẽtes dolores. Vnde dicit: Quaſi inun



a quia timor quem timebam euenit mihi: &
b c quod uerebar accidit: nõnne diſſimulaui?
d e nõnne ſilui? nonne quieui? Et uenit ſuper
f me indignatio. Cap. IIII.
g RESpondens autẽ Eliphaz Themanites,
dixit: Si cœperimus loqui tibi, forſitan
moleſte accipies. Sed cõceptum ſermonem
h tenere quis poterit? Ecce docuiſti multos, &
i manus laſſas roboraſti. Vacillantes confir-
mauerunt ſermones tui: & genua trementia
confortaſti. Nunc autẽ uenit ſuper te plaga,
& defeciſti: tetigit te & conturbatus es. Vbi
eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, &
k perfectio uiarum tuarum? Recordare, obſe-
cro te: quis eñ unq̃ innocens perijt: aut q̃n
recti deleti ſunt? Quinpotius uidi eos q̃ ope
rantur iniquitatẽ, & ſeminãt dolores & me-
tũt eos, flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius
l eſſe cõſumptos. Rugitus leonis & uox leæ-
næ, & dentes catulorũ leonũ cõtriti ſunt. Ti
m gris perijt, eo ꝙ nõ haberet prædã, & catuli
leonis diſſipati ſunt. Porrò ad me dictũ eſt
n uerbum abſconditum: & quaſi furtiue ſuſce
pit auris mea uenas ſuſurrij eius. In horrore
uiſionis nocturnæ quando ſolet ſopor occu
pare homines: pauor tenuit me & tremor, &
omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et cum ſpiri
tus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili
carnis meæ. Stetit quidã cuius nõ cognoſce
bam uultum, imago corã oculis meis, & uo-
cem quaſi auræ lenis audiui. Nunq̃d homo
dei comparatione iuſtificabitur: aut factore
o ſuo purior erit uir? Ecce qui ſeruiunt ei non
ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit pra-
uitatem. Quanto magis hi qui habitant do-
mos

A inundantes aquæ, ſic rugitus meus. a ¶Quia timor quem timebam euenit mihi.) Timebã eñ peccando lædere deũ, & ille offenſus, iram iuſticiæ ſuæ in me exercet. Sed quid profuit cauiſſe à peccatis: quãdoquidẽ ut reus omniũ peccatorũ diſcrucior? Sequitur: b ¶Et quod uerebar accid.) Alijs uerbis ipſum repetit, quod ſuperius dixerat. Pro cõformatione dicti ſolẽt in ſcripturis talia iterari. Nõ arrogãter hæc dicit, ut faciat deo iniuriã: ſed cõſcientiæ merito libere loquit̃. c ¶Nõne diſſimulaui?) Nõ reddendo retribuentibus mihi mala. d ¶Nõne ſilui?) Vt nõ delinquerẽ in lingua mea, poſui ori meo cuſtodiã. e ¶Nõne quieui?) Sciens cum ſurrexerit in iudicio deus, ꝙ ſaluos facturus ſit omnes mãſuetos terræ. f ¶Et uenit ſuper me indig.) Indignationẽ hoc loco plagarũ molẽ dicit, quã refert ſuper ſe cecidiſſe, cuius põ-
B dere & doloribus ſe gemit obrutũ: cũ ipſe eſſet, ut ſuperius ait, moribus caſtigatus: quas pœnas in cõſequẽtibus, ſagittas dicit, ſicut ait: Sagittæ domini in me ſunt: quarum indignatio ebibit ſpiritũ ſuũ: ſiue ut alia translatio habet, ebibit ſanguinem meũ. Et proprie ſagittæ, uermes poſſunt ĩtelligi: quia ab eis indeſinẽtibus ſtimulis pungebat̃, ſicut ipſe Iob ait: Et qui me comederunt, nõ dormiũt. Quos diabolus ad comedendũ eũ acriores faciebat, & illi quaſi indignantes & iraſcentes, ita carnẽ eius morſibus fodiebãt, ut uelut ſagittę uiſcerum interiora penetrarent. Explicit ubi Iob maledixit diem natiuitatis ſuæ. Cap. IIII.

RESpondens aũt Eliphaz Themanites dixit: Si cœperimus &c.) Cõcepta ergo uerba ædit in iniuriam audientis, & dicit ita: h ¶Ecce docuiſti multos.) Id eſt, q̃plurimos ſolertia tua & bonitate ab erroribus reuocaſti. i ¶Et manus laſſas rob.) Iſta ergo in ſanctũ Iob cũ irriſione dicunt̃, & iſtum

C habẽt ſenſum, ſi hæc & hæc feciſſes quæ dixi, nunq̃ in hæc tanta mala ad exemplũ mortaliũ incidiſſes: quia deũ rerũ omniũ conditorẽ bonũ ſcimus & iuſtum. k ¶Recordare, obſecro te &c.) Ergo ignoras Abel in principio innocentẽ occiſum, & Abraham patriarchã propter uxorem ſuã fuiſſe periclitatum, & hæc non diſcernens, generaliter das ſententiã, ut cũ alij hominũ flagellent̃ à dño, ut emendentur: alij ut probẽtur de quibus iſte eſt: cui hęc uelut reũ pœnarũ exprobras: quin potius eos q̃ operabantur iniquitatẽ flante deo perijſſe, id eſt, ut iudici ſententia uelut uẽto uehemẽtiſſimo ſublatos à ſpe æternæ uitæ. l ¶Rugitus leonis &c.) In rugitu leænæ & uoce, ſæuitiam deprædãtis uoluit ſignificare. m ¶Tigris perijt, eo ꝙ nõ haberet &c.) In tigri uelocitatẽ eius ad ſpoliandos homines, prædãq; ex eis capiendam deſcribit: cuius etiam catuli ſimiles eius
D diſſipati ſunt & interempti. In alia æditione pro tigri, myrmix, id eſt, formica & leo: quem nos uerius diabolũ dixerimus: qui quando prædã agit, de ſanctis tanq̃ de maioribus rebus, ut leo habẽdus eſt: quando uero minima quærit auferre, formica dicẽdus eſt. Et quia ſicut formica grana de area, ita ille cogitatiões bonas aufert de cordibus hominum. n ¶Et quaſi furtiue ſuſcepit au. &c.) Id eſt, latẽter ad aurẽ cordis mei: uirtus ſententiæ uelut quodã ſpiramine penetrauit. o ¶Ecce q̃ ſeruiunt ei nõ ſunt ſtabiles & in ang. &c.) Dicit̃ quidẽ diabolo, qui quondã ſanctus angelus fuit, quod in ueritate nõ ſteterit, & ab illa ſublimitate angelica ꝓpria uolũtate deciderit: ſed tamẽ nõ eſt cõtinuo generale: ut ſicut in illo, ita & in omnibus angelis inueniat̃ prauitas, quæ eſt peccatũ. Omnis enim natura, ſine dubio creata, capax peccati eſt: ut apparuit in angelo de quo dixi, q̃a in ueritate nõ ſtetit, tamen per donũ & gratiã

a mos luteas, qũi terrenum habent fundamẽ-
b tum, conſumentur uelut à tinea. De mãne
uſq; ad ueſperam ſuccidentur: & quia nul-
lus intelligit in æternum peribunt. Qui au-
tem reliqui fuerint, auferẽtur ex eis: morien-
tur & non in ſapientia. Cap. V.

c VOca ergõ ſi eſt qui tibi reſpõdeat: & ad
aliquem ſanctorũ cõuertere. Virũ ſtul-
tum interficit iracundia: & paruulũ occidit
inuidia. Ego uidi ſtultũ firma radice, & ma-
ledixi pulchritudini eius ſtatim. Longe fiẽt
filij eius à ſalute, & cõterenẽ in porta: & non
d erit q eruat. Cuiũs meſſem famelicus come-
det: & ipſum rapiet armatus, & bibẽt ſitien-
tes diuitias eius. Nihil in terra ſine cauſa fit:
e & de humo nõ egredietur dolor. Hõmo na-
ſcitur ad laborẽ: & auis ad uolatũ. Quãobrẽ
deprecabor dñm, & ad deũ ponam eloquiũ
f meũ. Qũi facit magna & inſcrutabilia: & mi
rabilia abſq; numẽro. Qui dat pluuiam ſu-
per faciẽ terrę: & irrigat aquis uniuerſa. Qui
ponit humiles in ſublime, & mœrentes eri-
g git ſoſpitate. Qũi diſſipat cogitationes mali-
gnorum, ne poſſint implere manus eorum
h quod cœperant. Qũi apprehendit ſapientes
in aſtutia eorum, & conſilium prauorũ diſſi
i k pat. Pẽr diem incurrent tenebras: & qũaſi
l in nocte ſic palpabunt in meridie. Põrrò ſal
uum faciet egenum à gladio oris eorum: &
m de manu uiolenti pauperem. Et erit egẽno
ſpes: iniquitas autẽ contrahet os ſuũ. Beatus
homo qui corripitur à dño. Increpationem
ergo dñi ne reprobes: quia ipſe uulnerat &
medetur: percutit & manus eius ſanabunt.
In ſex tribulationibus liberabit te: & in ſepti
ma non tanget te malum. In fame eruet te
n de morte, & in bello de mãnu gladij. A fla-
o gellõ linguæ abſconderis, & non timebis ca
p lamitatem cum uenerit. In uaſtitãte & fame
q ridebis: & beſtiãs terræ non formidabis.
Sed

E creatoris ſui, ita in amorẽ charitatis illius trãſierũt: ut iam nec uelint peccare, nec poſſint. a ¶Qui terrenum habent fund. &c.) Si domus luteæ ſunt corpora noſtra, fundamentũ domorũ noſtrarũ, uitam hãc temporariã eſſe credendũ eſt: qua ſubtracta, domus luteæ ruunt in mortem. b ¶De mane uſq; ad ueſp. &c.) In uno die, totam uitã hominũ monſtrauit: quæ in mũdo uernat. In paruulis floret, in iuuenibus cõualeſcit, & roborat matura ętate: in ſenioribus, tanq̃ in fructibus, & poſtremũ in decrepita ſenectute cõficit, quam hic ueſperã appellauit. Vñ eſt illud in pſal-
Pſal. 89. b mo: mane ſicut herba trã ſeat, & reliqua: decidit in morte, indurat in cadauere. Cap. V.

VOca ergo &c. Vidi ſtultũ firma radice: & maledixi pulchritudini eius ſtatim.) Stultũ dicit, q de ſuis meritis gloriatur. Sed hic pulchritu-
F dinem, nomine falſæ felicitatis appellat, quæ maledicẽda eſt, & execrãda eſt: quia eã ſequit interitus ſempiternus. d ¶Cuius meſſem fam. &c.) Sitientes, famelici, & armati: diabolus & ſui poſſũt intelligi, qui poteſtatẽ accipiunt à deo, ut uaſtent iniquos: uel ſitientes hominũ mortẽ, omne ſcilicet bonum naturæ, & qđ nomine diuitiarũ dictũ eſt, ab eis uelut hauſtum poculũ abſorbet: uel homines iniq, qui premũt ſubiectos. e ¶Homo naſcit ad lab. &c.) Id eſt, labor hominẽ monet, ut ab oĩbus uitijs caſtigatus incedat. f ¶Qui facit ma. &c.) Vt ĩ filio dei homo Chriſtus ſit deus, & per eum eccleſia. g ¶Qui diſſipat cogi. ma. &c.) Iudæorꝝ uidelicet, qui Chriſtũ putauerũt extinguere, & nomẽ eius delere de terra, Vel in martyribus perſecutorũ eccleſiæ aduerſantium diſſipauit cogitationes: ſicut

Herodis in Petro. Et aliter: Nõ implenẽ manus eorum quo uolunt, quia alij corꝝ liberanẽ ad tempus: alij uero per ianuã mortis introducunẽ ad uitã, & iſtos & illos ſaluabit deus. Illos aperte liberãdo, hos occulte coronãdo. h ¶Qui apprehẽdit ſap. &c.) G
Philoſophos ſcilicet, uel Iudæos doctrina apoſtolica cõuincens, & ad nihilũ errores eorũ redigẽs. i ¶Per diẽ incurrent tenebras.) Dies erat Iudæis, de regno ſacerdotio, lege, unius etiam dei religione gloriantibus: ſed nõ credẽtes in Chriſto, tenebras perfidiæ inciderũt. k ¶Et quaſi ĩ nocte &c.) Vtiq; proſperitatis ſuæ; quę cũ ſolito circa felices ſeculi huius ſplẽdore uanæ gloriæ amplius fuerit, qua ſe lõga ſecuritate munitos, putabãt eã uſq; ad ætatis ſuæ ueſperam poſſeſſuros: ĩ tribulatione ſubita, quæ noctis nomine dicta eſt, ſtupore nimio, in anguſtijs coartati, mortis etiã timore perculſi, pãlpare dicunẽ, ꝑditi utiq; cõſilio qd facerẽt ignorãtes. H l ¶Porrò ſal uũ fa. &c.) Chriſtũ à blaſphemijs Iudæorũ: quia lingua eorꝝ gladius acutus fuit, dicẽdo, crucifige eũ. m ¶Et erit eg. ſpes.) Reſurrectionis Chriſti uirtutẽ oſtẽdit. n ¶De manu gla. &c.) Sed uideamus ne forte gladiũ peccatũ dicat, dimicãs cõtra animã hominis, ut eã ſibi acquieſcentẽ proſternat. Qꝫ peccatũ gladij nomĩe dicit ꝑ ꝓphetã, ut ait: Spe- Ezech. 33. b culator ſi uiderit gladiũ uenientẽ. o ¶A flagello &c.) Si conuerſus fueris ad deũ, interiora tua, gladij uerborꝝ, per linguã iaculati nõ penetrãt, & calamitates uel mala q̃ à deo irroganẽ pctõribus, non timebis. p ¶In uaſti. & fa. ri.) Ridebis dixit, pro exultabis atq; gaudebis: & lætus eris, cũ alios uideris fame affici, ſiue preſenti, ſiue etiã intellectuali. q ¶Et beſtias &c.) Hæc ſeptima



a Sed cũm lapidibus regionũ pactum ſuũ: &
b c bẽſtiæ terræ pacificæ erũt tibi. Et ſcies qũod
d pacẽ habeat tabernaculũ tuũ: & uiſitãns ſpe-
e ciem tuã nõ peccabis. Et ſcies quõniã multi-
plex erit ſemẽ tuum, & progenies tua quaſi
f herba terræ. Ingrẽdieris in abũdantia ſepul-
chrum, ſicut infertur aceruus tritici in tẽpore
g ſuo. Eccẽ hoc ut inueſtigauimus, ita eſt: quod
auditum mente pertracta. Cap. VI.

h REſpõndens aũt Iob, dixit: Vtinã appen
derẽtur peccata mea quibus irã merui:
& calamitas, quam patior, in ſtathera, quaſi
arena maris hæc grauior appareret. Vnde
i & uerba mea dolore ſunt plena: qũia ſagittæ
dñi in me ſunt, quarũ indignatio ebibit ſpi-
ritum meum, & terrores dñi militant cõtra
k me. Nunqũid rugiet onager cum habuerit
herbã: aut mugiet bos cũ ante præſepe ple-
l num ſteterit? Aũt poterit comedi inſulſum:
m quod nõ eſt ſale conditũ. Aũt poteſt aliquis
guſtare, quod guſtatũ affert mortem? Ani-
mæ enim eſurienti etiã amara dulcia eſſe ui-
n dentur. Qũæ prius nolebat tangere anima
mea

A ſeptima extremaq; tribulatio. Beſtię terræ, poſſunt & iſta animãtia, quæ ſunt ſine ratione intelligi: quibus ad deuorandũ homines dantur in poteſtatẽ, & homines mali, beſtiæ appellanẽ, mores habẽtes ſimiles moribus beſtiarũ: cõtra quas pugnaſſe ſe Epheſi dicit Apoſtolus: Nõ formidabis ergo, inqt, hoc malũ, cũ correptus à domino, uiã emẽdatiõis intraueris. a ¶Sed cũ lapidibus regionũ pactum tuũ.) Lapides per metaphorã, homines dixit ſtabiles & quietos, qui ſunt utiq; iuſti & ſancti: hi nãq; in modũ lapidũ firmi in deo ſunt, per regiones uarias conſtituti: Cũ his itaq; habebis pactum ſolidæ charitatis, ut ab eis nunquam te aliqua tribulatio poſſit auellere. b ¶Beſtiæ terræ &c.) Homines uidelicet quõdã feri & mali: in innocẽtia ut oues effecti: nomẽ tamẽ priſtinũ retinẽtes, ſicut de Matthæo euãge-
Luc. 5. f liſta dicit: Matthæus pu-
B blicanus. c ¶Et ſcies q pacẽ &c.) Ab iſtis omnibus quibus uelut ab hoſtibus expugnatur tabernaculum, uel habitatio, ſiue domus corporis tui. d ¶Et uiſitãs &c.) Hoc dicit: Hominis tui ſpeciẽ ò Iob ut diuina uiſitatione dignã exhibeas peto: ac habitationis & habitantis nomine, totũ integrũ hominẽ ſignauit. e ¶Et ſcies qm̃ mult. &c.) Spũaliter de omnibus ſanctis dictum ſentire poſſumus, q filios in operibus bonis habeant. Iſti tales filij cogitationũ ſemine concepti, pariunẽ in opera, & ſancti huius generationis multitudine gloriantẽ: qm̃ talibus magis q̃ carnalibus filijs deo placere uoluerunt. Potuit ergo Eliphaz, quaſi conſilium dans Iob, ita dicere: Si cõuerſus ad deum fueris, ita ut te tuorꝝ operũ antiquorũ pœniteat, cordis tui uirtutibus, uelut ſeminibus abundabis. De quibus opera bona, tanq̃ ſanctitatis filios poteris procreare, ita ut progenies operũ tuorum, multitudini herbarũ uireſcentiũ cõparetur: quarũ radices, ſi ſpe intus habeas in corde defixas: terra tua flores cũ fructibus germinabit. f ¶Ingredieris in abũdantia &c.) Cõſummatis annis profectæ ætatis, plenuſq; dierũ in tumulũ poſitus requieſces, ut in tẽpore iuſti iudicij dei, à ſordibus peccatorũ minimis & leuibus purgatus inueniaris, uelut triticum quod coaceruatẽ in areã. g ¶Ecce hoc ut inue. &c.) Hoc dicit, quæcũq; à me tibi dicta ſunt, di-

ligenter inueſtigata uera noueris, quæ ipſe ad emẽdationem tuã, debes corde percipere. Cap. VI. C
REſpondens autẽ Iob &c.) Dicitis me peccatis meis faciẽtibus iſta pati: propter qđ uellim ut peccata cõtra calamitatẽ hãc quã patior penſarenẽ, & illico uideretis: qa hęc ipſa calamitas, uelut arena maris, ſupra horũ peccatorꝝ merita põderaret. i ¶Quia ſagit. dñi &c.) Hic poteſt uideri, q ſuperius ſagittarũ nomine uermes dixerit: à quibus tum indeſinenter pungebatur, nec loqui permittebatur: nõ q uermes talẽ ſenſum habuerint, ut hoc iudicio facerent, ſed permiſſu dei, à poteſtate aduerſaria: ut acriores eſſent, etiam ipſis motibus agebãt: ſicut locuſtæ, muſcæ & ranæ in Aegypto. Quod aũt dixit: terrores dñi militãt cõtra me: poteſt ipſe diabolus cũ ſuis intelligi: q adhibitis cruciatibus, ut cederet Iob: & ut innocentiã ſanctitateq; amitteret, inſup ter- D roribus minabaẽ: q etiã multi perſecutores, miniſtri diaboli, ſanctis martyribus facere uoluerũt. Obſederũt in gyro tabernaculũ meũ. Ecce hic manifeſte oſtẽdit, quod uelut hoſtes inimiciq; diaboli & ſui acriter militarent: hi em̃ maligni ſpũs, diuerſo modo accipiũt poteſtatẽ: ad aliorũ quidẽ dãnationem, aliorũ uero emẽdationẽ, aliorꝝ aũt ꝓbationẽ, qui de ſuis moribus uel miniſterio, mali ſiue terrores, uel etiã latrones nuncupanẽ. Oĩa dedit in manibus eorꝝ, id eſt, prædonum. Omnia utiq; quæ habui, ſiue filios meos, ſiue ſubſtantiã: ſicut & meipſum dedit deus in manibus diaboli, ſiue ſuorũ ſatellitũ. k ¶Nunquid rugiet onager &c.) Sicut em̃ illa cũ uel abũdant pabulis, nullã quaſi querelarũ uocem emittunt, ut pabuli inopiã proteſtenẽ: ſimili modo, inquiens, & ego: ſi pacẽ & quietẽ potius q̃ bellũ haberem in membris, & in anima mea: nullũ ſermonẽ amarum aſperũmue proferrẽ. l ¶Aut poterit comedi &c.) Quomodo ratio non ſinit naturalis: ut quicq̃ inſulſum comedi poſſit: ita ego nihil inſulſum, nihil ſtultũ cõtra deũ, nihil qđ nõ fidei ſale conditũ eſſet, operatus ſum. m ¶Aut põt aliqs &c.) Sicut em̃ nemo mortificatũ aliqđ comedit, ut uitæ ſuę inimicus ſit, ita ego peccatũ cõtingere pertimeſcebam. n ¶Quæ prius &c. nunc cibi mei ſunt.) Hoc eſt, uerbis nunc paſcor aſperis & amaris, quæ

 mihi

E mihi immenſitas pœnalis extorquet. Hæc enim ti⸗
mebam meo ore depromere, quando in ſanctitate
& iuſticia cũ pace quiete uiuebã. Sed & prætereun⸗
dum non eſt: quia hoc quoq; inter cæteras pœnas
paſſus ſit Iob, ut etiam cibi ei fœtidi uiderentur, ſi⸗
cut eſt odor leonis, fera⸗
lis utiq; & nimium horri
dus: qui odor cũ de eius
uiſceribus erũperet: eſcæ
ſuæ ei id ſapiebãt, quod
ſuarum ſpirabãt interna
febriũ, quod ipſe oſtẽdit
ubi dicit: Interiora mea
efferbuerũt abſq; ulla re⸗
quie, id eſt, iam decocta
ſunt & putrefacta.
a ¶Et qui cœpit ipſe me
cõterat: ſoluat manũ ſuã
& ſuccidat me.) Hãc igit̃
mortẽ poteſtati diuinæ,
Iob ſolui exoptat: ut ab
ea decidens cadat in hãc
temporariã mortẽ qua⸗
tenus præſentes pœnas
poſſit euadere: cũ uelut
arbor de hac uita ſucci⸗
ſus fuerit. b ¶Quis det
ut ueniat petitio m. &c.)
F Hæc mihi ſit conſolatio,
ut finem pœnæ uel cru⸗
ciatuum meorum, reme⸗
dia mortis obtineam.
c ¶Nec fortitudo lapi⸗
dum fortitudo mea: nec
caro mea ænea eſt.) Ca⸗
ro mea corrumpitur ſa⸗
nie ac putredine uulne⸗
rũ: quia non eſt in me ta⸗
lis fortitudo, uelut lapi⸗
dũ, ut dolores nõ ſentiã.
d ¶Ecce non eſt auxiliũ
mihi in me.) Tam ex ſua
q̃ ex pſona Chriſti pro⸗
pheta hoc dicit. e ¶Qui
tollit ab inimico ſuo mi⸗
ſericordiam: timorẽ dñi
derelinquit.) Miſericor⸗
dia eſt, ad miſerias eorũ
qui tribulantur cõpatien
do mœrore cordis defle
cti: hãc uos dũ amico nõ
impẽditis: timorẽ dñi de
relinquitis. f ¶Qui ti⸗
ment pruinã &c.) Time⸗
bam peccata etiam mini⸗
ma perpetrare: ne pro eis
dei in me ultio deſæuiret
& ecce nunc ita punior,
tãq; ſcelera immania cõ⸗

a mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Quis
det ut ueniat petitio mea, & quod expecto
b tribuat mihi deus: & qui cœpit, ipſe me con
terat. Soluat manum ſuã & ſuccidat me, &
hæc mihi ſit cõſolatio ut affligens me dolo⸗
re nõ parcat: nec contradicam ſermonibus
ſancti? Quæ eſt enim fortitudo mea ut ſuſti⸗
neam: aut quis finis meus ut patienter agã?
c Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea: nec ca⸗
d ro mea ænea eſt. Ecce nõ eſt auxilium mihi
in me, & neceſſarij quoq; mei receſſerunt à
e me. Qui tollit ab inimico ſuo miſericordiã,
timorem dñi derelinquit. Fratres mei præ⸗
terierunt me, ſicut torrens qui raptim trãſit
f in conuallibus. Qui timent pruinam, irruet
ſuper eos nix. Tempore quo fuerint diſſipa
g ti peribunt: & ut incaluerint, ſoluentur de lo
h co ſuo. Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuũ eorũ:
i ambulabunt in uacuum, & peribunt. Conſi
derate ſemitas Theman: itinera Sabba, & ex
pectate pauliſper. Cõfuſi ſunt, quia ſperaui.
Venerunt quoq; uſq; ad me, & pudore co⸗
k operti ſunt. Nunc ueniſtis & modo uidẽtes
plagam meã timetis. Nunquid dixi: Afferte
mihi, & de ſubſtãtia ueſtra donate mihi: uel
liberate me de manu hoſtis, & de manu ro⸗
buſtorum eruite me? Docete me, & ego tace
bo: & ſi quid forte ignoraui, inſtruite me.
Quare detraxiſtis ſermonibus ueritatis, cũ
è uobis nullus ſit qui poſſit arguere me? Ad
increpandum tantũ eloquia concinnatis: &
l in uentum uerba profertis. Super pupillum
irruitis, & ſubuertere nitimini amicum ue⸗
ſtrum. Verũtamen quod cœpiſtis, explete.
m Præbete aurẽ, & uidete an mentiar. Reſpõn
dete obſecro abſq; contentione: & loquẽtes
id quod iuſtum eſt, iudicate. Et nõ inuenie⸗
tis in lingua mea iniquitatẽ: nec in faucibus
meis ſtulticia perſonabit. Cap. VII.

n MIlitiã eſt uita hominis ſuper terrã, & ſi⸗
o cut dies mercenarij dies eius. Sicut cer
uus deſiderat umbram: & ſicut mercenarius
præſto

miſerim. g ¶Et ut incaluerint &c.) Vbi feruere G
cœperat nomen eius in populis, in gloriæ ſuæ loco
non comparuit, uelut nix cum calore diſſoluitur.
h ¶Inuolutæ ſunt ſemitę &c.) Semitas uirtutes ani
mi dixit: in quibus ut deo placeret, omni ſtudio gra
diebatur: has ſemitas ma
lis quæ patiebãt inuolu⸗
tas atq; implicitas eſſe di
cit, dum bonis uitæ ſuæ,
ſuppliciorũ admiſcerent
mala. i ¶Cõſiderate ſe
mitas The. &c.) Id eſt, in⸗
tuemini ad hæc loca quę
dixi, & ipo ſilẽtio cogno
ſcetis uera eſſe quæ dixi.
Reſpicite ad uias diuer⸗
ſorũ regnorũ: per quas
ad me omniũ gentiũ fre⸗
quentiæ cõfluebãt, & ui⸗
debitis eas raritate, imò
ſolitudine hominũ deſo⸗
latas. k ¶Nũc ueniſtis,
& modo &c.) Hoc dicit,
qđ & ipſi amici ſui, exẽ⸗
plo eius ruinã ſibi ſimilẽ
formidarẽt. Nõne quie⸗
ui, nónne diſſimulaui, pa
tientiã uidelicet aut uin⸗
dictã malorũ? Nõne ſilui, H
ſilẽtio cohibens linguam
meã, ut nõ reſponderem
exprobrãtibus mihi ma⸗
la: uel ne in toto mihi do
minaretur iniquitas? His
ergo ueritatis ſermõibus
detraxiſtis, quãdoquidẽ
me in his nõ ſolũ fallacẽ,
uerũetiã in alijs rebus cri
minoſum iudicaſtis: cum
ueſtrũ nullus ita mũdus
ſit à peccato, ut quenquã
poſſet libera conſcientia
increpare. l ¶Sup pu⸗
pillũ irruitis.) Deſolatũ
ſcilicet à parentibus & a⸗
micis. m ¶Reſpondete
obſecro &c.) Nõ ſit con
tradicendi ſtudiũ, qđ cõ⸗
tentionis generat mor⸗
bũ, & ita demũ animoſi⸗
tatis caligine nõ pertur⸗
bati, poteritis ĩ me & uos
quod iuſtũ eſt iudicare.
Cap. VII.

MIlitia eſt uita homi
nis &c.) Dimicans
cõtra inuiſibiles aduerſa
rios. o ¶Sicut ceruus
deſi. &c.) Similiter & ego
me con



me cõſequi arbitrabar: ſed pro umbra refrigerij in⸗
curri æſtus pœnarũ: & pro mercede mei operis, ua
cuus dimiſſus ſum. a ¶Et ſordibus pulueris &c.)
Hoc etiã ad tormẽtorũ pertinebat dolorẽ: ut ſanies
quæ de putredine feruentiũ uulnerũ defluebat, ſor
dibus infuſa pulueris, cu
tẽ eius exiccaret atq; con
traheret. b ¶Nec aſpi
ciet me &c.) In ea eñi pa⸗
ce & gloria, diuitijs & ho
nore ubi antea fui, iã nõ
ſum ab hominibus uidẽ⸗
dus. c ¶Oculi tui &c.)
Quia oculi tui quaſi ira⸗
cundia pleni in me, idcir⸗
co ſunt intẽdentes, ut pla
gas grauiores inimici
mei accumulẽt. d ¶Ne
q; cogno. &c.) Id eſt, pri⸗
ſtina mũdi iſtius cõuerſa
tio, nõ erit in homine cõ
mutatio. e ¶Terrebis
me per ſomnia.) Hoc à
deo Iob ſe pati dicebat
quod à dæmonibus pa⸗
tiebãt: qui ad iſta facien⸗
da, à deo acceperãt pote⸗
ſtatẽ, qui ei toruis uulti
B bus & minacibus ſine du
bio apparebãt ĩ ſomnis:
ſtridentes etiã dentibus:
& ad deuorandũ eũ qua⸗
ſi ora aperientes, ut inſo⸗
litæ uiſionis horrore ex⸗
cuteretur in lecto, & ex⸗
pergefactus ſomno aufu
geret quò ſolẽt dolores
nimij mitigari, & ſucce⸗
derẽt iuges uigilię ut in⸗
deſinẽtibus cruciatibus
torquerẽt. Siue uulnera
quę uigilãs oculis ſuis ui
debat quotidie putriſq;
ſanies uermiũq; multitu
do diſcurrentiũ per uul⸗
nerũ foueas, in ſomnis ei
à dæmonibus demõſtra
bant. f ¶Q̃obrẽ elegit
ſuſpẽ. &c.) Satius eſt, in⸗
quit, & peccato multo to
lerabilius: ſi uictus cru⸗
ciatibus, de morte mea
cogitem q̃ tuæ maieſtati
irrogem blaſphemiam.
g ¶Deſperaui, Nequaq;
ultra &c.) Deſperaui, lo⸗
quendo hæc quæ dicere
nõ debuerã. Pro hoc itaq; uerbo, quo ſe lapſum in
peccatũ deplorat, pœnitentiã illico profitẽt, dicens:

præſtolatur finẽ operis ſui: ſic & ego habui
menſes uacuos, & noctes laborioſas enume
raui mihi. Si dormiero, dicã quando conſur
gam, & rurſum expectabo ueſperã: & reple⸗
bor doloribus uſq; ad tenebras. Induta eſt
a caro mea putredine, & ſordibus pulueris cu
tis mea aruit & contracta eſt. Dies mei uelo
cius tranſierunt q̃ à texente tela ſucciditur,
& conſumpti ſunt abſq; ulla ſpe. Memẽto,
quia uẽtus eſt uita mea: & non reuertẽt ocu⸗
b lus meus ut uideat bona: nec aſpiciet me ui⸗
c ſus hominis. Oculi tui in me: & nõ ſubſiſtã.
Sicut cõſumitur nubes & pertranſit: ſic qui
deſcendit ad inferos non aſcendet: nec reuer
d tetur ultra in domum ſuam: neq; cognoſcet
eum amplius locus eius. Quapropter & ego
non parcam ori meo: loquar in tribulatione
ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudi⸗
ne animæ meæ. Nũquid mare ego ſum aut
cetus: quia circundediſti me carcere? Si dixe⸗
ro, conſolabitur me lectulus meus & reuela⸗
e bor loquens mecum: in ſtratu meo terrebis
me per ſomnia, & per uiſiones horrore con
f cuties. Quamobrem elegit ſuſpendium ani⸗
g ma mea, & mortẽ oſſa mea. Deſperaui. Ne⸗
h quaquàm ultra iam uiuam. Parce mihi do⸗
mine, nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt ho⸗
mo: quia magnificas eum, aut quid appo⸗
nis erga eum cor tuũ? Viſitas eum diluculo,
i & ſubito probas illum. Vſq; quo nõ parcis
k mihi, nec dimittis me, ut glutiam ſaliuam
l meam? Peccaui. Quid faciam tibi ò cuſtos
m hominũ? Quare me poſuiſti contrarium ti⸗
n bi? Et factus ſum mihimetipſi grauis. Cur
o nõn tollis peccatum meum: & quare nõ au
fers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulue⸗
p re dormiam: & ſi mane me quæſieris, non
ſubſiſtam. Cap. VIII.

q REſpondens autẽ Baldad Suites, dixit:
Vſq; quo loqueris talia: & ſpũs multi⸗
plex

h ¶Parce mihi dñe &c.) Tanq; ſi diceret: in hoc tẽ C
pore pœnitẽtem ſuſcipe, & obſecranti pro hoc deli
cto eſto placabilis. i ¶Vſq; quo non parcis &c.)
Id eſt, ab iſtis pœnis mihi inſtantibus non deſiſtis.
k ¶Nec dimittis me &c.) Inter cætera mala dolorũ
& cruciatuũ, ſynanchim
habuiſſe ſe perhibet, qua
tumore fauciũ hominis
halitus intercludit & ſæ⸗
pe quaſi laqueo ſtrãgula
tus extinguit. l ¶Pec⸗
caui, quid faciã &c.) Pec
caui in his quæ dixi ſupe
rius, quæ me dicere non
decebat: quid poſſum fa⸗
cere tibi qui iuſtus es?
m ¶Quare me poſuiſti
cõtrariũ tibi.) Dediſti mi
hi copiã reſpondendi, ut
dicerẽ tibi: iuſto homini
nõ cõueniũt pœnæ: quæ
potius peccatoribus irro
gantur, dũ homo hęc di⸗
co deo: creatura creatori
plaſma figulo. n ¶Et fa
ctus ſũ mihimetipſi gra⸗
uis.) Quia ſeruus domi⸗
no meo tã querula uoce
reſpondere non debui. D
o ¶Cur non tollis &c.)
Id eſt, aufers dolores me⸗
os per quos qui eram ha
ctenus iuſtus: nũc pecca⸗
re compellor? p ¶Et ſi
mane me quæſieris &c.)
Poſt iſtius ſeculi noctẽ,
in illius futuri ſeculi prin
cipio, qñ erit felix reſur⸗
rectio beatorũ: cũ requi⸗
ſitus fuero, nõ inueniar:
quia non ita dignus ero:
q ſanctitatis merito, ſub⸗
ſiſtã ante faciẽ tuam. Qđ
ſi abhinc peccator abie⸗
ro, cui tu ante propicia⸗
tus non fueris: poſtea an
te cõſpectum tuum, ubi
ſunt cæteri ſancti, ampli⸗
us nõ ero. Cap. VIII.

REſpondens autem
Baldad Suites, di⸗
xit &c.) Offenſus eſt Bal
dad in ſermonibus ſan⸗
cti Iob. Primũ, quia teme
re locutus fuiſſet ad deũ:
deinde quod diceret, qđ
in regno fuiſſet cæteris
regibus præpollentior, & quod hanc plagam inno
cens pateretur, & notat eũ ipſe Baldad, quod quaſi

a plex ſermonis oris tui? Nunquid deus ſup-
plantat iudicium,aut omnipotens ſubuertit
b quod iuſtum eſt? Etiam ſi filij tui peccaue-
runt ei;& dimiſit eos in manu iniq̃tatis ſuæ;
tu tamen ſi diluculo cõſurrexeris ad deum,
& omnipotentẽ fueris deprecatus;ſi mũdus
& rectus inceſſeris,ſtatim euigilabit ad te;&
pacatum reddet habitaculum iuſticiæ tuæ;
intantũ ut ſi priora tua fuerint parua; & no-
c uiſſima tua multiplicentur nimis.Interroga
enim generationem priſtinam;& diligenter
inueſtiga patrum memoriã. Heſterni quip-
pe ſumus & ignoramus,quoniam ſicut um
bra dies noſtri ſunt ſuper terram; ipſi doce-
bunt te.Loquentur tibi;& de corde ſuo pro
d ferent eloquia. Nunquid uirere poteſt ſcir-
pus abſq; humore; aut creſcere carectũ ſine
e aqua? cum adhuc ſit in flore;nec carpat̃ ma-
nu,ante omnes herbas areſcit;ſic uiæ omniũ
f qui obliuiſcuntur deum; & ſpes hypocritæ
g peribit. Non ei placebit uecordia ſua; & ſi-
h cut tela aranearum fiducia eius. Innitetur ſu
i per domũ ſuã,& nõ ſtabit;fulciet eã, & non
k cõſurget. Humectus uidetur anteq; ueniat
l ſol;& in hortu ſuo germen eius egredietur.
Super

E non libera mente & ſobria loqueret̃;ſed neſcio quo ſpiritu potius agetur. a ¶ Nunquid deus ſupplãtat iudicium &c.) Hoc dicit; quia iuſticia dei pateris,quæ mereris. b ¶ Etiam ſi filij tui peccauerũt ei &c.)Si filij,inquit,tui facientes mala,dimiſſi ſunt à deo,ut poteſtas quę ꝓpter iniquitatem eorum in eos data eſt:interimendi eos haberet effectũ:tibi in nullo nocere poterit,ſi tamen ipſe adhuc iacẽs in ſtulticiæ cæcitate, diluculo in agnitionẽ diuinæ iuſticiæ conſurrexeris; & pro tuis erroribus & delictis,deum qui omnia poteſt concedere, fueris deprecatus. Qui quaſi dormire uidebat̃, non audiendo te uidelicet nec uidẽdo, cõfeſtim euigilabit ad te,& ad prę parãdam felicitatem tuã inſtabit. Intantum ut ſi priora tua fuerint parua nouiſſima tua multiplicẽtur nimis.Si ergo ad deũ conuerſus fueris,inquit, ab iniquitatibus, ꝓpter F quas nunc pœnas pateris,& per ſatisfactionem eum pro meritis tuis tibi ualde iratum recõciliare uolueris;tãtam eius gratiam cõtinuo poſſidebis; ut ad comparationẽ nouiſſimorum bonoꝝ tuorum,quæ tibi ſubito poterit compenſare; priora ſatis parua & minima deputentur. Quos peccatores filius ille iunior in euangelio figurauit;qui cum bonum naturæ,tanq̃ diuitias cum meretricibus;id eſt,uoluptatibus uiuẽdo,prodigus diſſipaſſet,pœnitenti occiditur uitulus Chriſtus; anulus quoq; fidei,qua cuncta promiſſa certa impreſſione ſignantur,in manu ei tribuitur;& greſſuum ſuorum accepit munimenta,ut ſuper ſerpentes & ſcorpios ſecurus incedat;ſtola etiã æterna immortalitatis datur. c ¶ Interroga enim gene.pri.&c.) Hoc eſt dicere, quia nos heſterni ſumus,interroga antiquos,& inuenies alios in diluuio,alios in Sodoma, ſiue in diuerſis locis pro peccatis ſuis diuerſas accepiſſe ſententias. d ¶ Nunquid uirere poteſt ſcirpus &c.) Hoc eſt dicere;ſicut ſcirpus uel carectum ſine aqua uiuere non poteſt,ita tu ſine fomento atq; humore iuſticiæ,nequaquam permanere in priſtina felicitate potuiſti. e ¶ Cum adhuc ſit in flore;nec carpatur manu,ante omnes herbas areſcit.) Dicit ſanctum Iob, uelut herbæ ſimilitudine floruiſſe, qui anteq; ad maturitatem fundatæ gloriæ perueniret, G in tanta mala præcipitatus ſit, ne in tempore ſuo, quaſi in plenitudine dierum conſummato completoq; florẽtiſſimo regno;manu poteſtatis dei,in qua omnia regna conſiſtunt, auferetur à ſeculo. Ergo quia nõ ita egiſti ut in pace;completo tẽpore tuo conferreris in ſepulchrũ tuum;idcirco ante om̃es herbas, id eſt, ante om̃es peccatores, qui herbarũ uocabulo ſæpe dicũtur; ſolis ardore ſiccatus es,id eſt, cũ infidelibus tribulationibus corde ceſſiſti. Quod autẽ ait, ante herbas omnes areſcit; quiſquis hominum multarũ eſt iniquitatum, ſicut tu es; præ põdere criminũ, ante incipit pœnas luere quàm cæteri peccatores. f ¶ At ſpes hypocritæ peribit.) Hypocritæ ſimulantis ſanctimoniam uitæ; hic autem ſecundũ dei teſtimoniũ ſimplex fuit;rectus & innocẽs,ſicut ipſe ait; Si ambulaui in uanitate. b.31.d g ¶ Nõ ei placebit uecordia ſua.) H Grãdis reuera uecordia eſt & amentia, ficte & ſimulate agere ante deũ, quod eis in proſperũ nõ procedet;cum ille ſcrutator ſit cordis & renis. Tales in euangelijs arguuntur; qui ſunt ornati deforis quaſi ſpecie ſanctitatis,& intus peccati putredine pleni ſunt;ut ſepulchra mortuorum. h ¶ Innitetur ſuper domum &c.) Confidendo in ſe ipſo & confirmando carnem brachij ſui;ſtare non poterit, ſed magis cadet ſuperbia.Quia omnis caro fœnum eſt. Eſa. 40.b i ¶ Fulciet eã & nõ conſ.) Conatur proprijs uiribus ſe erigere, ſed nequaq; conſurgere poterit; quia nõ eſt dñs fortitudo eius.In quem incumbentes firmiſſime cõtinentur. k ¶ Humectus uidet̃ anteq; ueniat ſol.) Felicitatẽ proſperantis hominis dicit;qui cum æſtu tribulationis percuſſus fuerit, aduerſitatibus frangitur; & omnis uiror priſtinæ eius læticiæ,cõſumptus triſticia exiccatur. l ¶ Et in hortu ſuo germẽ eius egred.) In principio,inq̃t, felicitatis ſuæ peccator proſpere agere uidetur, ſed non permanebit,uirentis herbæ ſimilis; hæc eſt repentina iocunditas,ſicut in pſalmo; Cũ exorti fuerint peccatores ut fœnum,& apparuerint;id eſt,uelut herbæ in uirorem læticiæ præſentis emerſerint; mox adueniente caumate peribunt. Iuſtus uero non



a Super aceruum petrarum radices eius den-
b ſabuntur;& inter lapides commorabitur.Si
c abſorbuerit eum de loco ſuo;negabit eum,
d & dicet;Non noui te. Hæc eſt enim læticia
e uiæ eius;ut rurſum de terra alij germinẽtur.
f Deus non proijciet ſimplicem;nec porriget
g manum malignis; donec impleatur riſu os
h tuũ;& labia tua iubilo.Qui oderũt te, induẽ
i tur confuſione;& tabernaculum impiorum
non ſubſiſtet. Cap. IX.
k ET reſpondens Iob, ait; Vere ſcio ꝙ ita
ſit;& quod non iuſtificetur homo cõpo
ſitus deo.Si uoluerit contendere cum eo;nõ
poterit reſpondere ei unũ pro mille.Sapiẽs
l corde eſt,& fortis robore. Quis reſtitit ei,&
m pacem habuit? Qui tranſtulit montes;& ne-
ſcierũt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui
n cõmouet terrã de loco ſuo;& columnæ eius
o concutiuntur.Qui præcipit ſoli,& non ori-
tur; & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.
Qui extendit cœlos ſolus;& graditur ſuper
p fluctus maris.Qui facit arcturum & oriona
& hyadas;& interiora auſtri.
Qui

A non ita ut fœnũ florebit;cui,ut dixi, peccatoꝝ gloria cõparatur;ſed ſicut palma florebit, inquit ꝓpheta. Pſal. 92.c Quæ ita in ꝓfundũ eſt radicibus ſtabilita, ut nec tempeſtatẽ metuat,nec ſolis ardorẽ formidet.Et cũ ſub ſacrato numero ad centũ uſq; nodos peruenerit;quibus altitudo eius ſolide cõtinetur;tũc fructus afferet dulciſſimos charitatis, in ſummo ſcilicet perfectiõis faſtigio, quo ſe per incremẽta uirtutũ,quaſi per plurimorũ quaſdã ætates annoꝝ aſcẽdiſſe gloriat̃. a ¶ Super aceruũ petrarũ radices eius dẽſabũtur.) Qm̃ radices eius in terra bona ſolidatæ ut fructus patientiæ afferrent nõ figẽtur,ſed ſuper aceruũ magis petrarũ coartabũtur, nõ habendo illic uitæ humorem;moriturus utiq; prius ariditate ſiccabit̃. b ¶ Et inter lapides cõmorabitur.) Metaphoricòs;lapides, infideles & duri cordis hoc loco poſ B ſunt intelligi; inter quos quiſq; peccator cõmorabit̃ uitæ ſimilitudine coæqualis;qui deũ ut ſtolida metalla non ſentiunt. Aut certe lapides peccata nominauit. Vnde propheta ait; Tollite lapides Hiere. 50.d de uia;id eſt, de uia ſanctæ cõuerſatiõis auferte peccata. c ¶ Si abſorbuerit eũ de loco ſuo,nega.&c.) Cum de hac uita ad loca ſqualida inferorũ transferendus abſorptus fuerit;indignus utiq; conſpectui dei eſſe negabitur. Locus hominis dici poteſt qualitas cõuerſationis,ubi uel uitæ genere,uel mẽte cõſiſtit,id eſt,diſciplina,uel gratia quã accepit,aut elegit ſectari. d ¶ Hæc eſt em̃ læticia uiæ eius.) Ironicòs dicitur;hæc eſt læticia eius;uelut ſi diceret;Sic in bonis operibus deoq; placẽtibus ambulauit dũ uiueret;ut ad ærumnas perpetuo perueniret. e ¶ Vt rurſum de terra alij ger.) Facit utiq; deus ut iuſtus iudex,dum Iudæos incredulos à ꝓmiſſiõibus quæ in Chriſto ſunt ꝓpter perfidiã excluſit;& gẽtes ꝓpter obedientiã intromiſit. Siue in loco Iudæ Matthiã cõſtituẽs;iuſta iudicia ſua declarauit. f ¶ Deus non ꝓijciet ſimplicẽ;nec porriget manũ malignis.) Id dicit;nõ iuuat ut faueatur operãtibus iniquitatẽ; & tamen porriget manũ pietatis ſuæ;ut peccatores ad pœnitentiam cõuertat. g ¶ Donec impleatur riſu os tuũ;& labia tua iubilo.) In riſu læticiam cordis intellige.In iubilo,uocem exultantis aduerte. h ¶ Qui oderũt te &c.)Cũ utiq; talis fueris, qualẽ dixi ſuperius,qui oderunt te,merito cõfundentur. C i ¶ Et tabernaculũ impioꝝ nõ ſubſiſtet.) De Iob q̃dam hoc dicit,ſed fallit̃. Nã manifeſtũ eſt tabernaculum impioꝝ periturũ in æternũ;id eſt,diabolum & miniſtros eius;uel etiã præſens ſeculũ. Cap. IX. ET rñdens Iob &c.) Noli ergo de me ita exiſtimare ꝙ ego ſalutẽ cogitare hoc audeã,cum ſciã q̃a creatura creatori ſuo in nullo poſſit penitus cõparari. l ¶ Quis reſtitit ei &c.) Quis cõtra deũ agẽs nõ ſibi bellũ irę eius cõmouit, ſicut Dathan & cæteri? m ¶ Qui trãſtulit mõ.&c.) Metaphoricòs;mõtes homĩes ſiue angeli intelligendi ſunt;quoꝝ elatio mẽtis, intantũ intumuit,ut excelſis mõtibus cõparent̃. n ¶ Et colũnæ eius cõcutiunt̃.) Colũnas hoc loco ꝓ ſtabilitate terræ intelligamus;quã deus ſup ſemetipſam immobiliſſima mole fundauit. o ¶ Qui præcipit ſoli &c.) Per uiciſſitudĩes diei & noctis; D diſpoſitiõe dei gubernãtis oĩa quotidie fieri ita uidemus. p ¶ Qui facit arcturũ & oriona &c.) In his ſtellarũ ſignis,quæ ſunt in firmamento cœli penè oĩbus ſtellis notiora;totã militiã aſtrorũ dicit ad regimen dei ꝑtinere;quæ magna & mirabilia homines ignorãt. Vnde ipſe dñs ait; Nũquid noſti ordinẽ cœli,& ponis rationẽ ipſius? Iob. 38.d Itẽ moraliter; Qui cõmoues terrã de loco ſuo. Hominẽ deus de loco uitæ prioris cõmouit, & delectabiles cogitationes; ſed noxias q̃bus quaſi colũnis incubãs ac rẽgeſcens in eis ſuſtinebat̃;cõcuſſit & infirmauit, ut eũ ad ſanctitatẽ uitæ cõmutaret. Qui præcepit ſoli,& nõ orit̃. Peccatoribus cordis cæcitate ꝑcuſſis nõ ſol orit̃ iuſticiæ Chriſtus,ſiue ſtellarũ;id eſt ſctõrũ merita, quibus alij ab alijs diſtabũt in claritate;qui dũ hic latẽt quaſi claudũt̃ ſub ſignaculo. Qui extẽdit cœlos ſuos. Ap̃los & cæteros ſctõs, cœlos effectos, ubiq; prædicatiõe diffundit;ſiue eis ſcripturas q̃ cœlorũ noĩe plerũq; ſignificant̃ reuelãdo eoꝝ cordibus patefacit;ſicut ait; Qm̃ uidebo cœlos opa digitorum tuoꝝ. Pſal. 8.a Egredit̃ ſup fluctus maris. Super ſeculi utiq; iſtius hoĩes inq̃etos,elatos & turbidos;ut ad mãſuetudinẽ & placabilitatẽ tumore depoſito cõculcent̃. Qui facit arcturũ;id eſt,primos in reſurrectione eccleſiæ;ut ſint glorioſi,ſplẽdentes uelut meridies calore charitatis dei accenſi, & fidei lumine illuſtrati.

E a ¶Qui facit magna & incõprehenſibilia & mira-
bilia &c.) Magnũ eſt quod facit deus,ut uas fragile
hominẽ morti obnoxiũ per Chriſtũ in ſpem beatæ
reſurrectiõis cõſtituat.Et interiora auſtri. Vbi cãde
labrũ cũ lucernis,ſeptiformis ſpiritus gratia uideli-
cet & intelligẽtiæ relucẽ-
tibus,collocatur. b ¶Si
uenerit ad me,nõ uidebo
eũ &c.) Plus dicit, quod
ueniẽtis dei pręſentia ſit,
quãdo homini ĩnoteſcit:
& quãdo occulitur,qua-
ſi abeuntis abſentia indi-
catur. c ¶Sub quo cur-
uãtur qui portãt orbẽ.)
Portãtes orbẽ, ſancti re-
cte intelligũtur:qui glo-
ria meritorũ ſuorum,ma
gni & potẽtes ſunt apud
deũ. Hi ergo cordis hu-
militate ad interueniẽdũ
pro peccatoribus in con
ſpectu eius ſunt incurua
ti. Ita ſancti portãt mun-
dum, dum eũ ne ruat ac
pereat,orationũ fortitu-
dine ſuſtinẽt.Colũnę cœ
F li intremiſcunt ac pauẽt
ad nutũ eius. Apoſtoli,
prophetæ, omẽſqꝫ Apo
ſtolici uiri, ſancti quoqꝫ
& cæteri fideles intelligẽ
Gal.2.b di ſunt:de quibus eſt Pe-
trus,Iacobus & Ioannes,
qui uidebãtur eſſe colũ-
næ; ſiue ſancti ante deũ
incuruati & procidentes
adorãt:qui portãt orbẽ,
id eſt, totũ hominẽ ſuũ:
quem docti minorẽ mũ-
dum appellãt, perfectio-
ni crucis imponũt:& ne
per mũdi uanitates cogi
tatiõibus ſoluatur ac de-
flectat:intra ſe eum con-
ſtringendo per dei gra-
tiã regunt & continent.
d ¶Et cum inuocãtem
&c.) Qui me etiã incul-
pabili ſtudentẽ uitæ, im-
pugnãtiũ permittit iniu-
riæ.Exauditus eſt ĩ hoc,
ut dei bona mereat̃. Nõ
ſe aũt exauditũ credit,eo
ꝙ mala patiat̃. e ¶In turbine eñ cõte.me.)Turbo
diabolus põt intelligi, qui uelut turbo incubuit in
Iob,ut eũ uaſtaret. f ¶Nõ cõcedit requieſcere ſpi
ritũ meũ.) Aſtomathicon ſe dicebat effectũ:infirmi
tas eñ eſt quæ in pulmonibus generat̃,Obſtinãtur
aditus quidã pulmonũ,quos Græci itopiros appel G
lant,& ita cõſtringũtur atqꝫ cõcludũtur in pulmoni
bus,ut dicũt medici,ut reddere ſiue recipere ſpiritũ
pulmones coanguſtati nõ ſufficiãt,nimio etiã dolo-
re cũ feſtinato ſuſpirio repetitur;& conciſus flatus
emittit̃. g ¶Et implet
me amar.) Plagis oĩbus
atqꝫ infirmitatibus circũ
data atqꝫ obſeſſa,repleta
fellis atqꝫ blaſphemiæ &
amaritudine aĩa mea. Ita
ut durũ uerbũ & aſperũ
os meũ dicere cõpellat̃:
Et tædebit me uitæ meę.
Ego tamẽ hoc ſolũ noui
ꝙ malis uitæ præſentis
punior. h ¶Si flagellat,
occi. &c.) Dure hic ſatis
locutus eſt cõtra deũ. In
toto quidẽ libro hoc,nul
lus locus eſt aſperior iſto
& altero ſuperius poſito,
ubi ait:quobrẽ elegit ſu-
ſpẽdiũ aĩa mea & mortẽ
oſſa mea:de ꝗbus ſermo-
nibus reſpõdit ad deũ in
fine libri:unũ locutus ſũ, H
qđ utinã nõ dixiſſem,&
alterũ quibus ultra nihil
addã. Tota altercatio Iob
cũ amicis hic eſt, ꝙ ille ſe
iuſtũ,illi eũ impiũ ꝓnun-
ciabant. i ¶Terra data
eſt &c.) Caro Chriſti in
poteſtatẽ Herodis ſiue
Pilati:uel ipſe Iob ĩ ptãtẽ
diaboli. k ¶Vultũ iudi-
cũ &c.) Vultũ hoc loco
mẽtis iudiciũ, qđ dei iu-
ſto iudicio eſt optũ appel
lat.Excæcãda corda ſatel
litũ ĩpij diaboli:quoſiſtic
iudices nomĩauit:ut ſan-
ctũ Iob crudelitate acrius
cruciarẽt. l ¶Cũ dixero:
nequa.&c.) Nequaqꝫ ita
ait:hoc eſt qñ cõpellente
cruciatu, aſpa cõtra deũ
loquor & dura:eodẽ pũ-
cto reſipiſcẽs definio me
deo ita loq nõ oportere.
m ¶Cõmuto faciẽ.) Id
eſt,prę doloris nimietate
cõtraho atqꝫ cõtriſtor:&
in ipo definitiõis meæ momẽto,ſubitis ac repẽtinis
dolorꝫ aculeis ita uexor atqꝫ diſcrucior:ut rurſũ a-
maritudinis & fellis uerba depromã. n ¶Si lo.&c.)
In ablutiõe ergo aquarũ niuis,cãdor mẽtis oſtẽdit̃:
& ĩ manu mũdicia fructus ſctõꝝ operũ demõſtrat̃:
Etre

a Qui facit magna & incomprehenſibilia &
b mirabilia:quorum nõ eſt numerus.Si uene-
rit ad me,non uidebo eum:ſi abierit,non in-
telligam.Si repente interroget, quis reſpon-
debit ei? Vel quis dicere poteſt,cur ita facis?
c Deus,cuius iræ nemo reſiſtere poteſt,& ſub
quo curuantur qui portant orbem. Quan-
tus ergo ſum ego ut reſpõdeam ei,& loquar
uerbis meis cũ eo? Qui etiã ſi habuero quip-
piam iuſtum,nõ reſpondebo, ſed meum iu-
d dicem deprecabor.Et cum inuocantẽ me ex
audierit,nõ credo ꝙ audierit uocem meam.
e In turbine enim conteret me;& multiplica-
f bit uulnera mea etiã ſine cauſa. Non conce-
g dit requieſcere ſpiritũ meum;& implet me
amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, ro-
buſtiſſimus eſt.Si æquitas iudicij, nemo au-
det pro me teſtimonium dicere.Si iuſtificare
me uoluero,os meum condemnabit me. Si
innocentem oſtẽdero,prauum me compro-
babit.Etiã ſi ſimplex fuero, hocipſum igno-
rabit anima mea:& tædebit me uitæ meæ.
Vnum eſt quod locutus ſum, & innocẽtem
h & impium ipſe conſumit. Si flagellat, occi-
dat ſemel;& non de pœnis innocentium ri-
i k deat. Terra data eſt in manus impij:uultum
iudicũ eius operit. Quod ſi non ille eſt, quis
ergo eſt? Dies mei ueloeiores fuerunt,curſo-
re;fugerunt & nõ uiderunt bonũ.Pertranſi-
erunt quaſi naues poma portãtes;ſicut aqui
l la uolans ad eſcam.Cum dixero:nequaquã
m ita loquar:cõmũto faciem meam;& dolore
torqueor.Verebar omnia opera mea:ſciens
quod non parceres delinquenti: ſi autem &
ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui? Si
n lotus fuero quaſi aquis niuis;& fulſerint ue-
lut mundiſſimæ manus meæ;tamen ſordi-
bus



A Et recte põt niui baptiſmus cõparari. In pluuia er-
go & imbre affluente,ſermonẽ doctrinæ legiſlator
uoluit indicare.In rore uero & in niue,ſenſum cum
illuminatione ſui,interiora uiſcerum penetrantem.
a ¶Et abominabũtur &c.)Tantũ eñ malorꝫ mihi
illatũ eſt:ut ſqualo-
re uulneris & pu-
tredinis ſi dici põt,
etiã quæ inſenſibi-
lia ſunt deteſtẽtur.
b ¶Nõ eſt q utrũ
qꝫ ua.&c.)Id eſt,qs
eſt qui deũ poteſt
iniuſticię,quaſi ini
quum arguere niſi
temerarius & blaſ-
phemus? quis põt
uelut in reũ iniqui
tatis cũ extenſione
manus dare ſenten
tiã? Iob uero iuxta
dei teſtimoniũ quo
fuerat collaudatus,
eo ꝙ innocẽs eſſet,
ſibi conſcius uere
dixit,ꝙ nõ eſſet ul-
lus eorũ,cũ quibus
altercabat̃:q eũ re-
cte poſſit arguere:
B quia ille iudicare al
terũ iuſtiſſime au-
det,cuius rea con-
ſcientia de his quæ
in alterum iudicat,
nõ tenet̃. c ¶Ma-
nũ ſuã &c.) Secu-
rus,inquit,& cõſtã
ter tunc potero re-
ſpõdere,ſi hęc duo
amoueat à me:po-
tẽtiæ uidelicet ſuæ
magnitudinem:&
horꝫ cruciatuũ pœ
nas. Cap. X.
TAedet animã
meã &c. Ma-
nus tuæ dñe fece-
runt me, & plaſma
uerunt me totũ in
circuitu &c.) Qđ
aũt dicit totũ ſe in
circuitu factũ:con-
tra hæreticos locu
tus eſt, qui dicunt
animã ab alio deo
factã, & corpus ab altero plaſmatũ. e ¶Vitam &
miſericordiã tribuiſti mihi:& uiſitatio tua cuſ.&c.)
Ipſa anima eſt uita hic appellata, nõ uita animæ:qa
poſſunt & actus animæ,uita nuncupari. f ¶Nõ
leuabo caput,ſaturatus afflictiõe & miſeria &c.) Id C
eſt,contractus dolore & tormẽtis uiſcerũ:caput ad
ima depoſitum eleuare nõ poſſum:ſiue confuſione
& mœrore repletus. g ¶Quaſi leænã capies me.)
Huic ergo beſtiæ,ait Iob:aſſimilas me hominẽ hu-
milem & abiectũ.
h ¶Reuerſuſqꝫ mi
rab. &c.)Deum di
cebat ad ſe reuerti,
quãdo cũ antiquis
nouas pœnas & re
cẽtiores in ſuo cor
pore ſentiebat mi-
rabiliter. i ¶In-
ſtauras teſtes tuos
cõtra me.)Hoc di-
cit,quia caſtigatio-
nes & pœnæ no-
ſtræ,teſtes ſunt di-
uinæ iuſticiæ.Siue
cruciatus illius id-
circo dictos teſtes
exiſtimo,qa eiulan
te eo & rugiente,
quaſi teſtimonium
deo tormẽta redde
bant. k ¶Multi-
plicaſti iram tuam D
aduerſum me: &
pœnæ militant in
me. Quare.) Po-
teſt ira dei diabo-
lus intelligi: cuius
miniſterio Iob acer
bos dolores patie-
batur. Pœnæ autẽ
in ſe militantes di-
cũtur: quia ꝑ quẽ-
dam malorum or-
dinem ſuccedẽtes,
officium commiſ-
ſæ ſibi crudelitatis
exercent. l ¶Di
mitte ergo me ut
plãgam paululum
dolorẽ meũ.) Id eſt
requiẽ ab iſtis cru-
ciatibus mihi con-
cede,ut plangã ali-
quantulum dolorẽ
pœnarum mearũ:
quem in corpore
meo ſuſtineo, ſiue
quem futurum in
inferno perhorre-
ſco. m ¶Antequam uadã & nõ reuertar ad terrã
tenebroſam & opertã mortis caligine:terram miſe-
riæ & tenebrarũ &c.) Quod terrã inferorũ deſcri-
pſerit:nulli dubium eſt:nullus ordo ibi eſt uitæ:te-
nebro

a bus intinges me;& abominabũtur me ueſtimẽta mea.
Neqꝫ eñ uiro q ſimilis mei eſt,reſpõdebo:nec q mecũ
b in iudicio ex æquo poſſit audiri.Nõ eſt q utrũqꝫ ualeat
c arguere;& ponere manum ſuã in ambobus. Auferat à
me uirgã ſuã:& pauor eius nõ me terreat.Loquar & nõ
timebo eũ.Nec eñ poſſum metuẽs reſpõdere. Ca.X.
TAedet animã meã uitę meæ:dimittã aduerſum me
eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ
meæ,dicã deo:Noli me cõdẽnare. Indica mihi, cur me
ita iudices? Nũquid bonũ tibi uidet̃: ſi calumnieris me
& opprimas me opus manuum tuarũ;& cõſilium im-
piorũ adiuues? Nũquid oculi carnei tibi ſunt:aut ſicut
uidet homo,& tu uidebis? Nũquid ſicut dies hominis
dies tui;& anni tui ſicut humana ſunt tẽpora:ut quæ-
ras iniquitatẽ meã,& peccatũ meũ ſcruteris? Et ſcias qa
nihil impiũ fecerim:cũ ſit nemo qui de manu tua poſſit
d eruere.Manus tuæ dñe fecerũt me;& plaſmauerũt me
totum in circuitu;& ſic repente præcipitas me? Memẽ
to quæſo ꝙ ſicut lutũ feceris me: & in puluerẽ reduces
me.Nõne ſicut lac mulſiſti me;& ſicut caſeũ me coagu
laſti? Pelle & carnibus ueſtiſti me:oſſibus & neruis cõ-
e pegiſti me.Vitam & miſericordiã tribuiſti mihi;& uiſi
tatio tua cuſtodiuit ſpiritũ meũ.Licet hæc cæles in cor-
de tuo:tamẽ ſcio quia uniuerſorũ memineris. Si pecca-
ui,& ad horã pepercĩſti mihi,cur ab iniquitate mea mũ
dũ me eſſe non pateris? Et ſi impius fuero,uæ mihi eſt:
f & ſi iuſtus,non leuabo caput,ſaturatus afflictiõe & mi
g h ſeria.Et ꝓpter ſuperbiam,quaſi leænã capies me:reuer-
i ſuſqꝫ mirabiliter me crucias.Inſtauras teſtes tuos cõtra
k me;& multiplicaſti iram tuam aduerſum me;& pœnæ
militãt in me.Quare de uulua eduxiſti me:qui utinam
cõſumptus eſſem ne oculus me uideret;Fuiſſem quaſi
non eſſem de utero tranſlatus ad tumulum. Nunquid
l nõ paucitas dierũ meorum finietur breui? Dimitte er-
m go me ut plãgam paululũ dolorem meum antequam
uadam & nõ reuertar ad terram tenebroſam, & oper-
tam mortis caligine;terram miſeriæ & tenebrarũ, ubi
umbra mortis & nullus ordo: ſed ſempiternus hor-
ror

E nebroſa eſt,ut dixi, ꝓculdubio uelut carcer, in quē
peccatores & impij qui lucem odio habuerunt,ut
tenebrarum filij,contrudentur. Quæ terra caligine
mortis operta eſt:ut clauſi in nocte æterna,nullum
pœnitentiæ lumen aliquādo aſpiciāt: Vbi eſt miſe-
ris umbra mortis: quæ
in hoc loco pœnæ intelli
gēdæ ſunt:quia ſicut um
bræ corporum non ſunt
longe à corporibus, quę
faciunt umbras:ita pœ-
næ non longe à morte
ſunt quæ inferūt mortē.
Non reuertar ad hanc
mortalitatē,ubi tāta ma-
la patior. Spiritus diui-
nus, qui eſt in naribus
meis. Quia eū dolorꝝ an-
guſtijs anhelantē, cōſola
tionum robore urgebat.
Quis mihi tribuat ut in
inferno protegas me &
abſcōdas donec ꝑtrāſeat
ira tua, & cōſtituas mihi
tēpus in quo recorderis
mei. Furor iræ dei per-
tranſijt, quē Adam pec-
F cando ꝓmeruit,quando
chirographum in mortē
filiorum eius cōſcriptū,
Chriſti deleuit aduētus.
Nemini ergo de ſanctis
mirū uideatur,qui aduē-
tu dñi ſunt abſoluti ab
inferis; & reſurrectionis
Chriſti exēplo in ſpe bea
tæ reſurrectiōis ſuæ ſunt
conſtituti. Cap. XI.
RESpondens autem
Sophar Naamathi
tes, dixit; Nunquid qui
multa loquitur &c.) Veluti ſi dixiſſet: Nūquid po-
teſt uir uerboſus admirationi haberi,aut præconio
laudis efferri:cum ſit oſtēſione nimiæ uerboſitatis
odioſus:ſed potius audire debet quæ meretur:ne
uanitate elatus,ſolū ſe exiſtimet ſapientē. b ¶Tibi
ſoli tacebunt homines &c.) Nō ſunt hæc amicorū
ſolatia,ſed hoſtium tela. Ita ut nunc dicamus de uo
bis: Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ.
c ¶Dixiſti enim: Purus eſt ſermo meus:& mūdus
ſum in conſpectu tuo.) Non ita dixit quod purus
eſſet & mundus:id eſt,qd' cogitationibus & uerbis
ante deū immaculatus exiſteret:ſed dixit, nihil im-
pium feci. d ¶Atq; utinā deus loqueretur tecū:
& aperiret labia ſua tibi.) Dixit quali iudicio Iob
debuerit cōdemnari. In loquēdo enim uocē dei,cu-
ius ſonū aures ſuſcipiunt:ut arbitror uoluit indica-
re. In aperiēdis uero labijs,uocis intelligētiā demō-
ſtrauit. e ¶Vt oſtēderet tibi ſecreta ſapiētiæ &c.)
Cordis eius abdita & remota iudicia,in qbus mul- G
tiplex & imperſcrutabilis eſt,cognoſceres. f ¶Et
intelligeres ꝙ multo mino.&c.) Hoc eſt,plura pati
debes tormenta,quàm te ſuſtinere proclamas.
g ¶Forſitā ueſtigia dei cōprehēdes &c.) Veſtigia
dei illa ſunt, quando di-
gnatione ſui hominibus
innoteſcit. Et ideo tūc eū
ueſtigamus,quādo ſe no
bis aliquātulum manife-
ſtare dignatur. Hæc ſunt
ergo ueſtigia dei,cum eū
incōprehēſibilē intellexe
ris & credideris. h ¶Ex
celſior cœlo eſt:& qd fa-
cies? Profundior infer-
no,& unde cognoſces?)
Credimus qd' ubiq; eſt
deus;et intra eum omnia
quæ ab eo creata ſunt cō
tinētur. i ¶Ipſe enim
nouit hominū uanitatē:
& uidēs iniquitatē nōne
cōſiderat?) Ipē eñ nouit
opera iniquorū,& uidēs
iniuſta nō negligit; quia
iniquos & impios uindi
cat. k ¶Vir uanus in H
ſuperbiā erigitur:& tāq;
pullū onagri ſe liberū na
tum putat.) Dicit eū pul
lo onagri ſimilē, effreno
ſcilicet animali & uago:
eo qd' ita exiſtimet de ſe
Iob, qui ad nullū debeat
pertinere. l ¶Tu autē
firmaſti cor tuū:& expā-
diſti ad eū manus tuas.)
Firmaſti cor tuū,ait;non
ut ſatisfaceres deo ꝓ pœ
nitētiā,ut auferret plagā
hanc peſſimā in tuis carnibus ſæuientē. Expandiſti
ad eū manus tuas,id eſt,falſa operū merita, ore ua-
niloquo dilataſti,quia multis locis,nomine manuū,
opera deſignantur. m ¶Si iniquitatem &c.) Cū
exprobratione arguit Iob,dicens: Si iniquitas quæ
eſt in manu operis tui & iniuſticia in tabernaculo
cordis tui non manſerit. n ¶Tunc leuare poteris
faciem tuam abſq; macula.) Sanctam uidelicet poſ-
ſidens conſcientiam & liberam ad deprecandū deū
eriges faciem tuam. Cain enim fratricida in terra
Naid habitauit:id eſt, inſtabilis factus eſt. Ne ergo
& Iob ob huiuſmodi ſupplicium, ſuper morte ſua
perpetuum timorem incurreret; Sophar hortatur
eum,dicens: Si hæc feceris,quæ ſupra diximus,eris
ſtabilis. Hoc ſanè ſciēdum,quia eſt cōmotio,in qua
peccator permanēs in facinoribus ſuis,ante faciem
nō cōſiſtit. Facies tua tāq; aqua pura,& ſpoliaberis
ſorde,& nō timebis. Qui eſt ſynceræ & purificatæ
mentis

ror inhabitans. Cap. XI.
a RESpondens aūt Sophar Naamathites,
dixit: Nūquid qui multa loquitur, nō
audiet: aut uir uerboſus iuſtificabitur? Tibi
b ſoli tacebūt homines:& cū cæteros irriſeris,
c à nullo cōfutaberis? Dixiſti enim: Purus eſt
ſermo meus; & mundus ſum in conſpectu
d tuo. Atq; utinā deus loqueret tecū:& aperi-
e ret labia ſua tibi, ut oſtenderet tibi ſecreta ſa-
pientiæ:& quod multiplex eſſet lex eius:&
f intelligeres quod multo minora exigaris ab
g eo q̃ meretur iniquitas tua. Forſitā ueſtigia
dei cōprehēdes:& uſq; ad perfectū omnipo
h tentē reperies. Excelſior cœlo eſt:& quid fa-
cies? Profundior iſerno:& unde cognoſces?
Longior terra mēſura eius:& latior mari. Si
ſubuerterit omnia,uel in unum coartauerit:
quis cōtradicet ei? uel quis dicere ei pōt: cur
i ita facis? Ipſe eñ nouit hominū uanitatē:&
k uidēs iniquitatē nōne cōſiderat? Vir uanus
in ſuperbiam erigitur:& tanq; pullum ona-
l gri ſe liberum natum putat. Tu autē firma-
ſti cor tuū:& expandiſti ad eū manus tuas.
m Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtule-
ris à te:& non manſerit in tabernaculo tuo
n iniuſticia: tunc leuare poteris faciem tuam
abſq; macula:& eris ſtabilis & non timebis.
Miſeriæ



A mentis & mundus ab omni ſorde, pertimet uitia:
quibus uelut exuuijs expoliatus, tanq; è tenebris
eductus fulgebit: Homo faciē mentis ſuæ candoris
puritate præferens,radiantē in populū ſignificat Iu
dæorū:qui Chriſtū patrē quodāmodo ſuū occidit.
a ¶Miſeriæ quoq; obli
uiſceris:& quaſi aquarū
quæ præterierūt non re-
cordaberis.) In tranſitu
itaq; aquarū, ſophar hoc
uult intelligere: quod tā
cito poſſint diſcedere ab
eo dolores,ſi tamē Iob ſe
emēdare uoluerit:quēad
modū aquæ intra momē
tum ad loca alia dilabun-
tur:& ita omino abſtergi
ab eo poſſe plagæ huius
miſeriā:ut prorſus tenui
memoria recordet eius
quaſi quæ non fuerit.
b ¶Et quaſi meridianus
fulgor cōſurget tibi &c.)
Spiritualiter ſic intelligi
poteſt:conſurget tibi ad
ueſperā:id eſt, in cōſum-
matiōe laborꝝ malorum
tuorū,cōſolatio ſol iuſti-
ciæ tibi Chriſtus adue-
B niet:ſiue poſt mortē re-
ſurges in gloriam. Itē ali-
ter,etiam in hoc interitu
tuo quo quotidie tāta pu
tredine cōtabeſcis & de-
fluis,ut iam omnino con
ſumptum te arbitreris:ſi
feceris, quæ iam dixi: ex
nihilo omino penituſq;
cōſumpto,repēte orieris
ut lucifer:qui per occul-
tas curſus ſui metas polū
circuiēs; poſt bienniū in
ipſius auroræ rutilo dici
tur apparere. Ita ergo &
tibi poſt noctem & tene-
bras dēſiores,diutinæ tē
tationis iſtius: ſi culpas
tuas cognoueris,poterit euenire. c ¶Et habebis
fiduciam ꝓpoſita tibi ſpe:& defoſſus &c.) Habebis
hanc fiduciā,ut defoſſus in morte,certuſq; de reſur
rectione effectus,ſecurus dormias,requieſcas in in-
ferno,in ſpe certæ fidei cōſtitutus:& nō erit illic ul-
lus tortor aduerſarius inimicus, qui te exterreat,&
tibi pœnas infernales infligat, ſed potius quicunq;
ſunt,preces tibi ſupplices fundēt:ut eis tartarei cru
ciatus tuis orationibus tēperentur. d ¶Oculi aūt
impiorꝝ deficiēt &c,abominatio animæ.) Id eſt,ex-
pectatio hominū impiorꝝ hoc fine cōcludetur:ut in
tēpore alienæ gloriæ,ipſi nō abſolutiōe,ſed abomi
natione digni inueniantur. Cap. XII. C
RESpondēs aūt Iob dixit: Ergo uos ſoli eſtis ho
mines & uobiſcū morabitur ſapiētia.) Hoc eſt
dicere,quid uos tantum dicitis ſapientes:& putatis
ꝙ poſt uos nullus erit ſapiens? f ¶Lāpas cōtēpta
apud cogitationes &c.)
Lampadem ſe cōtēptam
à diuitibus dicit:utiq; ſu
perbos eos denotans, eo
ꝙ deſpicerent eum affli-
ctum cruciatibus, & de-
ſpectione propinquorū:
qui tamē magnæ fidei &
bonorum operum oleo
intrīſecus fulgebat. Siue
etiam lampas cōtempta
à diuitibus,Chriſtus à Iu
dæis:qui ſurgens à mor-
tuis,ſplēdore gratiæ ſuæ
illuminauit uniuerſum
mundum. Diuites uero
ideo Iudæi dicti ſunt:qa
acceperunt eloquia dei.
g ¶Nimirum interroga
iumēta, & docebūt &c.)
Quod omnia ad dei pro
uidentiam & guberna-
tionem pertineāt, etiam
quæ irrationabilia atq;
inſenſibilia ſunt,quadam D
ratione ueritatis interro
gata reſpondent. Secun-
dum myſticū intellectū,
poſſunt homines incon-
diti & irrationabiles mo
ribus, iumenta intelligi.
Volatilia uero intelligū-
tur dæmones, ſiue leues
& elati homines ac ſup-
bi; aut certe aſtrologi.
Terra, uoluptuoſi homi
nes & carnales qui terre-
na ſapiunt. Piſces,philo-
ſophi & eorum ſimiles,
qui de rebus mundi &
eius qualitatibus inqui-
rēdis nimij ſunt. Aliter:
Iumenta,equi boni ſunt,quæ animalia in hæredita
te domini habitabūt:quibus pluuia uoluntaria euā
gelij ab incredulis ſegregata eſt. Volucres uero ſūt
qui ſurſum corda habent & cœleſtia concupiſcunt:
uel qui obuiā Chriſto in aëra ex mortuis ituri ſunt:
caro ſanctorum rectiſſime intelligitur, quæ regnā-
te dño exultabit. Piſces uero qui inter fluctus mun
di iſtius tēpeſtateſq; natantes,tuta ſibi loca æterni-
tatis & quieta ꝓſpiciunt. Vel illi piſces intelligendi
ſunt,qui per aquā uitā accipiūt:qui cōfeſtim de fon
te baptiſmi migrāt ad Chriſtū:ſiue ad deum, ut alij
dicunt. h ¶Si deſtruxerit &c.) Manifeſtum eſt
quicquid

a Miſeriæ quoq; obliuiſceris:& quaſi aquarū
b quæ præterierunt nō recordaberis:& quaſi
meridianus fulgor cōſurget tibi ad ueſperā.
Et cum te conſumptum putaueris:orieris ut
c lucifer:& habebis fiduciam ꝓpoſita tibi ſpe:
& defoſſus ſecurus dormies. Requieſces, &
non erit qui te exterreat. Et deprecabūtur fa
d ciem tuam plurimi. Oculi autem impiorū
deficient: & effugium peribit ab eis:& ſpes
illorum abominatio animæ. Cap. XII.
e RESpondens autem Iob, dixit; Ergo uos
eſtis ſoli homines; & uobiſcum morie-
tur ſapientia? Et mihi eſt cor, ſicut & uobis:
nec inferior ueſtri ſum. Quis enim hæc quæ
noſtis,ignorat? Qui deridetur ab amico ſuo
ſicut ego,inuocabit deum,& exaudiet eum.
f Deridetur enim iuſti ſimplicitas: lampas cō
tempta apud cogitationes diuitum:parata
ad tempus ſtatutum. Abundant tabernacu-
la prædonum,& audacter prouocāt deum:
cum ipſe dederit omnia in manus eorum.
g Nimirū interroga iumenta, & docebunt
te:& uolatilia cœli,& indicabūt tibi. Loque-
re terræ:& reſpondebit tibi:& narrabunt pi
ſces maris. Quis ignorat quod omnia hæc
manus domini fecerit? In cuius manu ani-
ma omnis uiuentis:& ſpiritus uniuerſæ car-
nis hominis. Nonne auris uerba dijudicat:
& fauces comedentis ſaporē? In antiquis eſt
ſapiētia:& in multo tēpore prudētia. Apud
ipſum eſt ſapiētia & fortitudo:& ipſe habet
h cōſiliū & intelligētiam. Si deſtruxerit,nemo
eſt qui

est q̃ ædificet: ſi incluſerit hominē, nullus eſt qui aperiat: ſi continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram. Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia. Ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit conſiliarios in ſtultum finē: & iudices in ſtuporem. Baltheum regū diſſoluit

E quicquid ſapiētiæ ſuæ iudicio diſſipare uoluerit ac deſtruere: nemo poterit fortitudini illius uelut potens reſiſtere. Sicut deſtruxit turrem & regna multarum gentium, uel etiā Hieruſalem: ubi præcepta ipſa legalia tanꝗ lapides ſcripti ſunt, ſub præſentia gratiæ ſuæ diſſoluenda eſſe prænūciauit. Sic itaq; & ſecundum Iob prophetationem, paries inimicitiarum, lex utiq; pręceptorum, per Chriſtum deſtructa eſt, ut duos cōderet in ſemetipſo in unū nouum hominem pacē faciens. Deſtruxit atque reſerauit deus Chriſtus clauſtra inferni: & diabolum habentem poteſtatem mortis, regno dominationis depoſuit. Deſtruxit deus Chriſtus igitur mortem, dum ipſam ut in ea mori dignaretur, ſuſcepit: & dum in cruce deſtruxit corpus peccati, ueterem hominem noſtrum illic interficientem peremit: ut uiam nobis in æternum reſtitueret. Sic itaq; deſtruxit mortem, & illuminauit uitam, perſequentium eccleſiam deſtruxit conſilia, molientium ut nomen eius effoderent de ſub cœlo, Iudæi ſcilicet & gētes. Deſtruxit dogmata &
F diuerſos errores hæreticorum ab eccleſia: indiſſolubili rectę fidei ædificio: de quibus Salomon: Ciuitates fortium aſcendit ſapiens, & deſtruxit munitiones eius: deſtruxit & omnem cultum idolorum.

a ¶ Si incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat.) Incluſit deus Noë in diluuio, Lot in Segor, Ionam in uentre ceti: Hieremiam & Baruch ne inuenirentur. Includit & illos de quibus dicitur: Immittet angelum ſuū in circuitu timentiū eum, & eripiet eos. (Pſal.33.b) Siue ſub ſententia mortis iudicio dei poſitum hominē quis poteſt reuocare? Incluſus eſt Pharao in medijs aquis: incluſi ſunt Dathan & Abiron uiui in inferno: populus Iſraël in eremo per quadraginta annos incluſus eſt. Includit deus hominem tribulationibus excoquēdum: aut certe correptionibus flagellandum peccatorem cingit ut emendet. Quis eſt qui copiam declinandi ueluti quendam aditum aperiat, ut euadat: ſicut ipſe Iob, qui ait: Concluſit me deus apud iniquum, & manibus impiorum tradidit me. Poteſt homo hoc loco diabolus intelligi: qui cum incluſus fuerit in inferno, nec ſe ipſe liberauit, qui ſe contra deum fortiſſimum deteſtabiliter arbitratur. b ¶ Si cōtinuerit aquas, omnia ſiccabuntur &c.) Quod factū ſub Noë, ſecundū ſcripturarum fidem, minime dubitamus. Modo uero ſpiritualiter aquæ doctrinarū, in Iudæorū populis cōtinētur, ut ſint eis legis flumina in deſertū, & exitus aquarū in ſitim: & habeāt ut iſtæ aquæ terrenas cupiditates atq; luxurias: & diſperdātur ac demoliantur, in terra eccleſiæ rationabilis, relicta imagine terreni hominis in ſpiritualē uitā ſe cōuertēdo ꝓficiāt. c ¶ Apud ipſum eſt fortitudo & ſapiētia.) Hoc eſt filius cū patre, & ſpiritus ſanctus. d ¶ Ipſe nouit decipiētē, & eum qui decipitur.) Nouerat Balaam, G

Achab, Aenam falſum ſurrecturū ꝓphetā, Aenam nouit, ſed per hæc meritū populi peccatoris oſtendit: ut in perditionē eius falſa uaticinādo denūciet: & hi qui nolunt audire deum & prophetas uera dicentes: pſeudo ꝓphetarū falſis uaticinationibus illudanť. Filij quoq; Iſraël ſicut in libro Iudicum legimus, (Iudic.20.c) æquiſſimo dei iudicio decepti ſunt. Et cū iuſta cauſa propter uxorem leuitis cōtra Beniaminitas congregati fuiſſent, ut ſcelus adulterij puniretur: in ipſis prius eſt ſacrilegij crimen uindicatū: quia prius ipſi emendari debuerant: uel certe eos, qui idola in iniuriam dei adorabant interimere: quibus maius fuit fratris iniuria ꝗ dei, & ob id prius in illis uindicatum eſt. Nouit aūt dñs & decipientē & deceptū per præſcientiam: qđ etiā de Abel & Cain, & Dalila & Samſon, qui gratiā ſpiritus ſancti in ſeptē crinibus myſtice poſſidebat, itelligi poteſt. Nouerat utiq; hæc oīa deus anteꝗ fierent, præſcius futurorū, ſed permiſit ut homo qui libero utebatur arbitrio, pręcepto dei inobediēs, inſuper & deum poſſe ſe fieri credēs: per iuſticiam dei pœnā inobediētiæ digniſſime ſuſtineret. Hi omnes typum Chriſti habuerūt. In Samſon (H) uero, qui leonem tenuit & occidit, & in ore mortui leonis fauū mellis inuenit: ſignificatū eſt quod in ſuperbis in quorū ore putor fuerat blaſphemiæ, eſſet poſtmodum dulcedo laudis & gratiæ dei. Et ut ille (Ibi.15.d) Samſon ſitiens de molari dente aſini inuocato deo aquam eduxit ut biberet: ita & Chriſtus de immundo & duro gentium populo fide credentiū, tanꝗ refrigerij poculo ſaturatus eſt. Maxilla quoq; eiuſdē aſini de cuius molari aquæ copioſæ effluxerāt: occidit mille uiros. In maxillis & dentibus, oris eloquiū intelligitur. Doctrina igitur eorum qui ex gētibus crediderunt perfecto quodā numero finiť. Samſon uero hoſtes ſuos atq; aduerſarios tribus modis interfecit & occidit: dum alij non credendo pereunt: alij uero credendo fidei, moriuntur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur. Ita enim doctrina & prædicatio euāgelij magnificata eſt ſuper omnē terram, ut eam omnes gentes ubiq; eleuatam mirētur. In illis ergo uulpibus figuratū eſt ut ꝑ doloſos & ſanæ fidei inimicos, quorū principatus in caudis eſt, pars poſt tergū relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantium uaſtaretur. e ¶ Adducit cōſiliarios in ſtultū fi.) Vt fecit cōtra Aegyptiorum magos, (Hiere.4. & 46.) qui dicebant Pharaoni: regē Chaldæorū non eſſe uenturū ad uaſtandā Aegyptū: ſiue ipſum Nabuchodonoſor in amentiam uertens, uel Balthaſar timore concutiens. f ¶ Baltheum regū diſſoluit, & præcingit &c.) In Baltheo, regnantis gloria intelligitur: in fune, ignominia regno depoſiti: ſicut Sedechiæ & Manaſſæ contigit deo iubente. Siue populū



a ſoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit
b ſacerdotes inglorios: & optimātes ſupplan-
c tat. Commutans labium ueracium, & doctrinam ſenū auferens. Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fue-
d rant, releuat. Qui reuelat profunda de tenebris: & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit. Qui immutat cor principum populi terræ & decipit eos, ut fruſtra incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios.

Cap. XIII.

ECce omnia hæc uidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula. Secundum ſcientiam ueſtram, & ego noui: nec inferior ueſtri ſum. Sed tamen ad omnipotētem loquar, & diſputare cū deo cupio, prius uos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Atq; utinā taceretis ut putaremini eſſe ſapientes. Audite ergo correctiōes meas, & iudicium labio-
e rum meorum attendite. Nunquid deus indiget ueſtro mēdacio: ut pro illo loquamini dolos? Nūquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem cælare nihil poteſt? Aut decipietur ut homo
f ueſtris fraudulentijs? Ipſe uos arguet: quoniam in abſcondito faciem eius accipitis. Statim ut ſe cōmouerit, turbabit uos, & terror eius irruet ſuper uos. Memoria ueſtra cōparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices ueſtræ. Tacete pauliſper: ut loquar quodcūq; mihi mens ſug-
g h geſſerit. Quare lacero carnes meas dētibus meis, & animām meā porto in manibus meis? Etiā ſi occiderit me: in ipſo ſperabo. Verūtamen uias meas in cōſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Nō em̄ ueniet in conſpectu eius omnis hypocrita. Audite ſermonē meum, & ænigmata percipite auribus ueſtris. Si fuero iudicatus, ſcio qđ iuſtus inueniar. Quis eſt qui iudicetur mecum? Veniat. Quare tacens conſumor? Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abſcondar. Manum tuam lōge fac à me, & formido tua me nō terreat. Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certe loquar, & tu reſpōde mihi. Quantas
i habeo iniquitates & peccata: ſcelerā mea & delicta mea oſtende mihi.
k Cūr faciem tuā abſcondis, & arbitraris me inimicum tuū? Contra folium quod uento rapitur oſtendis potentiam tuam, et ſtipulā ſiccam perſequeris. Scribis enim cōtra me amaritudines, & cōſumere me uis peccatis adoleſcētiæ meæ. Poſuiſti in neruo pedē meum, et obſeruaſti oēs ſemitas meas, et ueſtigia pedū meorū cōſideraſti. Qui quaſi putredo conſumēdus ſum, et quaſi ueſtimētum quod comeditur à tinea.

A populū Iudæorū qui per infidelitatē ſuā à Chriſti regno diſtinctus eſt. Sed & nūc renati in Chriſto reges, ſunt omnes in adoptionem filiorum æterni regis uocati. Vere ab illa honoris ſublimitate merito diſtinguūtur, q;cunq; ea quæ pœnitētiæ funibus digna ſunt perpetrarunt. Sicut ait propheta: Pro zona reſte cingeris. a ¶ Ducit ſacerdotes inglorios.) Vt filios Eli, (Eſa.3.d) uel plures alios eiuſdem gentis. b ¶ Et optimates ſupplantat.) Non dolo ſupplātat deus, in quo non eſt iniquitas, ſed hoc modo dicitur ſupplantare: dum iniuſtū amouet & iniquū, & in locum quem tenere uidetur quiſq; indignus, bonum hominem & iuſtum ſubſtituit, ut Dauid in locum Saulis.
B c ¶ Commutans labium ueracium.) Cum propter peccata remotis ꝓmiſſionibus æternæ uitæ: gehēnæ flammas adoptatis dare compellitur. d ¶ Qui reuelat profunda de tenebris: & ꝓducit in lucem umbram mortis &c.) Vmbra mortis ipſe diabolus eſt: qui non ꝓtegit homines, ſed premit in mortem, hic producitur in lucem: quando ab anima fideli ſeparatur.

Cap. XIII.

ECce omnia hæc uidit oculus meus &c. e ¶ Nunquid deus indiget ueſtro mēdacio &c.) Doli erant in illis, quia ſub uerbis conſolatorijs inimico eum corde pulſabant. f ¶ Ipſe uos arguet, quoniā in abſcōdito faciem eius accipitis.) Vt à deo arguamini, digni eſtis: abſcondite, id eſt, quaſi eo ignorante perſonam eius in

C uobis ad me damnandū ſuſcipitis: tanquàm eum latere poſſit aliquid ut ita ei ſubrepere uelitis. g ¶ Quare lacero carnes meas.) Torquentibus eum nimijs cruciatibus: manus uel labia ſua dentibus lacerabat. h ¶ Et animam meam porto in manibus meis.) Ipſam uitam ſuam quæ ſolet animæ uocabulo dici: portare ſe ait in manibus ſuis: hoc eſt, iam nūc in tormentis deficiente anima & exeunte uelut efferendam porto in manibus. i ¶ Scelera mea & delicta mea oſtende mihi.) Vt ſcire poſſim, quam ob cauſam ita me crucias. k ¶ Cur faciem tuam abſcōdis, & arbitraris me inimicum tuum.) Dum ita puniri me permittis, quem uelut inimicū exiſtimas, dolet mihi, eo qđ (D) ipſe optime noueris, q̃a illi potius qui tibi reſtiterit noceatur.

Caput

TT Caput

## Caput XIIII.

a HOmo natus de muliere: breui uiuens
tempore: repletur multis miſerijs. Qui
quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit ue-
lut umbra, & nunq; in eodem ſtatu perma-
b net. Et dignum ducis ſuꝑ huiuſcemodi ape-
rire oculos tuos, & adducere eum tecum in
iudicium. Quis poteſt facere mundũ de im-
mundo cõceptum ſemine? Nónne tu qui ſo-
lus es? Breues dies hominis ſunt: numerus
menſium eius apud te eſt. Cõſtituiſti termi-
c nos eius qui præteriri non poterunt. Recede
ergo paululũ ab eo: ut quieſcat, donec opta-
ta ueniat, & ſicut mercenarij dies eius. Li-
d gnum habet ſpem. Si præciſum fuerit, rur-
ſum uireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenue-
rit in terra radix eius, & in puluere emortu-
us fuerit trũcus illius: ad odorem aquæ ger-
minabit, & faciet comam quaſi cum primũ
e plantatum eſt. Homo uero cũ mortuus fue-
rit, & nudatus atq; conſumptus: ubi quæſo
f eſt? Quomodo ſi recedant aquæ de mari, &
fluuius uacuefactus areſcat: ſic homo cum
dormierit non reſurget. Donec atteratur cœ-
lum non euigilabit: nec cõſurget de ſomno
ſuo. Quis mihi hoc tribuat: ut in inferno ꝓ-
tegas me, & abſcondas me: donec pertran-
ſeat furor tuus, & cõſtituas mihi tempus in
quo recorderis mei? Putáſne mortuus ho-
mo rurſum uiuet? Cunctis diebus quibus
nunc milito expecto donec ueniat immuta-
g tio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo ti-
bi. Operi manuum tuarũ porriges dexterã.
h Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed
i parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſaccu-
lo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meã.
k Mons cadens defluit, et ſaxum transfertur
de loco ſuo. Lapides excauant aquæ, et allu-
uione paulatim terra conſumitur, et homi-
nes

Caput XIIII.

HOmo natus de muliere &c. Quaſi flos egreditur & conteritur.) In flore hoc loco fragilitatem humani generis intelligamus, non fragrantem odoris pulchritudinem & decorem. b ¶Et dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos.) Hoc eſt, dignũ ducis ut propter humanũ genus, unigenitum tuum hominē naſci uelis. Siue aliter, me quoq; permittis fabulari tecũ, & euoluere miſerias meas. c ¶Recede ergo paululum ab eo, ut quieſcat.) Hoc eſt amoue à me flagellũ tuũ, neq; me diutius permittas taliter tētari. d ¶Lignum habet ſpem, Si præciſum fuerit, rurſum uireſcit, & rami eius pull.) Rationabile lignum credēdũ eſt, de quo dicitur: Eſt enĩ arbori ſpes. Hoc itaq; lignũ præciſum fuit per inobedientiam quãdo habitabat in medio lignorum paradiſi, prius quàm dei ſentētia moreretur: à quo in baptiſmate uetuſtas præciditur, ut in Ieſu Chriſti noui hominis uita, ꝑ reſurrectionem fidei reuiuiſcat, & rami eius uirtutibus pullulent, id eſt, opera eius ſancte uiuendo proficiant. e ¶Homo uero cũ mortuus fuerit, & nudatus atq; cõſumptus, ubi quæſo eſt?) Homo aũt nõ habens ſpem in Chriſto, ſicut gentes quæ ignorant deũ, cũ mortuus fuerit, nõ renatus ꝑ baptiſmũ, uita etiam deſtitutus ac præſenti delectatiõe nudatus, ſine dubio ſententiam æternæ damnationis excipiet. f ¶Quomodo ſi recedãt aquæ de mari, & fluuius uacuefactus areſcat.) Si fieri põt ait, ut aquæ ſalutariũ præceptorum dei, de ſanctarum ſcripturarũ mari deſinēt recedere: cui perenni abundãtia nõ deficiũt, & ſi poteſt fieri ut fluuius ſacri baptiſmatis: quadã inopia diuinæ miſericordiæ exiccetur, & non plenus ſit gratia dei, ſancti quoq; ſpiritus donis nõ redũdet: ita poterit fieri ut homo cũ mortuus fuerit nõ reſurgat. g ¶Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarũ porriges dexterã.) Vocabũtur omnes mortui in nouiſſimo ſeculorũ, & in uoce archãgeli atq; in tuba dei de tumulis excitabũtur: reſpondebuntq; uniuerſi hoc modo cum ad uerbum maieſtatis eius atq; potētiæ, cineres ac fauillæ humanorũ corporum uiuificabũtur, & exurgēt ex mortuis incorrupti. h ¶Tu quidem greſſus meos dinumeraſti.) Cogitationes & opera iuuētutis meæ. i ¶Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea.) Saccus ſignificatiuo nomīe quaſi tota maſſa peccatrix generatiõis Adæ dictus uideri põt: in quo quaſi ſub ſignaculo imaginis eius, genuit Adam ad imaginē & ſimilitudinem ſuã, totã ſobolem illius in ipſo præuaricatricem effectã: quã ꝑ multa ſecula deus clauſam tenuit ſub peccato, & tamē in nouiſſimis ſeculorũ tēporibus, uulnera delictorum ſua redēptione curauit. Si aũt de ſemetipſo Iob hoc dixiſſe uideť, ut arbitror, iſte eſt intellectus. Si qua igitur ait ad deum per totũ ſeculũ uitæ meæ peccata cõmiſi, in unum omnia per diuerſa tēporum ſpacia congregaſti, ut ſecundum rigorē iuſticiæ tuæ pro cũctis ſimul mihi retribueres. k ¶Mons cadens defluit & ſaxum transfertur de loco &c.) Montem ergo iſtum, diabolũ ſiue ſuperbiæ hominem ſentire debemus, qui contra deũ ut mons elatione mētis tumeſcit, & ita ſe erigẽdo, cadit in præceps ut defluat, & ſolutus in puluerem ad nihilum deducitur. Saxo uero illos aſſimulari puto, qui cum in naturæ bono debuerant tanq; lapides ſoli ſimili fortitudine permanere



a nes ergo ſimiliter perdes. Roboraſti eũ pau-
b lulum, ut in perpetuum tranſiret. Immuta-
c bis faciem eius & emittes eum. Siue nobiles
fuerint filij eius, ſiue ignobiles: non intelli-
d get. Attamen caro eius dum uiuet, dolebit:
& anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

## Caput XV.

e REſpondens autē Eliphaz Themanites,
dixit: Nunquid ſapiens reſpondebit,
f quaſi in uentum loquens, & implebit ardo-
g re ſtomachum ſuum. Arguis uerbis eũ qui
non eſt æqualis tibi: & loqueris quod tibi
h non expedit. Quantum in te eſt, euacuaſti
i timorem: & tuliſti preces coram deo. Do-
cuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris
k linguam blaſphemantium. Condemnabit
te os tuum, & non ego: & labia tua reſpon-
l debunt tibi. Nunquid primus homo tu na-
tus es, & ante omnes colles formatus?
Nunquid

manere: commutati ſunt uoluntate propria in ſoliditatem quãdam ac duritiam cordis, & ideo deteſtationis ſuæ habitaculo quod ſe habere, quaſi ſuis meritis præſumebant, deijciendi ſunt ad digna ſibi loca. Aquæ aũt iſtæ quæ ſemper inferiora petunt, per quas etiam quõdam uenit interitus: aduerſarias ſignificãt poteſtates & ꝓcellas ac turbines mũdi. Hæ ergo aquæ inquã eos homines qui ſibi fortiſſimi ac ſolidi ſunt de ſe præſumētes & confidentes in uirtute ſua, unde et lapidibus comparantur, indeſinenti lapſu atterũt, Terrã uero illos eſſe exiſtimo, qui tentationes & pericula non ferentes: ſe dimittũt labefactari. Homines ergo ſimiliter perdes, id eſt, ſanctos tuos q imaginem tuam in ſe cuſtodiunt. a ¶Roboraſti eum paululum.) Hoc eſt in uita iſta nõ permiſiſti ſanctos tuos tentationibus ſuperari. b ¶Immutabis faciem eius & emittes eum.) Id eſt, cum mortale hoc immortalitatem induerit & incorruptionem. Siue aliter, faciem animam intelligimus, quæ cum naturalem receperit ſerenitatem, contemplatur gloriam diuinæ maieſtatis, quæ cum corpore ſuo ſimul fuerit gratulata: nulla perturbatiõe cuiuslibet uitij ſauciabitur. c ¶Siue nobiles fuerint filij eius ſiue ignobiles.) Hoc eſt non filij carnis, ſed filij mentis, id eſt, opera uirtutum. Non intelligunt ergo ſancti in hac uita ante iudicij diem, quales pro certo filios habeant: utrum deo placentes, an non placentes. Roboraſti eum paululum ut in perpetuum tranſiret, ſecundũ formam ſerui quam aſſumpſit. Hæc Chriſto deo non aptari poſſe arbitror. Nam cum ex ea parte qua homo eſt infirmaretur, proximus paſſioni euãgeliſta ait (Luc. 22. c): Apparuit autem angelus domini de cœlo confortans eum: Hic ergo ad breue tempus adminiſtrata redemptione noſtra in perpetuum illud ſeculum cœlos penetrans tranſiuit. Immutabis faciem eius, hoc eſt, cum totus homo in deum tranſit: ſalua tamen utriuſq; ſubſtantiæ proprietate in unitate perſonæ. d ¶Attamen caro eius dum uiuet, dolebit & anima illius &c.) Ita ueram carnem ſaluator noſter aſſumpſit ut potuerit dolorem ſentire. (Matth. 26. d) Vel anima eius doluit cum ait: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortē. Siue eccleſia quæ caro eius eſt, dolet cum preſſuris premitur ſeculi: quia ipſa eccleſia filia eſt in eo: qui per fidem baptiſmi initiatur in Chriſto. Et rurſum mater eſt, cum ille qui membris Chriſti incorporatus eſt, ſuſcipit miniſterium baptizandi.

Cap. XV.

REſpondens autē Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid ſapiens &c.) Hoc ſenſu uidetur cœpiſſe: quiſquã ne ſapiens & diſciplinæ philoſophicæ ſtudioſus, ita furore rapitur atq; inſania poſſideť, ut ſine ullo timoris dei uel religionis intuitu, ſic loquatur ut auræ flatui ſimile ſit uētoq; quod loquitur. Ob hoc igiť Eliphaz ſanctum Iob ueluti ſpiritu ſuperbiæ uētoq; tumidum redarguere auſus eſt. f ¶Et implebit ardore ſtom. &c.) Nomine ardoris, exanhelãtem felle iracundiæ animum eius uoluit indicare, qui aduerſum deũ tanq; coæqualē ſibi iraſci præſumpſerit. Alia interpretatio ita habet. Et implebit dolore uentrem ſuũ. Vētrē capacem quēdam ſinum animæ dictum intelligamus: quia quemadmodũ receptaculũ aliquod eſt corporis quo uiſcerũ uitalia cõtinētur, & hoc uētris nomine appellamus: Ita uirtutem quãdam excercitationibus animæ capabilem illa translatione per demutationem nominis dixit, quæ eo modo cogitationibus repleatur, quo uēter hominis eſcis repletur. Increpatur ergo Iob ab Eliphaz quod huiuſcemodi uētrem dolore repleuerit, id eſt, ea cogitet quæ animam eius diſcrutient uel unde dolores corporis merito patiatur. g ¶Arguis uerbis eũ qui non eſt æqualis &c.) Quem ita dicendo: uelut rebellem deoq; contrarium notat. Ob hoc forſitan quia in præcedenti ſermone dixerit Iob ad deum inter cætera: Et arbitraris me inimicum tuum. h ¶Quantum in te eſt, euacuaſti timorē &c.) Tam elatus, inquit, effectus es ut timore diuino omnino ſis uacuus, & deum iam nec deprecari digneris, ꝓpter quod ait: & tuliſti preces corã deo, id eſt, quaſi tibi non neceſſarias à te abſtuliſti. i ¶Docuit enĩ iniquitas tua &c.) Malum igitur mentis tuæ, os tuum didicit loqui, & idcirco imitator & diſcipulus es illorum qui linguam ad blaſphemandum deum ſemper habent paratam. k ¶Condemnabit te os tuum &c.) Id eſt, merita ſermonum tuorũ recipies. l ¶Nunquid primus homo tu natus es &c.) Ergo anteq; generatio humana exiſteret, eſſe cœpiſti, donans tibi plurimum, quod præ cæteris hominibus ſapias: ubi ſermone ſubſannatorio potuit primum Adam dixiſſe: quē utiq; ſapiētiſſimum à deo nouimus factum. Ita ergo in ſanctũ Iob inuehitur ut diceret

E ceret,nunquid tu ante patrẽ humani generis & an= te cõditionem angelorũ eſſe cœpiſti? a ¶Nũquid cõſilium dei audiſti &c.) Subinde nimium & iactã tem arguit uero deo placentem, & uehementer in= crepat dicens; quod nõ ſolum noſſe putet dei conſi lium; uerum etiam & inferior ſit illo eius ſapientia. Apparet ergo plenũ liuore, animũ exprobrationum iacula, in hominem iuſtũ ſine cauſa dirigere, ut cõuicijs obrueret innocẽtẽ. b ¶Quid noſti quod ignoremus &c.) Plurimum; planè in primis ipſum deum magis nouerat; deinde reuelanda in Chriſto myſteria ſpiritu peruidebat.
c ¶Senes & antiqui ſunt &c.) Senes & antiq noſbiſcum poſiti, qui iã ipſa longæuitate plurimum eruditionis atq; ſcientiæ cõſecuti ſunt; nihil temere contra deũ ut tu facis, dicere præſumpſerunt.
d ¶Nunquid grãde eſt,
F ut conſoletur &c.) Manifeſtum nec grande eſt omnipotẽti, nec difficile miſericordiæ dei, hominem cõſolari; ut inuocantem exaudiat, & à preſſura tribulationis eripiat, ſed ut blaſphemias ructãdo, exacerbas magis deũ in pœnã tuam, quàm poteras humilitate & ſatiſfactione placare. e ¶Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans &c.) Cor, oculi, ſpiritus; totam hominis animam ſignificant; ſed in corde hominis, ſapiẽtiam cognoſcamus. In oculis, perſpicuitatem intelligentiæ; In ſpiritu uero illius animæ motum, quo cogitationibus inceſſabiliter agitur ad quæcunq; facienda. In eleuatione ergo cordis & attonitis oculis, tumore etiam ſpiritus; ſuperbum ualde contra deum & inflatum nimium ſanctum Iob Eliphaz amicus eius exprobrat. Illis etenim ſermonibus offenſus fuerat, quos beatus Iob ad deum ſuperius narrauit; Si iudicatus fuero, ſcio quod iuſtus inueniar; & cõtra, iſto ſermone loquitur: Quid eſt homo ut immaculatus appareat? f ¶Oſtendam tibi audi me.) Expertam rem loquor; quam cognouiſſe & uidiſſe me noueris. g ¶Sapientes cõfitẽtur &c.) Ita uult eum diuerſis modis atq; exemplis, quaſi ad pœnitentiam coartare atq; cõſtringere, ut confiteatur plagam illam pœnarum quã ſuſtinebat ob merita ſuſtinere. Vel ita; nõ defendendo ſeipſos

a Nunqu[a]id cõſilium dei audiſti, & inferior te
b erit eius ſapientia? Qu[b]id noſti quod ignore=
mus? Quid intelligis quod neſciamus? Et
c ſen[c]es & antiqui ſunt in nobis multo uetu=
d ſtiores q̃ patres tui. Nunqu[d]id grande eſt, ut
cõſoletur te deus? Sed uerba tua praua hoc
e prohibent. Qu[e]id te eleuat cor tuum, & qua=
ſi magna cogitans; attonitos habes oculos?
Quid tumet cõtra deũ ſpiritus tuus; ut pro=
feras de ore tuo huiuſcemodi ſermones?
Quid eſt homo, & ut immaculatus ſit, ut iu=
ſtus appareat natus de muliere? Ecce inter
ſanctos eius, nemo immutabilis: & cœli nõ
ſunt mundi in conſpectu eius: quãto magis
abominabilis & inutilis homo q bibit qua=
f ſi aquam iniquitatem? Oſt[f]endam tibi audi
g me, quod uidi narrabo tibi. Sapi[g]entes confi=
h tentur, & non abſcondunt patres ſuos. Qu[h]i=
bus ſolis data eſt terra, & non tranſibit alie=
i nus per eos. C[i]unctis diebus ſuis impius ſu=
perbit, & numerus annorum incertus eſt ty=
k rannidis eius. Sonit[k]us terroris ſemper in au=
l ribus illius, & cum p[l]ax ſit, ille ſemper inſidi=
m as ſuſpicatur. Non cr[m]edit quod reuerti poſ=
n ſit de tenebris ad lucem; circunſp[n]ectans un=
diq;

G ſuosq; patres ſimiles ſui, uel quos imitando parẽtes habere cœperunt; peccata ſua ſiue parentũ non cooperiunt, nec abſcõdunt. Siue nõ cælãt patres ſuos, id eſt, ſeniores uel ſacerdotes ſuos quibus peccata ſalubre eſt cõfiteri. h ¶Quibus ſolis data eſt terra, & nõ tranſibit alienus per eos.) Frequẽter deus ꝓpter peccata tradit terram iniquorũ alijs gentibus. De cõuerſatiõis igitur introitu & ingreſſu Sophar ad Iob loquitur. In amaritudine ſua uadent & uenient ſuper eũ horribiles, id eſt, quaſi iracundia fellium cõmoti, & ueneno inuidiæ in amaritudinẽ furoremq; conuerſi; circa te, inquit, iugiter morabũtur. Siue moraliter, Sapientes illi in Chriſto ſunt, & in ſeculo ſtulti, qui ſatisfactione pœnitentiæ, peccata ſua uel errores hæreſeos cõuertendo ſe ad deum fideliter cõfitentur, & autores uel criminũ ſuorũ uel dogmatum manife=
H ſtant; ut terram corporis ſui ſoli poſſideant; id eſt, nõ ei uitia uel hoſtiles nequitiæ dominẽtur. Alienusq; per eũ nõ tranſeat, id eſt, diabolus in eũ non habeat poteſtatem. Qui uere alienus dicẽdus eſt, quia ſe à deo & angelorũ conſortio fecit alienum.
i ¶Cunctis diebus ſuis &c.) In perſonam quidem Iob hæc Eliphaz uidetur inuehere, quæ uſq; ad calcem ſermonis huius perduxit. Ego uero exiſtimo quod afflatus ſpiritu prophetiæ, cũcta hæc in quẽlibet impium, ſiue in ipſum diabolum uel eius ſocios dixerit. k ¶Sonitus terroris ſemper in &c.) Sicut Aegyptij paſſi ſunt. l ¶Et cum pax ſit; ille ſemper &c.) Perſeuerat impius in ſcelere ſemper de conſcientiæ malo; nouit enim ſecundum iuſtum iudicium dei, quæ impijs retributio ſit ſeparata.
m ¶Non credit.) Fruſtra errore deceptus, quod aliquo precio redimendus ſit. Hic impius in ꝓfundum peccatorum deueniẽs; uitam ſe poſſe cõſequi deſperauit. Et idcirco nõ credit quod reuerti poſſit ad pœnitentiæ lucem de tenebris peccatorum. Huius autem diffidentiæ cauſam; enarrat dicens.
n ¶Circunſpectans; uidelicet &c.) Id eſt hinc inde: ſiue præſtolãs mortem. Diximus diabolum in eſcã datum ſpirituum immundorum; quia eius malicia uiuũt; uultures uero homines peccatores & immũdi intel



A di intelliguntur. Cum ergo hi conuerſi fuerint, tũc inimicum deuorantem ſe, uerſa uice habebunt in eſcã, quia ipſe eſt draco qui datus eſt à deo in eſcã populis Aethiopum; qui quondam propter nigredinem peccatorum Aethiopes; nunc autem per fidẽ lux facti in domino.
Hunc impium ſiue draconem cõſumunt ac deuorant; dum omne corpus eius, qui ſunt utique peccatores, per fidem intromittunt in corpus, id eſt, in eccleſiam; ſecũdum hoc, quod dictum eſt petro; Surge occide & manduca. Hinc etiam Moyſes filios Iſraël uitulũ cõminutum bibere cõpulit, ut ſicut ab eo fuerant abſorpti in errore; ita illi in corpore populi dei relicto errore tanſirent.
a ¶Cum ſe mouerit ad quærendum panem; nouit quod paratus ſit &c.) Motus animorũ eſt inchoatio cogitationis. Cum ergo hic recordatus fuerit reus ſibi ſemper male cõſcius quemadmodum poſſit uiuere; nihil ei occurrit aliud quam tempus
B illud iudicij dei horribile, quo pœnas perpetuas irrogandas expaueſcit. b ¶Terrebit eum tribulatio.) Antequàm dies prædictus adueniat, malo formidinis cruciabitur; preſſuris quoq; & anguſtijs ſeptus undiq; coartabitur; ueluti rex profecturus ad prælium. Sub nomine regis, impium hominem ſiue diabolum ſignificari exiſtimo, qui contra deum bella quotidie blaſphemias contentionesq;, ſiue pugnas parat uitiorum. c ¶Tetendit enim aduerſus deum manum ſuam &c.) In elatione ſiue expanſione manus, reſiſtente deo demonſtrat, quenq; mentis etiam tumidæ contumacia robuſtum dicit.
d ¶Cucurrit aduerſus eum erecto collo.) Abruptam ac præcipitem ſuperbi indicat mentem; quia contra deum poſſeſſus inſanus in audacia reſiſtendo non lentis greſſibus proceſſit. e ¶Et pingui ceruice armatus.) Pinguedinem nominando ceruicis, ſuperabundantem, & quaſi nimium effluentem ſuperbiam indicauit. Quẽadmodum propheta ait; cum de eadem hominum ſuperbia loquitur dicens; Prodiuit quaſi ex adipe iniquitas eorum; hoc teſtimonium noua æditio apertius dicit. Proceſſerunt à pinguedine oculi eorum, id eſt, ſenſus ſiue cogitationes nimium ſuperborum, in blaſphemiam proruperunt. f ¶Operuit craſſitudo faciem eius.) Facies plerũq; ipſa mens animæ intelligitur, ut ait Apoſtolus; Nos aũt reuelata facie gloriam domini ſpeculamur: Hanc diabolus ſiue impius homo ſanctitate ſeu humilitate, ſerenam nõ habet ſiue perſpicuã, ſed craſſitudine opertam ſuper=

a diq; gladium. C[a]um ſe mouerit ad quæren=
dum panem; nouit quod paratus ſit in ma=
b nu eius tenebrarum dies. T[b]errebit eum tri=
bulatio, & anguſtia uallabit eum ſicut regẽ,
c qui præparatur ad prælium. T[c]endit enim
aduerſus deum manum ſuam, & contra o=
d mnipotentẽ roboratus eſt. Cuc[d]urrit aduer=
e ſus eum erecto collo; & ping[e]ui ceruice arma
f tus eſt. Op[f]eruit faciem eius craſſitudo, & de
g lat[g]eribus eius aruina dependet. Habitauit
h in ci[h]uitatibus deſolatis, & in domibus deſer=
i tis, quæ in tumulos ſunt redactæ. N[i]on dita
k bitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius; n[k]ec
l mittet in terram radicem ſuam. N[l]on re=
cedet de tenebris.
Ramos

C biæ, quę cæco corde fit & obtuſo. Alia æditio; Operuit faciem eius tanquàm in adipe ſuo; tanquàm diceret; ſuperbia uidelicet atra, autor omnium uitiorum; nõ tenui & perlucida humilitatis uirtute uelut precioſo amictu ſe ueſtiuit, ſed de ſeipſa fecit ei quodammodo deriſum & ueſtimentum obſcurũ, quo ſuperbiam craſſa cæcitate cordis obtunderet.
g ¶Et de lateribus eius &c.) Poſſunt latera eius, miniſtri ſiue ſodales intelligi; qui eius ſimiles extiterũt. Nõ abſurde etiam aures intelliguntur, quæ utiq; in audientia impinguantur, unde nimia ſurditas contumacibus generatur, ſecundum illud: Incraſſatum eſt cor populi huius. Alia æditio: Fecit catapulũ ſuper femora. Videtur mihi iſte uerſiculus ſenſum huiuſcemodi continere, quod in hoc impio increpetur, quia frenum diſciplinę; quo ad uirtutes retineri poterat, habere noluerit; ſed ad quãdam ſe potius diſſolutionẽ, depoſito animi rigore deiecerit, ut quaſi
D loro laxato ad uoluptatem & luxuriam deducere.
h ¶Habitauit in ciuitatibus deſolatis &c.) Habitationem ergo beſtiarum & auium immundarum, ſpiritus immundos dicit; qui habitãt in hominibus quos deus deſeruit. Hic enim habitat in hominibus derelictis à deo, & ob hoc ſepulchra facti ſunt mortuorum. Et ſi peccata in ſcripturis mortui aliquando dicuntur, neceſſario peccatores & impij tumuli ſunt mortuorum. Igitur in ciuitatibus, poteſt generale nomen eſſe omnium peccatorum. In domibus uero ſpeciale, uniuſcuiuſq; peccatoris & impij.
i ¶Non ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius.) Subſtantia hic non rerum diuitiæ intelligendæ ſunt, ſed peccata, de quibus ait ſanctus ſpiritus in Apocalypſi Ioannis. Cecidit, cecidit Babylon ciuitas magna, & facta eſt habitaculum dæmoniorũ, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi. Quod autem ait, non ditabitur, hoc dixiſſe mihi uidetur, non lõgum tempus erit, quo uita eius in diuitijs facinorum decraſſetur, cum etiam collecta uitiorum eius ſubſtantia, non erit permanſura. k ¶Nec mittet in terram radicem ſuam.) Id eſt, quia tãq; arbor euulſa ſit moriturus; ideo in terra uiuentium ſtabilitatem æternam ſiue eorum conſortium non habebit; eo quod hic prius ſpem uel radicem fidei non præmiſit; auram etiam ſalutis ut ſub umbra uiuat refrigerij non habebit. l ¶Non recedet de tenebris.) Alij dixerunt, nõ effugiet tenebras; id eſt, pœnas æternas ſubibit & tenebras nõ euadet. Non recedet autem de tenebris, intelligimus de tenebris infi=

*Apoc. 14. b*

a Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur
b c ſpiritu oris ſui ab eo. Non recedet fruſtra er
rore deceptus, quod aliquo precio redimen
d dus ſit. Anteq; dies eius impleantur, peri-
e bit, & manus eius areſcent. Lædetur quaſi
f uinea in primo flore botrus eius, & quaſi
g oliua proijciens florem ſuum. Congregatio
h enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit
tabernacula eorum, qui munera libenter ac-
i cipiunt. Concepit dolorem & peperit iniqui
tatem, & uterus eius præparat dolos.

Cap. XVI.

k RESpondens autē Iob, dixit: Audiui fre-
quenter talia. Conſolatores oneroſi o-
mnes uos eſtis: Nunquid habebunt finem
uerba uentoſa; aut aliquid tibi moleſtum eſt
ſi loquaris? Poteram & ego ſimilia ueſtri lo-
l qui. Atq; utinam eſſet anima ueſtra pro ani-
m ma mea. Conſolarer & ego uos ſermoni-
bus, & mouerem caput meū ſuper uos. Ro-
borarē uos ore meo, & mouerē labia mea,
n quaſi parcens uobis. Sed quid agam? Si lo-
cutus fuero, non quieſcet dolor meus, & ſi
tacuero, non recedet à me,

Nunc

E infidelitatis, Homo hic impius ad lumē pœnitētiæ uenire detrectat. a ¶Ramos arefaciet flamma.) In ramis, operum malorū fructus intelligamus, ſicut Salomon ait: Fructus impiorum peccata; hos uero uelut ligna, fœnum, ſtipulā gehēnæ ignis abſumet. b ¶Et auferetur ſpiritu oris ſui.) Quia ergo furore cōtra deū animus eius eſt quo etiam & blaſphemias in eū ſpirare nō deſinit: oris ſui, ait, iudicio cōdemnatur. Secundum antiquam ergo æditionē in ſtirpe ſiue frōde, originem uitæ impij ſignificari exiſtimo, quā ſpiritus dei ſentētia iudicij, ut incubans uentus percutit, ut uelut arbor arefactus impius illico moriatur, et ita omnis flos honoris eius & gloriæ defluat. c ¶Nō credat fruſtra errore &c.) Hoc igitur ait, putat fortaſſis diabolus & homo impius cordis duritia in impietate pſiſtens, F quod deus ei p ſuis meritis nō retribuat: dū deus nequaquā ei parcit, & ſi uerbis hoc potentibus atq; cōpoſitis ut obtineat deprecetur, cū iam ſecūdū dei iuſtū iudiciū, ſempiternis addictus ſit cruciatibus. d ¶Anteq; dies eius &c.) Tūc dies uniuſcuiuſq; impleri dicitur: cū bonorū hominū ac malorū retributio uenerit; Hic ergo homo ſiue diabolus ante perſpicuæ ſententiæ diem, quā eis dn̄s in iudicio daturus eſt; præſcijt in prædeſtinatione. e ¶Et manus eius areſcēt &c.) Nullum utiq; boni operis fructū in ſe habēs. f ¶Lætabitur quaſi uinea &c.) In botro nulli dubiū quod fructus operis, intelligatur prædictus. Igitur florē gaudij tēporalis, ad maturitatē fructus perpetui perducere nō ualebit; eo quod in ſpe ipſa mēdacis gloriæ, calido uēto ſuperbiæ diſſipabitur. Siue frigore charitatis dei uelut à pruina lædetur, ſicut eodē ſenſu in ſequētibus arbitror dictū. Et quaſi oliua proijciens florem ſuū. Oliua enī in ſcripturis diuinis & uinea, aliquando homo tātum ſignificatur; aliqn̄ populus ſeu bonus ſeu malus. Quod aūt dixit uaſtabitur ſiue euertetur, ita intelligendū, ſicut in Apocalypſi habetur.
Apoc.2.b Qui fecerit mādata dn̄i: nō lædetur à morte ſecūda. Vinea ergo & oliua, plebs Iudæorū poteſt intelligi. Hæc igitur uinea perdet, ſiue amittet fructū ſanctitatis atq; iuſticiæ; quia Chriſtū primū florē & optimum ſanctorū omniū in agro legis habere noluit.

Ipſe enim dicit: Ego flos campi. G Sed ut infidelis atq; incredula, ne illi fides Chriſti flagraret; proiecit eū à ſemetipſa, & dū proijcit extra uineā & à ſe excutit uelut florē, Cant.2.a ipſa à patriarcharū radice euulſa eſt, & Chriſto fructu noſtræ ſalutis excuſſa. g ¶Cōgregatio hypocritæ &c.) Raptorē & uiolentū ſimulatorem ſanctū Iob his ſermonibus denotat, & dicit quod & ei nō pderūt diuitiæ ex iniquitate collectæ; ita enim aduerſum Iob & in primo ſermone locutus eſt, ubi etiā leoni & leænæ leonūq; catulo & tigri comparauit. Sed deo magis credendū eſt qui eū laudās nō ſimulatorē effectū dixit; ſed innocentē & ſimplicē prædicauit. Quod aūt ait Eliphaz. h ¶Et ignis deuorauit &c.) In ſctm̄ Iob cadere non poteſt. Quia ipſe ut iam dixi ſecūdum dei teſtimoniū de ſe ipſo ita locutus eſt; Et ſi ī manibus meis adhæſit macula, cū de muneribus loquereť. Ignē uero nominādo, gehēnā puto ſignificauit; H qua tabernacula, id eſt corpora iniquorū ſunt cōſumenda. De hoc igne & Sophar in conſequētibus ait: Deuorabit eū, id eſt, impiū ignis qui nō ſuccēditur. i ¶Cōcepit dol. &c.) Dauid quoq; Pſal.7.d poſtmodū de huiuſmodi ita dixit; Ecce parturit iniuſticiā, cōcepit dolorē, peperit iniqtatē. Dolor ergo eſt iniuſticia & iniquitas. Hoc ergo impius peperit qđ cōceperat, & tamē uterus cordis eius; dolos præparare non deſinit. Quos tūc ædit; qn̄ opera in factū pcedūt. In cōceptu itaq; iniqua cogitatio intelligitur, ſicut in partu effectus malæ cogitationis agnoſcitur. Aduerſum Iob hæc uniuerſa Eliphaz locutus eſt, ſed iam ſuperius diximus qđ ſubminiſtratiōe pphetiæ per perſonā Iob diabolo uel quolibet homini impio dicta hæc uideri poſſunt, ſicut & alia quæ amici eius locuti ſunt.

Cap. XVI.

RESpondens &c.) l ¶Atq; utinā &c.) Si uos, inquit, hæc quæ ſuſtineo pateremini: non ita circa uos agerem ut uos erga me agere nō ceſſatis. m ¶Cōſolarer & e. &c.) Blādimēto utiq; ſermonū meorū uos potius cohortarer; mētes etiā ueſtras tribulationibus acerbis exaſperatas, ne in lapſum blaſphemiæ caderēt; leui ſermone & placido ſuſtinerē. n ¶Sed qd agā &c.) Id eſt, ſiue loquar iſta nūc uobis; ſiue etiā taceā, hoc ſolū me noſſe cōfiteor, quod inceſſabili



a Nunc aūt oppreſſit me dolor meus; & in ni
b hilum redacti ſunt omnes artus mei. Rugæ
meæ teſtimonium dicunt contra me, & ſu-
c ſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam,
contradicens mihi. Collegit furorem ſuum
d in me, & cōminās mihi infremuit cōtra me
e dentibus ſuis. Hoſtis meus terribilibus ocu-
f lis me intuitus eſt. Aperuerūt ſuper me ora
ſua; & exprobrantes percuſſerūt maxillam
g meam; ſatiati ſunt pœnis meis. Cōcluſit mē
deus apud iniquum; & manibus impiorū
h me tradidit. Ego ille quondam opulentus
repente cōtritus ſum. Tenuit ceruicem meā;
confregit me; & poſuit me ſibi quaſi in ſi-
i gnum. Circundedit me lanceis ſuis; conuul-
nerauit lumbos meos. Non pepercit, & effu
k dit in terra uiſcera mea. Conſcidit me uul-
nere ſuper uulnus; irruit in me quaſi gigas.
l Saccum conſui ſuper cutem meam; & ope-
m rui cinere carnem meam. Facies mea intu-
muit à fletu; & palpebræ meæ caligauerūt.

Hæc

A inceſſabili dolore diſcrucior. a ¶Nunc oppreſſit me dolor &c.) Hoc etiam de Chriſto intelligēdum eſt. b ¶Rugæ meæ &c.) Contractio cutis quam exiccante eadem ſanie patior, quodammodo manifeſtatione ſui dat aduerſum me teſtimoniū & quaſi loquitur, quantos dolores, ſiue cruciatus ſuſtineam. c ¶Et ſuſcitatur falſiloquus aduerſ. &c.) Hic aut ipſum Eliphaz falſiloquū dicit, quia exprobrat ſancto Iob, qđ hæc ob peccatorū merita ſuſtineret; aut diabolum qui eum dixerat peccatorem. Aliter; falſiloquus Iudas uel populus Iudæorum intelligendi ſunt q contra Chriſtum falſum dederunt teſtimonium. d ¶Et cōminans mihi infremuit &c.) Ore amicorum cōtra ſanctū Iob diſputantiū, diabolus minabatur; ſiue Iudæi infremuerunt contra ſaluatorem. Alia æditio, Sagittę piratarum ſuper me ceciderunt. B Piratæ iſti diaboli ſunt miniſtri, ſiue homines ſiue dæmones: qui tunc piratæ in ſcripturis uocātur: quando ſeculū iſtud mare appellatur. Sagittæ uero dolores uel cruciatus intelligendi, quos patiebatur ut ab eis transfoſſus blaſphemia moreretur. Et ita demum aurum atq; argentū ſapientiæ eius & ſcientiæ, ueſtes quoq; precioſas uirtutū ſpei atq; fidei in deum auferent ab eo, & grandi precio comparata monilia. e ¶Hoſtis meus &c.) In oculis terribilibus; animū ſauciantis in ſe deſcribit inuiſibilis inimici; qui ſiue per uiſiones nocturnas, ſiue per amicorum uultum terribilē, minas intenderet; ſicq; dum Iob amici eius ſancto, nephanda reſponderunt, nutibuſq; etiam cum irriſione deterrēt, de Chriſto intelligendum. f ¶Aperuerunt ſuper me &c.) Igitur in maxilla, generis eſt nobilitas, ſiue honor quidā manifeſtus. Et ſicut alij dixerunt, acriter eſt percuſſus in genis, intantum ut ab honore & nobilitate & diuitijs fieret alienus, qn̄ maxillā fidei ſuæ collidendā diabolo fortiter præbuit: quam ille perturbare cædēdo conatus eſt; quaſi quandam ianuam diuinæ cōfeſſionis effringens, ſiue cū falſum teſtimoniū cōtra Chriſtum dixerunt, ſiue illud, crucifige eū. g ¶Cōcluſit me &c. impiorū me tradidit.) Id eſt, diabolo & angelis eius. Siue de Chriſto intelligendum qn̄ traditus eſt in manibus Iudæorū. h ¶Ego ille quondam &c.) Id eſt, de diuite factus paup. Vel Chriſtus, de deo homo natus. i ¶Circundedit me lanceis ſuis &c.) C Lanceæ hoc loco nominatæ dolorū cōpunctiones quas Iob patiebatur ſignificanter intelliguntur; ſiue de Chriſto blaſphemiæ quas paſſus eſt à Iudæis intelligendæ ſunt. Iob uero nō ſolū deforis toto corpore cōputruerat; uerumetiā putoris ſanie liqueſcebat, ita ut ipſe Iob diceret; halitum meū exhorruit uxor mea. Iob.19.e Omīa circa lūbos eius putruerunt. Siue de Chriſto intelligendū, cōuulnerauit lumbos meos. Quia Iudæi uſq; ad hoc perſecuti ſunt apoſtolos, q quaſi de lumbis doctrinæ ſuæ nati fuerāt; ut eos uulnere infidelitatis Chriſtum negando ſauciarent. Dū Petrus dicit; neſcio hominem. Et tenuit ceruicem meā; ſiue ut alij dixerūt; tenens comā meā diuellit. Proinde nunc intelligamus quo furore diabolus ac uirtute iſtum uirum cōmouerit atq; concuſſerit ſiue confregerit, D ut etiā comā capillorum eius ſimul apprehēſam, ſit conatus euellere. Siue de Chriſto ita intelligendum, tēpore paſſionis ex ſuo permiſſu tenuit aduerſarius, & uſq; ad mortis dormitationem inclinauit; quē iam uerberibus & affixione clauorū confregerat, & ſignū ſalutis in cōtrariam partē poſuerūt. k ¶Cōſcidit me uulnere &c.) Dum languoribus meis atq; uulneribus adduntur plagæ innumerabiles, diuidor totus reſolutus atq; comminuor, ita ut nullum in me membrorū reſiduū ſit quod aliqua ſoliditate ſubſiſtat. De Chriſto etiā ſic intelligendum: Cū Iudas lætali apoſtaſiæ uulnere perēptus eſt, nō pepercit; in tāta nāq; ſæuitia debacchatus eſt, ut ſcelus quod mēte cōceperat, etiā ore publicaret: uel ſuper uulnera crucis clauorum uulnera addiderunt. l ¶Saccum cōſui ſuper &c.) Quod ſimiliter dictū, ad humiliationem regni eius pertinere mihi uideť. Cornu aūt, regnū in ſcripturis uocatur, iuxta illud: Exaltabit cornu Chriſti ſui. Chriſtus uero ipſam gentē de qua oriundus erat, ſaccū appellauit. Cinere uero operuit principes Iudæorum; cum ab eis regnū pro negationis ſacrilegio tranſtulit ad gentes. m ¶Facies mea &c.) Fletus ſiue lachrymæ, in homine de doloribus ſiue de triſticia generantur, ſed lachrymæ aliquando per genas cum ſilentio defluunt; fletus uero cum habeant lachrymas: nō ſine uoce & commotione corporis dantur: quem fletū Iob ſe habuiſſe teſtať: qui ei de ærumnis animæ

a Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus
meæ, cum haberem mundas ad deum pre-
b ces. Terrā ne operias ſanguinem meū, neq;
inueniat in te locum latendi clamor meus.
c Ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius
d meus in excelſis. Verboſi amici mei, ad deū
e ſtillat oculus meus. Atq; utinam ſic iudica-
f retur uir cum deo: quomodo iudicatur fi-
g lius hominis cū collega ſuo. Ecce enim bre-
ues anni tranſeunt, & ſemitā per quam non
reuertar, ambulo.

Cap. XVII.

h SPiritus meus attenuabitur: dies mei bre-
i uiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepul-
k chrum. Non peccaui, & in amaritudinibus
l moratur oculus meus. Libera me, & pone
me iuxta te: & cuiuſuis manus pugnet con-
m tra me. Cor eorum longe feciſti à diſcipli-
n na: propterea non exaltabuntur. Prædam
pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius defi-
cient. Poſuit me quaſi in prouerbium uul-
o gi, & exemplum ſum coram eis. Caligauit
ad indignationem oculus meus: & mem-
bra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.

Stupe

E

pœnarum quoq; cruciatibus naſcebatur. Item aliter. Prophetæ, facies dei intelligūtur eo quod ſciāt futura; qui cum perditionem impiorum contemplarentur in ſpiritu: gemitibus continuis eos fleuiſſe intelligamus. Oculi etiam caligauerunt Chriſti, dū martyres ſiue ſancti in tentationibus titubantes conturbati ſunt, ſed gratia dei liberati in lumine permanſerunt.

a ¶ Hæc paſſus ſū abſq; iniquitate manus &c.) Nullus ſanctorꝫ ita mundas atque immaculatas atque omni uel minima labe cogitationis preces ad deum habet, ut mediator dei & hominum homo Ieſus Chriſtus: qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quas utiq; preces atq; orationes ſecūdum hominem, quem aſſumpſit ad deum habere credendum eſt, cum ſecundum diuinitatem ſuā cū patre ipſe exaudiat. Siue

F

ſancti; qui pro nomine eius paſſi ſunt ſine iniquitate rebellionis uel criminis alicuius à perſecutoribus occiſi: quantum ad illos perſecutores, gratis morti traditi ſunt.

b ¶ Terra ne operias ſanguinem &c.) Totum hoc eſt quod dicit, ne innocentis & bene ſibi conſcij, meritum lateat: præſertim cum inſontem ſe mala tanta paſſum referat. Sanguinis uero nomine, uitæ iſtius præſentis ſtatum dicere uoluit. Hoc autē loco clamorem poſitum, ipſam ſanctitatem eius cōtra pœnas illius reclamantem: quæ iniquis merito inferuntur ad uindictam: iuſtis autem ad probationem. Aliquādo etiam in ſcripturis clamor affectus animi intentus ad deum oſtenditur, uel etiam clamor iniquitatis populi: qui expectabat̄ ut faceret uuas, & fecit ſpinas. Nec omnis iniquitas clamor dicitur, ſed illa quæ publice fit. c ¶ Ecce enim in cœlo teſtis meus.) Quia deus de eo teſtimonium perhibuit. d ¶ Verboſi amici mei.) Qui uerba non ad deum pertinentia loquitur, uerboſus uocatur: qui uero uerba dei loquitur, uerboſus nō poteſt iudicari. e ¶ Ad deum ſtillat oculus meus.) Cū lachrymis interpellat deum. f ¶ Atq; utinam ſic iudicaretur uir &c.) Hoc dicit: Vtinam mihi eſſet copia cum homine diſputandi, ut me innocentē probare poſſem. Deum autem meum nolo intrare mecum in iudiciū: qui & ſcrutans corda, & renes deus eſt: cuius iudicium falli omnino non poteſt: neque ipſe cōſueuit diſcuti à quoquam.

G

g ¶ Ecce enim breues &c.) Ita credebat, quod nec ad mortale corpus ſuum, nec ad tormenta corporis ſui eſſet iterū reuerſurus.

Caput XVII.

SPiritus meus attenuabit̄ & dies mei &c.) hoc dicit, quod in breuitate uitę ſuę, ſpiritus eius ſenſim attenuatus defecerit. i ¶ Et ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum.) Quia mors eſt finis omnium tormentorum. k ¶ Non peccaui, & in amaritudin. &c.) Verum eſt, quod deo placitus nō peccaui. Et licet poſſit hic locus ita intelligi, qđ in deo quidem non peccauerit, & tamē quaſi in ipſo peccauerit, pœnas blaſphemantium patiatur. Et forte quoniam à deo in pręſenti laudatur, nō peccauerat: ſed in pręteritis adoleſcentiæ temporibus peccaſſe non negat. l ¶ Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus &c.) Sub ſcuto igitur protectiōis dei; latere optat: quo munitus atq; defenſus, ſęuiētem hoſtem non timeat.

H

m ¶ Cor eorum longe feciſti à diſciplina: propterea non exaltabuntur.) Quia ad deum hæc loquitur Iob: de diabolo utiq; & ſatellitibus eius præceſſerunt peccata: quippe pro quibus pœnā obdurationis acceperunt. Cauſa igitur de quibus loquimur, quia elongati ſunt, ut non apprehenderent diſciplinam: quia exaltationē bonæ naturæ ſuæ debitam uoluntate propria perdiderunt. n ¶ Prædā pollicetur ſocijs, & oculis fil. &c.) Socij ſiue filij diaboli, idem ſunt miniſtri eius, ſed ſocij dicuntur propter contubernium conſpirationis aduerſus deū. Filij, propter imitationem ipſius diaboli. His igitur dæmonibus beatum Iob in prædam dandū, pater eorum & rebellionis caput diabolus promittebat; dum eum per tantos dolores ad blaſphemiam impellendum, & à deo ob hoc relinquendum eſſe credebat: ſiue quando eum omni gloria domus & filiorum ſpoliauit. o ¶ Caligauit ad indignationem oculus meus.) Iuxta illud euangelij: Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. *Matth. 6. c* Hunc igitur oculum Iob ſibi caligaſſe cōqueritur illa indignatione, qua ipſum ſanctitatis ſuæ merita cōſeruabant: eo quod bona conſcientia, pœnas pateretur indebitas.

Stupe



a
b Stupebunt iuſti ſuper hoc; & innocens con-
c tra hypocritam ſuſcitabitur. Et tenebit iu-
ſtus uiam ſuam, & mundis manibus addet
d fortitudinem. Igitur omnes uos conuertimi
ni, & uenite, & non inueniam in uobis ullū
e
f ſapientem. Dies mei tranſierunt: cogitatio-
nes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor me-
um. Noctem uerterunt in diem, & rurſum:
g poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, in-
fernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui
h lectulum meum. Putredini dixi pater meus
es, mater mea & ſoror mea uermibus. Vbi
i eſt ergo nūc præſtolatio mea, & patientiam
k meam quis conſiderat? In profundiſſimum
l infernum deſcendent omnia mea. Putáſne
ſaltem ibi erit requies mihi?

Caput XVIII.

m REſpondens autē Baldad Suites, dixit:
Vſq; ad quē finem uerba iactabis? In-
n tellige prius, & ſic loquamur. Quare reputa
ti ſumus ut iumenta, & ſorduimus corā te?
o Quid perdis animam meam in furore tuo?

Nūquid

A

a ¶ Stupebunt iuſti ſuper hoc.) Admirantes de iuſtis dei iudicijs, quomodo, iuſtus & ſine crimine pœnis affligatur. b ¶ Et innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.) Hypocrita eſt ipſe diabolus: qui cum ſit tenebrarum, id eſt, delicti inuentor; ipſe recedēdo à uero lumine eſt tenebroſus effectus. Quaſi lucifer poſuit in cœlo ſedem ſuā, & trāſfigurauit ſe in angelum lucis; aut certe unūquenq; amicorum ſuorū Iob hypocritam dixit; quia ſub uerbis conſolatorijs dolos ei doloſe loquebant̄. c ¶ Et tenebit iuſtus uiā ſuam, & mundis &c.) In quas ꝑfecto uirtutes ſe magis creſcere manifeſtat. d ¶ Igitur uos oēs cōuertimini & uenite: & non inu. &c.) Cōuertimini ait à prauitate ſententiæ, qua me condemnare ſummo ſtudio non deſiſtitis. Venite: ſermo inuitantis eſt, ad melioris uitæ profectū, quod eſt ò

B

uos hypocritæ, & nō ueri, nec fideles amici, ad agnitionem ueritatis accedite; quam uos habere minime noueritis.

e ¶ Dies mei &c.) Dies hi præteritæ felicitatis poſſunt intelligi, in quibus pollens uirtutibus uiuebat beatus deo. Hos igitur dies à ſe non ſine gemitu loquitur præteriſſe, quando multis miſerijs circūdatus eſt, & plaga intolerabili dolorꝫ patiebatur. f ¶ Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt &c.) Cum in unius iugiter contemplationis intentione poſitus eſſem, & cogitationes meas haberem ſemper intentas ad deum; plagæ huius ſuperuenientis mihi miſeriæ; eaſdem cogitationes meas à ſua unica ſoliditate in me uideo diſſipatas, & ob hoc excruciat̄ cor meum: eo quod earū dilaceratione torquet̄, uidens me mala ſimplicitati meæ incōuenientia ſuſtinere. g ¶ Si ſuſtinuero, infernus domus &c.) Pœnis corporis cogitationumq; ſtimulis, ſicut ait: indeſinenti tempore agebatur, & idcirco pœnas inferorū, iam ſe pati clamabat. Aut forte ſeparatio illa qua ab hominibus factus eſt alienus extra ciuitatem, ſedēs in ſterquilinio, tenebræ dictæ ſunt: quia lucē humani ſolatij nō haberēt. h ¶ Putredini dixi, pater meus es: mater mea & ſoror mea uermibus.) Tam lōgo, inquit, tempore cōputreſco: ut ipſam putredinē, & uermes naſcentes in eius ſanie, parentes appellē: ac per hoc quemadmodū quiſpiā mortaliū ſine parentibus nō poteſt exiſtere: ita & ego factus ſum: quaſi ſine putredine & uermibus eſſe nō poſſem.

C

Qui ita in carne mea uelut in natura ſua ſunt: tanq; ſi ex eis ipſe ſubſiſterem. Cū illi in me de carnis meæ ſanie potius generentur, nō ego ex illis. Vbi magis mortalitatem per peccatū factā ſignificauit: cui ineſt corruptio, & corruptiōi putredo. Patrem uero appellauit ipſum ortum humani generis in Adam: qui corruptiōe factus eſt putreſcibilis. Matrem uero naturā humanā dixit corruptione uitiatā. Sororem uero omnē poſteritatē Adæ dixit: quæ de corruptiōe mortalitatis, uelut de ſanie putredinis naſcitur, quod & Baldad dixit: Homo putredo, & filius hominis uermis.

i ¶ Vbi eſt ergo nūc pręſtolatio mea: & patientiā meam quis conſiderat?) Quod ait, & patientiam meā quis cōſiderat: aperte fortem ſe in illis cruciatibus manifeſtat: pro quibus quaſi querit̄, quod ad retributionem tanti laboris ſui, non potuerit

D

peruenire. k ¶ In profundiſſimum infernū deſcendent omnia mea.) Alij dixerunt, omnia bona mea. Bona ſua dicit ad inferos deſcenſura, quod eſt anima mea: uel ipſe pro illis ſum deſcenſurus. Vere nō credimus de iuſticia, quod tantus ac talis uir pro ſanctis operibus ſuis fruſtrari potuerit. Quod autem ait: l ¶ Putáſne ſaltem ibi erit requies mihi?) Iſtud eſt: ſi in hac uita pœnas patior infernorū, putáſne in locis pœnarum erit aliqua requies mihi? Hoc aūt grauatus miſerijs loquitur potius quàm uictus diffidentia: quia alijs locis ait ad dominum: Scio quia in inferno protegas me: donec pertranſeat furor tuus.

Caput XVIII.

REſpondens autem Baldad Suites dixit: Vſq; ad quem &c.) Id eſt, quis finis erit huius uerboſitatis, quaſi non ſit ſyncerus: uel ſolus Iob à Baldad uerboſus arguit̄, uel quaſi ſpiritu neſcio quo, inſtigatus loqui non deſinat. n ¶ Quare reputati ſumus ut iumenta, & ſorduimus coram te?) Hoc dicit quod tanquàm bruta animantia eos ſanctus Iob deſpexerit, & uiliſſimos & indigniſſimos colloquio exiſtimauerit, & ita iracundia poſſeſſos, ut phreneſim pati uiderentur. o ¶ Quid perdis animam meam in furore tuo.) Loquendo contra diuinam iuſticiam, furoris amentia concitatus: animæ tuæ neceſſe eſt inferas mortem.

Nunquid

a Nunquid propter te derelinquetur terra:&
transferentur rupes de loco ſuo? Nonne
b lux impij extinguetur:nec ſplendebit flam-
c ma ignis eius? Lux obtenebreſcet in taber-
naculo illius, & lucerna quæ ſuper eum eſt,
d extinguetur. Artabuntur greſſus uirtutis
eius: & præcipitabit eum conſilium ſuum.
e Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in macu
f lis eius ambulat. Tenebitur planta illius la-
g queo,& exardeſcit cōtra eum ſitis. Abſcon-
dita eſt in terra pedica eius,& decipula illius
h ſuper ſemitam. Vndiq; terrebunt eum for-
i midines, & inuoluent pedes eius. Attenue-
tur fame robur eius, & inedia inuadat co-
k ſtas illius. Deuoret pulchritudinem cutis
eius,& conſumat brachia illius primogeni-
l ta mors. Auellatur de tabernaculo ſuo fidu-
cia eius:& calcet ſuper eum quaſi rex interi-
m tus. Habitent in tabernaculo illius ſocij eius
n qui non eſt, aſpergatur in tabernaculo eius
o ſulphur. Deorſum radices eius ſiccentur: ſur
p ſum autem atteratur meſſis eius. Memoria
illius pereat de terra,
& non

E a ¶Nunquid propter te derelinquetur terra &c.) Tanq; ſi diceret: nunc propter te mundus ad rectorem ſuum non pertinebit, ut ſi quos peccatores inuenerit ſicut & teipſum, nō puniat. Terræ uero & rupium nomine, metaphoricōs uniuerſa multitudo populorum, & excelſi quiq; mundi & ſuperbi, ac potētes poſſunt intelligi. Poſſunt rupes & animæ hominum, ut terra, caro humana ītelligi. Sed & angeli propter celſitudinem naturæ ſuæ, eminētemq; honorē: rupes dici poſſunt. b ¶Nōne lux impij extin. &c.) Luce felicitatem præſentem quā ſanctus Iob glorioſus agebat, ſignificauit, ſicut & Salomon ait: Prou.22.c Lumen uero impiorum extinguetur. Hāc igitur extinctam dixit: quando Iob deſtitutus eſt omni fœlicitate præſenti. Qđ autem ait: nec ſplendebit flamma ignis eius, id eſt, non rediet ad priſtinā felicitatem. c ¶Lux obtenebreſcet F in tabernaculo illius &c.) Non ſolum, inquit, præſentem felicitatem amittit: ſed etiā lux recordationis dei, quæ erat in tabernaculo cordis eius obtenebrabitur, ut ei deus ſcilicet in memoriam nō aſcendat, & pro merito lucerna protectionis diuinæ, quæ ſuper eū fuerat extinguetur. d ¶Artabuntur greſſus uirtutis eius, & præcipitabit eum &c.) Vt ſuperbus cōfidens in uirtute ſua, qua recte incedere arbitratur, concludetur tribulationum anguſtijs & preſſuris, ut inde omnino exire non poſſit. e ¶Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat.) Retis nomine atq; macularum eius: ineuitabile malum ſignificatur: quod uolens quiſq; exuere, ipſo conamine impeditur, atq; implicatur ut corruat. f ¶Tenebitur planta illius laqueo &c.) Laqueus hic ipſe diabolus non abſurde ſentitur, qui ad ſupplantandum calcaneum, peccatores obſeruat, & ipſe nihilominus ſitis nomine appellatur: eo quod uelut in aliquo bono æſtuans ſitiat hominis mortem. g ¶Abſcondita eſt in terra pedica eius: & decipula illius ſuper ſemitam.) Latet illū quibus inſidijs perditus ſit: ſiue in ſemetipſo pedicam, qua præpedit pedes ſuos, habet abſconditam: id eſt, obligationem peccati: & in ſæuitia conuerſationis ſuæ, qua ſe recte putat incedere, erroris iſtius latet decipula. h ¶Vndiq; terrebunt eū formidines.) Siue G dolores. Superbus ſcilicet terrore uenturæ calamitatis ſemper terrebitur. Poſſunt etiam formidines, hoc loco nō affectiones cordis intelligi: ſed ipſi potius miniſtri diaboli. Hi igitur multis modis terrere ſanctum Iob ut eis cederet inſtiterūt. i ¶Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius.) Poteſt fames & ipſe diabolus intelligi: qui huiuſmodi famem patitur, qua nunq; de necibus hominum ſaturet̃. Siue & ipſe famem patit̃: quia uerbum quod procedit de ore dei accipere non meretur. Et idcirco ſub nomine coſtarū, thoracis monimenta ſignificantur: quibus ſe uelut quadam obduratione cōſtruxit, ut cum cibus diuini eloquij nō adeat. Siue etiam impiorum plagam deſcribit. k ¶Deuoret pulchritudinē cutis eius, & cōſumat brachia illius primogenita mors.) Pulchritudinē cutis, id eſt, ornamenta uirtutum, & brachia, fortitudinem H regni eius, confecit diabolus: qui ideo primogenita mors appellatus eſt: quia ꝑ ipſum primū intrauit mors in orbem terrarum, & ipſe eſt ſuæ mortis inuentor. l ¶Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus.) Hunc igitur interitum diabolum eſſe dixit: qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſed ſuper ſanctum Iob, ut eum proſterneret, calcare non potuit. m ¶Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt.) Socij ſodales, ſiue filij, ut ſupra dictum eſt, miniſtri diaboli ſunt: qui hoc loco nō eſſe dicitur, & cū ſit naturæ ſuæ proprietate ſubſiſtens: tamen non eſt, ut dixi: quia præuaricatione factus eſt alienus à deo. n ¶Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.) Vt fumum hic ſentiat gehennarum. o ¶Deorſum radices eius ſiccentur, ſurſum autem atteratur meſſis eius.) Meſſis, opera poſſunt intelligi, quæ foras atq; in publicū ex interioribus erumpentia, de fidei radice cōſurgunt. Aliter: Deorſum radices eius ſiccentur, id eſt, opera, quæ in hoc ſeculo perpetrauit, inueniantur mortua, mortuiſq; ariditate ſimilia. Surſum aūt atteratur meſſis eius; in futuro utiq; mercedem laboris ſuis minime cōſequatur. p ¶Memoria illius pereat de terra.) Id eſt, nihil memoria ſua dignum operetur: uel etiā memoria eius pereat de terra uiuentium.

Non



a & non celebretur nomen eius in plateis. Ex-
b pellet eum de luce in tenebras, & de urbe
c transferet eum. Non erit ſemen eius, neq;
d progenies in populo ſuo: nec ullæ reliquiæ
e in regionibus eius. In die eius ſtupebunt no
f uiſſimi:& primos inuadet horror. Hæc ſunt
g ergo tabernacula iniq, & iſte locus eius qui
ignorat deum. Cap. XIX.
h RESpondens autem Iob dixit: Vſq;quo
affligitis animam meam,& atteritis me
i ſermonibus? En decies confunditis me, &
k non erubeſcitis, opprimentes me. Nempe
& ſi ignoraui: mecum erit ignorantia mea.
At uos contra me erigimini, & arguitis me
l opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite:
quia deus non æquo iudicio afflixerit me,
& flagellis ſuis me cinxerit. Ecce clamabo,
uim patiens, & nemo audiet. Vociferabor,
m & non eſt qui iudicet. Semitam meam circū
n ſepſit,& tranſire nō poſſum,& in calle meo
o tenebras poſuit. Spoliauit me gloria mea,&
p abſtulit coronam de capite meo. Deſtruxit
me undiq;,& pereo, & quaſi euulſæ arbori
q abſtulit ſpem meam. Iratus eſt contra me fu
ror eius: & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuū.
r Simul uenerunt latrones eius & fecerunt ſi-
s bi uiam per me:& obſederunt in gyro taber
naculum meum. Fratres meos longe fecit à
me,& noti mei quaſi alieni receſſerunt à me.
Dereli

A a ¶Non celebretur nomen eius in plateis.) In platea ſedebant reges, inter quos optat eum famam iuſticiæ non mereri. Plateæ uirtutes intelliguntur: in quibus ſapientia fiducialiter agit, & circūit ciuitatem dei Hieruſalem: in qua ſacramētis diuinis atq; myſterijs latū eſt ſcripturarum mandatum. Vehementer igitur in his plateis ludent ſenes & anus & infantes. b ¶Expellet eū de luce in tenebr.) De hac utiq; luce temporaria mittetur in æternas tenebras inferorum: ſiue etiam de parte ſortis ſanctorum retrudendus in tenebras tormentorum. c ¶Nō erit ſemen eius, neq; progenies in pop.) Hoc dicit, quod poſteritatem indignam memoria gentis ſuæ, uel patriæ derelinquat, ſecundum illud pſalmiſtæ: Generatio rectorū benedicetur. Talem igitur generationem in populo ſuo noluit ꝓcreare, unde in hac gente ſpirituali gloriaret̃ & patria. B d ¶Nec ullæ reliquiæ in generationibus eius.) Manifeſtū eſt, qđ ſancto Iob nihil remanſerit. Spiritualiter autē ſic intelligendum: nullas reliquias generationis ſuæ habebit impius in futuro. e ¶In die eius &c.) Id eſt, in tempore damnationis eius f ¶Et primos inuadet horror.) Id eſt, infimi & proceres terrebūtur: quod eſt, reges potentes & magni. Siue nouiſſimi & primi, homines, & angeli, ſancti quoq; & peccatores nō abſurde intelliguntur. g ¶Hæc ſunt ergo tabernac. &c.) Enarrantis maledictionis ſententiam uidetur dare, & dicit: ubi huiuſmodi ſuperbus ſcilicet, impiuſq; habitaturus ſit, ſed Iob iniquus non eſt, quem rectum & innocentem deus appellat. Cap. XIX.

RESpondens aūt Iob dixit: Vſq;quo affli. &c.) Manifeſtum eſt: quia reſponſionibus amicorum ſuorū attritus ſit, & afflictus ſiue fatigatus ſit, & deſtructus. i ¶En decies confunditis me &c.) Dies decem, pro toto tēpore nominauit. Sed quomodo in breui numero, in Apocalypſi maior numerus temporis intelligitur, ita & in hac eadē ſumma numeri minus ſignificatur, ut hoc ſolido nume- C ro & perfecto manente pro diuerſitate locorum in ſcripturis diuinis, nunc maiorem numerum, nunc minorem ſignificari nouerimus. k ¶Nempe & ſi ignor. &c.) Putatis me, inquit, ignorare deum, ſicut & dicitis: Nunqd amicos decet inſultare oppreſſis: à quibus magis tribulantes ſolatia præſtolantur? Nō eſt hoc opus amicorum fidelium, ſed eſt potius ſubſannatio irridentium. l ¶Saltē nūc intelligite &c.) Ille dicebat ſe iniq ſuſtinere moleſtias tormentorū: illi uero utpote iniquū pati ſuo merito loquebant̃. Et putāt qđ in hoc articulo iſtius ſenſus errauerit, & ideo poſtmodū dicat ad deū: Inſipienter locutus ſum, & quæ ultra modum excederent ſcientiam meā. m ¶Semitam meam circūſepſit &c.) Qua rectus utiq;, atq; illibatus proficiſcebar ad gloriā meritorum meoꝝ. Hanc igitur ignominiā paſſionis huius circūſepſit atq; interclusit, D ut ad illā gloriā peruenire nō poſſim. n ¶Et in calle mea &c.) Id eſt, in tramite, hoc eſt caſtigatæ uiæ meæ, qua uelut per arctum & anguſtū certa ſpe ad iuſtū retributorē pergebā: tenebras in eo miſeriæ huius & calamitatis inueni. o ¶Spoliauit &c.) Gloria me regni priuauit: fidei quoq; fiduciā abſtulit: quā de ipſo apice mētis meæ, qui eſt naturæ rationalis caput: uelut honoris coronā detraxit. p ¶Deſtruxit &c.) Domo, regno, familia, filijs, amicis, ſanitate corporis mei deſtitutus ſum: ita his oībus ablatis, perire me uideo: cuius etiā ſpes uitæ meæ uelut effoſſa arbor ablata eſt. q ¶Iratus eſt &c.) Furor dei hoc loco pōt diabolus ipſe intelligi, q beatū Iob diuerſis modis, id eſt blaſphemijs, & carnis eius cruciatibus inſectabat̃. r ¶Simul ue. &c.) Furor dei diabolus eſt: latrones uero miniſtri eius ſunt, hoc eſt qđ ait: & fecerūt ſibi uiā per me: qn̄ eū, uel facultatibus mūdi, uel ſanitate corporis ſpoliauerūt. Vnde pulchre dictū eſt. s ¶Et obſed. in gyro &c.) Id eſt, foris inſidiati ſunt. Siue circūdederunt in gyro tabernaculū eius, hoc eſt, in corpore eius tormenta poſuerunt. Animam uero inclinare ad peccatū nō potuerunt.

Halitū

Dereliquerũt me propinqui mei, & qui me
nouerant obliti ſunt mei. Inquilini domus
meæ,& ancillæ meæ ſicut alienũ habuerunt
me:& quaſi peregrinus fui in oculis eorum.
Seruum meum uocaui,& nõ reſpondit,ore
a proprio deprecabar illum. Halitum meum
b exhorruit uxor mea: & orabam filios uteri
c mei. Stulti quocꝫ deſpiciebãt me, & cum ab
eis receſſiſſem,detrahebant mihi. Abomina
ti ſunt me quondam conſiliarij mei, & quẽ
d maxime diligebam auerſatus eſt me. Pelli
meæ cõſumptis carnalibus adhæſit os meũ,
e derelicta ſunt tantummodo labia circa den-
f tes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei,
ſaltem uos amici mei: quia manus domini
g tetigit me. Quare perſequimini me ſicut de-
h us,& carnibus meis ſaturamini? Quis mihi
tribuat,ut ſcribãtur ſermones mei? Quis mi
hi det, ut exarentur in libro ſtilo ferreo, &
plumbi lamina,uel celti ſculpantur in ſilice?
i Scio enim quod redemptor meus uiuit: &
in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.
Et rurſum circũdabor pelle mea,& in carne
k mea uidebo deum. Quem uiſurus ſum ego
l ipſe,& oculi mei cõſpecturi ſunt,& nõ alius.
m Repoſita eſt hęc ſpes mea in ſinu meo. Quia
re ergo nũc dicitis: perſequamur eum, & ra-
n dicem uerbi inueniamus contra eum? Fugi-
o te ergo à facie gladij: quoniã ultor iniquita-
p tum gladius eſt: & ſcitote eſſe iudicium.

Caput

E a ¶Halitum meum exhorruit &c.) Ita totus intrinſecus putrui, inquit, ut halitus fœtorem nec uxor mea ſuſtinere potuerit: ubi potuit fieri, quod apoſtema habuerit in uiſceribus, quod totum uentris eius ſinum tenuerit, & inde loquendo odorem fœtidum de purulentia profundi uulneris expuerit. b ¶Et orabã filios &c.) In ſcripturis diuinis, filij appellãtur etiam pronepotes & illi qui longiore ſerie nati ſunt. Proinde quando filios uteri ſui dixit, in ſe quaſi ad fontem & ad originem poſteritatis ſuæ reſpexit, unde ei cogitationũ familiæ uelut riuuli manauerũt. Potuit & illos uteri ſui filios dicere, quos doctrina ſapientiæ ſuæ, tancꝫ ſemine de utero cordis ſui formauerat, habens in ſe per gratiam dei formam gratiæ, & diſciplinam naturalis legis in ueritate. c ¶Et cũ ab eis &c.) Hoc forte uult intelligi ſe in F eorum obliuionem ueniſſe & ab eorum affectibus & cordibus receſſiſſe. d ¶Pelli meæ &c.) Ad tantã ariditatẽ caro eius deuenerat, ut nihil in eo humoris remanſerit, & ob hoc adglutinata quodammodo fuerit pellis eius oſſibus ſuis, hanc infirmitatẽ maraſmon dicunt medici. e ¶Et derelicta ſunt tãtummodo labia &c.) Ad hoc enim diabolus cõſumptis carnibus ſancti Iob, labia eius integra dereliquit, ut haberet poſitus in tormẽtis, quibus poſſet facile blaſphemare, quaſi cordis blaſphemia non ſit, pro qua ipſe Iob ſicut pro cæteris peccatis holocauſta deo pro filijs ſuis die ſeptimo offerebat, ſed ideo diabolus linguam reſeruauit, ut intelligere poſſet, ſi Iob ob cordis ſimplicitatem, blaſphemiam proferret in labijs. f ¶Miſeremini &c. quia manus domini tetigit me.) Manum ergo domini appellauit ipſam plagam quã patiebatur, quæ facta eſt domini poteſtate. Tetigit, pro afflixit intelligendum eſt. g ¶Quare perſequimini me ſicut deus &c.) Fecit deus circa me in iudicio cui ſoli licet omnia in opere ſuo: uos quare præſumitis ſicut deus, ut affligatis innoxium: quod ipſi tantum pro diſpenſatione ſua competit: aut quaſi diſpẽſatione G ueſtra indigeat deus? h ¶Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det &c.) Quoniam à nullo homine potuit inuenire ſolatium, cõuertit ſe ad deum & reſurrectionem futuram prophetat in ſpiritu ubi pro his malis præmium ſit recepturus, & hæc duris inſculpta lapidibus optat inſcribi, ut ſermones prophetię in ætates ſeculoꝝ prolixiores permaneãt. i ¶Scio enim quod redemptor meus uiuit, & in &c.) Hoc igit̃ clypeo eccleſia quæ incarnationem unigeniti dei uerã confitetur, & reſurrectionem mortuorum ueriſſime credit futurã, ſe munit, & protegit, & inimicos ſuos conuincit, atcꝫ debellat. Vbi ſunt illi, q dicunt nos in reſurrectione alia corpora habituros: audiant iſtum uirũ, ore dei laudatũ, dicentẽ. k ¶Quem uiſurus &c.) Ego ipſe Iob, qui in ſtercore iaceo, & totus uulnerum ſanie computreſco: H ego inquam Iob, iam corruptus, atcꝫ uulneribus diſſolutus, in hac carne mortali, ĩcorrupta reſurrectione futura glorificatus uidebo deũ: & ut exprimeret ipſius ſui corporis inſtaurationem: idcirco ait: l ¶Et oculi mei cõſpecturi ſunt &c. Repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo.) Cõſummata ſunt omnia in ſinu meo. m ¶Quare ergo nũc dicitis: perſequamur eũ?) Vt quid nunc agitis, ita ut me tancꝫ uanum, nihilcꝫ credentem uelut deum non timeam: ſiue quia religione diuina ſim alienus perſequi uelitis, aculeatis me ueſtris perfodiendo ſermonibus. n ¶Et radicem uerbi inueniamus contra eum.) Videtis ergo, quia mecum non ut ueri amici fideliter agitis, ſed ut doloſi de meis ſermonibus mihi laqueos concinnatis. Quandoquidem de ipſis uerbis meis occaſionem, uelut quandam radicem reprehenſionis inuenire cupitis. o ¶Fugite ergo à facie &c.) Hoc dicit: ſi receſſeritis ab impreſſione mea gladium iuſtæ ſentẽtiæ poteritis euadere. Gladius eſt enim lingua regis, & non carnalis, ut Salomon dicit. p ¶Et ſcitote eſſe iudicium.) Quo iudicio iuſti iudicis dei, potero de ſubſannatoribus iudicari.

Caput



## Caput XX.

a Reſpondens autem Sophar Naamathi-
tes, dixit: Idcirco cogitationes meæ ua-
riæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapit̃.
b Doctrinam qua me arguis audiam,& ſpiri-
c tus intelligentiæ meæ reſpõdebit mihi. Hoc
ſcio à principio: ex quo poſitus eſt homo ſu
per terram: quod laus impiorum breuis ſit:
& gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si
d aſcẽderit uſcꝫ ad cœlũ ſuperbia eius: & ca-
e put eius nubes tetigerit: quaſi ſterquilinium
in fine perdetur,& qui eum uiderant, dicẽt:
f ubi eſt? Velut ſomnium auolans non inue-
g nietur: tranſiet ſicut uiſio nocturna. Oculus
qui eum uiderat,non uidebit: necꝫ ultra in-
h tuebitur eum locus ſuus. Filij eius atterentur
i egeſtate,& manus illius reddent ei dolorem
k ſuum. Oſſa eius implebuntur uitijs adole-
l ſcentiæ eius: & cum eo in puluere dormiẽt.
m Cum enim dulce fuerit in ore eius malum:
n abſcondet illud ſub lingua ſua. Parcet illi,&
o non derelinquet illud, & cælabit in gutture
p ſuo. Panis eius in utero illius uertetur in fel
q aſpidum intrinſecus. Diuitias quas deuora-
uit euomet, & de uentre illius extrahet eas
deus. Caput aſpidum ſuget, & occidet eum
r lingua uiperæ. Non uideat riuulos flumi-
nis torrentis mellis & butyri.

Luet

A Caput XX.

Reſpondens autẽ Sophar Naamathites, dixit: Idcirco &c.) Ideo, inquit, æſtuo & cogitatiõe conturbor: quia dicis te hæc mala ſine cauſa à deo iudice ſuſtinere, cum de deo nihil ſiniſtrum debeat ſuſpicari. b ¶Doctrinam qua &c.) Audiam quidẽ te increpantẽ ac redarguentẽ me: quia forte in doloribus poſitum obiurgare nõ debeã: mihi de deo, qđ eſt iuſtiſſimũ reſpondere cõuenit: quia nõ poſſes ab eo ita puniri, niſi eſſes malorũ cõſcius, & multorũ criminũ reus. c ¶Hoc ſcio: à principio quo &c.) Iã nunc cœpit in ſanctũ Iob maledictis inuehi: quẽ & impium aperte aſſerit, & hypocritam: eo quod ſimulauerit ſe iuſtũ, & nũc in deũ rebellis extiterit. d ¶Si aſcẽderit &c.) Manifeſta & certa hyperbole: hominẽ elatũ nimis, & tumidũ dicit. e ¶Quaſi B ſterquiliniũ in fine &c.) Cui ſterquilinio aſſimulatus es per omnia, & ipſe te nunc cõſpicis putrefactum. Et qui quondã uiderãt te regnantẽ in gloria: nunc inquiunt inſultanti uoce: Vbi eſt ille ſapientiſſimus hominum, & potẽtiſſimus regum? f ¶Velut ſomniũ &c.) Manifeſtum eſt ſicut ait: Defecit uelut ſomniũ ſurgẽtis. g ¶Oculus q &c. non uidebit &c.) Id eſt, honor impij nõ poterit reparari. h ¶Filij eius atterent̃ &c.) Siue ergo carnales filij eius, ſiue opera quæ aliqñ filioꝝ nomine appellant̃: ſiue illi qui eũ tancꝫ patrẽ fuerint imitati: per dei ſententiã ad nihilũ redigentur: quod iam in filijs tuis, carnalibus operibus quocꝫ tuis ex parte uides eſſe completũ. i ¶Et manus illius &c.) Hoc enim operatus eſt unde malũ uindictæ, operãte dei iuſticia recipere mereret̃. k ¶Oſſa eius &c.) Hoc ait, quod à iuuentute ſua, ex qua grauiora peccata cõmittere cœperit: in eiſdẽ peccatis ſuis uſcꝫ in ſenectam permãſerit: pro quibus nuncꝫ uoluerit pœnitere. Et idcirco ſequitur: l ¶Et cum eo &c.) Id eſt, poſt mortem uitiorũ quæ eſt in anima: ſiue uſcꝫ ad mortẽ, quę fit per reſolutionẽ corporis huius. Oſſa ergo hoc loco ipſam ſenectutem nõ eſt abſurdum intellexiſſe: quibus ueternoſitas annorũ, & duricies C ſenij iam præmatura ſignificet̃. Siue oſſa eius implebuntur uitijs adoleſcentiæ, &c. Si quæ igitur uirtutes ſunt animi in impio homine naturales, ab adoleſcẽtia eius uitijs inoleſcũt & reſoluunt̃, ac defluũt, ut nihil in eis ſolidũ & forte maneat: quia iam eiſdẽ uitijs tanquã carnalibus fluidis uidelicet rebus operiuntur, & obtegũtur: ubi magis deberẽt uirtutes, uelut oſſa ſolida, & firmiſſima, tancꝫ carnes fluidas & ſoluta uitia reſtringere, cõtinere, & regere: & ideo in carnis eius puluere dormiãt: quia repugnãtibus uitijs atcꝫ uincẽtibus, rigorẽ bonę ſuæ naturæ amittẽt. m ¶Cũ enim dulce fue. &c.) Dulcia mala ſunt impio: blaſphemia & cætera oris peccata. Abſcondet ſub lingua ſua, dicẽs: ubi eſt ei labor & dolor, & defendet atcꝫ cęlabit, ut ait ſcriptura: Qui contegit iniqtatẽ ſuã, nõ proſperabit̃. n ¶Parcet illi & nõ derelinquet illud.) Id eſt, palpat, fouet, & nutrit malũ D ſuũ, & delectãs ſe in illo, nũcꝫ pœnitet ut ab eo diſcedat. o ¶Et cælabit eũ &c.) Illud dicere mihi uidet̃, quod ſemꝑ ſit ad blaſphemãdum paratus, & nõ prius ſaltẽ ꝑ aliquã morã cogitat quid dicturus eſt: quia iã paratã habet blaſphemiã quã cum maledictiõe cordis effundat. p ¶Panis eius in utero illius &c.) Panis, ſcilicet tota uita huiuſmodi hominis, eſt delectatio peccatorũ, dulcedo illecebrarũ, & ſuauitas quæ amara illi & mortifera poſtmodũ erit. Quod aũt dixit in uẽtre eius, hoc ait, quod etiã in corde ſuo pro iniquitatibus ſuis, amaros dolores, acerbos & nimios cõſcientia torquẽte patiat̃. q ¶Diuitias quas deuorauit euomet: & de &c.) Quod inique & uiolenter rapuit & inuaſit: merito ei deus pœnas illatis criminibus eius reddidit, & ita extorquebit̃ ab iniquo quod iniuſte abſtulerat. Angelus uero ille qui centum octoginta quincꝫ mi *Eſa.37.g* lia occidit, uidet̃ bonus angelus fuiſſe: quia angeli meſſores ſunt, zizania ignibus æternis exurenda. r ¶Non uideat riuulos &c.) Amœnitatẽ ſiue delicias paradiſi, affluentiã quocꝫ eius his nominibus ſignificari nouerimus: & reges hi qui nõ aduerſarij erant ueritati, qđ ipſi ſint illi impetus fluminis, qui

VV lætifi

E lætificant ciuitatem nõ abſurde intelligitur, manantes ſcilicet de fonte, ſiue de flumine ſcripturarũ: ſiue eoſdẽ apoſtolos hos impetus recte ſentimus, exeuntes de fonte euangelij ad irrigandas terras ſteriles populorum: quos etiã torrentes propter uelociter effuſam ſuper omnes doctrinam eorũ intelligere debemus: quæ doctrina diuina, melli propter eloquiorũ dei dulcedinẽ & butyro propter ſimplicẽ & innocentem eundẽ cibum doctrinæ ueriſſime comparatur, qui etiã in pſalmo hãc dulcedinem impium nõ dicit habiturum. a ¶ Luet quæ fecit omnia: nec tñ cõſumetur.) Illud eſt, quia gehenna quædã ꝑpetua incorruptio, & æterna perſeuerantia tormentorꝝ eſt. b ¶ Iuxta multitud. &c.) Iuxta illud quod propheta dicit ad deum: qm̃ tu reddes unicuiq; ſecundũ opera ſua. c ¶ Nec eſt ſatiatus &c.) Ventrẽ hic appellatũ puto quoddã F receptaculum animę ubi cogitationes eius, quaſi eſcæ ciboꝝ recõditæ cõtinent, quẽ inexplicabilẽ dicit. d ¶ Et cũ habuerit &c.) Quemadmodũ & tu ipſe, qui iuſto dei iudicio omne patrimoniũ perdidiſti. e ¶ Nõ remanſit de cibo &c.) Inhumanitatis ei notã inurit: eo qđ de abundantia menſæ ſuæ nulli peregrino, uel hoſpiti refectionem præbuerit, ſed fallit Sophar: quia
Iob.31.b ſanctus Iob dicit: Si comedi buccellã meã ſolus. Nõ remanebit de cibis eius: quia nõ florebũt bona ſua. f ¶ Cũ ſatiatus fuerit &c.) Cum diuitijs ſcilicet & rerum omniũ abũdantia refertus fuerit, ſubitus ei interitus ueniet: coartatus miſeria irruente atq; cõcluſus, calamitatum cladibus æſtuabit. g ¶ Vtinã impleatur uent. &c.) Quandam capacitatem, uel ſinum ſpacioſum uentrem animæ ſuperius intelleximus. Hoc ergo dicit, quia iam cogitationibus iniquiſſimis plenus eſt: uſq; ad ſummũ oris ſui blaſphemia cumuletur: ſiue iram furoris ipſius diaboli animũ non abſurde ſentimus, per quẽ probant ſancti. h ¶ Et pluat ſuper &c.) Bellũ præ multitudine ſua, poſſunt intelligi aduerſariæ poteſtates. Iſtæ igit bellum deo inferunt, quando ſanctos eius oppugnãt. Quod autẽ ait: Pluat ſuper eũ abunde, in eũ calamitatis miſeriam precatur effundi: ſiue homo impius qui bellũ blaſphemiæ infert deo, recipiet opus ſuũ. i ¶ Fugiet arma ferrea &c.) Tanq̃ ſi diceret: Quãdo putauerit ſe leuiores calamitates poſſe fugere in

a Lũet quæ fecit omnia: nec tamen cõſumet.
b Iuxtã multitudinem adinuentionum ſuarũ,
ſic & ſuſtinebit: quoniã cõfringens nudauit
pauperis domũ: rapuit & nõ ædificauit eã:
c/d nẽc eſt ſatiatus uenter eius. Et cũm habuerit
e quæ cõcupierat, poſſidere nõ poterit. Nõn
remãſit de cibo eius, & propterea nihil per-
f manebit de bonis eius. Cũm ſatiatus fuerit,
artabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſu
g per eum. Vtinãm impleatur uenter eius, ut
h emittat in eũ iram furoris ſui: & plũat ſuper
i illum bellum ſuũ. Fũgiet arma ferrea: & ir-
k ruet in arcum æreum. Gladiũs deductus &
egrediens de uagina ſua & fulgurãs in ama-
l ritudine ſua. Vãdent & uenient ſuper eum
m horribiles. Omnẽs tenebræ abſcõditæ ſunt
n in ocultis eius. Deuõrabit eum ignis qui nõ
o ſuccenditur: affligẽtur relictus in tabernacu
p lo ſuo. Reuẽlabunt cœli iniquitatem eius, &
q terra cõſurget aduerſus eũ. Apẽrtũ erit ger-
r mẽ domus illius: dẽtrahet in die furoris dei.
Hæc

G atrociores incurret. Siue aliter: Si ſocios & miniſtros diaboli fugiat, incurret in ipſum principem tenebrarum, & cũ ſint illi rebelles in malicia, fortes & duricordes tanq̃ arma ferrea, in peiorẽ tamẽ autorem totius mali, uelut in arcũ æneũ impinget: quẽ puto ideo hoc loco arcũ nominatũ: quia uel maxime in inſidijs & dolo homines inopinantes interimere nõ deſinit. Arcu enim inopinantibus pleruq; tela iaciunt. Et nõ liberabit de manu gladij. Hoc dicit: quia non euadet diabolus mortẽ perpetuã. k ¶ Gladius eductus &c.) Quia diximus arcũ, trãslato nomine diabolũ poſſe intelligi: qui dum inobediẽtia trãſgreditur terminos, & in ſupbia elatus metas ſanctæ humilitatis tranſcendit: quaſi de uagina beatę habitationis iuſto iudicio dei eductus atq; expulſus eſt. Siue eductum de uagina, paratum ſemper ad interimendũ fugientẽ ſe ſignificatũ eſſe nouerimus. Vulnerabit eum ſagitta ænea. Aes diutinũ eſt: huic metallo diabolus cõparatur: eo quod ad interimendũ nunq̃ deficiat: nec ſenectute aliqua cõſumatur, qui etiã fulgurat, hoc eſt transfigurat ſe in angelum lucis. l ¶ Vadẽt & uenient &c.) Id eſt, ſocij eius. m ¶ Omnes tenebræ &c.) Tenebræ in hoc loco intelligendæ ſunt peccata, ſiue ea quæ cõmiſſa ab impio ſunt, ſiue cõmittenda ſunt in corde eius, & affectu & cogitationibus latẽt: quæ ideo in ſecretis mentis eius abſcõdita dicunt eſſe: quia illis fauet, eiſq; plurimũ delectat. n ¶ Deuorabit eum ignis &c.) Hunc ignẽ nõ abſurde intelligimus eſſe gehennam, qui nõ materijs quibuſdã & pabulis uiuit ut ardeat, ſed per ſeipſum ut creatus eſt uigens: cuncta quæ ei iniecta fuerint concremat. Ergo iſte ignis deuorabit impiũ: qui tanq̃ rationabilis ita eũ glutiet atq; abſorbebit, ut in eo æternis cruciatibus torqueat. o ¶ Affligeẽ reli.) Ob impietatẽ uidelicet ſuã iniquus derelinquet à deo, ut in tabernaculo corporis ſui pœnis perpetuis cruciet. p ¶ Reuelabunt cœli iniq. &c.) In teſtimoniũ utiq; erãt angeli & ſancti homines, ut nouerint quod pœnas iuſtiſſime patiat. q ¶ Apertũ &c.) In iudicio dei: qñ impius cõdemnandus eſt, nõ ſolũ oẽs cogitationes cordis eius: uerũetiã principia interfectarũ cogitationum, deo pandenda ſunt, atq; clarius luce manifeſtãda. r ¶ Detrahet in die fu. &c.) In die iudicij
mittetur



A mittetur in tenebras exteriores. Potuit & dies impia fuiſſe Iob, quando plaga percuſſus eſt, & cõcluſit elocutionem ſuã, ut diceret. a ¶ Hæc eſt pars homi. &c.) Hic quaſi exabrupto oſtendit: quod in ſanctum Iob uniuerſa hæc dixerit. Quod autem ſequitur: b ¶ Et hæreditas &c.) Id eſt, operum retributio, alij ita uerterũt: Et hæreditas uerborum eius ab epiſcopo: qa quẽadmodũ dñs à dominatione rerum omnium ſcitur: ita epiſcopus eo qđ ſuperintendat in omnẽ creaturam, ueriſſime dicitur. Nõ enim deus perturbata mente commotuſq; puniturus eſt peccatores, cũ ſit incommutabilis, ſicut ait ad Moy-
Exo.3.d ſen: Ego ſum q ſum: non ſolum ſempiternus, uerũ etiam æternaliter mitis. Deinde iſta de deo anthropopathos dici intelligamus, non proprie ſecũdum incõuertibilẽ ſubſtantiam eius, ſed transla-
B tis nominibus paſſibilis creaturæ ad creaturã nõ conditam, nec creatã: ſed potius omnium conditricem. Cap. XXI. RESpondens aũt Iob dixit: Audite quæſo ſermones &c.) Poſt tãta conuicia non eſt commotus, ut acerbe reſponderet: quin potius deprecans eos alloquit, & ait: ut audientiam præbeant ſermonibus eius: quibus perceptis & cognitis, nouerint ſe ſuper tanta oris ſui amaritudine pœnitere debere. d ¶ Nunqd cõtra homi. &c.) Primũ mihi illud eſt oneri & ualde moleſtum, atq; horribile: quia non cum homine, ſed cum deo mihi cauſa loquendi eſt: cui caſtificatam iuſticiam exhibebam, ut mercedẽ huius operis repenſaret: Ecce nunc tanq̃ reus criminum, omnibus affligor miſerijs. Hinc dicit ſe triſtari, quia ſcit deũ nihil iniuſte operari. e ¶ Attẽdite me & obſtupeſcite &c.) Quod ſit iſtud ſecretum, ut deus bonus & iuſtus erga me taliter operetur: pręſertim cum eius teſtimonium de me bonũ habeã. f ¶ Et ego quando record. &c.) Cum enim plagam hanc

a Hæc eſt pãrs hominis impij à deo, & hære-
b ditas uẽrborum eius à domino.

Caput XXI.

c RESpõndens autem Iob, dixit: Audite
quæſo ſermones meos, & agite pœnitẽ
tiam. Suſtinete me, ut & ego loquar, & poſt
d mea ſi uidebitur uerba ridete. Nũnquid cõ-
tra hominem diſputatio mea eſt: ut merito
e non debeã contriſtari? Attẽndite me & ob-
ſtupeſcite, & ſuperponite digitũ ori ueſtro.
f Et egõ quãdo recordatus fuero, pertimeſco:
g & concutit carnem meam tremor. Qũare er
go impij uiuunt, ſubleuati ſunt, cõfortatiq;
diuitijs? Semen eorum permanet corã eis:
propinquorum turba & nepotũ in conſpe-
ctu eorum. Domus eorũ ſecuræ ſunt & pa-
catæ, & non eſt uirga dei ſuper illos. Bos eo
rum concepit, & non abortiuit: uacca pepe-
rit, & non eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur
quaſi greges paruuli eorum: & infantes eo-
rum exultant luſibus. Tenent tympanum
& citharam, & gaudent ad ſonitum organi.
Ducũt in bonis dies ſuos: & in pũcto ad in-
ferna deſcendunt. Qui dixerunt deo: recede
à nobis, & ſcientiam uiarum tuarum nolu-
mus. Quis eſt omnipotens, ut ſeruiamus ei?
Et quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum?
h Verũntamen quia non ſunt in manu eorũ
bona ſua: conſilium impiorum longe ſit à
i me. Quõties lucerna impiorũ extinguetur,
& ſuperueniet eis inundatio, & dolores diui
det furoris ſui. Erũt ſicut paleæ ante faciem
uenti: & ſicut fauilla quam turbo diſpergit.
k Deũs ſeruabit filijs illius dolorem patris, &
cum

C cogito, quam iuſte uiuens ſuſtineo: deiq; iudicium qui neminem inſontem affligit, recordor, nimium pertimeſco: hoc ipſum optime ſcio, nullus patitur malum aliquod, niſi ipſe permiſerit. Nemini infert malum, niſi inferre ei ipſe iuſtiſſimũ iudicarit. Sed hæc Iob contigerunt, ut appareret foris hominibus qđ intrinſecus erat ante deum. g ¶ Quare ergo impij uiuunt & ſubleuati ſunt &c.) Et alius ita dixit: Quare impiorũ proſperat uita? Et alius dixit: Quare nõ reſpicis ad iniqua agẽtes? Reſpõdete mihi, obſecro: ſi ego impius, & immemor bonorum operum ſecundũ iuſticiam, ſicut uos affirmatis, hæc patior: quare impij uiuunt & ſubleuati ſunt, confortatiq; diuitijs? Hoc ergo inquã obſecro reſpondete: Nunquid uos qui deum contra me iuſtum defenditis in hoc loco, iniuſtũ notatis: ut in me iniquus ultor ſit, & in meis ſimili- D bus clemẽs. Horũ igitur de quibus nũc loquitur, finis & ĩteritus erit mors æterna, & perditio inferorũ. h ¶ Verũtamen quia nõ ſunt in ma. &c.) Quia pro hac gloria ſua & temporario flore, perpetua ignominia coram angelis induentur. i ¶ Quoties lucerna impiorũ &c.) Lux uero iuſti ſemp: quia in hac nocte ſeculi, lucerna fidei nullo uento tentationis extinguit, & illic ad gloriam ſempiterni luminis præparatur. Lumẽ uero peccatoris intra breue tẽpus uitę extinguit: Quoniam trãſiturus eſt ſicut umbra. Nõ erit & ueniet impijs, ſicut Iob ait: inundatio, id eſt, abundantia tormentorũ. Quibuſq; dolores diuidit furoris ſui. Proculdubio deus dolores diuidit, dixit, pro hoc quod pœnas unicuiq; retribuet ut meretur. k ¶ Deus ſeruabit filijs &c.) Diabolo ſeruat ſupplicium gehennarum, ut cum eo illi quos ſibi exẽplo maliciæ ſuæ filios fecit, pariter puniantur: quod deo reddente, pater eorum diabolus tunc ſciet, id eſt, tunc ſentiet: quando cum filijs pœ-

E nas patietur æternas. a ¶Videbũt oculi eius interfectionem ſuam.) Siue necem ſuam, ut alij dixerunt. Duplex enim tormentum eſt uidere pœnas, quas ſuſtineas. b ¶Et de furore omnipotentis bibet.) Ipſe eſt calix aureus domini in manu Babylonis. c ¶Quid enim ad eum pertinet de domo ſua &c.) De eodem diabolo dicit, de quo Salomon ait: Impius cum uenerit in profundum malorum ſuorum & criminum, deſperatione contemnit. Iam enim nouit ſe cum ſuis, qui ſunt domus & regnum eius, perpetuo eſſe damnandum: quia nulla eſt eius uoluntas agendæ pœnitentiæ. d ¶Nunquid deum quiſpiam docebit &c.) Qui enim de excelſis atque ſublimibus poteſtatibus angelorum habet iuſtum iudicium: quemadmodum à quoquã doceri poterit, ut in his quę ſupra diximus, poſſit eius iudicium reprehẽdi?

Prouer. 18. a

F e ¶Iſte moritur robuſtus & ſanus &c.) Beatorum in hoc mũdo, & infelicium in hac uita, cõmunem dicit eſſe conditionem: Viſcera ſiue inteſtina eius, ut alij dixerunt, plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur. Alius uero moritur in amaritudine animæ abſq; ullis opibus, & tamen ſimul in puluere dormient, & uermes operiẽt eos. In hac igitur continentia ſermonis huius, iſte ſenſus eſt: quod in hoc mundo iuſti & peccatores indifferenter uiuant, ſed hæc diuerſitas commutanda ſit in futuro, ſicut in illo diuite factum eſt, & in Lazaro paupere. f ¶Certe noui &c.) Ergo recte definio, inquit, quod & perſpicitis: quia una ſit in hoc ſeculo, & peccatori moriendi conditio & ſancto: Qui tamen poſtea diſiungendi, ut ad præmiũ mutentur iuſti: peccatores uero ad ſupplicium rapiantur. Vos uero in inſontem, iniquam datis ſententiam. g ¶Et dicitis.) Inſultantes mihi, mẽque irridentes. h ¶Vbi eſt domus principis &c.) Quia ergo de me ita ſentitis, quod damnationis meæ nunc tempus aduenerit: non ita eſt quod definiſſe uos arbitramini: quia hæc dei caſtigatio temporalis, non eſt æterna damnatio. i ¶Malus enim &c.) Qui & ad diem furoris dei ducẽdus eſt, ut excipiat ſententiam mortis æternæ. Sancti enim

a cum reddiderit tunc ſciet. Videbũt oculi
b eius interfectionẽ ſuam: & de furore omni-
c potentis bibet. Quid enim ad eum pertinet
de domo ſua poſt ſe? Et ſi numerus menſiũ
d eius dimidietur: nunquid deum docebit
quiſpiam ſcientiã: qui excelſos iudicat? Iſte
e moritur robuſtus & ſanus, diues & felix: uiſcera eius plena ſunt adipe: & medullis oſſa
illius irrigantur. Alius uero moritur in amaritudine animæ ſuæ abſq; ullis opibus, &
tamen ſimul in puluere dormiẽt: & uermes
f operiẽt eos. Certe noui cogitationes ueſtras
g & ſententias cõtra me iniquas. Dicitis enim
h ubi eſt domus principis, & ubi tabernacula
impiorum? Interrogate quemlibet de uiatoribus, & hæc eadem illum intelligere cogno
i ſcetis. Quia in diem perditionis ſeruatur ma
k lus: & ad diem furoris ducetur. Quis arguet
coram eo uias eius, & quæ fecit, quis reddet
l m illi? Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in cõge
n rie mortuorum uigilabit. Dulcis fuit glaries
o cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet,
p & ante ſe innumerabiles. Quomodo igitur
q conſolamini me fruſtra, cum reſponſio ueſtra repugnare oſtenſa ſit ueritati?

Caput

G omnes recte uiatores eſſe dicunt, quia ut expediti, & alacres prætereundo ſeculum, uirili animo calcãt terram ſuam & feſtinanter proficiſcentes ad beatã patriam, mundi huius iter laborioſum conficiunt. Hi ergo qui aſcendunt ad populum peregrinum: ſiue ſuccinctũ fidei utiq; cingulo: contra diſſolutionẽ uitiorum lumbos mentis accingunt. k ¶Quis arguet coram eo uias eius, & quæ fecit &c.) Videtur mihi, quod Iob proprie de diabolo dixerit: licet & generaliter de omĩbus peccatoribus poſſit intelligi. Quis hominum eum poteſt arguere, propter uiã eius pollutiſſimam, per quam totum mundũ ingredi fecit: aut reddere ei quæ creatura poterit, qđ meretur, niſi ille ſolus agnus dei qui peccatum non fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore eius. l ¶Ipſe ad ſepulchra &c.) Ad mortẽ uidelicet tormentorũ: quam ipſe hominibus intulit in Adã, & ipſe ad inferos ducendus, ut illic perpetuo puniatur. m ¶Et in congerie mortuorum &c.) Et licet dãnandus ad pœnas ducendus ſit, ſed tamen morte hominũ gaudens, ad intuendum eorũdem mortuorum congeriem, omni alacritatis inſtãtia, in eorum interitu uigilabit: uel certe ſemp uiuet in mortẽ. n ¶Dulcis fuit glaries cocyti.) Cocytum inferorum fluuiũ eſſe dicunt. Nos autem in ſcripturis diuinis eundẽ fluuium, torrentem, puteum, caminum, ignẽ æternum, lacum, ſtagnum, legimus & gehennam. Glarearum uero nomine ipſa officia tartarorum, miniſtros quoq; pœnarum infernalium uinctos tormẽtorum locis exiſtimo ſignificari, & dictũ eſt quaſi per ironiam: eo quod deſiderent illum: atq; exoptẽt habitatores inferorũ ut puniant, & de eius interitu ſaturentur. Vel certe dulcis fuit morti: quia tam innumeros ei populos acquiſiuit. o ¶Et poſt ſe omnem hominem &c.) Qui imitatione exemplum eius ſequuntur: ſiue poſt ſe omnem hominẽ trahit, ſecundũ præuaricationẽ humani generis in Adã. p ¶Et ante ſe innu. &c.) Quos deceperit, & eos ſecutores præmittit ad pœnas. q ¶Quomodo igitur &c.) In hoc uerſiculo omnẽ altercationẽ diſputationis ſuæ cõcluſit: & amicos ſuos, quod ſine cauſa cõtra

H



A ſa contra eum de prædicta ratione decertent, cõuincit: cũ illi diffidunt impios & peccatores in hoc mũdo puniri, inter quos & ipſum cõdemnant: ille conuincit eos, quod uel maxime in ſeculo glorientur: qui ſunt ad damnationis iudicium deducendi.

Caput XXII.

Reſpondens aũt Eliphaz &c.) In ſugillationẽ igitur Iob iſta dicuntur: qui ſibi omnino arroget hæc ſe ꝓpria cordis ſui ſapientia loqui. b ¶Quid prodeſt deo ſi iuſtus &c.) Nemo iuſticia ſua & ſanctitate deũ fecit meliorem: quoniam omnis boni fons atq; origo: nullius bono eget, ſecundum prophetam qui ait: Quoniam bonorum meorum non eges. c ¶Nunquid timens arguet &c.) Nunquid cauſa timoris dei hæc eſt, ut timeat te deus? forte ipſe potens aliquando efficiaris: & coæqualis factus ipſe reſiſtas ei? Quæ riſorie potius, & ſubſannantis ſenſu dicuntur.

B d ¶Et non propter maliciã &c.) Nõ hoc timens arguit te, inqt, grauis plagæ huius correptiõibus: ſed propter omnia mala tua, quibus ſtudiũ cõmodabas. Quia ergo principale malum, id eſt, maliciã Iob plurimã habeat, unde cætera mala quaſi in botro dependeant: ſubiungit & narrat ea quaſi per ſpecies ſingulas, ita dicens: e ¶Abſtuliſti eñ pignus fratrum tuorũ ſine cauſa.) Hoc dicit, quod uiolenter & hoſtili more aliena rapuerit, uel pignora iniuſte extorſerit: ſiue per ſpeciẽ iuſticiæ per calumniam expoliauerit: & prægrauatur crimen, qñ dicitur, quod nec ſanguini ſuo pepercerit. f ¶Et nudos ſpoliaſti ueſtibus.) Quid ueſtitis feceris, hic apparet: apud quẽ nec nudus à rapinis tuis immunis inuentus eſt. g ¶Aquã laſſo &c.) Manifeſtũ eſt. h ¶Et eſurienti ſubtraxiſti panẽ.) Graue eſt non dediſſe, grauius ſubtraxiſſe. Grande ergo peccatum, hoſpitalitatem in neceſſitate poſitis nõ præbere. Aperte autem Eliphaz mentitum ſcimus, cũ inferius legamus quãta bona Iob fuerit operatus. i ¶In fortitudine brachij tui poſſidebas terram.) Arguit nihilominus eum tanꝙ ſuperbum & tyrannum, qui nõ iuſticia & æquitate regni ſui populos regeret: ſed truculentis moribus tanꝙ uirtute brachij, duro eos ſeruitutis onere ſubiugaret: & nullus propter imperium ſuum duriſſimum, niſi conditioni ſuæ ſubditus uiueret. k ¶Viduas dimiſiſti uacuas.) Qui eas deſtitutas, & tribulationibus affectas, atq; humiliatas, ad ſubueniendum audire noluiſti: unamquanque earum uacuam dimiſiſti: quando id quod à te poſtulabat, non potuit impetrare. l ¶Et lacertos pupillorum comminuiſti.) Si quid uiriũ habuerunt, unde ſuſtentari poſſent, tuliſti: & eorum animas uitæ deſperatione fregiſti: uel non defendẽdo eos à malis hominibus: uirtutem ſpei eorũ, qua ad te reſpiciebãt cõminuiſti, dum eos paſſus es opprimi. m ¶Propterea circundatus es laqueis &c.) Hoc dicebat Eliphaz, quod ipſe beatus Iob malæ conſcientię formidine turbaretur, & eadẽ formidine ſibi ſubito ueniente: uſquequaq; conſternatus conſiliũ patientiæ perdiderit cõtra aduerſa. n ¶Et putabas te tenebras non uiſurum, & impetu &c.) In tanta ſecuritate in iniquitatibus potẽs agebas, ut hæc mala meritorũ tuorum reciproca tibi uenire non credideris. Quibus tenebris miſerię utiq; & calamitatis, tanquã impetu aquarum inundantium repente depreſſus es, ut obſcurato corde non uideas, quod rectũ eſſe patientia perdocet. Multis modis in ſcripturis diuinis, tenebræ appellantur, peccata, ignorantia, ſiue tribulatio: uel etiam obſcuritas diuinorum uoluminum, nomine tenebrarum ponitur. o ¶An cogitas quod deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarum uerticem ſublimetur.) Primum ergo Eliphaz ſanctum Iob criminatur: quod in deum aſſerat ignorãtiam cadere, & multa ſint in creaturis ſuis quæ neſciat. Deinde quod iudicium eius affirmet incertũ eſſe & dubium. Et idcirco per caliginẽ, id eſt, quaſi uerіſimile, quid iudicat. p ¶Nubes latibulũ eius: nec noſtra conſiderat, & circa cardines &c.) Idcirco autem hæc omnia quaſi ex ſenſibus beati Iob eſſe confingit: ut eum nõ ſolum blaſphemum uerũetiã quod ignorantem dicat deum, lociſq; eũ aſſerat cõtineri: quod utiq; grande ſacrilegium eſt ſentire de deo. q ¶Nunquid ſemitam ſeculorum cuſtodire

C

D

Caput XXII.

a Reſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid deo poteſt comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcien-
b tiæ? Quid prodeſt deo, ſi iuſtus fueris: aut
quid ei cõfers, ſi immaculata fuerit uita tua?
c Nunquid timens arguet te, & ueniet tecum
d in iudicium: & non propter maliciam tuam
plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Ab-
e ſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine
f g cauſa: & nudos ſpoliaſti ueſtibus. Aquam
h laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti pa-
i nem. In fortitudine brachij tui poſſidebas
terram, & potentiſſimus obtinebas eam. Vi-
k l duas dimiſiſti uacuas, & lacertos pupillo-
m rum comminuiſti. Propterea circundatus
es laqueis & conturbat te formido ſubita.
n At putabas te tenebras non uiſurum, & impetu aquarum inundantiũ non oppreſſum
o iri. An cogitas quod deus excelſior cœlo ſit,
& ſuper ſtellarum uerticem ſublimetur? Et
dicis: Quid enim nouit deus? Et quaſi per ca-
p liginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec
noſtra conſiderat, & circa cardines cœli per-
q ambulat: Nunquid ſemitam ſeculorum cuſtodire cupis: quam calcauerunt uiri iniqui,
qui

a qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & flu-
b c uius ſubuertit fundamentum eorum? Qui
d dicebant deo; recede à nobis; & quaſi nihil
poſſit facere omnipotens æſtimabant eum,
e cum ille impleſſet domos eorũ bonis. Quo-
f rum ſententia procul ſit à me. Videbunt iu-
g ſti & lætabuntur; & innocens ſubſannabit
h eos. Nónne ſuccíſa eſt erectio eorum, & re-
i liquias eorum deuorauit ignis? Acquieſce
k igitur ei; & habeto pacem; & per hæc habe-
l bis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius le-
gem; & pone ſermones eius in corde tuo. Si
m reuerſus fueris ad omnipotentẽ, ædificabe-
n ris; & longe facies iniquitatem à tabernacu-
o lo tuo. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice
p torrentes aureos. Eritq; omnipotens cõtra
q hoſtes tuos, & argẽtum coaceruabitur tibi.

Tunc

E dire cupis; quam calcauerunt uiri iniqui.) Cuſtodire cupis pro obſeruare dixit; hoc eſt, nunquid actus & uitam perditam conſequi concupiſcis, eorum qui in diluuio & Sodomis, & eremo perierũt; uel eorum qui non credunt deum humana curare.

a ¶Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum.) Vt Dathan & Abiron; uel illi qui ſubita morte perierunt. b ¶Et fluuius ſubuertit fundamentum eorum.) Imminente in ſe ira dei, tãquam fluuij impetus, ſtabilitas præſentis uitæ eorum ſubuerſa eſt; ſiue quaſi fluuius ſuperueniẽte preſſura fundamentum corporeum eorũ demolitũ eſt; ut uitæ eorum parietes corruerent. c ¶Qui dicebant deo, recede à nobis.) Propter apoſtaſiam ergo damnati ſunt. At non talis eſt Iob, qui dicit, etiam ſi occidat me, in ipſum ſperabo.

d ¶Et quaſi nihil poſſit F facere omnipotens æſtimabant eum, cũ ille impleſſet domos eorum bonis.) Non timuerunt ergo impij; ne propter peccatum, offenſam dei; & bona quæ ipſe præſtiterat, uindictam ſuppliciorum incurrerent. e ¶Quorum ſententia procul ſit à me.) Et ſanctum blaſphematorum in numero ponit; quem ita ut eoſdem deteſtatur.

f ¶Videbunt iuſti & lætabuntur.) Siue ut alij dixerunt, ridebunt; de abiectione infidelis populi loquitur. g ¶Et innocens ſubſannabit eos.) Quomodo hoc & de ſanctis eius non poteſt dici? quando uident peccatores iuſto dei iudicio condemnari; uidebunt & lætabuntur. Placet enim illis dei iuſticia, ſicut & ipſi deo. Sed Eliphaz cum hic fortaſſis recte dixerit, male opinatus eſt, ut beatum Iob impijs & peccatoribus comparet.

h ¶Nónne ſuccíſa eſt erectio eorum.) Superbia utique illorum & contumacia, ſupradictis pœnarum exemplis ſuccíſa eſt, & perpetuæ perditioni tradita. i ¶Et reliquias eorum deuorauit ignis.) Reliquias etiam dixit, extrema quæque peccaminum in die iudicij punienda; quia in hoc ſeculo, nulla pœna grauiſſimos peccatores ita ut digni ſunt damnat. Siue reliquias poſteritatem malorum hominum intelligere poſſumus; quæ imitando eos tanquàm patres eorum reliquiæ appellentur. Siue in bonam partem reliquiæ ponuntur, ſecundum
Pſal.75.b illud: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi; ut cogitatio hominis ad confeſſionem pertineat peccatorum; reliquiæ uero ſunt ipſius confeſſionis æterna remuneratio; qua indultis ſibi peccatis, uelut in die feſto ſpirituali læticia perfruatur. Poſſunt reliquiæ & nouiſſima intelligi, iuxta illud: Re- Pſal.36.g
liquiæ impiorum peribunt. G

k ¶Acquieſce igitur ei; & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.) Hortatur ſanctum Iob, ut ſe iam cogitet emendare, & dat conſilium non quærenti, ut per patientiam conuertatur ad deum. Et ita poſt bellum inſtantis ſibi horribilis plagæ, poſſet habere incolumitatis pacem.

l ¶Suſcipe ex ore illius legem.) Siue dictum, id eſt, audi quæ præcepit, & conſerua.

m ¶Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis.) Si te ſanctorũ tuorum pœniteat, ædificaberis, id eſt, quotidie uallatus diuina cuſtodia munieris. Diſſimulantibus agere pœnitentiam; H hoc exemplum egregium præponendum eſt; neceſſaria enim hæc cohortatio eſt, qua poſſunt peccatores gloriam perditam reparare.

n ¶Et longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo.) Si te emendare uolueris atque corrigere, tibi aſſcribet deus, quod longe facias à te iniquitatem tuam, cum eam à te potius ipſe elonget. Siue ipſe diabolus iniquitas dicitur; hoc eſt qui te in poteſtatem accipit elongabitur.

o ¶Dabit pro terra ſilicem; & pro ſilice torrentes aureos.) Hoc dicit; quod ſi propitiatio eum dei in præceptis eius firmiſſimis ſtabilirit, non terrenis rebus & carnis uoluptatibus operam dabit; ſed magis ad fortitudinem uirtutum proficiet, per quã poſſit ad affluentes cœleſtium diuitias peruenire; hoc enim metaphoricòs Eliphaz ad ſanctum Iob dicit; quod ſi in ſaxo fortitudinis bonæ conſcientiæ tuæ poſitus fueris; ſenſus diuinæ ſapientiæ tibi uelut torrens aureus abundabit.

p ¶Eritq; omnipotens contra hoſtes tuos.) Cum feceris, inquit, uoluntatem eius, habebis eum defenſorem tui. q ¶Et argentum coaceruabitur tibi.) Diximus aurum pro ſenſu accipi, & argentum pro eloquio iuſtificationis. Ergo & mandata dei atque iudicia; ipſa ſunt diuina eloquia. Cum ergo conuerſus, in his fueris meditatione aſſidua commoratus; intelligentias diuerſorum ſenſuum differendo, multiplex & copioſe abundans eloquium coaceruabitur tibi.

Tunc



a Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues:
b c & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis
d eum & exaudiet te, & uota tua reddes. De-
e cernes rem & ueniet tibi; & in uijs tuis ſplen-
f debit lumen. Qui enim humiliatus fuerit,
erit in gloria; & qui inclinauerit oculos ſuos,
g ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocens; ſaluabi-
tur autem mundicia manuum ſuarum.

Cap. XXIII.

h RESpondens autem Iob ait: Nunc quoq;
in amaritudine eſt ſermo meus, & ma-
nus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemi-
i tum meum. Quis mihi tribuat, ut cognoſcã
et inueniam illum, & ueniam uſq; ad ſolium
k eius? Ponam coram eo iudicium; & os meũ
l replebo increpationibus; ut ſciã uerba quæ
mihi reſpondeat, & intelligam quid loqua-
m tur mihi. Nolo multa fortitudine cõtendat
mecum; nec magnitudinis ſuæ mole me pre-
mat. Proponat æquitatem cõtra me, & per-
ueniet ad uictoriam iudicium meum. Si ad
n orientem iero, non apparet; ſi ad occidentẽ,
non intelligam eũ; ſi ad ſiniſtrã, quid agam?
Non apprehendam eum. Si me uertam ad
dexteram; non uidebo illum. Ipſe uero ſcit
uiam meam, & probabit me quaſi aurum
o quod per ignem tranſit. Veſtigia eius ſecu-
tus eſt pes meus; uiam eius cuſtodiui, & non
declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius
non receſſi; & in ſinu meo nõ abſcondi uer-
p ba oris eius. Ipſe ẽm ſolus eſt, & nemo auer-
tere poteſt cogitationem eius, & anima eius
q quodcunq; uoluit, hoc fecit. Cumq; expleuerit
in me uolũtatẽ ſuã, et alia multa ſimilia præ-
r ſto ſunt ei. Et idcirco à facie eius turbatus
s ſum, & conſiderans eum, timore ſolicitor.

Deus

A a ¶Tunc ſuper omnipotentẽ delicijs afflues.) Delicijs utiq; ſpiritualibus ſupradictis repleberis cum petitiões cordis tui gratia ſancti ſpiritus uideris, & in gaudio mentis tuæ ſenſeris adimpleri. b ¶Et eleuabis ad deum &c.) Liberam frontem ad deprecandum deũ attolles; ſiue iam nõ ream neq; incuruatam deorſum mala cõſcientia eriges ad deũ animam tuam. c ¶Rogabis eũ & exaudiet &c.) Peccatorem te nõ poteſt exaudire, niſi eũ prius ꝓ peccatis tuis deprecatus fueris. d ¶Decernes rẽ &c.) Rem dũtaxat iuſtã, ſanctã, atq; honeſtã quã à deo petieris obtinebis.

e ¶Et in uijs tuis ſplẽdebit lumẽ.) Viæ tuę actus tui boni erunt, & lumen tibi erit dei noticia, deiq; uiſitatio, atq; protectio: quo actus uiarum tuarũ correcti illuminentur; ne forte per errorẽ inſcitiæ in montes tenebroſos of-
B fendas. f ¶Qui enim humiliatus fuerit &c.) Et
Luc.14.c dñs in euangelio: Qui ſe humiliat exaltabitur.

g ¶Saluabitur innocẽs: ſaluabitur &c.) Id eſt, gratia bonorũ operum, uel nitore. Antiqui ita dixerunt: erue innocẽtem, & ſaluaberis mundicia manuum tuarum; ubi retributionem uidetur ſonare, quod ait: erue innocẽtẽ ut ſaluari poſſis innocentia manuum tuarum.

Cap. XXIII.

RESpondens aũt Iob ait: Nunc quoq; in amaritudine &c.) Relictis infidelibus amicis; q me calamitatis huius miſeriã iuſte pati definiunt, & addunt amaritudini meæ, totum me ad deum conuertam, & dicam ei pro conſcientiæ meæ fiducia quæ ſequuntur:

i ¶Quis mihi tribuat ut cognoſ. &c.) Intellectu ſe cognoſcere deum dixit; inuenire quoq; eum operibus bonis, & uenire uſq; ad ſolium eius, & futuri ſcientia & cogitatione iudicij proficiendo accedere uſq; ad ipſam contemplationem diuinæ poteſtatis; quam utiq; mundi corde uidebunt. Quod cor, multis caſtificationibus morũ, ſanctus hic Iob purificatum ſe dicit habuiſſe. C k ¶Ponam coram eo iudicium.) Iudicium, inquit, iuſticiæ tuæ ponã in cõſpectu dei mei, ſecundum illud: Ab ipſo iudicij eius æquitatem requiram. Tamen priuſq; ſit eius in me finitiua ſententia, multas ei proferã increpatiões: quia cum eius nouerim ſingularem iuſticiã, quare iuſtus patior tormẽta, quæ iniquis impijſq; potius debentur. Hoc ergo quod ſequit͂ ait: l ¶Os meũ replebo increpationibus.) Id eſt, iuſti doloris querelis. m ¶Nolo multa fortitudine cõtendat mecũ; nec magnitudinis ſuæ mole me ꝑmat.) In mole maieſtatis eius, horripilationẽ intelligamus non aliquid corporeum, quia deus ſpiritus eſt. Certus ſum, inquit, quia iſtas afflictionũ miſerias; ipſo utiq; iudicante, patebit me nullo peccatorũ merito ſuſtinere, hinc ait: Perueniat ad uictoriam iudiciũ meum. D

n ¶Si ad oriẽtem iero, nõ apparet; ſi ad occidentem, non intelligã eum.) Dum partes mundi enumerat, dicit eum habitare ubiq; totum; ſibi tamẽ omnino eſſe inuiſibilem confitetur; eo ꝙ nõ ſubiaceat eius diuinitas obtutibus creaturæ. Deus uero omnem uiam cõuerſationis agit; quia optime nouerat. o ¶Veſtigia eius ſecutus eſt pes m.) Hoc eſt, quod cuſtodiri uoluit, cuſtodiui. p ¶Ipſe enim ſolus eſt, & nemo &c.) Hoc eſt; quia inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & ĩueſtigabiles uiæ eius. q ¶Cumq; expleuerit in me uoluntatem ſuã, & alia multa ſimilia &c.) Cum iam me quibus uoluit tormẽtis affecerit, & alia adhuc quanta uoluerit mihi infligere poterit, quẽ inſenſibilia ſicut ſenſibilia contremiſcunt. r ¶Et idcirco à facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum.) Mente ſcilicet ſentiens, & ex parte intelligẽs. s ¶Timore ſolicitor.) Id eſt, horripilatione maieſtatem illius pertimeſco.

 Deus

E a ¶Deus molliuit cor meum:& omnipotens conturbauit me.)Cor reſolutum à pauore nimio & timore hoc loco dictum nouerimus:nõ quod à duritia incredulitatis ad fidem ſuſcipiendam mollitũ ſit, cum magis ipſe Iob per fidem fortis in deũ mãſerit.

a Deus molliuit cor meum:& omnipotẽs cõ-
b turbauit me. Nõn enim perij propter imminẽtes tenebras:nec faciem meam operuit caligo.

Cap. XXIIII.

c AB omnipõtente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerunt eum,
d ignorant dies illius. Alij tẽrminos transtulerunt, diripuerunt greges & pauerunt eos.
e Aſinũm pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem uiduæ. Subuerterunt pauperum uiam,& oppreſſerunt pari-
f ter mãſuetos terræ. Alij quaſi õnagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum: uigilanteſq; ad prædam præparant panem liberis. Agrum nõ ſuum demetunt, & uineam eius quem ui oppreſſerunt, uindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes: quibus non eſt operimentum in frigore:
g quõs imbres montium rigant: & non ha-
h bẽntes uelamen, amplexantur lapides. Vim
i fecẽrunt deprædantes pupillos, & uulgum pauperem ſpoliauerunt. Nudis & incedentibus abſq; ueſtitu & eſurientibus tulerunt
k ſpicas. Intẽr aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt.

De ciui

Vnde ſequitur: Omnipotens cõturbauit me:hoc quod ſupra. b ¶Non eñ perij ꝓpter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.) Ipſas calamitatis ſuæ miſerias, tenebras appellauit: quas uelut ruinas ſubito imminẽtes ſibi dicere uoluit:eis tamẽ inſiſtẽtibus ſibi ait: deſperatiõe non perij:nec faciẽ mentis meæ infidelitas excæcauit:uel negatio dei.

Cap. XXIIII.

AB omnipotẽte nõ ſunt abſcõdita tempora:qui autẽ nouerunt eum, ignorãt dies illius.) Illi uero qui ſentiũt, & intelligũt deum:dies æternitatis eius ignorant. In qua æternitate, nec tẽpora, nec dies:qui in tẽporibus ſunt, inueniũtur, ubi unus æternus eſt dies. Siue aliter: Omnia nouit quæ nunc loquor uel patior. d ¶Alij terminos trãſtulerunt, dirip. &c.) Id eſt, tranſtulerunt greges, & comederunt. Manifeſtum eſt ſecundũ literam. Videamus nunc ſecundũ myſticum intellectũ quid ſignificet: terminos transferentes, id eſt, ſtatuta eccleſiæ conuellentes, hæreticos eſſe ſignificauit: qui nouitate doctrinæ peruerſæ euangelicæ legis & Apoſtolorum terminos præfinitos excedunt, & ita deceptoria perſuaſione diripiunt greges dominicos: id eſt, populos credentes in Chriſtum.

F

e ¶Aſinum pupillorum: ſiue iumentum, abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouẽ uiduæ. Subuerterunt pauperum uiam &c.) Pupilli quidẽ ſunt teneri, uel infantes in fide: uel qui deum patrem nõ habent, ut ab eo contra aduerſarios defendantur. Quorum animum, uelut iumentum forte ac neceſſarium, ad deum in ſe per fidem portandum, hæretici prædonum more ab eis abigunt, dum eos fallacijs ſuis, uirtute animi ſpoliãt. Siue gentilẽ ſenſum, immũdi uticq; animalis nomine dictum, ab eis quidem auferunt: dum ſub prætextu ueræ religionis, eos in perfidiam ducũt. Viduæ etiam illæ ſunt animæ, quæ uirum, deum ſuũ & dominum amiſerũt: à

G quibus hæretici pro pignore perfidæ uticq; cõfeſſionis: per quã falſis eorũ adinuentionibus initiantur, & debitores eorum efficiuntur, ſanctarũ uirtutum mundiciam, & utilia animi opera auferre conãtur. Pauperes quocq; in hoc loco illi intelligẽdi ſunt: qui teſtimonio fidei deſtituti ſunt. Alij ſunt diuites in fide: horũ religiõis uiam qua ad deum redire poterant: ſuis erroribus hæretici ſubuerterũt. Manſuetos autẽ hic illos eſſe ſentiamus, qui conſtantiam inimicis ſuis nõ habẽt reſiſtendi, & propter ignauiam animi ſui facile ſeducũtur. Hi ergo multis errorum dogmatibus, & diuerſis errorum ſuperſtitionibus opprimũtur. In bonam uero partẽ uiduæ ſunt, qui ſe mortificãt cum uitijs: pauperes apoſtoli ſunt. De iſto numero hæretici auferre conantur: dũ pauperes ſanctorũ aliquos perſuadẽt, uel manſuetos circunueniunt, qui eis reſiſtere nõ poſſunt, ſed & patienter H pro ſimplicitate audiũt: illi uero eos nitũtur extinguere. f ¶Alij quaſi onagri in deſerto egred. &c.) Violẽti ſunt qui publice rapiũt. Prædones et latrũculi ſunt, qui de occultis ad opera ſua exeũt uticq; nõ dei. g ¶Quos imbres montiũ rigãt.) Hos ergo per miſeriã deſtitutos domibus ſuis dicit: quãdoquidẽ eos mõtium cauernis, & umbraculis operiet: & quanta ſit eis in ipſis mõtibus neceſſitas cõmorãdi deſcribit. Quos imbres mõtium rigãt, id eſt, aquis de ipſis mõtibus copioſe fluentibus mundãtur. h ¶Et nõ habentes uelamen &c.) Manifeſtius alij dixerunt: qui cũ tegmen nõ habeãt, petra adoperiũtur. i ¶Vim fecerunt depræd. &c.) Vbi intelligitur quid habentibus fecerint, quãdoquidẽ facultate tenuiſſimis non fuerint miſerti. k ¶Inter aceruos &c.) Hoc malũ eſt magnum & iniquiſſimũ, ut ſub labore & fructu aliorum alij requieſcant: & inebriẽtur uino eorum, qui collectis uindemijs ſuis ſitiunt. Quod autẽ ait: Anima uulneratorum: pro conſenſu ad deum clamantium intelligamus. Vaſtatorum autẽ tribulatio uſcq; ad gemitum ciuitatẽ habitãtium perueniebat. Vulnerati uero nõ ſolũ intelligẽdi ſunt: quorũ corpora ab alijs transfodiuntur: uerũetiã illi quorũ animæ hoſtiũ timore nimio, uelut gladio feriũtur.

Ipſi fue



a De ciũitatibus fecerunt uiros gemere, & ani-
b mã uulneratorum clamauit, & deus inultũ abire non patitur. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt uias eius: nec reuerſi ſunt per
c ſemitas eius. Manẽ primo conſurgit homicida: interficit egenum & pauperem: per no-
d ctem uero erit quaſi fur. Ocũlus adulteri obſeruat caliginem, dicens: non me uidebit
e oculus, & operiet uultum ſuum. Pẽrfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem.

Si ſubito

A Ipſi fuerunt rebelles lumini.) Dæmones, hæretici, philoſophi, ſiue etiã omnes impij intelligendi ſunt: qui contra doctrinã dei uenire conantur, quia mandatum uitæ lux eſt: quia in natura lumen, lumẽ eſt quod per ſe eſt: tenebræ uero cæcitas cordis. Et ꝓinde ſi cæcitas cordis, tenebræ ſunt: recte exteriores tenebræ, pœnæ intelligũtur. Vt iniqui de peccatorum ſuorũ tenebris, ad tormentorũ tenebras proijciuntur: ſic intus & foris dei ſententia conſummata coram angelis dei, induuntur ſicut diploide confuſione ſua. Onagros uero qui commorantur in deſerto: paganos quoſcq; errore gẽtilitatis, qui in deſerto ueræ religionis ſunt intelligere poſſumus: eo quod iugo certæ religionis non cõtineantur. Hi igitur egrediuntur ad opus ſuum. Egredi nãcq; dicũtur, qñ affectus ſuos per doctrinas prauas in eos quos ſeducũt oſtẽdunt. Ita eñ omni ſolertia deprædantur uagas errore animas, ut ipſi multitudini perditæ poſteritatis ſuæ: uelut alimẽtũ panis lœtalis doctrinæ, pertinaciam derelinquant. Agrum nõ ſuũ demetũt &c.) Ager ſiue uinea, uniB uſcuiuſcq; hominis, quidam modus uitæ eſt, quæ ab unoquocq; colitur, qñ ſordes & quidã frutices uitiorum mũdãtur, uel etiã extirpãtur. Quia ergo huius culturæ diligẽtia minime ꝓdeſt, quando omne bonum naturæ nõ ad fidẽ refertur: quia iuſtus ex fide uiuit: prædicti idolorum cultores opprimẽtes fidelium, cꝗuis honeſte uiuẽtium corda, eos uelut quadam ratione ſeductionis in errorem inducũt: dum quaſi agrum eorum ſiue uineam diſſipando fruges eorũ uiolenter abripiũt. Nudos etiã dimittũt homines) dum eos operibus bonis expoliãt. Quibus operimẽtum nõ eſt in frigore.) Illos uticq; expoliãt, qui charitatis dei nõ habent ueſtimẽtũ, & idcirco in infidelitate algent: quia ſpiritus feruẽtis tunica, indui nõ merentur. Quos imbres mõtium rigant.) Nõ imbribus cœli rigantur, ſed mõtium extollẽtiũ ſe aduerſum ſcientiam dei quæ de cœlo eſt. Et nõ habentes uelamen, amplexantur lapides.) Hoc eſt, ſine ueſtimẽto uirtutum peccatis ſuis & erroribus delectãtur. Vim fecerunt deprædantes pupillos.) Illos etiam qui noticiam aliquã ſecundũ naturæ bonum habent, quam defendere non poterant: fragili animo & puerili uiuentes: ſuaſionibus prauis: uim inferentes prædati ſunt. Vulgum pauperẽ ſpoliauerunt.) Multitudinem quocq; populi uilem actibus & inſcitia pauperẽ: ſi quid fortaſſis habebat iuſticiæ, aut etiam innocẽtiæ naturalis: dum in maius erroris ſui malum pertrahunt, prædictis bonis ſpoliauerunt. Nudis & incedentibus abſcq; ueſtitu & eſurientibus tulerunt ſpicas.) Nudis fide deicq; cu-

C ſtodia deſtitutis: ueſtimenta quocq; ſpei & charitatis diuinæ, cæterarumcq; uirtutum excubias nõ habentibus quibus animæ exornantur: etiã ſpicas in quibus diuinam noticiã adopertã habẽt abſtulerũt: ne eſurientes ſcientiam dei quãdocq; retecto uelamine poſſent ipſam nudã ueritatem tancq; panẽ alimoniẹ uitalis accipere. Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiũt.) Sublatis igitur ſpicis, per figurã ĩtra ſe diuini nominis noticiã continẽtibus: quãdo ex eis hi qui habebãt eas plena cogitatione, ſolidũ cibum cõficerent: ſeductores uiolenti inter bona eorum opera quaſi inter aceruos gloriantes requieſcunt, ſibicq; tribuunt. Si quis gentilium uirtutes ſecutus fuerit naturales, de quibus tancq; ſeminibus, in ſe operũ aceruos conſtituat: ipſi tamen ſeducti, calcata uirtutũ uindemia & expreſſa, ſitiũt: quia ueritatis poculum apud eos, à quibus in errore abſtracti ſunt, non inuenerunt. a ¶De ciuitatibus fecerũt uiros gemere.) Nõ ſolum, inquit, illos qui ſine munimine habitãt ſpoliãt, & dominatu duræ ſuperſtitionis affligũt: uerũetiã D & eos qui ciuitates mentium ſuarũ bonis moribus munitas inhabitant, pugnãdos errorum arietibus ſubruũt. Quod & multis philoſophis cõtigiſſe manifeſtum eſt: qui cũ magni & clari circa corporum ſuorum fuerint cõtinentiam, cum gemitu tamen & labore nimio ad ueritatis noticiã peruenire nõ potuerunt. b ¶Et anima uulneratorum clamauit.) Deus uocẽ implorantiũ inultã abire nõ patit: quin ultionẽ tribuat de erroribus, ut dũ ad ueritatẽ faucij peccatorum uulneribus cõuertunt, cõuicta falſitas puniatur. Punit eñ, qñ eorũ qui ſeducti fuerãt cõuerſionẽ deſtituit. c ¶Mane primo cõſurg. &c.) Iterum mane dictũ eſt, pro eo quod publice & clara luce malũ cõmittitur, ut ſit quaſi gloria facinus operantibus, & ſecundũ Sodomitarũ exẽplum: peccatũ ſuum nõ abſcõderunt, ſed prædicauerũt. Potuit & de iniquis iudicibus hoc dixiſſe, qui ad hoc maturius ſurgunt, ut cauſam egeni & pauperis muneribus corrupti præuaricẽtur. Noctẽ uero ideo dictã puto: quia præuaricatores negociorum ſecretum quoddã quaſi tẽpus nocturnũ requirũt: quãdo munera pro cauſis præuaricatis accipiunt. d ¶Oculus adulteri obſ. &c.) Siue ut alij dixerũt: Et latibulum faciei poſuit. Id eſt, cordis eius oculus, obliuione excæcatus eſt, ut in eius memoriam nõ aſcenderet: quia omnium cogitationũ, & operũ humanorũ malorum deus eſt inſpector & cognitor. e ¶Perfodit in tenebris domos &c.) Manifeſtũ eſt, quod per diem hãc rapinam ſua cogitatione diſponunt, antecq; ad ipſas facinorum tenebras ueniant.

Si ſubito

E a ¶ Si ſubito apparuerit aurora: arbitrantur umbram mortis.) Mox ut iuſticiæ ſibi, & honeſtatis aliunde lumē cœperit apparere, & ingeri conſcientiæ ſuæ malum; iam pœnas mortis ſe æſtimant ſuſtinere: quia iuſticia & ſanctitas, ut ait ſcriptura diuina, odioſa eſt iniquo.

a Si ſubitō apparuerit aurora, arbitrātur umbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce
b ambulant. Leuis eſt ſuper faciem aquæ.
c Maledicta ſit pars eius in terra; nec am⸗

*Alia expoſitio.* Siue aliter: Hic igitur homicida, recte hæreticus quiſq; ſentitur, ex eorũ numero qui animas hominum noxijs & lœtalibus ſenſibus interficiũt. Quod autē dicit, mane primo cōſurgit; illud eſt, quia cum hi qui cũ nuper fide initiati ſunt, matutinum habeant, id eſt, quaſi principium ſanctam religionē; ſiue ipſi matutinum effecti ſint, cum de tenebris & filijs noctis facti ſint in domino filij dei; hi perfidiæ ſuæ uenenum ꝓpinare feſtinant, ut eos decipiant. Siue aliter: Mane, Chriſtus intelligendus eſt; ad cuius reſurrectionem hæreſes in eccleſia eſſe cœperunt. Per noctem uero erit quaſi fur.) Omnes ſenſus hæreticorum nocti et tenebris comparandi ſunt; quia lumen non habent ueritatis. Ipſi etiam ſunt adulteri: quia eloquia dei caſta, adulterina interpretatione corrumpunt.

Perfodit in tenebris domos ſicut in die condixerāt ſibi.) Vnuſquiſq; hæreticus in prauitate doctrinæ conſiſtens; non dulci & ſuaui ſermone euangelij, ſicut imber placidus, & ſicut ros cum ſilentio in ani⸗

F mas deſcendit fidelium, ſed aſpero potius & ad uulnerandum peracuto domos perfodit animorum. Hoc enim uelut in die condixerunt ſibi hæretici, ut omnes mortales iaculis doctrinæ noxiæ perfoderent; quando in eccleſia adhuc, hoc eſt in die ueritatis poſiti, hæreſes facere condixerunt. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.) Si quiſpiam diſputator extiterit, qui contra eos lucem manifeſtæ ueritatis enarret, conuicti arbitrantur ſe incurriſſe umbram mortis, & nihilominus in ſtulticiæ ſuæ tenebris, uelut in luce ſapientiæ gloriantur. Poteſt & diabolus homicida, fur, & adulter intelligi: quia ad decipiendum hominem factus eſt homici⸗

*Ioan. 8. f* da, ut ait dominus: Ille homicida fuit ab initio. Diuinitatem quoq; ſibi per ſuperbiam arrogando, quā præſumptione animi ſui tentauit inuadere, uelut fur inuētus eſt, qui aliena conatur auferre. Qui etiā uirginalem illam & caſtam dilectionem dei amiſit, dum adulterinos conatus contra dei ſui & domini amorem faciens, propria uoluntate quæſiuit. Hic igitur mane primo, id eſt, circa ipſam natiuitatem protoplaſti hominis, ad ſeducendum eum per eius mulierem conſurrexit, & eum tanquàm egentem conſilio & pauperem, qui experiētia minus cautus eſſet deceptione inſidioſæ perſuaſiōis occidit. Noctem uero peccati ipſe ſibi operatus eſt; quando ad diuinitatem inuadendam, uelut fur irrepere uolue⸗

*Eſa. 14. c* rat, dicens: Super ſydera cœli ponam thronũ meũ, & ero ſimilis altiſſimo; & exinde cũ ſuis, quos cœli

ſydera appellauit, nox & tenebræ, princepsq; tenebrarum eſt appellatus. Et recte, quia dñi lumē amiſerat. Hic iā in peccatorũ ſuorũ tenebris cōſtitutus, uultum male cōſcientiæ ſuæ obduratione operuit, pœnitentiam nō acturus, & idcirco diuino lumine priuatus, ſtudet atq; obſeruat, ut ea quę tenebris & caligine ſunt digna cō mittat. Vnde in his operibus uitā agēs, fodiet ſibi domos habitationũ in inferis, cum illis ſuis miniſtris, cũ qbus ſe aduerſus deum & creatorē erigere tentauit. Hi ergo miniſtri eius, cum adhuc beati eſſent in illa æterna felicitate, in die illo utiq; ſempiterno, qui nō habet initium neq; finem, in hoc ſacrilegium tyrānidis ſunt cum ſuo principe collocuti; & putauerunt, qđ deus qui eſt lux uera, ſapiens & intelligibilis, hoc malum cōtumaciæ eorum impunitum relinqueret, ut non eos de illa beata atq; glorioſa ſede deijceret. Et hinc puto dixit, ignorauerunt lucem quod exiſtimauerunt deum hoc eis minime facturũ, propter quod excæcatis mentibus æternales tenebræ facti ſunt: qui & poteſtates dicti ſunt tenebrarum, id eſt, hominum peccatorum. Et hinc eſt quod cum nomen dei audierint, cōtremiſcunt; quod uocabulo auroræ ſignificari putamus. Cogitatio ergo eius; id eſt, diaboli uſq; ad ſermonem tantũ peruenire potuit, non etiā ad effectum; nō em̄ regnauit illic, & ſic deiectus H

eſt ſtatim, ubi uoce prompſit quod cogitauerat, & deorſum præceps actus eſt. Vnde cōſequens uidit, ut machinamēta cordis ſui, quibus cōtra deũ moliebatur, ad perſuadēdum cæteris angelis ſit locutus, & ita cōſentiētibus multis una quodāmodo cō ſpiratio fieret cōtra deum, ut ſi ita uideret. Illud tamen immobiliter tenēdũ, nullo modo in ſilētio agi militiæ cœleſtis officia, cũ legamus angelicas poteſtates, ante ſedē dñi in laudē gloriæ eius indefeſſis uocibus perſonare; neq; ullo modo Apl's dixiſſet: Si linguis hominũ loquor & angelorũ: niſi ſic eſſent & angelorũ linguæ ſicut hominũ; quamuis angelicę diſſimiles ſint humanis. Eſt ergo aliquod atq; ipm ualde magnũ ſuper diuerſitate linguarũ inter terrigenas & miniſteria ſuperna diſcrimē. Sup qua re nos canonicus liber noui teſtamēti, qui apoſtolica cōtinet geſta, ſufficiēter inſtruxit. b ¶ Leuis eſt ſuper faciē aquæ.) Quia nō ſunt de eccleſia magna, id eſt, populo graui & ſancto; qui granis fœcũdi & optimi tritici cōparatur, & qui in horreo æternarũ māſionũ cōdēdus eſt, uelut leuis palea nihilq; pōderis habēs, quod ad prægrauādos uirtutũ pertinet fructus, aquæ elemēto ſupernatabit; ut auroræ flatu tenui rapiatur. Siue aliter: Aquæ iſtæ hominũ amātium hoc ſeculũ habent figurā: eo quod ſemper ad inferiora ſint procliues, multũ ſecũ limi trahentes; q in chaos inferorum, turbido pondere deponatur. c ¶ Maledicta ſit pars eius in terra.) Qui enim in terra ſanctorum, quæ eſt uiuētium terra nō fuerit, maledictus



A maledictus erit: ſiue maledicta ſit pars eius in terra, id eſt, in maſſā generis humani. a ¶ Nec ambulet per uiam uinearum.) Id eſt, ita maledicta ſit eius cō uerſatio in terra hac, ut plebes dei, ſiue animas ſanctas, quæ ſicut uineæ plenæ fructibus fructiferæ

a nēc ambulet per uiam uinearum. Ad ni⸗
b mium calorēm tranſiet ab aquis niuium, &
c d uſq; ad inferōs peccatum illius. Obliuiſca⸗
e tur eius miſericordia. Dulcedo illius uer⸗
f g mes. Nōn ſit in recordatione, ſed cōntera⸗
h tur quaſi lignum infructuoſum. Pauit enim
i k ſterilem, & quæ non parit, & uiduæ bene
l non fecit. Detraxit fortes in fortitudine ſua.
m Et cum ſteterit, non credet uitæ ſuæ. Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia; oculi autem eius ſunt in
n uijs illius. Eleuāti ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent; & humiliabuntur ſicut omnia, &
o auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum
p conterentur. Quod ſi non eſt ita: quis me poteſt arguere eſſe mentitum, & ponere ante deum uerba mea?

Caput

ſunt, non imitetur; neq; per ipſas ambulet. Has em̄ uineas doctores tanquam cultores, doctrinis uelut ligonibus colũt, ut uinum operum bonorũ uindemiēt; quod in fide, id eſt, torculari eccleſiæ pondere tribulatiōis expreſſum; flagrās per gratiam Chriſti, odore ſuauiſſimo cũ uirtute meritorum in apothecas domorum cœleſtium recō datur. b ¶ Ad nimium calorem trāſeat ab aquis niuiũ.) Quaſi duas gehē nas ſanctus Iob dicere mihi uidetur, ignis & frigoris, per quas diabolus, hæreticus & homo impius cōmutetur. Forte in ipſa gehenna talis ſenſuũ cruciatus fiet illis qui in

B ea torquebuntur, ut nunc quaſi ignem ardentē ſentiant; nunc nimium algoris incendium, & pœnalis cōmutatio; nunc frigus ſentientibus, nunc calor ſit: ut quaſi de loco ad locum trāſitus æſtiment. Et fortaſſis inde dominus ait in Euāgelio: Mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Vt hic ſtridor dentium de rigore frigoris oriatur. Vbi & ſimilitudinem quandam ex noſtris corporibus poſſumus inuenire; in quibus rufi abundātia, quod eſt calidiſſimum, in typicis motibus intolerabilis rigor præcedit, ignem febrium ardētiſſimum ſecuturum, & dicuntur à medicis hæc duo quæ ſibi contraria dinoſcuntur; ex una fellis materia, in homine procreari. c ¶ Et uſq; ad inferos peccatum illius.) Peccatum impij & iniqui tam magnum eſt & tam graue, ut eum deprimat ad infernum tanq; plumbum in aqua ualidiſſima. d ¶ Obliuiſcatur eius miſericordia.) Id eſt, qui non ſolum miſericors ſed & miſericordia dicitur; quia miſericors à miſericordia, & ideo quaſi prototypon nomen, maius eſt quàm deductio nuncupata. Quicunq; ergo ſanctorum poteſt dici miſericors, uerax & iuſtus. Nemo tamen eorum recte dicitur miſericordia, & ueritas, & iuſticia. e ¶ Dulcedo illius uermes.) Per Antiphraſim dictum, quod eſt, ſcatens uermibus

*Mar. 9. g* moriatur. Et in euangelio: Vermis eorum nō morietur. Talis igitur dulcedo erit iniquis & odientibus deum. f ¶ Non ſit in record. &c.) Id eſt, ad ueniam miſericordiæ non perueniat, quod diabolo & ſuis hæreticis & impijs futurum, de ſcripturis

ſanctis ita didicimus. g ¶ Sed cōteratur &c.) Secundum illud: Omnis arbor quæ nō facit fructum bonũ, excidetur, & in ignē mittetur. Vel lignũ, peccatum intelligamus; quod per lignũ accidit; per qđ lignum diabolus addidit ad cumulũ criminis, quod aduerſum deum rebellis extiterit, ut & hominem præcipitaret in mortem; unde iam & in æternum interitum condemnatus eſt; ꝓpter quod ipſe diabolus lignũ inſanabile & infructuoſum poteſt dici; quia nunq; erit pœnitentiæ medicatione ſanādus. De ligno autē uitæ, id eſt cruce, uel de Chriſto dicitur: Secũdũ dies ligni erũt dies populi mei. h ¶ Pauit em̄ ſterilem.) Id eſt nutriuit & fouit animas ſteriles & īfructuoſas uirtutibus. i ¶ Et quæ nō parit.) Eas quoq; animas aſſenſiōis ſuæ delectationibus pauit, q̄ cũ poſſint de utero cordis bona opera parturire, noluerũt, ſicut de hu⸗ C *Matth. 3. c*

*Pſal. 35. a* D iuſmodi ait Dauid: Noluit intelligere ut bene ageret. k ¶ Et uiduæ bene nō fecit.) Viduā, animam ſanctitatis uiribus deſtitutā; quæ deum uirũ habuerat, cum exhortatione noluit conſolari ut id ageret, quēadmodum poſſet reuerti ad uirũ ſuum priorē. l ¶ Detraxit fortes &c.) Alij dixerũt, & in ira euertit infirmos; id eſt, fortes atq; uirtutũ uiros, ꝓſtrauit & detraxit. m ¶ Et cũ ſteterit nō credet uitæ ſuæ.) Et cum in proſperis ſit, nec ſic quoq; mordente cōſcientia putat, quod eadem felicitate perpetue potiatur, cum huiuſmodi pertinacis & duri animi ſit, credēs quod in illa uita ſua, tam perdita ſtare poſſit. n ¶ Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut &c.) Ad modicum autē dicitur, pro breuitate uitæ præſentis; in qua pro tempore exaltantur iniqui. Auferentur ſicut omnia, id eſt, ſicut illa quæcũq; ſunt partis aduerſæ, ſiue cum in fine ſeculi ablata fuerint omnia temporalia.

o ¶ Et ſicut ſummitates &c.) Quemadmodum enim ſummitates ſpicarum, res utiq; nimium fragiles tanta facilitate cōminuuntur, ut ad nihilum deducantur, ita & hi de quibus locutus ſum, ut puluis tenuiſſimus, ſiue ut fauillæ lanugo erunt ante faciē dei, cum fuerint contumelia confuſionis attriti.

p ¶ Quod ſi nō eſt ita; quis me pōt arg. &c.) Quis enim ex uobis arguere me poterit: quia non ita ſit futurum ut dixi; meq; falſitatis conuincere, qui aſſeritis quod omnia in hoc tempore reddat deus peccatoribus quæ merentur, quod in meā potius ſuggillationem de ſtudio contentionis ingeritis.

Caput

Caput XXV.

a Reſpondens autem Baldad Suites, di-
xit: Poteſtas & terror apud eũ eſt, qui
facit concordiam in ſublimibus ſuis. Nun-
b quid eſt numerus militũ eius? Et ſuper quẽ
c non ſurget lumen illius? Nunquid iuſtifica-
ri poteſt homo comparatus deo: aut appa-
d rere mundus natus de muliere? Ecce luna
etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mun
e dæ in conſpectu eius: quantò magis homo
putredo, & filius hominis uermis?

Caput XXVI.

f Reſpondens autem Iob, dixit: Cuius ad
iutor es: nunquid imbecillis, & ſuſtẽtas
brachium eius qui nõ eſt fortis. Cui dediſti
cõſiliũ? Forſitan illi qui nõ habet ſapientiã,
& prudentiam tuam oſtendiſti plurimam.
Quem docere uoluiſti? Nónne eũ qui fecit
g ſpiramentum? Ecce gigantes gemunt ſub
h aquis, & qui habitãt cum eis. Nudus eſt in-
fernus coram illo, & nullum eſt operimentũ
i perditioni. Qui extendit aquilonem ſuper
uacuum, & appendit terram ſuper nihilum.
Qui

E Caput XXV.

Reſpondens autem Baldad Suites, dixit: Poteſtas.) Conuictus Baldad à beato Iob dicente: in futuro magis dei eſſe iudicium, ad hæc ſe conuertit ut diceret: apud eum eſt poteſtas & terror, id eſt, non iam exercet iudiciũ, ſed apud ſe repoſitũ tenet ac reſeruat in poſterum. Ipſe tamẽ facit perpetuæ pacis cõcordiã in ſublimibus, ideſt, angelis ſiue hominibus ſanctis ſuis, cuſtodiendo eos ne per aliquẽ lapſum peccati inimicitias offenſæ cœleſtis incurrant. b ¶Et ſuper quẽ non &c.) Ipſe enĩ illuminat oẽm hominem uenientẽ in hũc mũdum. c ¶Nũquid iuſtificari &c.) Manifeſtũ eſt, quod inopia reſpõdẽdi, eadem quæ dixerant frequẽtius repetãt. d ¶Ecce & iam luna nõ ſplẽdet &c.) Sub nomine lunæ, ſiue ſtellarum, angelos & ſupernas poteſtates intel-
F ligere poſſumus: qui ad cõparationem diuinæ reuerẽtiæ, immũdi & tenebræ poſſunt uideri: ex eo utiq; qm̃ natura cõditæ creaturæ: licet nõ peccẽt: capaces tamẽ peccati ſũt, ut apparuit in aliis angelis eiuſdem naturæ peccantibus. Sed poſt eos nullũ angelorum peccaſſe credẽdum eſt: quia omne liberum ſuum arbitrium in ſolius dei charitatem uerterunt: ſicq; immobiles facti ſunt, perſiſtẽtes in ueritate: in qua prædictus angelus cũ ſuis ſtare noluit. Proinde angelorum uoluntas per amorem dei facta eſt incõuertibilis, quæ in deo eſt per naturam. Ideo illi ſoli incorrupto honor & gloria. Poteſt & de his elementis dicere, quod ideo immunda dicantur, quia non ſemper luceant: uel quod corpora tãtum illuminent & nõ mentes ſicut deus, qui utrũq; facere cõſueuit. e ¶Quanto magis homo putredo, & filius ho. &c.) Si enim angeli, inquit, & cœlorum etiam corpora ad comparationem dei, immunda eſſe dicuntur: quid putas homo exiſtimandus eſt, cum ſit ipſe putredo: filius quoq; hominis uermis: ex eadem utiq; naſcẽs corruptiõe qua uermis?

Caput XXVI.

Reſpondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es: nunquid imbecillis, & ſuſtentas brac. &c.) Videns deo iniuriam fieri, iuſta indignatione commotus, in ipſo initio ſermonis ſui Baldad Suiten durioribus arguit uerbis: eo quod ita loqueretur:

G tanquàm ſi deus infirmus ac non habens ullã brachii fortitudinẽ, eius egeret auxilio. Aduertens igitur quia minor eſt participatio ad totũ: gutta ſtillæ perenni fonte: ſcintilla latens in cinere igni diuino quo omnia cõcaleſcunt: lucerna corporis ſoli iuſtitiæ: teſta figulo: anĩa deo: unde mirans Iob loquitur, quare auſus fuerit, ut eũ à quo illi eſt eſſe, docere uoluerit. g ¶Ecce gigantes gemũt ſub aquis & qui habitant cum eis.) Gigãtes aũt appellat ſcriptura diuina homines ſuperbos, rebelles & cõtumaces. Diabolus quoq; & ſui, propter ſuperbiã translato nomine gigantes nuncupantur. Quod autem ait ſub aquis gigãtes gemere: ita inquit, uelut ſi dixiſſet, ſub terra, id eſt, in inferioribus terræ: ubi inferi eſſe perhibentur. Vnde & ipſi ĩferi nominati ſunt. Aquæ enim eius naturæ ſunt, ut ſine terra eſſe nõ poſſint. Ecce gigantes gemunt ſub
H aquis. Qui gemitus utiq; de doloribus & ſqualore Tartareæ habitatiõis eis naſcebantur. h ¶Nudus eſt infernus coram illo &c.) Hoc dicit, quod ſcientiam dei nihil latere poſſit. Et quod perditio, qui diabolus nobis non abſurde ſentitur, ſe nõ præualeat ab omnipotentia eius abſcõdere. i ¶Qui extendit aquilonẽ ſuper uacuum, & appendit terram ſuper nihilum.) Hoc ſic intelligẽdum eſt: ſiue quod terra ex nihilo facta ſit: ſiue nihil infra terram ſit, quo terra ſuſtineatur: cum ipſa uniuerſa ſuſtineat, & ipſa innumerabiliter dei uirtute libretur: quia in ipſo ſunt uniuerſa & ab illo omnia cõtinentur. De quo Apoſtolus dicit: Portans omnia uirtutis ſuæ uerbo. Et quia ali- Heb.1.a
quando in ſcripturis per figuram aquilo uẽtus diabolus eſſe ſignificatur: Siquidẽ à Salomone aquilo Prouer.25.d
durus uẽtus dicitur: nomine autẽ dexter uocatur. A ſuis quippe dexter quidem dicitur, ſed totus ſiniſtri operis autor eſt. Hic igitur ſuper uacuum dilatatur, id eſt, ſuper frigidos fide atq; ĩcredulos, quod eſt ſuper inanes uera religiõe & uacuos: atq; ut eis uelut rex dominetur, ſuperextenditur. Rurſum illi ipſi increduli quos ſanctus Iob terræ nomine appellauit: ſuper diabolum qui à deo nihil factus eſt appenduntur, ut incerti ſemper ſint, & imitẽtur caput ſuum membra, ut tãq; caput quod nihil dictum eſt eſſe ſuper uacuum & nihilum appendantur.

Qui



a Qui ligat aquas in nubibus ſuis: ut non erũ-
b pant pariter deorſum. Qui tenet uultum ſo-
c lii ſui: & expandit ſuper illud nebulam ſuã.
d Terminũ circũdedit aquis: uſq; dum finian-
e tur lux & tenebræ. Columnæ cœli cõtremi-
f ſcunt & pauent ad nutum eius. In fortitudi-
g ne illius repẽte maria cõgregata ſunt. Et prũ
h dẽtia eius percuſſit ſuperbũ. Spũs eius orna-
uit

A a ¶Qui ligat aquas in nubibus ſuis, ut nõ erũpant pariter deorſum.) Per has nubes in altitudine ipſa ſpacioſi aëris colligantur aquæ, ſicut & alio loco de deo ita legimus: Cribrans aquas de nubibus ſuis. Hoc igitur modo ligatæ dicũtur, quoniã nõ ſimul effundũtur in terrã: ſicut in diluuio factũ legimus. Spiritualis autem iſte eſt intellectus: ut nubes ſanctos doctores interpretemur eccleſiæ: qui aquas euangelii, portant populis effundendas, & gubernandas à ſpiritu ſancto deferũt: ut irrigẽtur terræ populorum: & de hac cœleſti pluuia, uirtutum fruges ſpirituali operatione multiplicẽtur. Quas aquas de ſuperna abundantia defluẽtes, ligat deus in nubibus ſuis: ut unicuiq; ſecundum capacitatem cordis ſui, tantum doctrinæ, tanq; aquam effundat, quantum ſuſcipiẽtis poſſibilitas patitur: ne ſimul fortaſſis effuſæ, obſint cordibus: minus ualentibus abundantiorem ſuſcipere doctrinam. b ¶Qui tenet uultum ſolii ſui.) Sententiam iudicii ſui reſeruat in poſterũ. Iuſticiæ ſuæ & pietatis ſedem in om̃i creatura ſua, ueritatis gloria reſpõdentẽ deus tenere dicitur: quod eſt manifeſtationem ſecretorum iudiciorũ ſuorũ obualla-
B re atq; abſcõdere: ut euangelium Chriſti in his qui pereunt. c ¶Et expandit ſuper illud nebulã ſuã.)
Mar.4.b Secũdum illud quod dominus ait diſcipulis in euãgelio: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum. In obtectionẽ quoq; diuinæ cuſtodiæ ſuæ: expandit ſuper ipſum bonum nunciũ euangelii, in nubem defenſiõis ſuæ, ut nullus poſſet ei quamuis acerrimus aduerſarius præualere: de qua Apoſto-
1.Cor.10.a lus ait: Patres noſtri oẽs ſub nube fuerũt. d ¶Terminum circundedit aquis: uſq; dum finiantur lux & tenebræ.) Sub nomine aquarum κατὰ συνεκδοχὴν, quod eſt à parte ad totum, mundi finem mihi uidetur dixiſſe: quia noctis ac diei uiciſſitudo præterita ſit: Siue de impiorum populis, uel de ſanctorum tribulationibus, quæ aquarum nomine in ſcripturis ſæpe dicuntur. Hæc igitur aquæ à deo terminũ acceperũt: ſiue ut ſemper iniqui & peccatores ſint: ſiue ut nõ ſinat fidelis deus tribulationes pati ſanctos ſuos ſuper q̃ ſuſtinere poſſunt. Hęc ergo fient donec proſperitas & iniquitas tranſeat impiorum: quæ hoc loco lucis & tenebrarum nomine ſignificata ſunt. e ¶Columnæ cœli contremiſcunt & pauent ad nutum eius.) Stabilitatem ergo ſolummodo permanentem in natura angelorum, columnarum nomine ſentiamus: quia non ſolum immobiliter in ſanctitate perſeuerãtes ſunt: ſed etiã æternæ beatitudinis gloria ſpecioſi. Nam de futura im-
Apoc.3.c mobilitate hominũ: ita ait filius dei: Qui uicerit, faciam illum columnam in tẽplo dei mei. Sed & ipſa eccleſia, quæ eſt ſanctorum omnium congregatio

C pro æterna ſibi in domino ſtabilitate, columna & fundamentum dicitur ueritatis. Poteſt & de ſanctis angelis ita intelligi: ut pro charitatis ſuæ ac dilectionis intuitu, columnæ dicantur: eo quod ꝓ ſalute hominum curam gerant, pro quibus ſunt pio affectu ſoliciti, quod eis quaſi ad pondus cogitationũ accedere uidetur. Et ſecundũ tropicos intellectus, cœli nomine ſignificari eccleſiam nouerimus, in qua cœlorũ myſteria celebrãtur. Huius itaq; cœli, id eſt eccleſiæ colũnæ, ſunt Apoſtoli: & cæteri qui gratia ſimili ſunt, qui portãt ac ſuſtinẽt diuerſarum perſecutionũ ingruentia ſibi pericula. Et animæ hominũ aliquãdo cœli intelligũtur. Harum animarum quas per metaphoram cœlos diximus: columnæ ſunt cogitationes ſuæ: ipſis quippe anima ſuſtinetur & regitur: et ne erugine peccati nutet ac titubet, cõſilii ſtabilitate firmatur. Quia hoc ſæpius cõtingit humanæ fragilitati: ut ubi cautio minor intuẽtiũ eſt: impulſu peccati: columnæ, id eſt bonæ cogitationes in parte altera diffigantur. Et idcirco tremẽt ac pauent ad nutum minantis dei: ſuum horrendum iudicium prædicantis. Non enim cogitationes animæ iſtæ ſunt
D propriæ: tanq; ſibi natura ineſſent: quæ utiq; in natura exiſtente ſunt, & naturæ exiſtentis miniſteriũ, ſine quibus natura rationalis non eſt: quoniam ut dixi, ipſæ per ſe non ſunt: ſed motus inuiſibiles ſunt ſubſiſtentis naturæ. f ¶In fortitudine eius repente maria congregata ſunt.) Quod in principio Geneſis factum legimus. g ¶Et prudentia eius percuſſit ſuperbum.) Cui dubium eſt quia principaliter diabolus ſit hic ſuperbus: qui tunc primum à deo percuſſus eſt: quando eum de ſede illa cœlorum beata atq; ſublimi depoſuit, de qua ꝓpheta ait: Pſal.88.b
Tu humiliaſti ſicut uulneratũ ſuperbum. Spiritualiter, recte maria hæc, Iudæorum gentem & nationum populos eſſe ſentimus, quibus dominaturum uerum Salomonem, Dauid propheta ita pronũciat dicens: Et dominabitur à mari uſq; ad mare. De ma Pſal.71.b
ri enim, id eſt de gente Iudæorum cœpit euangelium Chriſti, quia de Sion exiit lex & peruenit ad mare gentium. Hucuſq; ergo hæc maria, populorum fortitudine ac uirtute reſurrectionis Chriſti, Apoſtolorum euãgeliſtarumq; miniſterio cæterorumq; prædicta: repente in unum eccleſiæ corpus cõgregata atq; in unam copulam fidei ſunt Chriſti charitate connexa. h ¶Spiritus eius ornauit cœlos.) Legimus in principio Geneſeos, quarto die à deo ſtellas poſitas eſſe in cœlo aut in firmamento. Spiritu etiã ſancto, ratiõabiles cœlos ornauit: quos Apoſtolos & apoſtolicos uiros intelligimus: qui multis ſcripturarum locis, cœlorũ nuncupationem conſequuntur, ſecundum illud prophetæ: Operuit

E cœlos uirtus eius & prudētia eius percuſſit ſuperbum. *Abacuc.3.a* Chriſtus dei uirtus & dei ſapiētia percuſſit ſuperbum diabolū. Hi ergo ſancti, à ſpiritu ſancto ita diſtincti ſunt gratiarum donis, tanq̃ ſydereis luminaribus. a ¶Et obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſ.) Sancti ergo adornati uerbo dei, tanq̃ ſemen populis ſpargūt. Vnde à timore domini in utero, ſpiritū ſalutis cōceperunt; & ita manus & ſapiētia patris, Ieſus Chriſtus, animabus multiplici uirtute fœcundis, dignatione ſua à ſancto Iob aſtare perhibetur, ut parturientibus filios uenturi ſeculi obſequium quoddã abhibeat ſuę pietatis, eaſq́ in perſecutionū doloribus poſitas conſoletur; miniſterio quoq; ſuo inuiſibiliter intrinſecus operante; adiuuet parturientes: Quia ſine illo, nullus eos bonorum operum, quæ filiorū nomine ſuperius diximus, ſubſequetur

F effectus. Ipſo igit̃ charitate miſericordiæ ſuæ qua nos multum dilexit, per hoc miniſteriū obſeruante & pietate eius obſtetricante, ut animæ ſanctæ huiuſmodi fœtus ædant educitur ab eis; & de cordibus earum excluditur ille, in quo nihil eſt rectū, coluber tortuoſus. b ¶Ecce hæc ex parte dicta ſunt uiarum eius.) Hæ ſunt uiæ domini de quibus ipſe ſaluator per Salomonem ait; cum de ſua natiuitate prædixit. *Prouer.8.c* Dominus creauit me in prĩcipio uiarum ſuarū in opera ſua. Creatus eſt ergo ipſe dominus Ieſus Chriſtus per deum patrē; ex Maria uirgine; ad oſtendendas & manifeſtandas mandatorum uias, à quibus opus dei, id eſt homo aberrauerat. c ¶Et cum uix paruam ſtillã ſermonis eius audierimus.) Paruam ſtillam, hominē aſſumptū intelligamus, *Pſal.41.b* qui in pſalmo Hermonim mons modicus appellat̃. *Dan.2.g* Et in Daniele lapis exciſus; & faſciculus guttæ *Can.1.* in Cantico cãticorum. d ¶Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.) Hoc dicit; ſi aſſumptio formæ ſerui, penè ineffabilibus myſterijs cōtinetur & ad comparationem aſſumētis dei ſtilla permodica eſt; quãto magis, quiſq; nõ poterit tonitruū magnitudinis intueri; id eſt ipſam diuinitatem; quæ ideo tonitrui nomĩe dicta eſt; qa cū de excelſo fama nominis eius, in Chriſto Ieſu filio ſuo terris inſonuit, & hominibus hoc fragore terribili intonuit; nemo tamen eorum poterit totam diuinitatis eius magnitudinem intelligentia contueri: id eſt; illud: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.

G

Cap. XXVII.

ADdidit quoq; Iob aſſumens parabolam ſuam; & dixit, Viuit deus qui abſtulit iudiciū meum; & omnipotens qui ad amaritudinē adduxit animam meam,) Dum eum innocentem, pœnas iniquorum pati permittit; amaritudinem quoq; animæ eius miſeria præſenti repleuit. f ¶Donec deficiam nõ recedam ab innocentia mea,) Ego enim etiam ſi in his cruciatibus moriar, nõ recedã ab innocentia mea, quam uos quaſi blaſphemū in eis me aſſeritis perdidiſſe. g ¶Nõ enim me reprehēdit cor meum in om̃i uita mea,) Hoc loco om̃is uita; præ

H ſens uita intelligenda eſt, quo tempore hæc dicebat: tanquàm ſi diceret. Tota nunc conuerſatio mea irreprehēſibilis eſt. Non enim reprehendit me cor meum in om̃i uita mea; id eſt, male ſuadētibus, ut & uos facitis ad blaſphemiam hortãtibus non conſenſi; quod & uxor ut facerem ſuadebat. h ¶Quæ eſt ergo ſpes hypocritæ ſi auare rapiat et nõ liberet deus animam eius.) Hypocrita fictus in amicitia, uel doloſus intelligitur. Quantã uos cupiditatem, & quaſi auariciæ ſitim patimini, inquit, in interitu meo; ut me uotis iam in tartarum rapiatis? Super hac igitur nephanda uolũtate; quã ſpem ueniæ ante deum habebitis, ſi non acquieſcitis deo, ut uos in hac uita emēdare curetis. i ¶Nũquid deus clamorem eius audiet; cū uenerit ſuper eum anguſtia.) In tempore itaq; retributionis, quando impio uentura eſt anguſtia; nullū erit remediū peccatoribus; quia preces eorum dominus in die ultionis nõ ſuſcipiet. k ¶Aut poterit in omnipotēte delectari; aut inuocare deum omni tempore.) Is in deo delectari poterit & inuocare eū, qui ſibi bene cōſcius recte præſumit; & qui ſe talem exhibuerit; ut quolibet tēpore mereatur audiri. l ¶Docebo uos per manum dei quæ omnipotens habeat; nec abſcondã.) Illa dicit quæ habet deus in manu ac poteſtate, & in

a uit cœlos; & obſtētricante manu eius, edu-
b ctus eſt coluber tortuoſus. Eccē hæc ex par-
c te dicta ſunt uiarum eius. Et cūm uix paruã
d ſtillam ſermonis eius audierimus; quis pote-
rit tonitruum magnitudinis illius intueri.

Cap. XXVII.

e ADdidit quoq; Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Viuit deus qui abſtulit iudicium meum: & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec ſupereſt halitus in me: & ſpiritus dei in naribus meis; non loquētur labia mea iniquitatem; nec lingua mea meditabitur mendacium. Abſit à me, ut iuſtos uos eſ-
f ſe iudicem. Dōnec deficiam, nõ recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meam quã
g cœpi tenere, non deſeram. Nēq; enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Sicut impius inimicus meus: & aduerſarius
h meus quaſi iniquus. Qūæ eſt enim ſpes hypocritæ, ſi auare rapiat: & non liberet deus
i animam eius? Nunqūid deus audiet clamorem eius; cum uenerit ſuper eum anguſtia?
k Aūt poterit in omnipotente delectari; & in-
l uocare deum omni tempore? Dōcebo uos per ma



A & in ſecretis iudicijs ſuis. a ¶Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt; & nepotes eius nõ ſaturabuntur pane.) In filijs & nepotibus, reliquam omnem poſteritatem malæ generationis ſignauit. Aliquãdo in ſcripturis, nõ ſolum carnali progenie; uerum etiam morū ſimilitudine filij appellantur. b ¶Qui reliqui fuerint ex eo, ſepeliētur in interitu; & uiduæ illius nõ plorabunt.) Hoc ſignificare mihi uidetur: quod per tempora, ad ſummã egeſtatē ſiue miſeriam, ples impij hominis, ſiue generatio deducenda ſit; & uiduæ eorū præ nimio inſtante ſibi malo, flere nõ poterunt. c ¶Si comportauerit quaſi terram argentum; & ſicut lutum præparauerit ueſtimenta.) Inſatiabilem cupiditatem ac uoraginē quandam inexplebilis huius impij dicit. d ¶Præparabit quidem, ſed iuſtus ueſtietur illis; & argentum innocens diuidet.) Et Salomon ait; *Prouer.28.b* Qui amplificat diuitias ſuas cum uſuris

B abundanti; qui miſeretur pauperum cõgregat eas. e ¶Aedificauit ſicut tinea domum ſuam: & ſicut cuſtos fecit umbraculum.) His uerbis hoc ait, quod homo impius fruſtra laborauerit: quandoquidem uel cito tranſeuntibus rebus, uel tineis demolientibus, ſtatus illius domus comparatur. Aliter; Si cõportauerit quaſi terram argentum, & ſicut lutum *Alia expoſitio.* præparauerit ueſtimentum: præparabit quidem, ſed iuſtus ueſtietur illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit umbraculum. Hic ergo impius quem diabolum eſſe ſuperius diximus, in præuaricatione Adæ, precioſos quoſq; & claros uiros, ut terram & lutum uiles conſtituit: à quibus etiam uirtutes & bona naturæ uelut ueſtimenta detraxit: & eorum aurum, quo diuitiæ mentis ſignificantur. Hi enim diuitijs ad imaginem & ſimilitudinem creatoris ſui pulchri facti fuerant, & compoſiti; qui eas auferendo ab eis, ad ſummam eos indigentiam uilitatemq́ perduxit. His igitur rebus homines comparantur, in Adam ut dixi, ſeducti à diabolo, quæ in creatura mundi uiliora uidentur. Sed iuſtus dominus & deus noſter auferendo à diabolo prædicta ſpolia captiuorum: ipſos quoq; captiuos liberans, quos inimicos in interitum præparauerat; eccleſiam ſanctam ſibi exhibuit ex eis; mūdãs eam lauacro aquæ in uerbo; atq; eam ſine macula & ruga efficiens; id eſt puram à peccato & confeſſione fidei ſimplicem, precioſo induit ueſtimento. Argentum etiam quo perſpicui quiq;, ut iam locutus ſum & clari mundi huius intelligũtur; innocens agnus dei & immaculatus diuidit; cum credentes in beatam uitã & æter-

C nam gloriam mittit; & incredulos in perditionem mittit. Siue argentum clara & ſplendens eloquētia ſecularis, à mundo per Chriſtū aufertur: ut credentium facundia, nitenti & puro eloquio, eius euangelium ueſtiatur; quia quēadmodum animæ hominum uirtutū ueſtibus induuntur; ita & ſenſus dū prædicatione euangelizantiū enunciãtur; quodammodo ſermonibus ueſtiuntur. Aedificauit ſicut tinea domum ſuã, & ſicut cuſtos fecit umbraculum. Vt tinea cōſumit & demolitur habitaculum ſuum; ita & diabolus domū perditi populi ſui in interitum eius ædificat; qui habitationē ſibi temporariã & paulatim ſolubilē præparauit, poſſeſſurus æterna ſupplicia. Hic eſt ergo ille impius hypocrita qui auare rapit. In non conuertente nulla ſpes ueniæ erit, cum etiam ſuper hæc, quadã auaricia ſæuiēte rapiat homines ad interitum. Qui

D idcirco hypocrita dicitur; quia ſe transfigurat in angelum lucis; cuius etiam clamorem ſeræ deprecationis, non eſt dominus auditurus: cum intra pœnarum anguſtias fuerit coartatus. In deo quoq; non erit ei de bono conſcientiæ aliqua delectationis fiducia; ſed nec in laudem confeſſionis eum poterit prouocare, qui in ſimilitudinem innumerabilium filiorum ſuorum diuina ſententia dei gladio ferietur. Nepotes etiam in quibus illi intelliguntur qui ab illis ſeducuntur; quos prius diabolus ipſe deceperat; nepotes, inquam, eius, non ſaturabuntur pane, uiſionis dei utiq; famē inopiamq́ paſſuri. Quia omnes ſancti cōtemplantes deum, reficiendi ab eo ſunt & paſcendi; quo nunc angeli ſaturantur. Reliquias quoq; diaboli, extremam generationem eius intelligere poſſumus; quæ ſimiliter ut ipē diabolus & filij ac nepotes eius cum toto corpore populi ſui in interitum ſepeliētur. Illæ quoq; uiduæ, id eſt animæ quas uitijs ſuis & illecebris uoluptatum diabolus inneruauerat; molleſq́ reddiderat, ut omnē fortitudinem & uirilitatē amitterent; nulla correctiōe ac ſatisfactione deflebunt; ut ſaltem aliquando reſipiſcant ad deum; quem tanq̃ uirum amiſerãt, uitijs uelut adulteris cohærendo. Viuit deus qui abſtulit iudicium meum.) Secundum formam ſerui quã aſſumpſit, iudicium uoluntatis humanæ; & ex perſona aſſumpti hominis dictum eſt; quo orans dicebat ad patrem; Mi pater ſi poſſibile eſt; trãſeat à me calix iſte. Et ideo iudicium meū dixit; quia in ſe humani generis infirmitatē, in ueritate ſuſcepti hominis demonſtrabat. Et omnipotens qui ad amaritudinem

per manum dei quæ omnipotens habeat, nec abſcondam. Ecce uos omnes noſtis: & quid ſine cauſa uana loquimini? Hæc eſt pars hominis impij apud deum; & hæreditas uiolentorum, quam ab omnipotente ſu-
a ſcipiēt. Si mūltiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt; & nepotes eius non ſaturabuntur
b pane. Qūi reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu; & uiduæ illius non plorabunt. Si
c cōmportauerit quaſi terram argentum; & ſi-
d cut lutum præparauerit ueſtimenta: præpārabit quidem, ſed iuſtus ueſtietur illis; & ar-
e gentum innocens diuidet. Aedificāuit ſicut tinea domum ſuam; & ſicut cuſtos fecit umbraculū

E tudinem adduxit animā meā.) Amarum erat poculum mortis: ad quod bibendū ſaluator noſter aduenerat: de ipſius nãq; calicis amaritudine erat, quod ait diſcipulis ſuis: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Verbum autem, adduxit, ſecundum Apoſtolum intelligēdum eſt: qui
Rom.8.f de deo patre ita ait: Qui proprio filio ſuo nō pepercit: ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Non enim nolens traditus eſt in mortem. Alio loco de ſaluatore idem Apoſto-
Rom.4.d lus dicit: Qui ſe tradidit ꝓ peccatis noſtris. Quia donec ſupereſt halitus in me: & ſpūs dei in naribus meis.) Huc & illud perti-
Eſa.2.d net quod de dño in Eſaia ſcribitur: Quieſce ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt ipſe. Donec aūt aduerbium ſecūdum hunc intellectū quo de ſaluatore noſtro ſeriem intelligentiæ huius texuimus, nō ita ut ſonat dictum exiſtimemus, tanq; dixerit: quoaduſq; eſt halitus uitæ huius in me, id eſt anteq; moriar: ſed donec pro ſemper atq; perpetuo hoc loco dictum eſſe nouerimus. Sicut ait ipſe dñs ad populū per ꝓphetā: Ego ſum, ait dñs: & donec ſeneſcatis ego ſum. Nō enim poſt ſenectutem hominum deus nō erit, cum eiſdē
F potius ſeneſcentibus, deus perpetuo maneat. Ad
Pſal.109. illud aūt quod pſalmiſta ait: Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuoꝝ: quid dicimus? quod poſteaq; inimici ſubiecti fuerint, Chriſtus nō ſeſſurus ſit ad dexteram dei patris? & ubi erit illud quod ait angelus: Et regni eius non erit finis? Propter quod donec, in talibus locis ut dixi pro perpetuo eſt intelligendum. Nec non & illud quod de Ioſeph & beata
Matth.1.d Maria euangeliſta ait: Nō cognoſcebat donec peperit filium. Quis enim eſt ſuper ueneranda beatæ Mariæ uirginitate ita blaſphemus: ut hoc ſaltē audeat cogitare: ut poſt deum ſaluatorē, filium ſuum: illa uirum cognouerit? Proinde ſecūdū ueritatē fidei catholicæ, donec & hic ſicut ſupra dictum eſt ꝓ ſemper intelligamus. Ait ergo dominus Ieſus: quia ſemper halitus diuinitatis in me eſt, quia ſecūdū id quod homo ſum, & in deo cōditus ſum & creatus: habeo in me ſpiritum patris mei, meumq; ſubſtantialiter. Sequitur ergo ita dicēs: Donec deficiam nō recedam ab innocentia mea. Quia ergo innocentiā nō moꝝ induſtria acquiſiui, ſed in ea ut natus ſum: ita ſum iuſtus & innocens. Iuſtificationem meam quam cœpi tenere nō deſeram.) Potuit hoc ſaluator dicere ut homo in deum aſſumptus, cuius initium eſt ſecūdum carnē ex uirgine Maria: peccatū autem hominis nec naſcendo traxit, nec operando cōtraxit. Et ideo ſolus ueraciter dicit: Nō enim reprehēdit me cor meum in omni uita mea.) Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. Nō enim uoto maledicit, ſed ꝓphetando

a bracculum. Diues cū dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil īueniet.
b Apprehendet eum quaſi aqua inopia: no-
c cte opprimet eum tēpeſtas. Tollet eum uentus urens & auferet: & uelut turbo rapiet eū
d de loco ſuo. Emittet ſuper eū & non parcet:
e f de manu eius fugiens fugiet. Stringet ſuper eum

prædicit: & ſecūdum meritum loquitur hominum G peccatorū: prædicens quid unuſquiſq; permanens in peccatis recepturus ab eo ſit. Nunc ad eum locū reuertamur. a ¶ Diues cū dormierit nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos & nihil inueniet.) Multis modis diues intelligit in ſcripturis diuinis. Eſt diues facultatibus terrenis, ſed ſi confidit in ipſis diuitijs cadet. Hic ergo diues cū in ſomno mortis fuerit, nihil de ſuis facultatibus ſecū feret: qm̄ nudus uenit naſcēdo: nudus reuertit̃ in terrā moriēdo. Hic in reſurrectione aperiet oculos ſuos, & nullū meritū boni operis inueniet. Iudæorū quoq; populus, ꝓpter innumerabilia diuina beneficia: ꝓphetarū quoq; oracula ſiue ꝓmiſſiones plurimas, & dei ipſius frequēs alloquium: diues eſt dictus. Vnde eiſdē Iudæis ait dñs in euāgelio: Vę uobis diuitibus. Superbi quoq; nō Luc.6.d habētes ſpiritus paupertatē: diuites appellātur. Philoſophi etiā habētes facundiā & ſcientiam mūdialē: diuites nūcupantur. Hi cū in die reſurrectionis fuerint ſuſcitati: nihil remedij quo ſaluētur inuenient. Hæreticus etiā quiſq; diues dici poteſt: qm̄ multa imò omnia de ſanctæ eccleſię remunerationibus ſe habere præſumit: remiſſionē peccatorū: ſignificationē ſpūs: pignus etiam dñici corporis: & hæredi- H tatem cū ſanctis angelis regni cœleſtis. Hi ergo oēs ſiue quia crucis ſcādalū patiūtur: ſiue præſumptiōe cordis ſui, ut in errore ambulēt, ueritatis tramitē reliquerunt. Siue quia obſcuratū habentes intellectū, ꝓpriū liberæ uolūtatis arbitriū: in infidelitate ꝑdurāt. Vel quia abominabiles facti ſunt: exaltātes cor ſuum poſt ſomniū mortis: in reſurrectiōe aperient oculos ſuos, & nihil inueniēt. b ¶ Apprehēdit eū quaſi &c.) Subitam egeſtatem prædictis diuitibus, uelut aquā ſuperuētură ſignificat: qui miſeria & inopinata ſibi anguſtia, quæ tēpeſtatis nomine dicta eſt, nocte id eſt repēte dū neſciūt opprimētur: iuxta illud Apl'i: Cū dixerint pax & ſecuritas tūc repētinus eis ſupueniet interitus. c ¶ Tollet eū uē. &c.) Venti nomie, ſententiā dixit, qua uelut puluis qſq; eoꝝ, ꝓijcietur à facie terræ. Et uētus hic diuinæ ſententiæ urens dicit̃: eo ꝙ ad gehennæ uredinē ducit ſiue cōpellit. d ¶ Emittet ſup eū &c.) Vētus utiq; ſentētiæ dei, ſiue ipſe deus per ſentētiā iuſticiæ ſuę, mittet ſuper eū pœnas, id eſt meritū facinoꝝ ſuorū ſuſcipiet. Nō eñi parcet, cū reddet ei ſecundū opera ſua. e ¶ De manu eius fugiēs fugiet.) Et nō tenebitur, inquit, manu dei ut ſaluet̃, de qua uelut fugæ modo, ueloci lapſu in ruinā decidet. Quod autē ait, fugiens fugiet: ſiue ut alij dixerūt, fuga fugiet: pereūtem in perpetuū peccatorē ſignificat: quia nunq; ſit reuocādus ad uitam: & illic ei pœnitentiæ locus nō erit. f ¶ Stringet ſuper eum manus ſuas &c.) Alij dixerunt, planget ſuper eum manibus ſuis: & trahet eum



A het eum de loco ſuo. Nutibus quibuſdā corporum humanorum, cenſuram indignantis dei, & contra peccatorem diuitem iraſcentis, hoc ſermone deſcribit: ubi & iam quaſi ſibilans indicet q; atrox illi pœnarum locus reſeruetur. Ad talem locum & Iudas ſcarioth abijt.

Cap. XXVIII.

HAbet argētum uenarum ſuarū principia: & auro locus &c.) Videtur mihi quod per ænigma & parabolā: ſub hoꝝ nominibus metallorum, mores hominum & uirtutes animorū deſcribat, minime ordinis obſeruantiam, ꝓphetarum more cuſtodiens. Argēti uero & auri uocabulum ſecundū autoritatem ſcripturarum, uerbi eloquiū & ſenſus animi indicare uoluit. Hæc differentes nos ita dicamus. Habet argentum uenarum ſuarum principia: & auro locus eſt in quo conflatur: Venæ argenti, id eſt, initium eloquij ab animæ ſenſibus oritur: ſenſus uero aureus, rationis ac ſapientiæ iudicio fabricatur, &
B ut ſit optimus, ab igne diuinæ examinationis probatione conflatur. Fortitudo uero quæ ferri nomine appellatur, eſt qua terram, id eſt carnis noſtræ maliciam in nobis tollimus: aduerſum eam contra nos militantem & contra legem ſpiritus conuerſantem, rigore animi & uirtute repugnemus. Lapidis quoq; nomine cordis figuratur duricies: quæ per calorem & feruorem fidei reſoluta molleſcit: ut primum poſſit in ſe uerba ſcribentis recipere. Deinde uelut in æs quod canorum eſt, merito ſanctitatis proficiens, ad laudes & gratias deo offerēdas, fidei ſoliditate perueniet. b ¶ Tempus poſuit tenebris &c.) In ſcripturis diuinis, peccatores homines, dæmones & ignorantiæ atq; tribulationes ſiue peccata: pro modo & locis tenebræ nuncupantur.
c ¶ Lapidem quoq; caliginis & umbram mortis.) Hunc lapidem metaphorice diabolum hoc loco intelligere poſſumus: qui propter errores ſuos quibus totum mundum inuoluerat, lapis caliginis dictus eſt. Qui cum fortis & potens ſit per naturam qua eſt à deo conditus: cōfidens per ſuperbiam in uirtute ſua & non in domino & deo creatore ſuo, amiſerit ſapientiæ lumen: cōuerſus in ſtulticiam & tenebras, & idcirco lapis caliginis dici potuit: ſecun-
Eccl'i.2.b dum illud: Stultus in tenebris ambulat. Sicut ergo lapis caliginis diabolus nominat̃: ita & umbra mortis dicitur: Quoniam hi qui ſe ab eo defendi ac ꝓtegi putant: æternis ut ipſe diabolus gehēnæ ignibus mancipādi ſunt. d ¶ Diuidit torrēs à populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis

eum manus ſuas: & ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius. Cap. XXVIII.
a HAbet argentum uenarum ſuarū principia: & auro locus eſt in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis ſolutus ca-
b lore in æs uertitur. Tempus poſuit tenebris:
c & uniuerſorum finem ipſe conſiderat. Lapidem quoq; caliginis & umbram mortis di-
d uidit torrēs à populo peregrinãte: eos quos oblitus eſt pes egentis hominis & inuios.
e Terrā de qua oriebatur panis in loco ſuo,
f igni ſubuerſa eſt. Locus ſaphyri lapides eius:
g & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit
h auis: nec intuitus eſt eam oculus uulturis.
i k Non calcauerunt eam filij inſtitorum: nec pertranſiuit

& inuios.) Hoc dicit: inuios, id eſt errantes & illos C quos oblitus eſt pes egentis hominis, ſeparabit torrens à populo peregrinante: eo quod oblitus eorū ſit greſſus. Siue præſens conuerſatio egentis hominis pedis nomine ſignificata eſt. Oblitus eſt dixit, pro eo quod præmiſſus egens, non eſt deum pro huiuſmodi deprecatus: cum tamen eleemoſyna deū precetur: id eſt ipſum opus bonū quod homo fecerit: quadam manifeſtatione ſui loquatur ad deū. Hoc ergo dicit ſanctus Iob: quod inuios ſine uia ueræ religionis uiuentes: & qui miſericordiam pauperibus, quod eſt Chriſti fratribus non fecerūt: torrens ignis ſeparet: ſimul & à ſanctorū cōſortio diuidet. Siue hic egenus proprie ſaluator noſter intelligitur, qui ꝓpter nos egenus & pauper factus eſt cum diues eſſet. In pede quoq; eius: diſpenſationē uel aſſumentis hominem: uel mundum ingredientis aduerte. Vnde propheta ait: Exiſti in ſalutem populi tui. Hi Abacuc.3.c ergo qui diſpenſationem ſalutis ſuæ in euangelio nō receperunt, obliuioni dati ſunt: qui credere per duriciam ꝓpriæ uoluntatis noluerunt. Et idcirco D inuij dicti ſunt: quia Chriſtum qui eſt uia nō receperunt. e ¶ Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt.) Diuerſas res & obſcuras cōnectit: ut cum ſuperioribus inferiora nō hæreant. Proinde mihi uidetur: quia hoc loco terram Sodomorum deſcribat, cuius abundantiam & amœnitatem cum admiratione collaudet. f ¶ Locus ſaphyri lapides eius, & glebæ illius aurum.) Per metaphoram dicit: quod in Sodomis uberrima fuerint omnia & optima: quæ etiam auro & precioſis lapidibus cōparentur. g ¶ Semitam ignorauit auis.) Exitus plurimos in eadem regione multitudo habitatorū fecerat: & ideo forſan dixit quod auibus præ frequenti hominum copia ſemitas intuēdi uel facultas illic reſpōdendi incedendiue nō fuerit.
h ¶ Nec intuitus eſt eam oculus uulturis.) Quia tam cōdenſis frutetis & contiguis arboribus cōſita erat: ut eam aues deſuper uolantes depaſcere nō poſſent. i ¶ Nō calcauerunt eam filij inſtitorū.) Hoc ait: quod ita fuerit terra Sodomorū omnibus bonis referta: ut nullius patriæ eguerit mercimonijs. k ¶ Nec pertrāſiuit per eam leæna.) Ob frequentiam innumerabiliū populorū in Sodomis habitantiū, beſtiæ per mediā regiōis illius tranſire nō poterāt. Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt.) Hæc terra poteſt & Iudæa intelligi: in qua panis legis dei, per doctrinā ꝓphetarū po

E pulis naſcebatur,qua amore dei per fidem Chriſti
carnalis legis intelligentia ſubuerſa eſt:& in rectos
tramites & ſpirituales ſenſus cōſtituta:ut iam occi-
dētem literam nō ſequatur. Locus ſaphyri lapides
Eſa.54.c eius.)Sic dicit ei dñs per prophetam:Ecce ego ſter-
nam per ordinem lapides tuos & fundabo te in ſa-
phyris:& reliqua.Hoc enim decore precioſorū lapi
dum:id eſt omnium Chriſto credētium per deū pa
trem:tunc adornata eſt Iudæa:quādo gentiū popu
lus ei per fidē Chriſti eſt copulatus. Semitā igno-
rauit auis. Nec intuitus eſt eam oculus uulturis.)
Auem & uulturem,ipſum diabolū cum ſuis poſſu
mus dicere:qui ſemitam ſpiritualis intelligentiæ in
lege & pphetis:hoc eſt quæ in Iudæā occulte præ-
dicebantur,noſſe minime potuerunt. Nec intueri
aliquo ueſtigio ſcientiæ ualuerunt, à ſeculis diſpen
ſationis futuræ abſcōdita ſacramēta. De quibus ait
1.Cor.2.b Apoſtolus:Dei ſapientiā loqmur,in myſterio quæ
abſcōdita eſt:quā nemo principum huius ſeculi co-
gnouit. Nō calcauerūt eam filij inſtitorū:nec per-
tranſiuit per eā leæna.)Inſtitores ſiue negociatores
prædicti intelligūtur.Nā negociatores ſunt mali et
ſuperbi:quod etiā ad ipſum diabolum pertinet:qui
ſuperbiam delictum maximum adinuenit.Et nego
ciator propter multitudinem peccatorum appella-
tus eſt,quæ ſiue ad ſeipſum,ſiue ad perdendum ho
minem exquiſiuit.Iſti igitur pmiſſionis terrā quæ
manſuetis & corde humilibus reſeruatur ut in ea
habitent,calcare non poterunt:quia nec quaſi inco
læ,per eam tranſeundi habebunt licentiam. Item ali
F ter.Hæc igitur Iudæa cui hic panis doctrinæ mini-
ſtrantibus prophetis, & ſacerdotibus præbebatur
in loco ſuo:ſuo utiq; & nō dei:id eſt in loco delecta-
tionis ſuæ:ubi uoluptatibus atq; illecebris cōflagra
bat,igne uitiorum ſuorum ardēs ſubuerſa eſt,ſicut
Oſee.7.a dicit ppheta.Omnes adulterātes,ſicut clibanus cor
da eorum:& in pſalmo de ea dicitur:Incenſa igni &
ſuffoſſa manu operis ſui extirpata omnino & effoſ-
Heb.6.b ſa eſt.Licet poſſit ignis iſte etiam ſuper ultione pec-
catorum intelligi:ſicut dicit Apoſtolus:Terra quæ
ſpinas & tribulos profert,reproba eſt & maledicto
proxima : cuius conſummatio in combuſtionem:
Pſal.77.g De quo igne iræ ait Dauid:Iuuenes eorum come-
dit ignis. Locus ſaphyri lapides eius & glebæ illius
aurum.) Lapides precioſi & aurum non in optima
terra,ſed in remotis & ſqualidis inueniri dicuntur.
Igitur ſecundum hunc modum Iudæa ſterilis fide,
& infœcunda uirtutibus : habuit in ſe hos lapides
precioſos,id eſt patriarchas,& prophetas, & omnē
ſanctorum multitudinem. Semitam ignorauit
auis:nec intuitus eſt eam oculus uulturis.)Poſſunt
hic duo populi intelligi non abſurde:id eſt Iudæo-
rum & gentiū.Carnalis ergo Iudæa fidem in Chri-
ſto non habens:ſed potius legis operibus uiuens:
eundem Chriſtum pro nobis factum ſemitam ſiue
uiam qua reditur ad patriam ut incredulus ignora
uit:propter elationem ſuam , qua ſe putabat legis
operibus poſſe iuſtificari.Auis dicta eſt:leuis utiq;
& uaga:atq; in ipſis operibus legis inſtabilis,Vul-
turi uero gentium populus ideo aſſimilari uidetur: G
quoniam per errores mortuorum hominum diſ-
currebat : & rebus mortuis paſcebatur . Hi ergo
Chriſtum legis litera obtectum , & terram repro-
miſſionis per Chriſtum futuram,opacitatis ſignifi-
cationum umbraculis nō poterunt omnino perſpi
cere. Non calcauerunt eam filij inſtitorū:nec per-
tranſiuit per eam leæna.) Filij inſtitorum, Apoſto
lorum diſcipuli,& Apoſtolici uiri intelligēdi ſunt,
qui gentibus euāgelium prædicauerunt. Hi igitur
Iudæam,terram uidelicet infidelium : ut ei annun-
ciarent euangelium:nō calcauerunt.De quibus di-
citur in Actibus apoſtolorum:Vobis oportuerat Act.13.g
primum uerbum dei loqui:ſed quia indignos uos
iudicaſtis æternæ uitæ:ecce cōuertimur ad gentes.
Sic itaq; factum eſt iſtis euangelizantibus uerbum:
ut mons Chriſtus in mare gentium tranſplantare-
tur.Vnde & in pſalmo ait:Et transferentur mōtes Pſal.45.a
in cor maris:Id eſt uel prophetarum uel euāgeliſta-
rum oracula,ad credituros gentium populos tranſ
ferentur. Nec pertranſiuit per eam leæna.) Leæ-
na poteſt diaboli dominatio ſentiri,ſiue ſuperbia
Iudæorum.Quod autem dicit,nō pertranſiuit:hoc
ait:non receſſit à Iudæa,ſed ibidem infidelis ſuper-
bia permanſit.Aliter poteſt & de eccleſia intelligi.
In illa utiq; gloria uirtutum ſuarum in loco neceſſa
rio redemptionis ſuæ:in quo per fidē ſtat:igne ſub-
uerſa eſt:illo utique igne de quo ipſe dominus ait:
Ignem ueni mittere in terrā.Hoc igitur igne eccle-
ſia:id eſt terra ſanctorum, amoris dei deſiderio fla-
grans,ſubuertitur:ut eam carnalis concupiſcentia H
non poſſideat.Hoc igitur modo ſubuertitur:ut in
terra carnis ſuæ uiuens:carnis in ea uitia morian-
tur:ut ait Apoſtolus.Qui enim ſunt Chriſti,carnē Gal.5.d
ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs.
Locus ſaphyri lapides eius:& glebæ eius aurum.)
Glebas ſanctæ terræ eccleſiæ:ſanctos eius propter
fœcunditatem bonorum operum appellauit:quos
etiam & propter gratiarum diuiſiones, glebas ſan-
ctus ſpiritus uoluit nūcupare:quo auri merito cen-
ſerētur:in quarum occultis uenis tanq; animarum
ſeminibus,ſenſus magni precioſiq; naſcantur. Se-
mitam ignorauit auis:nec intuitus eſt eam oculus
uulturis.) Sub his nominibus, auri & uulturis,ini-
micos eccleſiæ intelligamus, qui tenebris obſcura-
tum habentes intellectum:neſcierunt ſemitam uo-
cationis eius,qua ad deum ambulans per fidem re-
uertitur.Quiq; diuerſis erroribus mortuorum ho
minum rapti:quaſi uolare arbitrandi ſunt. Non
calcauerunt eam filij inſtitorum.)Hi inſtitores ſiue
negociatores reprobi ſunt & laude indigni:qui pec
cata peccatis, uelut diuitias ſibi cōgregant:de qui-
bus ait Apocalypſis:Omnia clara & pinguia perie Apoc.18.l
runt à te.Hi igitur negociatores circa diuitias pec-
catorum,nō calcabunt eccleſiam,id eſt non habita-
bunt in ea:quia ſanctam eam & immaculatam do-
minus poſſidebit. Nec pertranſiuit per eā leæna.)
Siue leo ut alij dixerunt. Leo hic nō abſurde diabo
lus intelligitur:qui per ſanctæ eccleſiæ terrā trāſire
non



a pertrāſiuit per eam leæna.Ad ſilicē extēdit
b c manū ſuā:ſubuertit à radicibus mōtes.In pe
d tris riuos excidit, & omnē precioſum uidit
e oculus eius. Profunda quoq; fluuiorū ſcru-
f tatus eſt:& abſcōdita pduxit in lucē.Sapien
tia uero ubi inuenit:& qs eſt locus intelligen
g h tiæ? Neſcit homo preciū eius:nec inuenit in
i terra ſuauiter uiuentiū. Abyſſus dicit,nō eſt
k in me,& mare loquit,nō eſt mecū. Non da
bitur aurū obrizum pro ea. Nec appēdetur
l argentū in cōmutatione eius. Non confere-
tur tinctis Indiæ coloribus:nec lapidi ſardo-
nico

A non potuit,eo quod grauibus perſecutionibus eā
uincere nō ualuerit. a ¶Ad ſilicē extendit manū
ſuā.)Videtur mihi ſanctus Iob aliud ænigma pro-
tuliſſe:& propter ſoliditatem ſuam & fortitudinē,
Chriſtum ſecundū hominem quē aſſumpſit ſilicem
poſſe ſignificari: qui etiā
petra & lapis, prophetis
& aplis dictus eſt. Deus
ergo pater extendit ad ſi
licem manū ſuā,id eſt, fi-
lium ſuum:per quē uni-
uerſa cōdidit : quem etiā
dexteram & brachiū uo-
cat,& ad ſuſcipiendū ho-
minem miſit, ut Apoſto
lus dixit : Deus filiū ſuū
miſit in ſimilitudine car-
nis peccati. Et idcirco in
extēſione manus,dei pa-
tris & filij eius ad nos ad
uentum ſignificari noue
rimus, ut per eū ſicut ſe-
quitur. b ¶Subuerte-
ret à radicibus montes.)Quos per metaphorā dæ-
mones ſiue homines ſuperbos eſſe recte ſentimus:
quia principatus & poteſtates palàm triumphauit
in ſemetipſo. c ¶ In petris riuos excidit.) Duris
ſcilicet præcordijs gentiū & nimia infidelitate con-
B ſtrictis:abundantiā gratiarum ſuarū largitus eſt, &
uelut riuos atq; fluentes:uberem copiā doctrinarū
tribuit.Hoc ipſum diſtribuiſſe intelligit: quod ſci-
1.Cor.12.a diſſe memoratur, ſicut ait Apoſtolus: Alij em̄ per
ſpiritum datur ſermo ſapientiæ ; alij ſermo ſciētiæ.
Alij dixerūt:Ripas fluminū diſrupit:ut illā doctri-
nam ſpiritualem legis & prophetarū,de qua Eſaias
Eſa.55.a ait:Qui ſititis ite ad aquā,quæ in una gēte tanq; in-
tra quaſdā anguſtias defluebat,quæ etiā Moyſaicæ
legis præceptis uelut quibuſdā,quaſi riparū obici-
bus claudebatur.Huiuſcemodi diſruptis obſtacu-
lis:quaſi de alueo legis ſuper omnem terrā euange
lio abundante diffudit. Aliter poſſumus hanc ter
Eſa.18.d ram eccleſiā dicere. Vnde ait ppheta : Fluminibus
ſcindetur terra.Scindi uero eā atq; diſrumpi eo mo
do nouerimus,quando ſe ad ſuſcipiendū uerbum
dei,capabilem præbet:Hanc quoq; quandā adaper
tionem capacitatis quæ fit per obedientiā terræ ra-
tionem habentis:eorūdem fluminū impetus ope-
rantur. d ¶Et omne precioſum &c.)Eductis igi
tur riuis gratiarum dei,uidit deus q; immēſa & in-
numerabilia pietatis ſuæ beneficia. Vidit autem di
xit:eo quod ante conſpectum eius adimpletio ſiue
effectus ſuæ uoluntatis, aſtiterit in eccleſia ſua.
e ¶Profunda quoq; fluuiorū &c.)Hos igitur flu-
uios nō abſurde ſingulos libros ueteris inſtrumēti
eſſe ſentimus:in quorū magnis latibulis abſcōdita
erant eccleſiæ ſacramenta:quæ in tēpore ſaluatoris
deus pater ſcrutatus ſit:ad impletionē eorū omnia
quæ prædicta ſunt manifeſtans:Siue quia fluuiorū
nomine,populorū multitudines aliqn̄ intelligunt,
quemadmodum Nahum propheta ait: Portæ flu- C
uiorū apertæ ſunt:Profunda fluuiorū hoc loco, ſe- Nahum.2.b
creta cōſcientiæ hominū aduertamus: quorū ſcru-
tator & cognitor deus eſt:qui in die iudicij pducen
do omnia ſecreta cordiū, reddet unicuiq; ſecūdum
opera ſua. f ¶ Sapiētia
uero ubi inuenitur &c.)
Quod hoc quaſi inqui-
rens ait,difficilem rem &
quæ uix inuenit, uoluit
indicare : imò quæ niſi à
deo demonſtrāte,nec in-
ueniri poſſet ab homine,
nec haberi:Quod & ipſe
Iob in ſubſequētibus de-
clarauit,ita dicens:Et di-
xit homini, utique deus:
Ecce timor dñi ipſa eſt ſa
piētia,& recedere à malo
intelligētia. g ¶Neſcit
homo preciū eius.) Hæc
dicēdo,inæſtimabilē eſſe
ſapientiam timoris dei ſi
gnificauit. h ¶ Nec inueniet in ter.&c.) Hāc igit
ſapientiam timoris dei nō habet quiſpiā: niſi carnē
ſuā crucifixerit cū uitijs & cōcupiſcentijs,niſi uixe-
rit,ut Paulus apoſtolus & oēs ſancti: in tribulatio-
nibus,pſecutionibus,anguſtijs & preſſuris.Et ideo
ſuauiter dicti ſunt uiuere illi:qui nullo iugo diſcipli D
næ tenent:& effrenes ac præcipites, in labē prorū-
pūt uitiorū. i ¶Abyſſus dicit &c.) Abyſſum hoc
loco infernum intelligamus, ſicut dicit Apoſtolus:
Aut quis deſcendit in abyſſum? Et mare hoc ſecu- Roma.10.b
lū,ut pſalmiſta canēte cognouimus:Hoc mare ma-
gnum & ſpacioſum.Infernus ergo & hic mūdus ſa
pientiā timoris dei,ſe nō habere teſtant. Loco dicit
loqui:pro his q in locis uel mūdi uel inferorū ſunt.
Hic de illis loquit:qui carnali cōuerſatione mundi
illecebris poſſident:hæc dictio proſopopeia appel-
latur,ubi perſona loquentis cū loqui nō poſſit aſſu
mitur:& quod cōtinet,pro eo quod cōtinetur. Cō
tinet quidē hic mūdus uel infernus:Cōtinet aūt ho
mo.Hāc ergo ſapientiā nō habet mare mūdi iſtius
præter ſolā eccleſiā:quæ propter ſæuientiū fluctus
inimicorū,inſula dicit in ſcripturis,quēadmodū &
nauicula per figurā in euāgelio nominat. k ¶Nō
dabitur aurū &c.)Hoc ait,quod nulla res q̄uis pre
cioſa ſit,poſſit huic ſapiētiæ cōparari.Siue quia au-
rū in ſcripturis uel argētū,tropicus ſenſus & ſermo
intelligit,hoc dicit,ſapientiā iſtā nullus pro merito
ſentire poſſet aut eloqui. l ¶ Nō conferet tinctis
Indiæ &c.)Diuerſis rebus & precioſis,hæc ſapien-
tia diuina præfertur.Hoc tamen ſciendū quod ma
xime in meridiano climate:hæc metalla precioſa na
ſcantur.Et quia in India omnes idolorum cultores
ſignificant:in qua colores ut dixi pcioſi:uel naſcun
tur uel fiūt:id puto poſſe intelligi:qa in gētibus ubi
timor ueri dei nō eſt:fucata & quodāmodo terrena
religio ſit:quæ ſub prætextu nominis dei in errorū
 mēdacio;

a nico precioſiſſimo, uel ſaphyro. Non ad-
æquabitur ei aurum uel uitrũ, nec cõmuta-
b bũtur pro ea uaſa auri excelſa & eminentia:
non cõmemorabuntur in cõparatione eius.
c Trahitur autem ſapientia de occultis. Non
d adæquabitur ei topazius de Aethiopia: nec
e tincturæ mundiſſimæ componẽtur. Vndẽ
ergo ſapientia uenit, & quis eſt locus intelli-
f gentiæ? Abſcõndita eſt ab oculis omniũ ui-
g uentium; uolucres quocq; cœli latet. Perditiõ
& mors dixerũt, auribus noſtris audiuimus
h famam eius. Deus intelligit uiã eius, & ipſe
i nouit locum illius. Ipſe enim fines mũdi in-
tuetur: & oĩa quæ ſub cœlo ſunt, reſpicit.
k Qui fecit uentis pondus: & aquas appendit
in menſura. Quando ponebat pluuijs legẽ,
l & uiam procellis ſonantibus: tunc uidit illã
& enarrauit, & præparauit & inueſtigauit,
m & dixit homini: Eccẽ timor dñi, ipſa eſt ſa-
pientia, & recedere à malo, intelligentia.

Caput

E mendacio: diuerſo ac uario ſermonũ colore uelut pictura componit, & quaſi lapis precioſus eloquio ſplendeat, ſiue nomine fulgeat deitatis: & India ſiue etiam Aethiopia, nigreditudinem, uel tenebras peccatorum ſignificant, quæ ſpecialiter in idolorũ culturis habentur. a ¶Nõ adæquabitur ei aurũ uel uitrũ; nec cõmutabũtur pro ea uaſa auri.) Aurũ uel uitrum, & etiam uaſa auri precioſi quicq; & clari intelligunt: qui in hoc ſeculo nomine dignitatis, & diuitiarum gloria ſplendent: hi uticq; nõ habentes ueræ religionis timorem pro nihili habebuntur: eo quod nõ poſſunt uelut ꝓ merito gloriæ ſuæ, ad commutationem ſapientiæ ſingularis accedere. b ¶Excelſa & eminentia; nec cõmemorabuntur &c.) Etiam ſi excelſa ſint & plurimũ eminẽtia quęcũcq; in creaturis ſunt, ut ſunt etiã angelicæ poteſtates; minima omnino, imò potius F indigna memoria erunt: in comparatione illius: quæ facit omnem creaturam rationalem deo placere, eicq; ſancto amore coniungi. Et ideo præfertur illis eminentibus excelſis, timoris huiuſmodi ſapiẽtia: quia ſine illa nihil ſunt ante deũ, ſicut & ipſe diabolus qui amiſſo timore diuinæ reuerentiæ, perdidit ſemetipſum. c ¶Trahitur autem ſapientia de occultis.) Hæc igitur aliunde nõ poteſt niſi de ſupernis aſſumi: ſiue de intimis cordis affectibus, dono ſancti ſpiritus trahitur, ut propheta ait: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: (Pſal. 118. r) ut uidelicet ſapiat homo deum & timeat: ac recedere à malo intelligat. d ¶Non adæquabitur ei topazius &c.) Diuerſis modis & diuerſis nominibus auri, ac ſupellectilis precioſi, ſanctus Iob dicit, quod timor domini non poſſit eis ullo modo comparari. e ¶Vnde ergo ſapientia uenit &c.) Interrogãs requirit & dicit: quod omnis creatura, uel maxime ſapientiam hanc ignoret. f ¶Abſcõdita eſt ab oculis omnium uiuentium &c.) Viuentium mundo intelligendum eſt, de quibus ſuperius ait, cum de hac ſapientia loqueretur: nec inuenitur in terra ſuauiter uiuentium. Quod autem dixit, quia hæc ſapientia uolucres cœli lateret, ſuperbi & leues, ſiue qui altũ ſapiunt, quod ad tumorem arrogantiæ pertinet, intelligendi ſunt: ſiue ſpiritus mali, qui ſecundum parabolam euangelij, iactum ſemen dominicũ iuxta uiam comedunt. Hos igitur latere ait, bonum timoris dei. g ¶Perditio & mors dixerunt, Auribus

noſtris audiuimus famam eius.) Poteſt utrocq; hoc G nomine diabolus dici; ſiue ille mors appellari poteſt, ut ſui ſatellites perditio nuncupentur. Hi ergo dixerunt, quod famã timoris dei audierint: non eñ negare poſſunt, quia non audierint illam, cũ in naturæ ſuæ bono inditam pceperint: ſed per inobedientiæ malũ, eam habere noluerũt. h ¶Deus intelligit uiã eius, & ipſe nouit locum illius.) Procerto ſcit deus, quod hęc ſapientia properet, ad locũ uticq; quietis & perpetuę pacis: ubi ꝑ hãc ipſam ſapientiã timoris ſui, ſuper quietum & humilem & trementem ſermones ſuos requieſcere delectetur. Siue deus intelligit uiã eius: quæ prædicatione euangelij per omnes terras prolata eſt. Vnde & ſequitur de deo dicẽs: i ¶Ipſe enim fines mũdi intuetur, & omnia quæ ſub cœlo &c.) Quis eñ ambigit, deũ noſſe etiam ea quæ futura ſunt? ſed hic potius deus cognitor H futurorũ illud inſpexit, quod poſtea dixit eius Apoſtolus: Cum aũt uenerit plenitudo tẽporis, miſit deus filium ſuũ. (Gala. 4. a) Hoc igitur modo, aduentu ſuo nos uiſitando, fines mũdi intuitus eſt. In his, inquã, temporibus noſtris, in quos ſeculorũ fines deuenerunt. k ¶Qui fecit uentis pondus &c.) Manifeſtum eſt, quia oĩs creatura in manu & uirtute potentiæ illius teneatur. Aliter: Ipſas gratias ſpiritus ſancti, quaſi in ipſo initio per apoſtolos accepit eccleſia: quãdo factus eſt de cœlo ſonitus tancq; aduenientis ſpiritus uehemẽtis. Vẽtos ſiue ſpũs ſcriptura cõmemorat, quos deus largiẽdo de arcanis ſecretorum cœleſtiũ prolaturus hominibus eſt, ſecundũ prophetam dicentẽ: Qui producit uẽtos de theſauris ſuis. Aliqñ hæ diuerſitates gratiarũ, ſpiritus ſancti cenſent nomine dãtis has gratias, ſecundũ illud Apoſtoli: Spiritus prophetarũ ſubiecti ſunt ꝓphetis: (1. Cor. 14. f) qui etiã ꝓpter operationẽ & effectũ diuinæ ſanctificationis ſuę, pondus habere dicunt, ut ſecundũ uniuſcuiuſcq; uires prædicatores uerbi dei, alijs lac darent, alijs ſolidũ cibũ porrigerent: ubi dicerẽt, uel quibus dicerent. Inde ait propheta: Dabo uobis imbrem matutinũ & ſerotinũ: hoc eſt nouum & uetus teſtamentum. l ¶Tũc uidit illã & enarrauit &c.) Id eſt, in eccleſia ſua, deus futurã hanc ſapientiã ante præuidit: quod totus mundus timorẽ illius habiturus eſſet. m ¶Ecce timor dñi, ipſa eſt ſapiẽtia &c.) Alter timor eſt: ne quiſquã deũ offendat. Alter uero ſi

ro ſi



Caput XXIX.

a ADdidit quocq; Iob aſſumens parabo-
b lam ſuam, & dixit: Quis mihi tribuat
ut ſim iuxta menſes priſtinos, ſecũdum dies
c quibus deus cuſtodiebat me? Quando ſplẽ-
debat lucerna eius ſuper caput meum; & ad
d lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut
e fui in diebus adoleſcentiæ meæ, & quãdo ſe
f creto deus erat in tabernaculo meo. Quan-
do erat omnipotens mecum, & in circũitu
g meo pueri mei. Quando lauabam pedes
h meos butyro: & petra fundebat mihi riuos
i olei. Quando procedebam ad portam ciui-
tatis, & in platea parabant cathedram mi-
k hi. Videbant me iuuenes & abſcondeban-
tur, & ſenes aſſurgentes ſtabant. Principes
ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant
ori ſuo. Vocem ſuam cohibebant duces, &
l lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. Auris
audiens beatificabat me: & oculus uidens te
ſtimonium reddebat mihi, eo qđ liberaſſem
pauperem uociferantem; & pupillũ cui non
m eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper me
n ueniebat, & cor uiduæ conſolatus ſum. Iu-
ſticia indutus ſum, & ueſtiuit me ſicut ueſti-
o mẽto & diademate iudicio meo. Oculus fui
p cæco: & pes claudo. Pater eram pauperum:
& cauſam quam neſciebã, diligentiſſime in-
q ueſtigabam. Conterebam molas iniqui: &
r dentibus illius auferebam prædam. Dicẽ-
bamcq;: in nidulo meo moriar, & ſicut pal-
ma mul

A ro ſi offenderit. Ille prior ſanctus & laudabilis: iſte alius non habens charitatem, ſed pœnam. Proinde de hoc prædicabili timore dicit pſalmiſta: Timor dñi ſanctus permanens in ſeculum ſeculi. De alio timore loquitur euangeliſta Ioannes in epiſtola ſua dicens: Timor non eſt in charitate, ſed ꝑfecta charitas foras mittit timorẽ. Qui timor uticq; pœnam habet quia dilectiõis meritum non habet.

Cap. XXIX.

ADdidit quocq; Iob, aſſumens parabolã ſuam & dixit.) Secundũ ſuperiorem regulam etiã iſtic intelligentiæ lineam ducimus, ut quando id quod ſequitur in ſaluatorem referri non cõuenerit, ad membrorum illius cõpagem ſenſum expoſitionis conemur inflectere. Et recte id fieri poterit, ut quod ipſe dñs caput eccleſiæ ſuæ in ſe recipere nõ poteſt, de eius corpore quod eſt eccleſia ſentiatur. b ¶Quis B mihi tribuat &c.) Optat ergo ſanctus Iob atque deſiderat: ut iam de illo ſqualore & cruciatibus liberetur, reuertaturcq; ad illam gloriam priſtinę felicitatis, in qua aliquãdo dño proſperãte degerat. c ¶Quãdo ſplendebat lucerna eius &c.) Multis modis in ſcripturis diuinis appellatur lucerna. Hic uero potuit eam Iob pro gloria temporali dixiſſe quam à deo acceperat: & quam in honoris potentia & diuitijs poſſidebat. d ¶Et ad lumen eius &c.) Inter peccata uticq;, & ea quæ ignorabam, quaſi inter aſpera & obſcura uitæ huius, ad lumen uirtutũ uel conſolationis illius incedebam. e ¶Sicut fui in diebus adoleſ. &c.) Secretum ſuũ, mentem ſuam ideo dicere uoluit: quia illic tumultuoſæ uitiorũ turbæ minime perſtrepebant. f ¶Quando erat omnipotens mecum &c.) Quando deum habebat in tabernaculo ſuo: uirtutes ante eũ ſtare tancq; pueri perhibentur: quæ ideo maſculi appellantur propter uigorem contra uitia reſiſtẽdi: talibus miniſtris Iob beatus ambiebatur. g ¶Qñ lauabã pedes meos but.) Pedũ uocabulo in ſcripturis diuinis: modus quidã humanæ cõuer-

ſationis plerumcq; intelligendus eſt. Lauabã, inquit, C ab omni peccati macula actus meos, & cum innocẽtia & ſimplicitate uerſabar. h ¶Et petra fundebat mihi riuos olei.) Iuxta hunc ſenſum Moyſes ait: Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra, (Deute. 32. b) ſecundum delectationem uolẽtium, ore ſapiebat. Et cũ petra illa Chriſtum ſecũdũ Apoſtolũ figuraret, in oleo tamen iſto dona ſpiritus ſancti, ſanctus Iob largiter ſibi effuſa uoluit demonſtrare. Hic eſt ergo oleum uiuum & uerum qui eſt ſpiritus ſanctus patri & filio cõſubſtantialis. Hoc ergo oleo ſãctus Iob abũdabat: quo & charitatis pinguedine replebatur. i ¶Quãdo procedebã ad portam ciuitatis &c.) Manifeſtum eſt, quia Iudæorũ iudices in portis ſedebant, ut iudicarent populũ. k ¶Videbant me iuue. &c.) Reuerentiam pij & ſancti timoris, quam ei non ſolũ omnis ætas: uerũetiã uniuerſæ poteſtates merito D deferebant: his uerſiculis demonſtrauit. l ¶Auris audiens beatific. &c.) Tã ſancta erat, ut ait præſens conuerſatio eius: ꝗ fama referebat. m ¶Benedictio perituri ſuper me &c.) Pupillus, pauꝑ & uidua: oĩe genus humilium atcq; afflictorum ſignificat: quorum nullũ ſanctus Iob præterijt uel deſpexit. n ¶Iuſticia indutus ſum &c.) Iuſticia, iudiciũ rectũ, miſericordia, hæc erãt animæ illius indumenta. o ¶Oculus fui cæco & pes claudo.) Affectus pietatis eius atcq; miſericordiæ, in his ſermonibus demonſtratur: ſiue erranti ignorantiæ tenebris lumen præbui ueritatis, & claudicãti in uijs dñi, rectæ uiæ itinera demonſtraui. p ¶Pater erã pauperum.) Negocia cauſaſcq; pauperum cõtra potentes ſuſcipiendo: defenſor eorũ factus erat & iudex. Et idcirco ne aliqua aduerſantium parte opprimerentur, retectis eorum fraudibus eas inueſtigare dicebat. q ¶Conterebam &c.) Hic uelut rapacem beſtiam & uiolentam, hominem iniquũ deſcribit: de cuius ore, ſubſtãtiã pauperũ ui abſtulerit. r ¶Dicebamcq;: in nidulo meo &c.) Nidus eius,

exterior

E exterior homo eius intelligendus eſt; qui de fœno carnis illius compoſitus à deo fuerat & cōſtrictus. Omnis enim caro fœnum. In hoc igitur nido ſemp ſe mori ſub teſtificatione dicebat: dū uitijs mūdi & eius concupiſcentijs nō uiuebat; & ob hoc in reſurrectiōe, uelut palma, multiplices dies & æternos habebit. a ¶Radix mea aperta eſt ſecus aquas: & ros morabitur in meſſione mea.) Spes mea & fides quæ ex hac expectatione mea ſunt, patēt ad diuina eloquia; quarum conſolatione ne in infidelitate mentis meæ uiror areſcat īfundiť. b ¶Gloria mea ſemper innouabiť, & arcus meus in manu mea inſtaurab.) Gloria mea & cætera; poteſt in uirtutibus creſcentis bonæ cōſcientię, fructus & nouus ſemper profectus intelligi. In arcu uero reſiſtentis ac repugnātis, uigorē ſignificari exiſtimo: qui in manu ſancti operis, contra obuios F quoſq; & hoſtiles uitiorum impetus præpareť. Sicut ait Dauid in pſalmo: Et poſuiſti ut arcum æreū brachia mea; quod eſt, feciſti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum.

c ¶Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum.) Quia iam autoritas ſapientiæ ubiq; fuerat diuulgata; nemo quaſi detrectans, ad uerba eius quicquā addere præſumebat; quinimò ſtillabat ſuper eos eloquium illius: id eſt ſenſus, interiora uiſcerū penetrabat, ut eorū infuſa præcordijs, à tali magiſtro perfecti atq; optimi diſcipuli redderentur. d ¶Expectabāt me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum.) Pluuiæ nomine, copioſam ualde eruditionem ſuæ ſcientiæ demonſtrat; & laudat auditores ſuos quod diſputante eo, cum grandi deſiderio expectauerint. e ¶Si quando ridebam ad eos non credebant.) Tanta, inquit, reuerentia & honore à prædictis habebar, ut ſapientiæ meæ & grauitati non poſſet indulgētiæ aliquid ac remiſſionis quæ ad temperamētum magis morum pertinebāt

a ma multiplicabo dies. Radix mea aperta eſt
ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione
b mea. Gloria mea ſemper innouabitur, & ar-
cus meus in manu mea inſtaurabitur. Qui
me audiebant, expectabant ſententiam, &
c intenti tacebant ad conſilium meum. Ver-
bis meis addere nihil audebāt, & ſuper illos
d ſtillabat eloquium meum. Expectabant me
ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi
e ad imbrem ſerotinum. Si quando ridebam
f ad eos, non credebant; & lux uultus mei nō
g cadebat in terram. Si uoluiſſem ire ad eos ſe
debam primus. Cúmque ſederem quaſi rex
circunſtante exercitu; eram tamen mœren-
tium conſolator.

## Caput XXX.

h NVnc autem derident me iuniores tem-
i pore; quorum non dignabar patres
k ponere cum canibus gregis mei. Quorum
uirtus manuum mihi erat pro nihilo; & ui-
ta ipſa putabantur indigni. Egeſtate & fa-
l me ſteriles, qui rodebant in ſolitudine; ſqua
lentes calamitate & miſeria. Et manduca-
bant herbas & arborum cortices; & radix
iuniperorum erat cibus eorum. Qui de con
uallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſ-
ſent, ad ea cum clamore currebant. In deſer-
m tis habitabānt torrentium; & in cauernis
terræ uel ſuper glaream. Qui inter huiuſce-
n modi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus deli-
o cias computabant. Filij ſtultorū & ignobi-
lium

G congruere. Et idcirco ipſo à me pietatis fiebat ſtudio: ut affectus amoris ac dilectionis eorū mei admiratione proficeret. f ¶Et lux uultus mei non cadebat in terram.) Gratia reuerentiæ, quā in eius facie refulgentem cōtuebantur, apud prædictos nō pro nihilo habebať; Nō enim aliquid eius nutibus fruſtra fieri exiſtimabant; & idcirco quaſi magnum atq; præcipuū in ſe prædicti ſuſcipiebant, quicqd in ſerenitate uultus illius contemplabantur. g ¶Si uoluiſſem ire ad eos ſedebam primus. Cumq; ſederē quaſi rex circūſtante exercitu, eram tamē mœrentiū conſolator.) Dignationē ſuam & ſanctam humilitatē his ſermonibus manifeſtat; qua ad inferiores ſuos, quaſi ad amicos ſibiq; coæquales abierit; & ſe in regni potētia miſeris & mœrentibus præbuiſſe. Ca. XXX. NVnc autē derident me iuniores tempore.) Manifeſtum eſt. H i ¶Quorum non dignabar patres ponere cū canibus gregis mei.) Non hoc typo ſuperbiæ atq; diuitiarum iactantia fecerat, ſed uilitate impiorū, ut deridentium illū; quorum patres, nec canibus quondam eius digni fuerint cōparari. k ¶Quorum uirtus manuum mihi erat pro nihilo: & uita ipſa putabātur indigni. Egeſtate & fame ſteriles.) Id eſt ignominiæ uilitate deſpecti. l ¶Qui rodebant in ſolitudine: ſqualentes calamitate & miſeria. Et māducab, &c.) Præ miſeria & auiditate, hæc etiam quæ extra cibū erant uel hominum uel ferarū, tanq; epulas ac delicias inuadebant, humectas cōualles præ nimia egeſtate ſugentes. m ¶In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis &c.) Qui etiam, ut ait, in locis ſterilibus & inaquoſis ſiue dumibus, quaſi repētia terræ in foraminibus morabanť; quos imbres montium rigant. n ¶Et eſſe ſub ſentibus delicias cōputabant.) Si in æſtu ſuo, uiliſſimorū ſtirpiū folijs tegerentur. o ¶Filij ſtultorum & ignobilium: & in terra &c.) Obſcuri & memoria penitus indigni.

Pha



A a ¶Pharetram enim ſuam aperuit & afflixit me: & frenū poſuit in os meū.) Pharetram exiſtimo multitudinem plagarum, uel ipſum diabolum, uel poteſtatem illius hoc loco intelligi oportere. Quā ſicut Iob ait deus aperuit, dum circa eum diabolus ſuam exercuit poteſtatem, unde eum & iaculis tormentorū afflixit. Inſuper etiā frenum ei ſilentij in ore ne loqueretur impoſuit. b ¶Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico ſurrexerūt.) Id eſt, uel in ipſo tempore felicitatis, quod grauiſſimū probatur, exortæ ſunt; uel permiſſu diuinæ poteſtatis impoſitæ ſunt. Ipſe eſt em oriens ex alto; ipſe dextera & uirtus altiſſimi. c ¶Pedes meos ſubuerterunt; & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſe. ſuis.) Id eſt calamitates meæ, frequēti repetitione me affligentes; uelut fluctibus omes uias rectas cōuerſationis meæ ſubuerterunt. d ¶Diſſipauerunt itinera mea, B inſidiati ſunt mihi & præualuerunt; & non fuit qui ferret auxilium.) Id eſt itinera mea, quibus per uiam iuſticiæ quotidianis profectibus incedebam, inimici mei conturbauerūt, in iniuriam meam ex inſperato uelut ex inſidijs erumpentes, negantibus mihi proximis meis conſolationis auxilium. e ¶Quaſi rupto muro & aperta ianua irruerūt ſuper me: & ad meas miſerias deuoluti ſunt.) Tā ueloci, inqt, impetu prædicta mala ſuper me irruerunt, ut nullo reſiſtēte obſtaculo, in me deſuper uoluerentur. f ¶Redactus ſum in nihilum. Abſtulit quaſi uentus deſiderium meū, & uelut nubes pertranſijt ſalus mea.) Quo remunerationes tuas pro mandatorū tuorum cuſtodia præſtolabar; pariter cū ſalute, quaſi uenti impetu, & quaſi tranſuolantis nubis celeritate rapuiſti, qa abripi permiſiſti. g ¶Nūc aūt in memetipſo marceſcit anima mea: & poſſidēt me dies afflictionis.) Marceſcit, id eſt, à uigore ſuæ intētionis diſſoluiť. h ¶Nocte os meū perforatur doloribus, & qui me comedunt nō dor

lium; & in terra penitus non parentes. Nūc
in eorum canticū uerſus ſum; & factus ſum
eis in prouerbium. Abominātur me & lon-
ge fugiunt à me, & faciem meam conſpuere
a non uerentur. Pharetram enim ſuā aperuit
& afflixit me; & frenū poſuit in os meū. Ad
b dexteram orientis calamitates meæ ilico ſur
c rexerunt. Pedes meos ſubuerterunt; & op-
preſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. Diſſi-
d pauerunt itinera mea; inſidiati ſunt mihi &
præualuerunt, & nō fuit qui ferret auxiliū.
e Quaſi rupto muro & aperta ianua irruerūt
ſuper me; & ad meas miſerias deuoluti ſunt.
f Redactus ſum in nihilum. Abſtulit quaſi uē
tus deſiderium meum, & uelut nubes per-
g tranſijt ſalus mea. Nunc autē in memetipſo
marceſcit anima mea; & poſſidēt me dies af-
h flictionis. Nocte os meum perforatur dolo
ribus; & qui me comedunt, non dormiunt.
i In multitudine eorum conſumitur ueſtimē-
tum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxe
k runt me. Comparatus ſum luto, & aſſimi-
l latus ſum fauillæ & cineri. Clamo ad te, &
non exaudies me; ſto, & non reſpicis me.
m Mutatus es mihi in crudelem; & in duri-
cia manus tuæ aduerſaris mihi. Eleuaſti me;
& quaſi ſuper uētum ponens eliſiſti me ual-
n de. Scio quia morti trades me; ubi conſtitu-
o ta eſt domus omni uiuenti. Verūtamen nō
p ad conſummationem eorum emittis manū
q tuam; & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. Flebam
quondam ſuper eo qui afflictus erat; & com
patiebať

C miunt.) Manifeſtū eſt, quia uermes qui carnes eius comedebant; noctes ducebant peruigiles. i ¶In multitudine eorum cōſumitur ueſt. &c.) Scatentiū uermium multitudo, ſemper ſe cōmouens & per diuerſos uulnerum meorū ſinus diſcurrens; ueſtem quoq; meā dum per me repere nō ceſſāt attriuit; quem totum atq; ex omi parte circūdatū, & quaſi in unū uulnus redactū, inceſſābili eſu hauſtúque diſcruciat. k ¶Comparatus ſum luto; & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri.) Ad ſummam uilitatē perductum ſe dicit; qui uulneribus & ſanie, ſicut lutū computreſceret & feteret; exiccantibus rurſus carnis eius putredinem, ſordibus pulueris. l ¶Clamo ad te & non exaudies me: ſto & nō reſpicis me.) In clamore intentio eſt orātis ad deū. In eo uero quod ſtare ſe perhibet, perſeuerātiam ſe ad deum habere indeclinabilem dixit. Fiducia iuſticiarū ſuarū ad deū; D hæc libere Iob ſanctus loquitur. m ¶Mutatus es mihi in crudelē, & in duricia manus tuę aduerſaris mihi.) Pium & miſericordem deum eſſe dicit in proſperis ſuis; durum atq; crudelem, cū manus duriciam & graues pœnas ſuſtinet & atroces. n ¶Scio quia morti trades me: ubi conſtituta eſt domus omi uiuēti.) Poſt delictū parentis, inquit, domus inferorum eſt cōſtituta, id eſt, mors ipſa, non cōditione eius creata; Illuc ergo & me tanq; peccatoris Adæ filium, ſecundum iuſtam ſententiam abire uoluiſti. o ¶Veruntamen non ad conſumptionem eorum.) Reconciliationē mundi prophetat in Chriſto futuram, dum dicit homines nō in perpetuam conſumptionem redigendos; ſed aliquando ab inferis reuocandos. p ¶Emittis manum tuam: & ſi corruerint, & ipſe ſaluabis.) Si poſt redemptionē qua per fidem, in Chriſto ſaluamur, iterum per peccatum ruerint homines, manu pietatis alleuante per pœnitentiam ipſe ſaluabit. q ¶Flebam quondam ſuper eo &c.) Factum eſt, ut pro

E ut pro bonorum expectatione,qua miseros consolabar;mala nunc omnia sustinerem, & pro luce prosperitatis, tenebras incurrerem tormentorum. a ¶ Inferiora mea efferbuerunt absque ulla &c.) Vbi ait,quod eū dies afflictionis præuenerint, puto quod tēpus iudicij uoluerit indicare,quo præuentum se idcirco uidet̄ dixisse;quia eum sibi necdum uenturum putauerit;ubi etiam magnū dolorem gehennarū significat;dum suas illis comparat pœnas. b ¶ Mœrens incedebam;sine furore consurgens, in turba clamabam.) Tristis & affectus mœstitia,q̄a pœnæ meritum nesciebam; & sine furoris iracūdia, eram in spem animi uirtute cōsurgens; quia deus docuerat me patientiam,ut æquanimiter ferrem; publica satisfactione uociferans & exorās. c ¶ Frater fui draconū, & socius struthionum.) F Cruciatu pœnarum affectus, dolores meos sibilis temperabam;quemadmodum facere dicuntur dracones quando ab elephantis capiunt̄,ut propheta ait : Faciam planctum uelut draconū;quē faciunt ut dixi quādo ab elephantis interficiunt̄. Et socius struthionū: fatuus factus sum & insipiēs,ut struthio auis stultissima;ut prę dolore frustra me existiment laborasse. d ¶ Cutis mea denigrata est sup me ; & ossa mea aruerunt præ caumate.) Et hoc ad pœnarum eius cumulum pertinebat: ut in stercore cōstitutus,per multa tempora, solis ardētissimos usq; ad ossa pateretur radios. e ¶ Versa est in luctum cithara mea,& organum meum in uocem flentiū.) His rebus,dicit felicium dierum suorū atq; prosperitatis læticiam & iocunditatem in luctum esse conuersam. Caput XXXI.

PEpigi fœdus cum oculis meis; ut ne cogitarē quidem de uirgine. Quam enim partem haberet in me deus desuper;& hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo: & alienatio operantibus iniusticiam? Nónne &c.)

patiebatur anima mea pauperi. Expectabā
bona,& uenerūt mihi mala; præstolabar lu-
a cem, & eruperunt tenebræ. Interiora mea
efferbuerūt absq; ulla requie : præuenerunt
b me dies afflictionis. Mœrens incedebam;si-
ne furore consurgens, in turba clamabam.
c Frater fui draconum ; & socius struthionū.
d Cutis mea denigrata est sup me;& ossa mea
e aruerunt præ caumate. Versa est in luctum
cithara mea, & organum meum in uocem
flentium. Cap. XXXI.
f PEpigi fœdus cum oculis meis, ut ne co-
gitarem quidem de uirgine. Quam em̄
partem haberet in me deus desuper, & hæ-
reditatem omnipotens de excelsis? Nun-
quid non perditio est iniquo ; & alienatio
operantibus iniusticiam? Nónne ipse con-
siderat uias meas, & cunctos gressus meos
g dinumerat? Si ambulaui in uanitate, & fe-
stinauit in dolo pes meus : appendat me in
stathera iusta,& sciat deus simplicitatē me-
h am. Si declinauit gressus meus de uia, & si
secutus est oculus meus cor meum; & si in
manibus meis adhæsit macula ; feram, &
alius comedat;& progenies mea eradicetur.
i Si deceptum est cor meum super muliere;
& si ad ostiū amici mei insidiatus sum; scor-
tum alterius sit uxor mea, & super illam in-
curuentur alij. Hoc enim nefas est & iniqui-
tas maxima : ignis est usq; ad perditionem
deuorans,& omnia eradicans genimina. Si
cōtempsi

G Abhinc usq; ad finem;iusticias suas uel maxime & misericordias atq; uirtutes enarrat : quas usque ad quindecim numeros digerit: uelut uir perfectus q ascensus in corde suo disponēs; per gradus quosdā profectuum;usq; ad domum dei ascēdendo peruenit. Ego, inquit, animo, cū his obtutibus carnis meæ, definiui ac statui; ut nihil omnino turpe atq; obscœnū mihi intrinsecus nūciarent;quod delectatione uoluptatis,intra me iniquis cogitationibus uoluerē : Senserat credo aliquādo fortassis delectatione carnē suam & uoluptatibus illecebrarum titillari, & idcirco se continentiæ uirtute præcinxerat;timens oculum dei,cum scrutator cordis sit;& omnes uias conuersationis hūanæ,cūctosq; gressus actuum mortaliū nouerit. g ¶ Si ambulaui in uanitate & festinauit in dolo pes meus;appendat me in stathera iusta,& sciat deus simplicitatem meam.) H Sanctus Iob certus de ęquitate iusticiæ dei : se manifestari optat hominibus. Non enim aliquid ignorat deus;ut examinādo cognoscat;sed sciat deus, ita dixit beatus Iob,ut scire alios faciat, secundū illud: Tentat uos deus dominus,ut sciat utrum diligatis eum,id est, ut scire cæteros faciat. h ¶ Si declinaui gressus meos de uia, & si secutus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula;feram & alius comedat;& progenies mea eradicetur.) Nihil mandatorum dei,ait,præterij;quia nec cor meum acquiescens secutum est oculos meos, cum concupiscētiæ imagines ei offerrem priusq; pactum cum ipsis haberē;ne quid intrinsecus turpe transmitterent. Vnde nec in operibus manuū mearū ulla peccati macula potuit adhærere,& hoc ipsum cum quadā iuramenti execratione confirmat. i ¶ Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum;scortum alterius sit uxor mea; & super illam &c.) Secundum naturæ bonum loquitur,quod in Tobia scriptum est;Quod tibi non

uis fieri,



A uis fieri,alij ne feceris;proinde ait,nephanda res est & iniquitas maxima;hæc funesta ac detestabilia cogitare uel facere,ignis est incētiuæ libidinis; omnia bona uirtutum deuorans,atq; uniuersa in homine, sanctarum rerum incrementa consumens. a ¶Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea cum disceptarent aduersum me.) Siue ut alij dixerūt, apud me. b ¶ Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandū deus; & cū quæsierit,quid respondebo illi? Nunquid nō in utero fecit me; qui & illum operatus est, & formauit me in uulua unus?) Magna humilitas sancti uiri huius,& magna futuri iudicij cogitatio. c ¶Si negaui quod uolebant pauperibus;& oculos uiduę expectare feci?) Manifestum est. d ¶ Si comedi buccellam meā solus; & non comedit pupillus ex ea;q̄a ab infantia mea B creuit mecū miseratio;& de utero matris meæ egressa est mecū.) Manifestū est. e ¶Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum & absq; operimēto pauperem.Si non benedixerūt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est.) Hoc dicto ostendit,quēadmodum opus misericordiæ fieri debeat;id est ne alijs auferas, unde alijs recte dare te arbitreris. Vnde Salomon ait: *Prouer.3.b* Honora deum de tuis iustis laboribus. Et Esaias: *Esa.61.c* Ego dominus diligo iudicium; & odio habeo rapinam in holocaustum. f ¶ Si leuaui super pupillum manum meā, etiā cum uiderem me in porta superiorem; humerus meus à iunctura sua cadat & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me flu.&c.) In humero,opera. In brachio,uirtutis perseuerantia, atq; instātia bonorum operum accipi potest. Nisi ita est,inquit, irriti ante C deum inueniantur omnes labores mei. g ¶Si putaui aurum robur meū;& obrizo dixi fiducia mea. Si lætatus sum sup multis diuitijs meis; & quia plurima repperit manus mea.) Veræ homo philosophiæ,nullo uitio tenebatur ; sicut nunc cupiditatis & elationis contemptor fortissimus, aurum etiā pro nihili se habuisse testatur. h ¶ Si uidi solē cum fulgeret; & lunā incedentem clare;& lætatū est in abscōdito cor meū; & osculatus sum manū meam ore meo, quæ est iniquitas maxima,& negatio contra deum altissimum.) Tātæ uirtutes & tam præcipuæ nihil prosunt;cuiuis quisq; in eisdē perpetrandis sit sapiens, magnus & clarus,si errorum stulticia teneat̄. Nō solum,inquit,quorūcūq; idolorū culturis, uerum etiam nec horū pulchritudine ac specie magnorum luminū delectatus sum;nec quasi adorās ea inter eorum uenerationem D osculatus sum manum meam;nec creaturā pro creatore ueneratus sum, quod in epistola ad Romanos sanctus Apostolus detestat̄. *Roma.1.c* i ¶Si gauisus sum ad ruinā &c.) Cum magnū sit, si de inimicis suis quis cū possit non studeat ulcisci,quanto apud deum studiosius est de eorū ruina nec in corde delectari. k ¶ Si dixerunt uiri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius ut saturemur? Foris non mansit peregrinus: ostium meū uiatoribus patuit.) Pro hospitalitatibus eius & uirtute, qua & cæteri sancti deo placuerunt; odiū seruorū cōtraxerat. l ¶Si abscōdi quasi homo peccatū meū, & cælaui &c.) De his peccatis tantum,quæ cogitationibus cōmittuntur,hoc loco mihi dixisse uidetur; eo quod nec ipsa cælare uoluerit,quandoquidem secretorū suorum intima manifestauerit hominibus,se cōsensione iniqua cuiuslibet peccati non fuisse participem.

a contempsi subire iudicium cum seruo meo
& ancilla mea cum disceptarent aduersum
b me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iu-
dicandum deus ; & cum quæsierit, quid re-
spondebo illi? Nunquid non in utero fecit
me,qui & illū operatus est, & formauit me
c in uulua unus? Si negaui q̄ uolebāt paupe-
ribus,& oculos uiduæ expectare feci? Si co-
d medi buccellam meam solus, & non come-
dit pupillus ex ea;quia ab infantia mea cre-
uit mecū miseratio, & de utero matris meæ
e egressa est mecum. Si despexi prætereuntē,
eo quod non habuerit indumentū, & absq;
operimento pauperem. Si nō benedixerūt
mihi latera eius; & de uelleribus ouiū mea-
f rum calefactus est. Si leuaui super pupillum
manum meam ; etiam cum uiderem me in
porta superiorem;humerus meus à iunctu-
ra sua cadat,& brachium meum cū suis ossi-
bus confringatur. Semper em̄ quasi tumen-
tes super me fluctus timui deum;& pondus
g eius ferre non potui. Si putaui aurum robur
meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si læta-
tus sum super multis diuitijs meis,& q̄a plu-
h rima reperit manus mea. Si uidi solem cum
fulgeret,& lunam incedentem clare,& læta-
tum est in abscondito cor meum, & oscula-
tus sum manum meā ore meo : quæ est ini-
quitas maxima, & negatio contra deum al-
i tissimum. Si gauisus sum ad ruinā eius qui
me oderat, & exultaui quod inuenisset eum
malum. Nō enim dedi ad peccandum gut-
tur meum;ut expeterem maledicens animā
k eius. Si nōn dixerunt uiri tabernaculi mei;
quis det de carnibus eius ut saturemur? Fo-
ris non mansit peregrinus,ostiū meum uia-
l tori patuit. Si abscondi quasi homo peccatū
meum

E a ¶Si expaui ad multitudinem nimiã & deſpectio propinquorum &c.) Ad propinquorum ſuorum perſonam deſpicientiū eum:locus hic pertinet; qui ei inter miſerias calamitatū poſito,indeſinētes iniurias irrogabant:contra quos ſibi iurgantes poſuit cuſtodiam ori ſuo.

b ¶ Quis mihi tribuat auditorem ut deſideriū meū audiat &c.) Quē librū ſanctus Iob demonſtraturus cæteris, in humero ſuo, in loco uidelicet cunctis cōſpicuo confert:eo ꝙ libro pro laboris ſui meritis uelut corona gloriæ coronatus,per ſingulos gradus uirtutū ſiue profectuū ſuorū incrementa ante deum recenſendo, pronunciat.

c ¶ Si aduerſum me terra mea clamat &c.) Terra, caro hominis recte ſentitur. Hanc dicit beatus Iob ſibi aduerſariam non fuiſſe,neceſſario utiq;:quoniam bene ſibi eam obedientem fecerat circa ornamenta uirtutum.Cuius etiã ſulcos metaphoricōs appellat; qui ſiue pro-

F pter bonos mores excolendos:ſiue propter continendam aquam uerbi dei infuſam diuinitus terræ ſuæ,ſulci ab eo dicti ſunt, ſecūdum illud pſalmiſtæ; Sulcos eius inebriãs multiplica generationes eius. Agricolas aūt iſtos terrę ſuæ,beatus Iob ſanctas cogitationes,ut arbitror,dixit:quibus uiuus ager mētis ſuæ ſtrennue colebatur.Quorum agricolarum, ideo anima una ab eo refertur; ut aduertamus unū eorundem fuiſſe conſenſum.Non eſt hoc in moribus ſanctorum notabile ſiue reprehenſibile:quando ſeipſos laudant.Non enim iactantiæ uitio detinentur,ut in ſuis laudibus gloriam humanã requirant,ſed faciūt hoc ueritatis intētione,qua ante deū ſimpliciter ac ſynceriter uiuunt. Item ad Chriſti perſonam uertitur expoſitio. *Alia expoſitio cap.29.* Quis mihi tribuat, ut ſim iuxta menſes priſtinos & ſecundū dies, quibus deus cuſtodiebat me.In aſſumpto homine Ieſu Chriſto,id eſt,Adam ſecundo ſiue nouiſſimo:uox eſt Adam protoplaſti recolentis quid perdiderit,& ad quod bonū redire cupiat. Amiſerat quippe per inobedientiæ malum,immortalitatis bonum,paradiſiq; delicias:hanc ſibi per Ieſum Chriſtum dominum noſtrū inſtaurari deſiderat. Suſcipiendo nãq; in ſe dei filius hominis filiū,ſuſcepit in eo & humani generis preces. Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meū, & ad lumen eius ambulabã in tenebris.Gloriam diuinæ gratiæ, nomine lucernæ qua in paradiſo floruerat, ſignificauit. Sicut fui in diebus adoleſcētiæ meæ quãdo ſecreto deus erat in tabernaculo meo. Adoleſcentiæ nomine, poſſunt primordia Adæ intelligi uel ipſa felicitas;

meū, & cælaui in ſinu meo iniquitatē meã.
a Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorū terruit me,& non magis tacui,nec egreſſus ſum oſtium.
b Quis mihi tribuat auditorem ut deſiderium meum audiat omnipotens; & librū ſcribat ipſe qui iudicat ut in humero meo portem illū,& circūdem illum quaſi coronã mihi? Per ſingulos gradus meos pronunciabo illū; & quaſi principi offeram eū.
c Si aduerſum me terra mea clamat,& cum ipſa ſulci eius deflent.Si fructus eius comedi abſq; pecunia;& animã agricolarum eius afflixi;pro frumento oriatur mihi tribulus;& pro hordeo ſpina.

Caput

G ubi ante peccatū, iuuenili uigore, ſine ullo defectu ætatis ſemper uirens,quaſi in diebus adoleſcentiæ fuiſſe dicitur. Quando erat omnipotens mecum & in circuitu meo pueri mei. Pueri Adã, uirtutes animæ intelligendæ ſunt.Pueros aūt Chriſti angelos, qui miniſtrauerūt ei in diebus carnis eius,uel apoſtolos ſiue omes ſanctos non abſurde ſentimus. Quando lauabã pedes meos butyro, & petra fūdebat mihi riuos olei.Pedes igitur ſaluatoris,prædicatores ueritatis; qui in uniuerſo mundo annūciant euangeliū, intelligēdi ſunt.Hos igiť pedes ſuos Ieſus Chriſtus Iob noſter, lacte ſiue butyro eluit atq; abſterſit; qñ eos à tribulationū preſſuris ſynceros atque puriſſimos reddidit; docens eos per ſpiritū ſuū, ſimplicis innocētiæ uitã. Hoc igitur modo pedes annunciantis pacē euãgelij mundabuntur.Ne coinquinati eſſent carnalis ſapientiæ luto;petra,inquit, fundebat mihi riuos olei. Ergo petra eccleſia,fundata ſuper Chriſtū firmiſſimam petram,de ſe gratiã ſpiritus ſancti uelut riuos H effundit;quod in pētecoſte & in domo Cornelij & in illis duodecim ſiue in omni eccleſia declaratū eſt, & uſq; hodie declaratur. Quando procedebã ad portam ciuitatis,& in platea ponebant cathedram mihi.Velut rex ergo & dñs primus ciuitatis ſuæ eccleſiæ,ad portam eius Chriſtus procedit:id eſt, ſub tempore initiorum eius,quando ingreſſum parãs dicebat omnibus;Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. *Matth.11.d* Cathedra autē eminens ſcientia Chriſti intelligēda eſt;Platea aūt ciuitatis,uel quod publice prædicauerit,uel ſecundum pſalmiſtæ ſenſum eſt intelligenda:latum mandatum tuū nimis. Quod non ſolum in triplicem expoſitionē,ſed etiã in diſputationem porrigitur. Videbant me iuuenes & abſcondebantur;& ſenes aſſurgentes ſtabãt. *Iob.29.b* His ſcribit Ioannes,dicens; Scribo uobis iuuenes, *1.Ioan.2.b* quia fortes eſtis & uiciſtis malignum.Hi per fidem domini,ſaluatorem uident in ſpiritu, & in terra ſui corporis abſconduntur;reprimentes uidelicet atq; in ſe pugnando uitia cohibentes; mortificantes ſemetipſos peccatis & cōcupiſcentijs mundi;hinc ait propheta;Aſcendite uos in terram.Senes uero filij conſummati & perfecti,qui quotidie mente eleuantur ad cœlū,& ſtant in domino, fide immobilis uitæ. Principes ceſſabant loqui,& digitū ſuperponebant ori ſuo;uocē ſuam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi eorum adhærebat.In aduentu, inquit,meo omnium ſanctorum meorum prophetia concluſa eſt & ſignata, quod in Zachariæ ſilentio



A tio præfiguratum eſt.Clauſa eſt quidem prophetia in myſterio annunciatorū:ſed in ſacramentorū myſterijs patefacta eſt.Principes & duces illius populi Iudæorum fuerunt reges, ſacerdotes & prophetæ. Siue principes & duces,potētes quiq; mundi iſtius atq; eloquentes poſſunt intelligi:qui propter mendacia ſeductionis,principatus in populis tenebãt. Hi in aduētu Chriſti cōticuerunt. Auris audiēs beatificabat me,Gentium utiq; populus ad quem euangelium meum annunciatū prædicatione peruenit.Qui pro redemptione ſua laudē deferēs,beatificabat me gratias agendo. Et oculus uidens,teſtimoniū reddebat mihi.Populus uidelicet Iudæorum,cui per prophetas meos prædictus fueram,in præſentia aduentus mei teſtimoniū reddebat mihi.

Eo ꝙ liberaſſem pauperem uociferantē, & pupillum cui nō erat adiutor.Pauper hic & pupillus,ſanctorum populus eſt intelligendus;qui propter humilitatē ſpiritus cōtribulati, pauper eſt dictus. Pupillus uero idcirco dictus eſt;quia pater eorum pro *Ioan.14.c* tempore abſens eſt,qui ita loquitur;Non relinquã uos orphanos. Benedictio pueri,ſiue ut alij dixerunt,perituri,ſuper me ueniebat & cor uiduæ conſolatus ſum.Pupillus fidelis & ſanctus; puer, propter reciprocatam innocentiã nūcupatus eſt.Perditus uero idē appellatus eſt:quia ſanguine dñi acquiſitus eſt. Iuſticia indutus ſum,& ueſtiuit me ſicut diademate iudicio meo. Iuſticia ergo hæc pietatis B meæ,ait dñs,ueſtiuit me ſicut ueſtimento. Et diademate iudicio meo.Hoc inquam ueſtimento,in quo per euangelium iuſticia patris reuelatur; in eccleſia dicit ſe eſſe circūdatum; cuius figurã habuit ueſtis eius in monte clarificati. Oculus fui cæco & pes claudo.Lumen,inquit, ſum peccatori in uitiorum ſuorū tenebris ambulanti;& in præceptorū meorū ſemitis claudicãti factus ſum greſſus.Vnde ipſe ait; Ego ſum uia. Pater eram pauperū;id eſt,humiliū corde. Et cauſam quã neſciebã,diligenter inueſtigabam. Hanc igitur cauſam peccaminū miſericordia pietatis meæ indulturus,diligentiſſime perſcrutabar;ut radicē uulnerū curãdo perquirerē,ut peccatorem,inueſtigãte me,cōfitentem culpas ſuas, ab omni peccato criminis liberarē. Siue aliter;Neſciuit cauſas peccati dñs noſter Ieſus Chriſtus; quas ab eo Iudæi quærebant. Conterebam molas iniqui,& de dentibus eius auferebã prædã. Hunc iniquum diabolum eſſe recte ſentimus, cuius dētes ac molares ſunt ad interimendū ſæui ac truces animi motus.De huiuſmodi,inquit,dentibus uelut prædã captiuã humanū genus abſtraxit, de mortis utiq; illud interitu liberando;Omnes impij dētes ſunt diaboli.Poteſt & hęreticus quiſq; intelligi,in cuius dentibus doctrina perſpicua ſentiať. In molaribus uero lateãt remota & ſecreta & nephãda myſteria.

Dicebamq;,in nidulo meo moriar,& ſicut palma multiplicabo dies.) Nidus dñi ſaluatoris, eccleſia eius poteſt intelligi.Hic igitur dñs,in eccleſia quaſi nidulo ſuo,quē ſibi fœno carnis humanæ cōgeſſit, & in qua procreat ac fouet filios,mori dicitur,dum

membra eius,quorum ipſe caput eſt, uitijs ac cōcupiſcentijs huius ſeculi moriuntur. Sequiť: Et ſicut C palma multiplicabo dies eius. Igitur poſt humilitatem eccleſiæ, quã in nidulo ſuperius dñs indicauit, gloriã altitudinis eius in palma arbore uoluit oſtendere:cuius radix aſpera uidetur in terra, unde etiã nidulus appellatur:ſed comis,pulchra ſub cœlo, cū ex reſurrectione fuerit glorificata,palmæ celſitudinem obtinebit;id eſt,uirtutum ſuarū merita conſequetur,quæ in palma ſignificanť. Siue nidulus hic populus Iudæorū poteſt intelligi. In hoc igitur nido,pati & mori pro nobis uoluit, ſicut ait Iudæis; Moriar,& in eorū mentibus crucifigar, ubi ſecundum hominē cōuerſatus & natus ſum; & in gentibus ubi palma uictoriæ meæ, crucisq; uexillū erectum eſt,multiplicabo dies,dicens eis;Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cōſummationem ſeculi. *Matth. ulti.* Radix mea aperta eſt ſecus aquas; & ros morabiť in meſſione mea.) Ita erit in nationibus radix;id eſt,fides qua mihi placeri uolui:ut oēs ſancti in præteritis placuerunt; ut pateat gentium aquis,id eſt,populis,ut in me ſcilicet credãt;quibus utiq; in retributione æterna,ros gratiæ & muneris erit me largiēte profluus.Siue radix charitatis meæ atq; dilectionis,quæ fixa eſt in cordibus diligentiū me;aperta eſt in eis ad aquas eloquiorum meorū.

Gloria mea ſemper innouabitur.) Hic gloriã,eccleſiam intelligere poſſumus; Gloria quidē patris D eſt filius,cui dicit pater; Exurge gloria mea, exurge.Sed aliter eccleſia gloria eſt,quæ iuſtificata eſt ꝑ gratiã. Et arcus meus in manu mea inſtaurabiť.) Arcum hunc uirtutem intelligere poſſumus, qua pro eccleſia ſua uſq; ad finem ſeculi pugnare nō deſinit. Qui me audiebant,expectabant ſententiã; & intenti tacebant ad conſiliū meū.) Quotidie clamat Chriſtus per diſpēſatores uerbi ſui;& obedientes ei,ſententiã definitionis eius expectãt. Et intēti tacebant ad cōſilium meum.Hoc uerbo ſilentij,ſanctorum ſignificatur obedientia,qui tardi ſunt ad loquendum,ueloces aūt ad faciendū:ſiue,quia in ipſa inquiſitione legis,ſancti intenti eſſe dicunť. Verbis meis nihil addere audebant.) Statuta utique & decreta non cōuellentes eccleſiæ;in qua fundamentū eſt ueritatis,ſtabiliãt.Hæretici aūt & ſchiſmatici, præſumptione ſuperbiæ,qua præſtant cæteris,uerbis dñi,inuēta de corde ſuo atq; ſuperflua dogmata plenitudinis ſuperponere moliunť. Et ſuper illos ſtillabat eloquiū meū.) Senſim utiq; ſermo doctrinæ meæ,diligentia mea,diligentium me uiſcera penetrabat;in quo profectus animorū quotidie in uirtutibus intelligendus eſt.Vbi quaſi à parua ſtilla principiorū,perueniť ad uitã plenã perfectionis, tanq; ad pluuiã cordis,terram ſuã copia ſaturantē.

Expectabãt me quaſi pluuiã; & os ſuū aperiebãt quaſi ad imbrem ſerotinū.) Oēs ſancti antiqui, ſaluatorē in carne uenturū expectauerunt,& oēs nūc pariter ad iudiciū uenturū indubitanter expectãt; ad cuius imbrē ſerotinum,id eſt,euangeliū,ora cordiū ſuorū nūc ſitientes aperiunt;quia meliora ſunt,

E ut Eccleſiaſtes ait: nouiſſima ſermonis, ꝙ initium
Eccles.5.d eius. Si quando ridebã ad eos,non credebant: &
lux uultus mei nõ cadebat in terrã.)Id eſt,Iudæi nõ
credent mihi hilari pietate futuræ beatitudinis læti
ciã & æterna gaudia promittẽti, & peccatores pro
reatu cõſcientiæ ſuæ,uix credẽt miſericordię meæ:
& ſibi ſalutẽ dari poſſe præ magnitudine criminũ
deſperabunt:cũ ego conuertentibus ad me maiora
ꝙ ſpe poſſint capere,collaturus ſum. Et lux uul-
tus mei nõ cadebat in terrã.) Gratia,inquit,præſen
tiæ meæ,qua mũdo uniuerſo innotui,illuſtro cor-
da fideliũ;quia ego ſum lux mũdi,& quicquid pro-
miſero cuſtodientibus pactũ meũ,irritum nõ erit;
ſed totũ in tempore retributionis implebit. Si uo
luiſſem ire ad eos, ſedebã primus. Cumꝗ ſederem
quaſi rex circũſtante exercitu,erã tamen mœrentiũ
conſolator.) Ita ſentiendũ eſt: qui cũ apud ſanctos
ſuos magnus & excelſus habitet: qui & angeli ple-
runꝗ dicunt,& de quibus ſecundũ aliã æditionem
dicit;eram quaſi rex cõcinctus fortibus;cõpunctos
Alia expoſitio cap.30. tamen & cõtritos corde nõ deſpexit. Nunc autẽ
deridẽt me iuniores tẽpore.)Legimus in euãgelio,
quemadmodũ irriſus eſt & illuſus. Quorũ nõ di
gnabar patres ponere cũ canibus gregis mei.)Ego
canes in bonã partẽ dictos exiſtimo, qui gregẽ dñi
à beſtijs ſpũalibus uigilando defendũt. De quibus
Eſa.36.d dicit propheta:Canes muti nõ ualentes latrare. Iu-
dæorum quoꝗ patres, qui ſunt utiꝗ ſacerdotes &
principes;paſtorali ab eis quippe ablata dignitate;
F non poſui,ait dñs,cũ ſanctis greges ouiũ meoꝝ cu
ſtodibus,ob maliciã infidelitatis ſuæ; ne ſacerdotio
fungant mihi,abieci eos. Quod etiã in euãgelio di-
Matth.21.d cit:Auferet à uobis regnũ dei, & reliqua. Vbi iam
incipit tollere panẽ filioꝝ, & mittere canibus; ſicut
ad eũ in euangelio ſub typo eccleſiæ dicit. Nam &
catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa domi-
norũ ſuorũ. Quorũ uirtus manuũ erat mihi pro
nihilo.)Hæc uirtus manuũ erat Iudæoꝝ,ut mãda-
tis ſeniorũ & obſeruationibus deſeruirent. Siue in
in tẽpore paſſionis dñi,poteſt hic locus intelligi ita,
ut uirtus operum prædictoꝝ uſꝗ ad mortẽ ſalua-
toris peruenerit. Vel ita intelligendũ:cum ei uitam
flerent finitã eſſe per crucẽ,triumpho reſurgẽtis ex
mortuis:ad nihilũ conatuũ peſſimorũ uirtus reda-
cta eſt. Et uita ipſa putabant indigni, egeſtate &
fame ſteriles.) Vitiorum ſuoꝝ & criminũ turpi ege
ſtate affecti;& fame eloquiorum dei facti ſteriles &
mendici;uita inſuꝑ præſenti indigni ſunt habiti,ſi-
Pſal.58.c cut ꝓpheta ait ad deũ:Diſperge illos in uirtute tua.
Vnde nunc in medio nationũ ſunt uelut captiui:ui
tam ducẽtes degenerẽ. Qui rodebãt in ſolitudi-
ne;ſqualentes calamitate & miſeria: & mandebant
herbas & arborũ cortices, & radix iuniperoꝝ erat
cibus illorũ.)Plerũꝗ ubi deus nõ habitat, id eſt,nõ
colitur ſolitudo ſiue eremus appellat, in qua ſecun
Apoc.17.a dum Apocalypſim mulier,id eſt,corruptela ſedere
dicitur. Mandere eñ ſiue rodere, opus eſt dentiũ:
qñ uox articulata,dẽtibus & plectro linguę efficit:
ideo his uerbis,doctrina prædictoꝝ ſignificat: qui

populos tanꝙ herbas & infructuoſarũ arborũ radi G
ces mandendo atꝗ rodẽdo, in errores ſuos multi-
plices,uelut in ſuũ corpus traijciunt. Etenĩ paſci ſe
arbitrãtur;ſi ab hominibus quos ſolet ſcriptura ar-
bores appellare, quicqd habẽt uitale ſubtraxerint.
Radicibus iuniperorũ nihilominus alunt: arborũ
ſcilicet longa ætate uiuentiũ,& in quarũ lignis mul
to diutius ignis quam in cæteris durat. Iſta ſunt li-
gna,quæ arceuthina appellant. Sub arborũ harum
uocabulo,magnos quoꝗ nomine in populo Iudai
co intelligere poſſumus, quorũ prædicti doctores
intima uiſcerũ depaſcunt,furãdo eis prædicatione
legis præteritæ,bonũ gratiæ Chriſti. Qui de con
uallibus iſta rapientes, cũ ſingula reperiſſent, ad ea
cum clamore currebãt.)De cõuallibus utiꝗ herbas
ut fures,ꝙ alij trãslatores dixerunt,& arboꝝ corti-
ces,rapiunt. Nõ eñ eos quos herbas cortices, & ra
dices arborũ per ænigmatis ſimilitudinẽ intellexi-
mus,in excelſis locis atꝗ ſimilibus potuerunt inue
nire;ſed in cõuallibus,humilibus ſcilicet locis, & in
inferiora depreſſis;ubi ſignificati ſunt carnales po-
puli Iudæorũ;quorũ intellectus in occidẽtis literæ
ſenſus,uelut in inferioribus cõmorat. Hinc eos pri
mores eorũ depopulant,dum cæci cæcis ducatum
præbent. In deſertis habitabant torrentiũ,& in ca
uernis terræ uel ſuꝑ glareã;qui inter hu.&c.)Nõ tã
tum in deſertis prædictorũ,ubi cultura dei nõ erat,
morabant,ſed etiã in cauernis terræ, & ſuꝑ glareã:
per quã puto carnaliter legẽ intelligendã, ubi nihil
pingue ſpũali ſenſui admiſcet,quo poſſet fœcundi- H
tate ubertatis,per fidem filios ſanctitatis,matre gra
tia procreare,& ob hoc in cauernis terrę eſſe ꝓhibẽ
tur;terrenis uidelicet ſenſibus inhærẽtes. De qbus Philip.3.d
flens dicit Apſus,inimicos crucis Chriſti. Aliter:
Torrẽtes ſunt peccatores, qui in hoc mare ſeculi ꝑ
deſerta noticiæ defluũt; hi ergo in cauernis ſenſuũ
cõmorant,eorũꝗ delectãtur officijs ad peccandũ;
ipſi ſunt feneſtræ domus,per quas mors ingredit.
Siue cauerna ſerpẽtis,eſt pectus noſtrũ qñ in eo ue
nenata cõſilia,& mortiferos actus recõdimus. Ipſi
uero ſimiliter ſuꝑ glareã habitant;qui terrã ſuã,nul
la ſermonũ dei diligentia colunt;ut accepta uberta-
te pinguedinis, poſſint fructus facere ſanctitatis.
Qui inter huiuſcemodi lætabant,& eſſe ſub ſenti
bus delicias cõputabant.) Inter hæc mala quæ ſunt
dicta ſuperius,ita exultãtes gaudio uiuunt, tanꝙ ſi
quærerẽt uirtutes. Filij ſtultoꝝ & ignobiliũ & in
terra penitus nõ parentes.) Ita eñ & de eorũ patri- Pſal.77.d
bus,ꝓpheta iã ante prędixerat:Generatio praua &
ꝑuerſa,populus ſtultus & nõ ſapiẽs,alienati à terra
uiuentium. Nũc in eoꝝ canticũ uerſus ſum:& fa
ctus ſum eis prouerbiũ.) Id eſt, in primo ſermone,
& in eoꝝ ore ego ſum:& ab eis in delectatiõe obtre
ctatiõis aſſumor. Abominant me,& fugiũt à me:
& faciẽ meã ſpuere nõ uerent.)Faciẽ uero cõſputã
dñi ſaluatoris,ipſa paſſio eius nobis in euãgelio ma
nifeſte demõſtrat. Pharetrã enim ſuã aperuit & af.
me:& frenum po. in ore m.)Hic pharetra,diabolus
intelligi poteſt. Et qñ credimus ſaluatorẽ uerũ ho-
minem



A minem aſſumpſiſſe:nõ abſurdum eſt, ut credamus
ꝙ & dolores corporis uoluerit in paſſione ſentire,
Eſa.35.d ſecundum illud prophetæ:Ipſe infirmitates noſtras
ſuſcepit,& pro nobis dolet. Et frenũ poſuit in ore
meo.)Illatas cõtumelias patientia demonſtrauit,ſi-
Pſal.70.a cut ipſe filius in pſalmo ait ad patrẽ: Quoniã tu es
Ioan.19.b patientia mea dñe. Et in euangelio, interrogatus Ie
ſus nõ reſpõdit. Ad dexterã orientis calamitates
meæ,illico ſurrexerunt.)Id eſt de uoluntate patris:
ad cuius dexterã filius ſedet. Vel hoc ait,quod ad fi
lium dei etiã ad eam partẽ,qua impaſſibilis eſt:cõtu
melia paſſi hominis aſſumpti peruenerit, ſecũdum
1.Cor.2.b Apoſtolũ dicentẽ: Si eñ cognouiſſent, nunꝙ deũ
maieſtatis crucifixiſſent:qñ ipſe eſt dextera patris,
manus & brachiũ;per quẽ facta omnia gubernant:
& diſcipuli magis de dextris illius erant:quẽ in tem
Pſal.141.a pore paſſionis dereliquerunt. De quibus ait:Conſi
derabã ad dexterã,& non erat qui cognoſceret me.
Pedes meos ſubuerterunt & oppreſſerũt.)Quaſi
fluctibus ſemitis ſuis diſſipauerunt itinera mea. In-
ſidiati ſunt mihi,& præualuerunt,& nõ fuit qui fer
ret auxiliũ:quaſi rupto muro & aperta ianua,& ad
meas miſerias deuoluti ſunt. Pedes,humana ſubſtã
tia,quã crucifixerunt intelligi poteſt:uel certe euan
gelizandi officiũ. In fluctibus,amaros Iudæos,erga
prædicatores euãgelij,& inquietos eſſe demõſtrat.
Diſſipauerunt etiã itinera mea.)Prophetarũ me-
orum oraculis,aduentus mei in carne illis præſen-
B tiam pollicebar: & in uiſionibus reuelationũ ſæpe
ueniebam ad eos. Hæc utiꝗ itinera mea,increduli-
tate atꝗ impietatis ſuę ſcelere diſſipauerũt. Poſſunt
etiam pedes eius,prædicatores uel apoſtoli eius in
telligi. Et nõ fuit qui ferret auxiliũ:quia & ipſi diſci
Matth.26.f puli relicto eo fugierũt. Quaſi rupto muro,& aper
ta ianua irruerũt ſuꝑ me:& ad meas miſerias deuo-
luti ſunt,id eſt,per necẽ meã in ruinã ſuã lapſi ſunt,
ut quaſi truculentiſſimi hoſtes & ferociſſimi, irru-
ptis ciuitatũ munitionibus,domibuſꝗ effractis, in
necem meã omnes pariter proſilirent. Miſeriæ aũt
paſſiones ſunt,flagella,illuſio,probra,alapæ,ſputa,
colaphi,ſpinę,& ignominia crucis. Redactus ſum
in nihilũ.) Iudæi deſpicientes eũ,pro nihilo habue-
rũt. Abſtuliſti quaſi uentũ deſideriũ meũ,& quaſi
nubes pertrãſijt ſalus mea.)Vẽtus, præſens hæc ui
ta poteſt intelligi:quæ plerunꝗ uenti ſiue ſpũs no-
mine appellat. Ex perſona ergo ueteris hominis ſu
ſcepti in deo,homo Ieſus Chriſtus hęc loquit. Deſi
derium uero ueteris hominis illud erat, ne uitã hãc
temporalẽ amitteret:quod ipſe dñs,ꝓximus paſſio-
Matth.26.d ni demonſtrat,dicens ad patrẽ: Tranſeat à me calix
iſte. Verũ,inquit,non quod ego uolo,ſed quod tu.
Nunc aũt in memetipſo areſcit anima mea;& poſ
ſident me dies afflictionis.) Dies afflictionis eius,
dies ſunt paſſionis. Inde ait ſaluator in euãgelio:Tri
ſtis eſt anima mea uſꝗ ad mortẽ. Nocte os meũ
perforatur doloribus:& qui me comedũt,nõ dor.)
Nocte,quia ueſpere captus: ꝑ totã noctẽ ſcribis &
principibus ſub interrogatione quęſtionis auditus
eſt:Vel noctem triſticiæ & paſſionis,ait dñs apoſto

los:qui propter dilectionis & charitatis meæ forti- C
tudinem oſſa dicunt:aculeis doloris, timoriſꝗ cõ-
pũcti,uſꝗ ad negationis noxã perforati ſunt,id eſt,
penetrauit uirtutẽ animi coꝝ titubatio fidei, ut ad
horam tentationis in charitatis ſoliditate nutarent.
Illi uero qui me uſꝗ ad mortẽ perſequendo uident
conſumere nõ dormiunt:id eſt,omni uigilantia mẽ
tis inſiſtunt,ut ad me deuorandũ perueniant. In
multitudine eorũ conſumit ueſtimentũ meũ.)Cõ-
uenientibus in unum Iudæis,caro mea iniurijs, cla
uis,cruce,morte cõfecta eſt. Et quaſi capitio tuni
cæ cinxerunt me.)In necem meã omnes undiꝗ me
uelut extrangulantes circũdederunt;& ut me præ-
focarent in morte,tanꝙ ora capitij,fortibus uideli-
cet laqueis,falſorum teſtimonioꝝ me cinxerunt,&
intra paſſionẽ meã & crucẽ,quaſi intra tunicam me
incluſerunt. Comparatus ſum luto,& aſſimilatus
fauillæ & cineri.) Per mortẽ quã uolens ſuſcepi,cõ
paratus ſum uilibus,& peccato obnoxijs, atque in
Adam dei ſententia condemnatis: cũ ipſe peccator
non ſim,neꝗ ita ut oñes peccatores fuerim natus.
Clamo ad te & nõ exaudis me: ſto & nõ reſpicis
me.) Ita & in uiceſimoprimo pſalmo, in cruce cla-
mauit ad patrẽ:Deus meus,& reliqua: Et clamabo
per diẽ & nõ exaudies,&c. Hæc igitur uerba dicun
tur ex perſona crucifixi, ſicut & alia quæ iam dixi
ſuperius. Clamabo,inquit,per diẽ ad te: id eſt,in re
bus proſperis huius uitæ,ut nõ mutent: nec exau-
dis,qui uerbis delictoꝝ clamabo,& in nocte:id eſt, D
in aduerſis uitæ huius clamabo,ut proſperent;& ſi
militer nõ exaudies. Neꝗ hoc ſatis ad inſipientiam
mihi;ſed potius ut ſapiã quid clamare me uelis, nõ
uerbis delictorũ ex deſiderio tẽporalis uitę,ſed uer
bis conuerſionis ad te in uitã æternam. Mutatus
es mihi in crudelẽ:& in duritia manus tuæ aduerſa
ris mihi.) Dũ pater unico filio nõ pepercit,ſed pro
nobis omnibus tradidit illũ:crudelitatis ſpecies ui-
debatur,quod erat piæ diſpẽſationis affectus. Ele
uaſti me,& quaſi ſuper uentum ponens eliſiſti me
ualide.) Quod eſt,eleuaſti in cruce:& nõ credenti-
bus Iudæis me alliſiſti. Scio quia morti trades me:
ubi cõſtituta eſt domus omni uiuenti.) Quia ante
dñi reſurrectionẽ, etiã iuſti in inferni partibus fu-
iſſe credunt. Vere nõ ad conſumptionẽ eoꝝ emit
tis manũ tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis.) Ad
hoc utiꝗ morti trades me,ut nõ conſumant debita
pœna;qui diuina ſentẽtia morti æternæ ſunt depu
tati;ſed potius mea morte ſaluent. Quod aũt dicit:
Si corruerint, ipſe ſaluabis:Poſt gratiã baptiſmi,re
medium ſalutis delinquentibus,per pœnitentiã re-
promittit. Flebam quondã ſuper eũ qui afflictus
erat;& compatiebat anima mea pauperi.)Duabus
autẽ de cauſis ſaluator Hieruſalẽ deflebat. Vna eſt,
qua pro cõuerſis flens patrẽ orabat. Alia uero eſt,
qua pro nõ credẽtibus dolẽs flebat:præuidẽs utiꝗ
ut deus ob incredulitatis duritiã perditionẽ eorũ.
Et cõpatiebat anima mea pauperi.) Quomodo
animæ ſanctæ in ſcripturis pauperes appellant, nõ
habẽtes ſuperbiæ ſpiritum;uel peccata tanꝙ mun-

E di huius diuitias.Ita econtrario omnes peccatores
pauperes nuncupantur; eo ꝙ ſuperbiæ ſpiritu tu-
meant;& ſint inopes ſanctitate, de quibus in pſal-
Pſal.106.a mo canitur;Sedentes in tenebris, & in umbra mor
tis;uinculis ligatos in mendicitate & ferro. Ad de-
flendos huiuſmodi pau-
peres,utpote diues in mi
ſerationibus deus ex affe
ctu miſericordiæ triſticiã
ſuſtinebat. Expectabã
bona & uenerũt mihi ma
la.) Expectabam ergo ꝑ
patientiam, ut bonũ con
uerſionis eorũ gaudens,ſuper correctos percipere.
Sed illi diuitias bonitatis meæ,& lõganimitatis per
contumaciam contemnentes, theſaurizauerũt ſibi
irã in die iræ;& reuelationis iuſti iudicij mei. Hæc
igitur mala eorum,ad conſpectum meum uentura
ſunt;ut reddam unicuiq; ſecundũ opera ſua. Præ
ſtolabar lucem & eruperunt tenebræ.) Lucẽ in eis
fidei,& ſanctorum operũ præſtolabar,& infidelita-
tis eorum ac uitiorũ tenebræ præualuerunt. Inte-
riora mea efferbuerũt abſq; ulla requie.)Siue quod
dolore tactus,intrinſecus animus eius ſolicitudine
& anxietate ferbuerit,ſuper eorũ perditione;ſiue ꝙ
uerbo,carne facto & habitante in homine Ieſu ſal-
uatore noſtro,interiora eius,id eſt,animæ illius mo
tus ſine ceſſatiõe,diuino igne feruebãt. Præuene-
F runt me dies afflictionis.)Dies afflictionis,dies iu-
dicij erunt;in quibus prædictam gentem iudicatu-
rus ſum,Sed tamen nunc & in hoc tempore nimijs
ſceleribus ſuis præuenerunt me,ut ſecundũ iuſtum
iudicium meum reddam eis,ſicut poſtea accidit in
paſſione,quãdo à Romanis Hieruſalẽ templumq;
ſubuerſum eſt. Mœrens incedebam;ſine furore
cõſurgens in tenebris clamabã.) Sine aliquo utiq;
iracũdiæ furore erat; quoniã donare atq; cõcedere
peccata eorum aduenerat,nõ punire. Ait etiã euan
Ioan.7.f gelista;Stabat Ieſus & clamabat;Qui ſitit,ueniat ad
me & bibat. Frater fui draconum,& ſocius ſtru-
thionum.) Iudæos in euangelio,dñs ſerpentes fre-
Matth.23.d quenter appellat & uiperas,ita dicens;Serpẽtes ge-
Eſa.59.a nimina uiperarũ,Et propheta ait;Oua aſpidũ rupe
rũt,cum malorũ generationẽ multiplicari uideret.
Item;Furor draconũ uinum eorũ;& furor aſpidum
inſanabilis.Sed idcirco fratrem eorũ ſe nũcupauit;
quoniam de eorũ genere ſecundũ carnẽ eſt procre-
atus,de qbus in pſal.ait; Socer factus ſum fratribus
Pſal. 68.b meis,& hoſpes filijs matris meæ. Et quia ſecũdum
præſentẽ uitã,qua dũ hic mortalis fuit;inter eos eſt
conuerſatus,ſtruthionũ ſe ſociũ dixit;id eſt,in eadẽ
gente ſua cũ ſtultis & inſipientibus habitauit, ſicut
ipſe dñs ait in euãgelio;Stulti & cæci. Cutis mea
denigrata eſt ſuper me.)In cute,carnẽ ſuã,id eſt,Iu-
dæa gentẽ ſuã,unde ſaluator carnẽ aſſumpſit;à par
te totũ dixiſſe intelligẽdus eſt. Quod aũt ſuper me
ait,denigrata eſt cutis mea ; ita eſt, uelut ſi diceret,
propter me,id eſt,in perſona mea;odio perſecutio-
nũ & ſcelere blaſphemiæ, peccatorũ etiã infandorũ

a OMiſerũnt autẽ tres Cap. XXXII.
uiri iſti reſpondere Iob eo, ꝙ iuſtus ſi-
b bi uideretur. Et irãtus indignatusq; eſt He-
liu filius Barachiel Buzites, de cognatione
Ram

criminibus, tetra ac nigra effecta eſt caro generis G
mei,& quaſi Aethiopiſſa calorẽ nigredinis nõ amit
tens;& eo eſt infelicior,ꝙ hanc nigredinẽ noctis &
tenebrarum,nõ in ſuperficie corporis,ſed in corde
cõtraxit.Vnde ait dñs per prophetã;Nocti aſſimi- Tren.2.d
laui matrẽ ueſtram. Et
oſſa mea aruerũt prę cau
mate.) Oſſa corporis ec-
cleſiæ , cuius caput eſt
Chriſtus, ſancti quidem
omnes;ſed prę cipue apo
ſtoli intelligẽdi ſunt;quo
rũ ſanctitatis robore atq;
uirtute,omnia mẽbra infirmiora eccleſiæ ſuſtinen-
tur.Horũ igitur adeps pinguiſſimus charitatis, ni-
mio perſecutionis æſtu in paſſione ſaluatoris ex-
æſtuauit. De qbus ipſe dñs in pſalmo : Et oſſa mea Pſal.101.a
ſicut cremiũ aruerunt.Itẽ in alio pſalmo;Sicut aqua Ibid.21.c
effuſus ſum,& diſperſa ſunt omnia oſſa mea, ut ait
euangeliſta; Et relicto Ieſu fugierunt diſcipuli. Sed Matth.26.f
rurſum per cõfeſſionem nominis eius charitate il-
lius uberrima impinguati ſunt;ut nullo poſtmodũ
quãtolibet feruenti caumate perſecutionum, fides
Chriſti in eis,& bonũ charitatis areſceret. Verſa
eſt in luctum cithara mea,& organũ meum in uocẽ
flentium.) In cithara & organo,lætitia & exultatio
intelligitur.Quam Chriſtus ſe habere demonſtrat,
quando ſuper ſalute credentiũ delectatur,ſicut ipſe
in euangelio ait;ubi parabolã cẽtum ouium ponit, Luc.15.a
de quibus unã ait perijſſe,& inuenta ea ait;Amẽ di H
co uobis,quia plus gaudebit ſuper eã,q; ſuper cæte
ras nonagintanouẽ.Itemq; cum renunciaſſent apo
ſtoli dño,quia in nomine eius plurimæ ſanitates ꝑ
eoſdẽ factæ fuiſſent,ait euãgeliſta;In illa hora exul-
tauit Ieſus in ſpiritu. Hæc ergo muſicorũ nomina,
cordis ſignificant lætitiã,quæ ſuper infideliũ obdu
ratione,uerſa eſt in triſticiam, ſicut de eodẽ dño ait
euãgeliſta; Et cõtriſtatus eſt ſuper duriciam cordis Matth.16.c
eorũ.Ea uero quæ ſequunt̃ uſq; ad finẽ parabolæ,
quæ ſecundũ uirtutẽ ſancti Iob ſuperius expoſui-
mus;iam cõfeſſi ſumus nõ poſſe nos ſecundũ myſti
cos intellectus diſſerere.Si aũt quis poſſit illa allego
ricæ interpretationi rationabiliter coaptare, aſſen-
ſum præbere me fatebor. Cap. XXXII.
OMiſerunt aũt tres uiri &c.) Cedẽtibus aduer
ſarijs,Iob poſt multa prophetiæ ſuæ myſte-
ria,& ipſe finit ſermonem.Quod aũt dictũ eſt, omi
ſerunt aũt tres uiri iſti reſpondere Iob, eo ꝙ iuſtus
ſibi uideret̃: ſcriptor hiſtoriæ huius,ex ſenſu reſpõ
dentium dixit,eo ꝙ iuſtus ſibi uideretur,nõ ex iu-
dicio ſuo;cum referret uel ſcriberet,quæ in præco-
nium tãti uiri ſtilo hæc ſuo poſterorum memoriæ
cõmendabat. b ¶ Et iratus indignatusq; eſt He-
liu filius Barachiel Buzites &c.)De progenie & ge
neratione Huz & Buz filiorũ Nachor & Melchæ,
ſororis Saræ uxoris Abraham,naſcitur Iob & He-
liu.De Huz Iob naſcit̃, & de Buz hic Heliu; unde
& Buzites dicit̃,qui fuit ſicut hic ſcribit̃ filius Bara Nume. 22.d
chiel.Hunc igitur Heliu doctiſſimi ſcripturarũ di-
cunt



A cunt ipſum eſſe Balaam hariolũ;quẽ in Numerorũ
libro Balach rex Moabitarũ ad Iſraëlem maledicen
dũ cõduxerat;& hæc ſcriptura refert, qđ hic Heliu
de cognatione fuerat Ram;& hũc Ram Abraham
eſſe intelligamus; de cuius cognatiõe & familia He
liu fuerit ꝓcreatus.Hinc
utiq; fratris ſui Nachor
poſteritas proculdubio
Abrahæ cognatio erit;
ubi qui hũc librũ ſcribit,
quẽ Hebræi Moſen au-
tumant , in generationis
Heliu nominibus nobi-
litatẽ natiuitatis eius uo
luit demõſtrare. Qđ aũt
in hoc libro Ram , quaſi
partito ſiue diuiſo nomi
ne ſanctus Abram dicit̃,
ita & in diuerſis locis ſcri
ptura dei,ſecundũ incre-
menta in eo diuinæ gra-
tiæ nominat.Vnde quã-
do Ram dicitur , habeat̃
excelſus;qñ uero Abrã,
proficiens in uirtutibus,
pater excelſus ſit;Item cũ
fide, eius gentibus ad do
B minationẽ præponitur,
Abrahã,id eſt,pater mul
tarum gẽtiũ appelletur.
Hic igit̃ Heliu , ſicut ap-
paret,ſecundũ bonũ na-
turæ,homo iuſtus uidet̃
fuiſſe : qui & ſpm̃ habuit
prophetiæ;ſed puto nõ eodẽ modo uel eadẽ gratia
ut ſancti ꝓphetæ. Vnde & ipſe dominus ad ſanctũ
Iob.38.a Iob de eo locutus eſt;Quis eſt iſte inuoluens ſentẽ-
tias ſermõibus imperitis? quod eſt,improperij uer-
bis atq; inordinatis ſermonibus , ſenſus propheti-
cus narratur;ubi nõ reprobat dominus quod He-
liu loquitur;ſed quod præpropere ab eo dicit̃, hoc
reprehẽdit.De hoc inquam Heliu & ſuis ſimilibus,
& in principio libri huius diximus;quod ꝓphetiæ
myſterio, uſi ſint etiam qui exorbitauerant à uera
religione;quia & illis dedit deus uerbum ſuum,ut
myſteria futura pronunciarent hominibus;ubi ma
xime fides & admiratio gẽtilium pendet;ut qui no
ſtris nolunt credere prophetis,credant ſaltẽ diuinis
& uatibus ſuis.Hunc itaq; Heliu qui eſt Balaam,fi-
guram habere gẽtiũ diximus,aduerſantiũ Chriſto;
ſicut & illos amicos beati Iob;hæreticorũ figuram.
Quod autẽ ait;finita ſunt uerba Iob;poſſumus in-
telligere tãq; dixerit,firmiſſime ſtabilita ſunt uerba
diuina,& irrita eſſe nõ poſſunt;quæ uſq; ad æternã
ꝓmiſſionẽ fideliter credẽtes perducũt.Iſti uero qui
iuſtũ uirũ & ſempiternũ,præſumptiõe adinuẽtorũ
dogmatũ audent diſcutere,æterno qñq; ſilẽtio cõti
ceſcent.Qđ aũt Heliu duobus nominibus uocitat̃,
nõ eſt mirum;familiare eſt hoc ſcripturæ diuinæ;ut

a Ram.Irãtus eſt autem aduerſum Iob , eo ꝙ
iuſtum ſe eſſe diceret coram deo. Porrò ad-
uerſum amicos eius indignatus eſt;eo ꝙ nõ
inueniſſent reſponſionem rationabilem,ſed
tantũmodo condemnaſſent Iob. Igitur He-
liu expectauit Iob loquentem;eo ꝙ ſeniores
eſſent qui loquebãtur. Cum autem uidiſſet
ꝙ tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt
uehementer.Reſpondensq; Heliu filius Ba-
b rachielBuzites,dixit;Iũnior ſum tẽpore;uos
autem antiquiores : idcirco demiſſo capite,
ueritus ſum indicare uobis meam ſententiã.
Sperabam enim ꝙ ætas prolixior loquere-
tur;& annorum multitudo doceret ſapien-
tiã. Sed ut uideo , ſpiritus eſt in hominibus;
& inſpiratio omnipotentis dat intelligentiã.
Non ſunt longæui ſapientes;nec ſenes intel-
c ligunt iudiciũ.Ideo dicã;aũdite me,oſtẽdam
uobis etiã ego meã ſapiẽtiã. Expectaui enim
ſermones ueſtros;audiui prudẽtiam ueſtrã,
donec diſceptaremini ſermonibus ueſtris;
& do

Salomon Idida;& cognatus Moſi dictus eſt Ietro, C
& Raguel;& Petrus Simon.Vnde nõ paruã obſcu
ritatẽ hæc uarietas nominũ ſolet legẽtibus exhibe-
re. a ¶ Iratus eſt ergo aduerſum Iob;eo ꝙ iuſtum
ſe eſſe diceret coram deo,Porrò aduerſum amicos
eius indignatus eſt;eo ꝙ
nõ inueniſſent reſpõſio-
nem rationabilẽ,ſed tan-
tũmodo condemnaſſent
Iob.) Videt̃ mihi ꝙ hæc
prius geſta ſunt quæ hic
legimus q; illa quæ ĩ Nu
meris de hoc ipſo Heliu
ſiue Balaam facta referũ-
tur.Hic igitur Heliu;qui
ait, Iob & amicos eius ſe
expectaſſe loquẽtes;ho-
noris ac reuerẽtiæ cauſa
oſtẽdit ſe feciſſe qđ fecit;
ſenioribus ſcilicet deferẽ
do. Iam hic ipſius Heliu
uerba ſunt,ita dicentis;
b ¶ Iunior ſum tẽpore;
uos autẽ antiquiores;id-
circo demiſſo capi.&c.)
Dicit hoc ſibi magis ui-
deri,quia ſpũ agãtur ho-
mines,qbus deus om̃ipo D
tens ſapiẽtiæ ſuæ inſpira
tionẽ tribuerit;qđ in ſu-
gillationẽ prædictorum
quaſi ex obliquo dicit;ue
luti ſibi ſoli hoc ſapientię
bonũ cõceſſum ſit. No-
tandum quod hic Heliu per quatuor locutiones,ſi
cut textus lectiõis docet,ſibi ipſi ſuccedit;per quas
ſingulas uel priorũ reſpõſa,quaſi eruditius retracta
re;uel ſingula loca aſperius à ſancto Iob dicta, corã
ipſo deſtruere conatur.Nã poſt præfationẽ copio-
ſam,in prima locutiõe ſua,de ſanctis Iob uerbis hęc
poſuit;ita inquiens;Mundus ſum ego,& abſq; deli
cto immaculatus;& nõ eſt iniquitas in me.Quia q̃-
relas in me reperit;ideo arbitratus eſt me inimicum
ſibi.Poſuit in neruo pedes meos & cuſtodiuit oẽs
ſemitas meas. In ſecunda locutione , uerba Iob ita
poſuit,dicens;Iuſtus ſum;& deus ſubuertit iudiciũ
meum.In iudicando enim me,mendacium eſt,uio-
lenta ſagitta mea abſq; ullo peccato. Tertia locutio
eius ita habet;eodẽ Heliu dicẽte ad Iob;Dixiſti em̃;
non tibi placet quod rectũ eſt,id eſt, deo dixiſti,ait;
quid tibi ꝓdeſt ſi ego peccauero? Quarta uero locu
tio Heliu cõtinet,ꝙ pro deo locuturus,operatione
ſua,deum iuſtũ ꝓbare diſponat;quod uſq; in finem
quarti huius ſermonis ſui inter ꝓphetiæ ſuæ myſte
ria acerrime : & cũ ſumma inſtãtia ꝓſequitur,& nõ
deſiſtit. c ¶ Ideo &c.ſapientiam &c.) Qm̃ ueſtra
mihi iam facta eſt manifeſta.Hoc Ironicos ab eo di
ci,nõ dubium eſt;& ideo quia ſuperius riſorie pru-
dentiã dixerat amicorũ Iob;ſequitur id apte,dicẽs;

E a ¶Et donec putabã uos aliquid di.&c.) Nullam, inquit, aduerſum me Iob habuit diſputationẽ: ſed neq; ego illum, quemadmodum uos facitis, maledictionibus uictorum, & opprobrijs aggredior. b ¶Quoniã igitur &c.) Proinde & ego Heliu ait: ꝓ uiribus meis reſpõdere tẽtabo: & oſtẽdam uobis meam & Iob pariter ſcientiã: quod ex iactãtia uanitatis dicere eũ ſatis apparet, cum ſubiungit: c ¶Plenus ſum eñ ſermonib.&c.) Iuxta anagogen uẽtrẽ ſuũ aut uterũ, καταχρηστικῶς ipſam memoriam ſuã dixit: eo q̃ penè oẽs ſermones Iob & amicorũ eius, aliq̃diu diſceptantiũ uelut cibos intra capacitatẽ ſuæ memoriæ cõgregauerit. d ¶Nõ accipiam perſonã uiri: & deum homini nõ æquabo.) Iuſti iudicij mei, inquit, ſententia hæc eſt: ut nec homini parcam, uera dicẽdo: nec deo iniuriam faciam, ut eum iniuſte aliquid cõtendam feciſſe.

F

Cap. XXXIII.

AVdi igitur Iob eloquia mea; & omẽs ſermões meos auſculta.) A dño ita deſpicit Heliu, cũ ait de eo: quis eſt iſte? Indignũ eñ erat atq; prępoſterũ ut uir magnus, deoq; placidus etiã ſi ut homo in aliquo deliquiſſet: ab ipſo corriperetur, qui longe à uera religiõe eſſet. Sed ſi mouet forſitan quempiam: quia iſte Heliu multa de ſaluatoris tẽporibus futura prædixit: quæ ut ꝓphetiã ſuſcipiamus: Sciat quiſquis eſt, quem hoc mouet, illa quæ ſpiritu dei prædicta ſunt, ſuſcipienda à nobis & credenda. Hæc uero quæ elatione cordis ab eo deprõpta ſunt, reprobãda: quoniam de ꝓprijs ſuis, ut diabolus locutus eſt, non ex deo. f ¶Spiritus dei fecit me: & ſpiraculũ omnipotentis uiuificauit me.) Vt det autoritatẽ ſe audiendi: ita locutus eſt, quod non poſſit non recta & uera dicere, is qui ſpiritu dei factus ſit: & omĩpotentis ſpiraculo animatus: ubi trinitatis deum intelligere debemus. In deo enim nominat patrem: in omnipotente, filium: in ſpiritu, ſpiritum ſanctũ. Trinitatis enim deus creauit omnia: ſed quando hominem fecit, propria & ſpeciali quadam ſignificatiõe nominum per diuerſam operum nũcupationem ſe uoluit demõſtrare: ita legislatore dicẽte: Et creauit deus hominẽ; ad imaginem dei creauit eum: maſculum & fœminã fecit eos. Itemq;: Et fecit deus hominẽ de limo terræ: & inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ uitæ; & factus eſt homo in animã uiuẽtem: ubi in faciẽte & inſpirante, uel etiã benedicente: ſine ulla diſcretiõe uel diſſonãtia uolũtatis, operatã trinitatẽ ſentire debemus. Nõ eñ refert aliquid uel diuerſum intelligere facit, uerbũ creauit, inſpirauit, & benedixit: ubi ſecũdum naturæ unitatẽ, una eſt uoluntas opusq; cõmune. g ¶Si potes reſponde mihi; & aduerſus faciem meã cõſiſte.) Prolaturus uerba eius, reſpõſionem depoſcit: ut ſub blandimento quodam & conſolatione ſimulata, minarum terrorem incuteret; quo perturbatus Iob facile multiloquio ipſius cederet. h ¶Dixiſti ergo in auribus meis: & uocẽ uerborũ tuorũ audiui. Mundus ſum ego, & abſq; delicto immaculatus &c.) Quod ergo Heliu ait ad Iob: Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus: id eſt, accuſare debueras te, nõ laudare; nõ illud dicere: mundus ſum, ſine peccato, & immaculatus: iniquitas quoq; non eſt in me: hoc eſt inquã in quo nõ es iuſtificatus: quia iuſtificatio per humilitatem acquiritur. Laus uero elationis condemnationem meretur. Potuit quidem ut uir iuſtus, & de ſanctis operibus ſuis ſibi bene cõſcius audẽter aliqua quæ uera ſunt, deo dicere: non potuit tamen hæc quæ ei Heliu falſo obijcit, uelut ſacrilegus loq. Deniq; illa, quæ dixiſſe Iob dicit, ita inquiens: i ¶Quia querelas in me reperit: ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi.) Nõ legimus hæc Iob dixiſſe, quæ utiq; ex ſenſu eius

G — Gene.1.d — H

a & dõnec putabam uos aliquid dicere, conſiderabã. Sed ut uideo, nõ eſt qui poſſit arguere Iob, & reſpondere ex uobis ſermonibus eius. Ne forte dicatis: inuenimus ſapientiam, deus proiecit eum, nõ homo. Nihil locutus eſt mihi: & ego non ſecundum ſermones ueſtros reſpondebo illi. Extimuerũt, nec reſpõderunt ultra: abſtuleruntq; à ſe eloquium. b Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti: ſteterunt, nec ultra reſponderunt: reſpõdebo & ego partem meam, & oſtẽdam ſcientiam meã. c Plenus ſum enim ſermonibus, & coartat me ſpiritus uteri mei. En uẽter meus quaſi muſtum abſq; ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & reſpirabo paululum: aperiã labia mea, & reſpondebo. d Non accipiam perſonam uiri, & deum homini nõ æquabo. Neſcio enim q̃diu ſubſiſtã: & ſi poſt modicũ tollat me factor meus.

Cap. XXXIII.

e AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes ſermones meos auſculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo ſermones mei, & ſentẽtiam labia mea puram loquentur. Spi f ritus dei fecit me: & ſpiraculum omnipoten g tis uiuificauit me. Si potes, reſponde mihi: & aduerſus faciem meam cõſiſte: ecce & me ſicut & te fecit deus: & de eodẽ luto ego quoq; formatus ſum. Veruntamen miraculum meum non te terreat: & eloquẽtia mea non h ſit tibi grauis. Dixiſti ergo in auribus meis: & uocem uerborum tuorum audiui. Mundus ſum ego, & abſq; delicto immaculatus: i & non eſt iniquitas in me. Quia querelas in me



A ſu eius, quaſi à ſancto Iob dicta, ſuis hic uerbis compoſuit. Vnde hũc potius nõ recte uerba dicere nouerimus, q̃ eũdem ſanctum Iob dixiſſe credamus. a ¶Reſpõdebo tibi ò Iob: quia maior ſit deus homine. Aduerſus eũ cõtendis, q̃ nõ ad omnia uerba reſpõderit tibi. Semel loquit̃ deus &c.) Ab ipſo principio mundi, & deinceps ſemper locutus eſt deus hominibus, & ſemel nihilominus loquit̃; ſed ubi frequẽter loqui dicitur deus: uel lex eius multiplex: uel ꝓphetarum & mandatorũ eius diuerſitas indicatur. Vbi uero ſemel loqui ſignificatur, ſtabilita ac definita eius ſentẽtia demõſtratur. Loqui eñ deum efficientiæ eius res intelligit̃. Semel loquitur deus; & ſecũdo idipſum nõ repetit, id eſt, nõ ĩmutat deus, niſi hoc ipſum uitæ noſtræ mutatio depopoſcerit: hoc loco de duobus quibuſdã correptionum gradibus
B Heliu diligenter enarrat & dicit: q̃ eruditio diuina uel caſtigatio circa hominẽ & in noctis uiſionibus fiat: itẽq; in lectulo: unde ait: Cõtabeſcere faciat hominẽ, donec ad uitæ huius extrema ꝑueniat. Et cũ ab aliquo ſctõ ꝓ eo fuerit interuẽtum, ut fecit Eſaias ꝓ Ezechia
Eſa.38. rege: reſtituatur priſtinæ ſanitati. Et ait ĩ ſubſequẽtibus; q̃ tribus uicibus hæc circa hominẽ operetur: id eſt, euidẽter & ꝓbabiliter & confirmatiuo modo: uel ꝓpter trinumeri perfectionẽ, uel ꝓpter triũ teſtiũ ueritatẽ. Quo genere etiã patientiã dei, clemẽtiamq; ſignificat: quæ nõ ſtatim, ſed per partes, & per uices caſtigat & arguit delinquẽtem: ubi ei nec præceptis ueritatis iudiciũ, nec ĩutilis remiſſio, nec iniuſticiæ imputatur iniquitas. b ¶Increpat quoq; per do.&c.) Siue ut alij dixerunt: acceſſit uſq; ad mortem anima eius: & omnia oſſa eius marceſcere facit. Cũ per hæc itaq; correctus homo atq; cõſumptus, morti & infernalibus miniſtris appropinquauerit: ſi fuerit quiſpiam ſctõrũ, qui nomẽ ſancti angeli habere mereatur: is ꝓ huiuſmodi q ꝓ peccatis ſuis à deo ita corripit̃, poterit impetrare: ſi tñ de multis operibus bonis, quę operari debuerat: ſaltẽ unũ bonũ opus eius, quod tãq; ſacrificium ꝓ eo placabile offerat deo, ualuerit inuenire. Exaudiet, inquit, & iubebit, ut prædictus ad correptionẽ infernorũ cruciatuũ nõ deſcẽdat: eo q̃ uir magnus quidam extiterit: cuius preces deus nõ potuerit nõ audire. Et angelus quilibet de cœlo aſſiſtens ante faciẽ dei: põt ꝓ quolibet peccatore in flagellis caſtigationũ poſito intercedere: ipſis eñ eſt cura iniũcta à deo, uel maxime ut diuerſis hominibus uel nationibus, defenſionis ſiue cuſtodię ſuæ opem ferãt. De quibus Apoſtolus; Nõnne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi: ꝓpter eos qui hæreditatẽ capiẽt ſalutis. Exẽplum aũt rerũ præſentiũ, de quibus nunc loqmur: in ſcripturis dominicis retinemus: ubi legimus: in ſomnis homines fuiſſe correptos, ut Nabuchodonoſor regẽ ſuperbiſſimum, & Laban qui parẽtis ſui Iacob, interitũ diſponebat; & Abimelech regẽ, qui ſancti Abrahæ domũ cõtaminare tentabat: & uxorẽ Pilati, quæ ait ad eum de dño noſtro IeſuChriſto, Nihil tibi et iuſto illi; multa eñ paſſa ſum per ſomnium ꝓpter eum. Et magi in euangelio in ſomnis admoniti per aliam uiam egrediũtur. Fideles etiam uiri à deo in ſomnis inſtruuntur, ut Iacob patriarcha: & alios legimus infirmatos eſſe ꝓpter peccata, de quibus illum paralyticũ fuiſſe diſcimus: cui ait dñs: Remittuntur tibi peccata tua. Legimus & ſanctos ægros fuiſſe, ut Trophimũ & Epaphroditũ: quos utiq; uelut iuſtos tali caſtigatione examinatos credere debemus: non ut pctõres infirmitatis uerbere flagellatos. Sequitur: c ¶Cõſumpta eſt caro &c.) Recepit, inquit, mala ꝓ meritis ſuis & ſuppliciorũ atq; pœnarũ menſurã: ſufficiãt hæc ei uerbera caſtigationis, quibus reuocatus eſt ad emẽdationẽ: nũc indulgentia diuinæ pietatis, ad dies adoleſcẽtiæ reuertat̃: id eſt, ſit iterũ ſanus atq; incolumis. d ¶Deprecabitur &c.) Quod interim corde fit, cũ per deũ bonum cõſcientiæ poſſideatur. Videbit autẽ dei faciem ꝓpicium ſibi uultũ illius ſentiẽs, redditurus ei digna ſatisfactiõe iuſticiã. e ¶Reſpiciet ho.&c.) Magna

C — Heb.1.d — Dan.4. — Gene.31. — Ibi.20. — D — Matth.27. — Ibi.24.b — Matth.9.a

me reperit: ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos: cuſtodiuit omnes ſemitas meas. Hoc eſt ergo in quo a nõ es iuſtificatus. Reſpondebo tibi: quia maior ſit deus homine. Aduerſus eum contendis, q̃ non ad omnia uerba reſpõderit tibi. Semel loquitur deus: & ſecũdo idipſum nõ repetit. Per ſomniũ in uiſione nocturna, qñ irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures uirorũ: & erudiens eos, inſtruit diſciplina: ut auertat hominem ab his quæ fecit: & liberet eum de ſuperbia, eruens animam eius à corruptione: & uitam b illius ut non tranſeat in gladium. Increpat quoq; per dolorem in lectulo: & omnia oſſa eius marceſcere facit. Abominabilis ei fit in uita ſua panis: & animæ illius cibus ante deſiderabilis. Tabeſcet caro eius & oſſa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius: & uita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquẽs unum de ſimilibus: ut annuncient hominis æquitatem: miſerebitur eius, & dicet: Libera eũ, ut non deſcendat in corruptionem. Inueni in c quo ei propicier. Cõſumpta eſt caro eius à ſupplicijs: reuertatur ad dies adoleſcentiæ d ſuæ. Deprecabitur deum, & placabilis ei erit: & uidebit faciem eius in iubilo: & reddet e homini iuſticiam ſuam. Reſpiciet homines

E Magna res eſt, deoqꝫ plurimũ acceptabilis: ut homo errores ſuos cõfiteri nõ erubeſcat: præſertim ſi pro eis ſe intelligat, caſtigari: & ita ſe humiliet, ut quicqd caſtigatiõis ſuſtinuerit, ꝓ meritis ſuis parum ſe paſſum ꝓnunciet. a ¶Liberauit animã ſuã ne ꝑgeret in interitũ: ſed uiuẽs lucẽ uideret.) Id eſt, agnitiõis dei lucẽ & immẽſa beneficia illuminatus agnoſceret. b ¶Attende Iob & audi me: & tace dum ego loquor.) Quaſi hac rõne Heliu ſanctum Iob cõuicerit, ait illi: Audi me, id eſt, docenti te obediens eſto, & præbe cõſenſum. Quod aũt dicit, ut taceat, eloquentem & tanqꝫ minus eruditum, uel impatientem iubet ut ſileat.

Cap. XXXIIII.

PRonunciãs itaqꝫ Heliu, etiã hæc locutus eſt.) Quaſi ſentẽtiã Heliu ꝓnũciare dicitur: & præſentes amicos ſancti Iob ad audiẽdũ ſe cohortatꝰ. d ¶Audite ſapiẽtes uerba mea: & eruditi auſcultate me. F Auris eñ uerba ꝓbat: & guttur eſcas guſtu dijudicat.) Queadmodũ igitꝰ, inquit, à faucibus ciborũ ſapor dinoſcitur: ita & uerba, aurium iudicio cõprobantur. Et idcirco ait Heliu: e ¶Iudicium eligamus nobis.) Id eſt, prius diſcutiamus: anteqꝫ hominem condẽnemus. f ¶Quia dixit Iob: iuſtus ſum.) Nõ ſermonẽ hunc Iob dixit: ſed dũ uirtutes iuſticiarũ ſuarum notas fecit, iuſtũ ꝓculdubio ſe eſſe mõſtrauit: quẽ & dñs iuſtũ iam dixerat. Quod hic dicitꝰ: g ¶Deus ſubuertit iudicium meũ.) Similiter & hoc ipſum non legimus, ſed ſcriptũ tenemus: Viuit deus, ꝗ abſtulit iudiciũ meũ. Subuertere autẽ iudiciũ, ad iniquitatẽ reſpicit iudicantis: abſtuliſſe uero iudiciũ, id eſt, ꝓ tempore diſtuliſſe, ad diſpenſationẽ iuſti iudicis pertinet. Et multiplicauit uulnera mea etiã ſiue cauſa. Proinde hoc loco aſſerẽte Heliu, hic eſſe ſenſus uidetꝰ: quod cũ Iob ita dixerit, fefellit deũ iudiciũ meũ, non recte & uere iudicauit: & ideo erga me mendacio agitur.

nes, & dicet: Peccaui, & uere deliqui: & ut e-
a ram dignus non recepi. Liberauit animam
ſuam ne pergeret in interitum: ſed uiuens lu
cem uideret. Ecce hæc omnia operatur deus
tribus uicibus per ſingulos: ut reuocet ani-
mas eorum à corruptione: & illuminet luce
b uiuentium. Attende Iob, & audi me: & tace
dum ego loquor. Si autem habes, quid lo-
quaris: reſponde mihi. Loquere: Volo enim
te apparere iuſtum. Quod ſi non habes, au-
di me: tace, & docebo te ſapientiam.

Cap. XXXIIII.

c PRonuncians itaqꝫ Heliu, etiam hæc lo-
d cutus eſt: Audite ſapientes uerba mea:
& eruditi auſcultate me. Auris enim uerba
e probat: & guttur eſcas guſtu dijudicat. Iudi-
ciũ eligamus nobis: & inter nos uideamus,
f quid ſit melius: quia dixit Iob: iuſtus ſum, &
g deus ſubuertit iudicium meum. In iudican-
do enim me, mendacium eſt: & uiolenta ſa-
h gitta mea abſqꝫ ullo peccato. Quis eſt uir ut
eſt Iob, qui bibit ſubſannationẽ quaſi aquã:
qui graditur cum operãtibus iniquitatem:
i & ambulat cũ uiris impijs? Dixit enim: Nõ
placebit uir deo, etiam ſi cucurrerit cum eo:
k Ideo uiri cordati audite me: abſit à deo im-
pietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus
enim hominis reddet ei: & iuxta uias ſingu-
lorum reſtituet eis. Vere enim deus nõ con-
demnabit fruſtra: nec omnipotens ſubuer-
l tet iudicium. Quem conſtituit aliũ ſuper ter
ram: aut quẽ poſuit ſuper orbem quẽ fabri-
m catus eſt? Si direxerit ad eũ cor ſuũ, ſpiritũ
illius & flatum ad ſe trahet. Deficiet omnis
caro ſimul: & homo in cinerem reuertetur.
Si habes

G Quæ autẽ locutus eſt Iob, magis incaute & præſumens de iuſticia dei dixiſſe credẽdus eſt. Proinde iuſte ei & merito deus ait: Vtiqꝫ qui arguit deũ, debet reſpõdere ei, in quibus utiqꝫ uerbis dei increpatur. Hoc reſonat quod beatus Iob nõ recte aliqua ſit locutus: ſed qui optime nouerat, ꝙ bona in eo plurima eſſent: unde & illi placuerat: cõcedit ea quæ immoderatus eum loqui in ſummis anguſtijs dolor cõpulit. h ¶Quis eſt uir ut Iob qui bibit ſubſannati, &c.) Cuius uiſcera tanqꝫ aquæ abũdãtia, ueneno huius paſſiõis impleta ſunt. i ¶Dixit eñ: Non placebit &c.) Inuidioſe de eo ſanctũ Iob locutũ fuiſſe mẽtitur: quia beatũ Iob tã infeliciter ſapuiſſe non credimus: ſed nec alicubi eũ hoc dixiſſe meminimus. k ¶Ideo uiri cordati audite me.) Quaſi expoſita impietate ſancti Iob: & in medio audiẽtiũ ꝓlata in inuidiã Iob, quaſi impia ſit locutus. H l ¶Quẽ conſtituit aliũ ſuper ter. &c.) Id eſt, nũquid aliũ rectorẽ poſuit, qui à creatoris iuſticia diſcreparet. Ipſe ergo qꝫ potẽs cõditor, tã pius eſt moderator: quia opus ſuum agnoſcit & diligit. m ¶Si direxerit ad eum cor ſuũ: ſpm̃ illius & flatũ ad ſe trahet.) Id eſt, mũdi: nam ſi omnia quæ in eo quotidie gerũtur, ſecũdũ regulã iuſticiæ ſuæ uoluerit intueri: deficiet ac peribit: ſed eũ pietate potius gubernat ac ſuſtinet. Nã ſi iniquitatẽ obſeruauerit, quis ſuſtinebit? Spiritum dixit animã, quæ uiuificat hominem: & flatũ, ipſam præſentẽ uitã, quæ corporibus noſtris per anhelitum ex hoc aëre miniſtratꝰ. Hæc ergo Heliu dicit ad ſe trahere deũ: cum aufert hominibus uitã, quã eis creãdo tribuerat. Poſſunt per ſpm̃ prophetiæ hæc loca ita uideri figurata: ut nunc in Chriſto compleantur, quando diſpenſatione carnis aſſumptæ, pater eundẽ filium ſuũ, per quẽ omnia fecit: ad hũc mundũ ex ſuo eructuatũ corde direxit: ut ſpiritũ eius & flatum ad ſe traheret



A traheret: id eſt, ut auferret ab eo, per humilitatẽ crucis, ſpiritũ, id eſt, ſuꝑbiã ſpũs mundialis: flatũ quoqꝫ tumẽtis eloquij: quo anhelãs gloriabatur in ſermonibus ſuis. Sic quoqꝫ homo in ſe repſſo tumore deficeret: ac reuertens in ſeipſum, cognoſceret ſe terrã eſſe, & cinerem: ubi ſcd'm moralem intelligentiam, illud de pſalmo ſẽtimus: Pſal.103.d Et auferes ſpiritũ eoꝝ, et deficiẽt: & in terrã ſuam cõuertẽtur. Poſtea ergo qꝫ de uirtute dei & iuſticia prædictis locutus eſt, Heliu ſe rurſum ad Iob cõuertens dicit: a ¶Si habes ergo intellectũ, audi ꝙ dicitur: & auſculta uocẽ eloquij mei. Nunquid ꝗ nõ amat iudiciũ, ſanari poteſt? Et quomodo tu eum qui iuſtus eſt, intãtum cõdẽnas.) Manifeſtum eſt, inquit: quia is qui iuſte & recte iudicare nõ diligit: neqꝫ ſanare à uitijs animã, neqꝫ corrigere quẽquam poteſt: & quomodo tu ſanator es languorũ noſtroꝝ ꝗ iniquitates notare p̃ſumis? B b ¶Qui nõ accipit pſonas principũ: nec cognouit tyrãnũ cũ diſceptaret cõtra pauperẽ.) Secũdũ myſticos intellectus, principes iſti Iudæorũ ſcribæ & phariſæi & ſacerdotes poſſunt intelligi: quos in euãgelio increpat. Tyrannũ uero eundẽ populum Iudæorũ, nõ ab re eſſe ſentiamus: qui cõtra cœtum ſanctoꝝ eccleſiæ, pauperẽ, humilẽ ſpiritu, cõtritum corde reijciẽdo hodie diſceptat: quod facere & tempore Apoſtoloꝝ nõ deſinebat, qñ per oẽs ciuitates cõtra eos pugnas & ſeditiões agebat. Hos igitur ut infideles & impios dñs nõ cognoſcet: quibuſqꝫ etiã Matth.7.d manifeſte dicturus eſt: Non noui uos: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Sequitur, dicente Heliu de his, de quibus dicit ſupius. c ¶Subito morientur: & in media nocte.) Secundum ſenſum Apoſtoli eſt, qui ait iſtud de filijs tenebrarum: Cum eñ dixerint pax & ſecuritas: tunc repẽtinus eis ſuperueniet interitus. Mediã uero noctem dictã ideo exiſtimo: eo ꝙ in profunda cordis cæcitate poſiti, ſpiritualiter moriantur. d ¶Turbabũtur populi, & pertranſibunt: & auferent uiolentum abſqꝫ Pſal.57.b manu.) Secundum pſalmiſtã: Cũ uiderit, inquit, iuſtus uindictã impiorũ, exemplũ uidelicet peccatoꝝ hominum pertimeſcens, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Hoc igitur modo turbabuntur

a Si habes ergo intellectũ, audi quod dicitur:
& auſculta uocem eloquij mei. Nũquid qui
nõ amat iudiciũ, ſanari poteſt? Et quomodo
tu eum qui iuſtus eſt, intantum cõdemnas?
Qui dicit regi apoſtata: qui uocat duces im-
b pios. Qui non accipit perſonas principum:
nec cognouit tyrannum, dum diſceptaret
cõtra pauperem. Opus enim manuum eius
c ſunt uniuerſi. Subito morientur: & in me-
d dia nocte turbabuntur populi: & pertranſi-
bunt & auferent uiolentum abſque manu.
Oculi enim eius ſuper uias hominũ: & oẽs
e greſſus eorũ conſiderat. Nõn ſunt tenebræ,
& non eſt umbra mortis: ut abſcondantur
f ibi qui operantur iniquitatem. Neqꝫ enim
ultra in hominis poteſtate eſt, ut ueniat ad
g deum in iudicium. Cõnteret multos & innu
h merabiles: & ſtare faciet alios pro eis. Nõ-
uit enim opera eorum: & idcirco inducet no
ctem, & conterentur. Quaſi impios percuſ-
i ſit eos in loco uidentium. Qui quaſi de in-
duſtria receſſerunt ab eo: & omnes uias
eius intelligere noluerunt: ut peruenire fa-
cerent ad eum clamorem egeni: & audi-
ret

populi: qua perturbatiõe terrã ſenſibilẽ legimus cõ C turbatã: ſicut ꝓpheta ait ad deũ: Cõmouiſti terrã, et Pſal.59.a cõturbaſti eã: ſana cõtritiões eius, quia mota eſt: Sic enim quaſi boni uiatores ad futurũ ſeculũ pertrãſibunt, ubi locus nõ erit impio: aliter nullum habebit adiutoriũ uiolẽtus: quo defendi uel erui poſſit à pertrahẽtibus eũ ad ſupplíciũ mortis. e ¶Nõ ſunt tenebræ, & non eſt umb. &c.) Siue ut alij dixerũt in fine huius uerſiculi: ut latitẽt qui faciunt iniquitatẽ. Quod utrũqꝫ ſecũdũ illũ pſalmiſtæ ſenſum eſt, ita dicẽtis: Quò Pſal.138.b ibo à ſpũ tuo: & à facie tua quò fugiã? f ¶Neqꝫ eñ ultra in hominis poteſtate &c.) Id eſt, ſi habuerit in poteſtate ut ueniat: põt habere ut nõ ueniat. g ¶Conteret multos & innu. &c.) Vt de Heli ſacerdote & Samuele, Saul & Dauid Iudæorũ populo & gentiũ. h ¶Nouit eñ opera eorũ & idcirco inducit noctẽ & cõterentur.) Sub his quoqꝫ uerbis Heliu ſignificaſſe po D tuit ob merita ſua Iudæos nocte infidelitatis excæcãdos: ut cõterãtur & humiliẽtur: ſicut ꝓpheta & Apl'us ait: Dedit illis Roma.11.b deus ſpm̃ cõpunctionis. i ¶Qui quaſi de induſtria &c.) Oẽs eñ peccatores & impij cõtra inditũ ſibi bonũ naturę agũt: ſicut Apl's ait: Qui cũ cogno Roma.1.c uiſſent deũ, nõ ſicut deum glorificauerũt. Vbi autẽ cognouerunt deũ, niſi inſpiratione & iudicio mentis? Vbi ergo deo gloriã ſuã habuerunt cõtemptui: ubi ab ea cõtra ſuã cõſcientiã receſſerũt: oẽſqꝫ uias mãdatorũ dei, quas ſuis cordibus habẽt ingenitas: noſſe & intelligere detrectarunt: cum hominibus quoqꝫ ita impie & iniuſte egerunt, ut ad deũ pauperum oppreſſorũ clamor aſcẽderit. Siue Iudæos impios atqꝫ incredulos percuſſit deus in loco uidẽtiũ, id eſt, in lege Moſaica: ubi ꝓphetæ qui uidentes dicti ſunt inhabitabant. In ipſa itaqꝫ ſpe legis & ꝓmiſſorum cõpoſitione tanqꝫ in quodã uidentium loco iuſte percuſſi à deo ſunt: intantum ut oratio illius qui ꝓpter nos pauper factus eſt cũ eſſet diues, aſcẽderet ad deum: Diſperge illos in uirtute tua. Siue uiuentes ſunt oẽs, qui in Chriſto ex fide uiuũt: in hac eñ ſpe poſiti, mẽte cõtẽplãtur futurã beatitudinẽ. In hoc igitꝰ loco, ubi quaſi fide ſtãtes ſunt: quidã ſub fidei huius uocabulo, habẽt ſpeciẽ pietatis: uirtutẽ autem

a ret uocem pauperum. Ipſo ĕnim conceden-
b te pacē, quis eſt qui condemnet? Ex quo ab-
ſconderit uultum, quis eſt qui cōtempletur
eum? Et ſuper gentes, & ſuper omnes homi-
c nes. Qui regnare facit hominē hypocritam,
d propter peccata populi. Quia ergo ego locu
tus ſum ad deum: te quoqꝫ non prohibebo.
e Si errâui, tu doce me. Si iniquitatem locutus
f ſum, ultra non addam. Nunquid à te deus
expetit eam, quia diſplicuit tibi? Tu em̄ cœ-
piſti loqui, & nō ego. Quod ſi qd noſti me-
g lius, loquere. Viri intelligentes loquātur mi-
h hi: & uir ſapiens audiat me. Iob autem ſtul-
te locutus eſt: & uerba illius non ſonāt diſci-
i k plinam. Pater mi, probetur Iob uſqꝫ ad fi-
l m nem. Ne deſinas ab homine iniquitatis: qui
addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam. In-
n ter nos interim conſtringatur, & tunc ad iu-
dicium prouocet ſermonibus ſuis deum.

Cap. XXXV.

o IGitur Heliu hæc rurſum locutus eſt: Nū-
quid æqua uidetur tibi tua cogitatio, ut di
ceres: iuſtior deo ſum? Dixiſti enim: Non ti-
bi placet quod rectum eſt: uel quid tibi pro-
p derit, ſi ego peccauero? Itaqꝫ ego reſponde-
q bo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecū. Su-
ſpice cœlum & intuere, & cōtemplare æthe-
r ra quod altior te ſit. Si peccâueris, quid ei no
cebis? Et ſi multiplicatæ fuerint iniquitates
s tuæ, quid facies contra eū? Porrò ſi iuſte ege
ris, quid donabis ei, aut quid de manu tua
t accipiet? Homini qui ſimilis tui eſt, noce-
bit

E aūt eius ſunt abnegantes. Hi ipſi igitur, qui hæretici intelligūtur, in loco dei male ſtantes, à deo percutiunt, Apoſtolis & eccleſiarū doctoribus, id eſt, pauperibus Chriſti, cōtra eos reſiſtētibus, & ad deū clamantibus. a ¶ Ipſo enim cōcedente pacē, quis eſt qui cōdēnet?) Propheta
Baruch.1.b ait ad populū: Orate ꝓ uita Nabuchodonoſor, ut illius pace ſit pax uobis. Siue pacē eccleſiæ & quietem ipſe cōcedit, quando nō ſurgūt aduerſus eam pugnæ perſecutionū: ſiue qñ hæreticorū lites & ſcandala cōquieſcūt. Nec nō cōtra uitiorū bella quietis & pacis ſilentium ipſe donat: qñ deuictis eis, & uelut acerrimis hoſtibus expugnatis, pax fit in homine ſumma uirtutum. Quod autē ait: b ¶Ex quo abſcōderit uultum ſuū ſiue fa. &c.) Hoc eſt, ꝙ niſi ipſe dignatus fuerit ſe homini reuelare: qs eſt qui poſſit eū ſuis uiribus intueri: uel perſcrutā
F do ad maieſtatē eius accedere? c ¶Qui regnare facit hominē hypo. &c.) Quod manifeſte in Saule rege apparuit: & ſicut dñs ait: Auferā de Hieruſalem iudicē & ꝓphetā, & ſapiētē & cōſiliariū: & dabo pueros principes eorꝝ, & effœminati domi
Eſa.3.a nabunt eis. Et Nabuchodonoſor iuſto iudicio dei, multa regna, & plurimas nationes accepit. Poteſt & diabolus homo iſte intelligi, qui perdita angelica dignitate, hominis nomē ſortitus eſt: de quo dñs ait in euāgelio: Inimicus homo hoc fecit. Hypocrita uero & ſimulator ideo ē appellatus, quoniā trāsfigurat ſe in angelū lucis: cū ipſe potius autor ſit tenebrarū, id eſt, omniū criminū, & peccatorū inuētor. d ¶Quia ergo ego &c.) Quaſi in iudicio cōſtitutū: permittit eū interloqui: ut ſi qd forte ſibi eſt dicendū, nō taceat. e ¶ Si erraui, tu doce me: ſi iniquitatē locutus ſum &c.) Id eſt, nō loquar. f ¶ Nunquid à te deus &c.) Tu dixiſti ꝙ iniquus eſſet deus: quia à te iniquitatē & iniuſticiā uitę, iniuſta correptione exigeret: cui neceſſe eſſet iniuſte afflictū cōtra eū loqui iniuſta: & ob hoc īqs diſplicuit tibi deus, dum eius iuſticiā qua te punit inſontē, nō uis uerā eſſe iuſticiā. g ¶Viri intelligētes loquātur mihi: & uir ſapiēs audiat me.) Heliu ſanctū Iob G
deſpiciēs, cōuertit ſe ad eos qui cōminus aſſiſtebāt: & ita de beato Iob definite ꝓnuncians, ait ad eos. h ¶Iob autē ſtulte locutus eſt: & uerba illius nō ſonāt &c.) Manifeſtū eſt. i ¶ Pater mi.) Quia ab ipſo eſt homo creatus & conditus. Probetur Iob, inquit Heliu: nō examinetur: qđ ſolet ad ꝓbationem eruditionis referri. k ¶ Probetꝫ Iob.) Id eſt, manifeſtetur: ꝓbatum ſit omnibus cūctiſqꝫ pateat Iob qualis ſit: ante te ꝓbetur inquā Iob. l ¶Vſqꝫ in finē.) Id eſt, inſit in eo iugiter plaga flagelli huius: neqꝫ deſinas infligere pœnas operātibus iniqtatē. m ¶Qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiā) Id eſt ſuper hoc qđ peccator eſt: addit ad cumulū peccatorꝝ, ut ī blaſphemiæ crimē erumpat: H
propter quod mala hæc cruciatuū ſuſtinet. n ¶Inter nos interim cōſtringatur &c.) Cōdēnetur īter nos interim, ne & nobis ī iniuſticiā reputetꝫ, abſqꝫ crimīe noſtro erit ſi poſtmodū deū ꝓuocare tētauerit. Cap. XXXV. IGitur Heliu hæc rurſum locutus eſt &c.) Fieri poteſt, ꝙ de ſermonibus ubi aſperius locutus eſt ad deū, ꝗꝫ forſitan debuit: aliqua īde hic Heliu deſcripſerit: & uerborū ſuorū inuidioſe, quaſi ſenſus illius dicere uoluerit. p ¶ Rñdebo ſ. &c.) Pro eo ꝙ nō potuerunt ei rationabiliter reſpondere. q ¶ Suſpice ad cœlum &c.) Id eſt, cui te æquare pręſumis? Hoc ait Heliu: qui deū corporaliter locis cōtineri arbitrabatur: ꝙ in excelſis tantū atqꝫ in ſublimibus deus dñs cōmoretur. r ¶ Proinde ſi pec. &c.) Quod ita dixiſſe mihi uidetur: nō enim te peccāte, deo damni aliquid infertur: aut ſi ꝑ multitudine pctorꝝ tuorū ulciſci te uoluerit, nūquid poteris ei cōtraire? s ¶ Porrò &c.) Hinc Dauid di- Pſal.15.a
cit: Quoniā bonorꝝ meorū nō eges. t ¶ Homini qui &c.) Id eſt, homini nocere poterit impietas tua, ſi male



bit impietas tua, & filium hominis adiuua-
a bit iuſticia tua. Propter multitudinem ca-
lumniatorum clamabunt & eiulabunt pro-
b pter uim brachij tyrannorum. Et nōn dixit:
c ubi eſt deus qui fecit me, qui dedit carmina
d in nocte. Qui docet nos ſuper iumenta ter-
ræ, & ſuper uolucres cœli erudit nos. Ibi cla-
e mabūnt, & nō exaudiet, propter ſuperbiam
f malorum. Nōn ergo fruſtra audiet deus, &
omnipotens cauſas ſingulorum intuebi-
g tur. Etiam cūm dixeris: non conſiderat iudi-
care coram illo, & expecta eum.
Nunc

A ſi male agentem te æmulatus fuerit: quēadmodum filium hominis iuſticia tua adiuuabit: ſi uias tuas cū recte incedis imitetur. a ¶Propter multitudinem calumniatorum &c.) Sub hac qualitate diſputationis ſuæ, Heliu ſanctū Iob talibus admiſcet: eiſqꝫ ſimilem indicat, dū calumniatores & tyrānos, iniquos homines nominat: quorum calumnijs & potentia, homo & filius hominis oppreſſi ingemiſcunt. Et modo ſpiritualiter hūc hominē & filium hominis, populum ſanctum non abſurde ſentimus: qui ꝓpter unitatem totius corporis eccleſiæ, homo unus dicitur, ſicut Apoſtolus ait: & ſecūdū pſalmiſtam filius hominis appellatur, ita dicen-
Pſal.79.c te: Fiat manus tua ſuper uirū dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi. Poteſt hoc & de inuiſibilibus inimicis dici: qui occulta impugnatione uitiorum, mentibus dominantur: propter quod fideles eiulantes in oratione ad deum dicunt: Eripe me de inimicis meis deus meus. b ¶Et non dixit, ubi eſt deus qui fecit me?) Quando uticqꝫ
B affligebant prædictos quos ſibi per iniquam dominationem deo permittente ſubegerant: ita ut hi ſub tanta neceſſitate preſſurarum poſiti eiularent, & clamarent ad deum: illi non intenderunt animo, neqꝫ intenderunt in cœlum, ut ſaperent quod deo conditori ſuo hæc omnia diſplicerēt. Nō dixit inquam apud ſemetipſam talia multitudo iniquorum, ſiue dæmonum. c ¶Vbi eſt qui fecit me &c.) Hoc ait Heliu. Cum ergo iuſtos & recte uiuentes à ſupra dictis, deus tribulari permittat: conſolationem tamen eis in nocte tribulationum concedit. Nox enim ipſa tribulatio intelligitur, ſecundū illud pſal-
Pſal.16.a miſtæ: Probaſti cor meum, & uiſitaſti me nocte: ſicut & proſperitas aliquando dies dicitur: quoniam qui in proſperis eſt, quaſi quadam felicitate illumi-
Pſal.120.b natur. Vnde ait in pſalmo: Per diem ſol nō uret te, neqꝫ luna per noctem. Tantam, inquit Heliu, tolerātiam: iuſti homines à deo accipiunt, ut etiā in nocte tribulationis, hymnorum ſpiritualium canticis delectentur. Canticum ergo ad exultationem cordis, uel maxime pertinet. Proinde hæc exultatio de ſpe futuri gaudij naſcitur in corde canentium, & faciūt more uiatorum: quia ipſi ut uiatores & peregrini tranſeunt per hunc mūdū: qui ut ad deſtinatum ſibi locum ſine labore perueniāt, cantico fatigationem itineris cōſolantur ac ſubleuant. Et iuxta myſticos intellectus, noctem, ſecretum quoddā, ac diuinæ diſputationis remotum ſilētium intelligamus, qđ alijs ſeculis, ſicut Apoſtolus ait: nō fuit reuelatū filijs hominū. Quæ nox ſit in quatuor uigilias diſtributa:
ut à principio mundi uſqꝫ ad Chriſtum dominum C
noſtrum hanc noctem dicamus, ut ſit prima uigilia noctis huius: ipſe Adam primus & pater hominū: per cuius conditionem euigilet animus humanus, ut credat creatorem omnium rerum deum. Secūda uero uigilia ſit tpe Noë: quo naufragium mundi factum ſit, ut euigilēt homines, ne & ipſi intereāt. Tertia autem uigilia ſancti Abrahæ temporibus habeatur: per quē cognoſcat mundus quēadmodum ſit fide uiuēdum & deo placendum. Quarta uero uigilia ſit circa tempora prophetarum: qui auroræ & lumine diei appropinquantis uicinio res fuerūt: quiqꝫ in ipſum Chriſtum proximū ſibi diem pene electam noctem, fidei oculis intēdebant. In hac igitur nocte per ſingula tempora prædictorum, ſiue prophetijs, ſiue ſignificationibus, de D
Chriſto læta gaudioqꝫ plena prænūciata ſunt. Itēqꝫ ad illam comparationem futurę reuelationis filiorꝝ dei: ubi gloriam æterni illius diei percepturi ſunt, et in re ipſa beatitudinem poſſeſſuri: nox eſt præſens hæc uita: cui fructus ſui in futurum abſcōditi ſunt, & ideo adhuc nox eſt, quia nōdum uides quod ſperas. Proinde in hac nocte expectationis, hymni & cantica ſcripturarum dicta ſunt nobis, donec diſcuſſa nocte fidei ad diem æternæ māſionis perueniamus. d ¶Qui docet nos ſuper iumenta &c.) Docet in cōmunibus eruditum, ſubtilioribus: docet nō ſolum per naturæ dona, ſed etiam per gratiæ munera. Secundum tropicum uero intellectum, iumēta, homines carnales plerūqꝫ intelliguntur qui gulæ & uētri, & luxuriæ dediti ſunt. Alij autem uolatilibus cōparantur, ſiue propter leuitatem morum, ſiue ꝓpter ſuperbiam, qua tumentes quaſi in altum eleuā
tur. Vnde dicit Apoſtolus: Noli altū ſapere: & do- Rom.11.c
minus in euangelio: Quia quod eſt in hominibus Luc.16.d
altum, abominatio eſt ante deū. Nam in Græco ſuperbum ὑπερηφάνης dicitur, quod eſt ſuperapparēs, ut elatā mentē hominis, tumidamqꝫ ſignificet. e ¶Ibi clamabunt &c.) Quod dixit, ibi clamabūt: fortaſſis ſignificare uoluit locum pœnarum, ubi nō exaudiēdi ſunt peccatores, propter ſuperbiam malorum: ſiue ut alij dixerunt, ab iniurijs malorum: quia mali, bonis & iuſtis, inſectationis iniurias, irrogare non deſinunt. f ¶Non ergo fruſtra audiet deus &c.) Hoc ait, quod peccatores perſiſtētes in malis ſuis, nō audiat deus: quoniam ſine cauſa uticqꝫ ad eū clament, qui nō merentur audiri. g ¶ Etiam cū dixeris &c.) Quando uides ò Iob, quia nō ſtatim deus reddit peccatoribus quæ merētur: noli puſillanimitate frāgi, ut in blaſphemiā erumpas, & dicas deum

E iniuſtum ſiue iniquum: ſed iudicare cum eo debes,
id eſt, iudicijs eius conſentire: nō cōtra eū præſum-
ptuoſo iudicio tuo in eius iniuriā ꝓſilire. a ¶Nūc
enim nō infert furorē ſuum &c.) Q̄m igitur ſtatuit
diem, in quo iudicet de orbe terrarū, idcirco in hoc
tēpore uindictā iuſticiæ
ſuæ, nō generaliter exer-
cet. Et hoc totū in expro
brationem ſancti Iob lo-
quitur, quē uelut reū cri
minum in hoc malū pœ-
narum, dei ſentētia ꝓ par
te cōdemnat. Vnde ſcri-
bit cui reſtent plurima, q̄
adhuc ſit poſtmodum re
cepturus. b ¶Ergo Iob
fruſtra aperit &c.) Iuxta
hæc conuictum ſanctum
Iob Heliu arbitratur, &
quadā uerborum ratio-
ne concluſum.

Cap. XXXVI.

ADdens quoq; He-
liu hæc locu. &c. ha
beo quod ꝓ deo loq.) Id
eſt, ꝓ iuſticia & cauſa dei.
d ¶Repetā ſciētiā &c.)
Et in hoc quarto ſermo-
ne ſuo, de ſingulari iuſti-
F cia domini, profundo ni
mium & copioſo ſermo-
ne ꝓſequitur: ubi multa
arcana in obſcuro ſacra-
mentorū recōdita, & lon
ge remota myſteria dice
re uidetur. e ¶Deus
potentes nō abijcit &c.)
Hæc eſt iuſticię eius im-
mēſitas, & naturæ bonæ
uolūtas, ut nulli inuideat:
quia nemo ei ꝗuis po-
tens ſit, poteſt coæquari.
f ¶Et iudicium paup. &c.) Iuxta iuſticiæ æquita-
tis ſuæ tenorem. Sanctos autem & innocētes uiros
conſueuit ſcriptura diuina pauperes appellare.
g ¶Nō aufert à iuſto ocul. &c.) Hoc ait & beatus
Pſal. 33. c Dauid: Oculi domini ſuper iuſtos, &c. h ¶Et re-
ges in ſolio collocat in perpetuum &c.) Hic reges
non ſolum ſeculi huius, ſed & eccleſiæ reges & præ
poſiti intelligi poſſunt. Et ſecundum tropicos intel
lectus, reges, animi hominū ſunt, qui corporibus re
Pſal. 2. e cte dominantur, quibus in pſalmo dicitur: Et nunc
reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā. Ita hi
reges eriguntur à deo, ut ſedeant cum principibus.
i ¶Et ſi fuerint in catenis, & uinciātur &c.) Hi igi
tur in catenis fortibus, uidelicet iudicis dei, & pau-
pertatis funibus colligātur: id eſt, opem diuini auxi
lij non habentes pœnis temporalibus quaſi uincu-
lis aſtringentur, omnis rei boni inopes effecti pro
qualitate meritorum. k ¶Reuelabit quoq; &c.) G
Aurem, inquit, cordis ad obediēdum ſibi deus per
caſtigatiōes & ſecretas inſpiratiōes aperiet. l ¶Si
audierint & obſer. &c.) Hoc eſt quod Salomon ait: Prouer. 10. b
Memoria iuſti cū laudibus. m ¶Si aūt nō audie-
rint &c.) Id eſt, ſi inſtruē-
te deo qui docet hominē
ſcientiā, audire contēpſe
rint, ꝑ gladiū, id eſt, ꝑ hāc
mortalitatē de hoc ſecu-
lo pręteribūt, ut in ſtulti-
cia: id eſt, in illis locis, ubi
ſtulti deputabunt: qui di
cunt in corde ſuo, nō eſt
deus, ęternis cruciatibus
cōſumātur. n ¶Simula-
tores & cal. &c.) Ipm̄ ſan
ctū Iob apertius ī hoc lo-
co uidet Heliu quaſi ex
obliquo percutere, qd' &
ipe quaſi callide & nequi
ter ageret, uirū quoq; e-
gregiū ſimularet. Quiq;
etiā cū eſſet uictus plagæ
huius cōpedibus, clama-
re ad deū, & inuocare eū,
ut à laqueis pœnalibus
illigatus abſolueret, mini
me curaret: qd' utiq; de-
ſperatione ſiue contēptu
faceret. De cęteris quoq; H
pctōribus ſimiliter hoc
ipſum pōt ītelligi: qui cū
uenerint in ꝓfundū ma-
lorū cōtemnēt. Et de Iu-
dæis, & de hæreticis, q̄ fi
cta dogmata quaſi uerita
tis uelamine operiētes in
noctis perfidia obſtina-
to & obdurato corde ꝑſi
ſtunt. o ¶Moriet in tē-
peſtate anima &c.) Vitio
ſos & uitia eſſe nouerimus, quæ ſicut de uirtutibus
animi nihil in ſe habent quietum, uirile, & frugi: ſed
totū turbulētum, remiſſum & fragile: Ita neceſſe eſt
ut uelut tempeſtate, animā ſemper ſuis illecebris in-
quietent: portumq́; uirtutū hominē nō ſināt appre
hendere, & fit iſtis talibus fluctibus, quod Salomon
ait: ut iaceat anima tanq; in corde maris, & uelut gu
bernator in magna tēpeſtate. Vel aliter tēpeſtas ad-
uentus ac iudicium dei eſt, de quo dicit: In circūitu
eius tēpeſtas ualida. p ¶Eripiet de anguſtia ſua
pau. &c.) Pauperē ſaluatorē noſtrum intelligimus:
qui ꝓpter nos pauper factus eſt: qui in diebus car-
nis ſuæ, preces ac ſupplicatiōes patri obtulit, ut poſ
ſet à morte ſaluum facere, pauperē, ſanctū populū
dei humilem ſpiritu. Vel pauperem quemlibet iu-
ſtorum, eruet de anguſtia preſſurarum, ſicut etiā in
diuinis ſcripturis diuerſo modo legimus liberatos.
Et reue

a Nūnc enim non infert furorem ſuū: nec ul-
b ciſcitur ſcelus ualde. Ergō Iob fruſtra aperit
os ſuum, & abſq; ſcientia uerba multiplicat.

Cap. XXXVI.

c ADdens quoq; Heliu hæc locutus eſt:
Suſtine me paululum, & indicabo tibi.
Adhuc enim habeo quod pro deo loquar.
d Rēpetam ſcientiam meā à principio: & ope-
ratorem meum ꝓbabo iuſtum. Vere enim
abſq; mendacio ſermonis mei, & perfecta
e ſcientia probabitur tibi. Deūs potentes non
abijcit, cum & ipſe ſit potens; ſed non ſaluat
f impios, & iudicium pāuperibus tribuit.
g Nōn auferet à iuſto oculos ſuos, & reges
h in ſoliō collocat in perpetuum, & illic erigū-
i tur. Et ſi fuērint in catenis, & uinciantur funi
bus paupertatis: indicabit eis opera eorum,
k & ſcelera eorum: quia uiolenti fuerunt. Rē-
uelabit quoq; aurem eorum, ut corripiat: &
l loquetur, ut reuertantur ab iniquitate. Si aū-
dierint & obſeruauerint, cōplebunt dies ſu-
m os in bono & annos ſuos in gloria. Si aūtem
non audierint, tranſibunt per gladium, &
n conſumentur in ſtulticia. Simūlatores & cal
lidi prouocant iram dei, neq; clamabunt cū
o uincti fuerint. Mōrietur in tempeſtate ani-
ma eorum, & uita eorum inter effœmina-
p tos. Eripiēt de anguſtia ſua pauperem:
& reuela

A a ¶Et reuelabit in tribulatiōe aurem eius.) Id eſt,
fortis ſit unuſquiſq; eorum in tribulatione, corro-
borante uiſitatione diuina: quando à deo homo tri
bulari permittitur, cōſolationem in aure cordis do
mini, illic audiendo percipiet. b ¶Igitur ſaluabit
te de ore anguſto latiſſi-
me &c.) Hoc in loco in-
fernorum habitacula ab
Heliu deſcribuntur, quę
immenſa capacitate ſui,
fundamētum nō habeāt.
Ad quorum tamen fun-
damenta in prophetis le
gimus, luciferū qui mane
oriebatur depoſitū, mul-
titudines quoq; regū &
populos innumerabiles
gentium. Ore autem an-
guſto inferi ideo appellā
tur: eo quod amplum ſit
ad recipiēdum, anguſtū
ad dimittendū: quoniam
mortuos intra ſe teneāt,
& eos ad uitam nō patiā
tur exire. Dauid quoq;
ſctūs ſimiliter ait ad deū:
Pſal. 68. d Libera me ex odiētibus
me, & de ꝓfundis aqua-
rum. Non me demergat
B tēpeſtas aquæ: neq; ab-
ſorbeat me profundum: neq; urgeat ſuper me pu-
teus os ſuum. Proinde nouerimus quia loca infer-
nalium ergaſtulorum, ſecundum fidem ſcripturarū
inter immenſas abyſſi aquas ſint conſtituta: ab illis
inferi ſedibus nullus homo merito ſuo liberatus
eſt: niſi gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Et nō ſo-
lum, īquit Heliu, à Tartareis anguſtijs liberaberis:
uerumetiam in latiſſimo refrigerij nemore, uelut in
campis ſpacioſis liber incedes. c ¶Requies autē
menſæ tuæ &c.) Amœnitatem paradiſi & iocundi
tatem, requiem nominando ſignificauit. Immēſam
uero abundantiā uitæ beatæ, quæ eſſet plena uber-
tatis pinguedine; ac loci illius felicis referta delicijs
uoluit demōſtrare; cuius terram ſanctam manſueti
ſecundum repromiſſionem domini poſſidebunt.
d ¶Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt &c.) Iudicio
dei ut impius & pœnarum debitor reus inuentus
es, & idcirco ſecundum meritum cauſæ tuæ, iudi-
dicium ſeueriſſimū recepiſti. Et ubi dictum eſt cau
ſam iudiciumq́; recipies: alij dixerunt, ꝓpter impie
tatem munerū, quæ accipiebant: ubi ſub pluralitate
locutiōis, ſanctum Iob Heliu uidetur ferire ſermo-
nibus. e ¶Nō te ergo ſuperet ira, ut aliquē &c.)
Docetur ab Heliu uir patientiæ & integritatis uir-
tute fortiſſimus. Optimus iudex eſt, q̄ his peſſimis
iracundia & cupiditate duobus uitijs non tenetur:
quibus hoc loco ab Heliu ſanctus uir correptus ar
guitur. f ¶Depone magnitudinem tuā &c.) Id
eſt, nec paruos nec magnos tua iniuſta opprimas
dominatiōe: uel omnes motus depone fortitudine C
ſuperbiæ roboratus. g ¶Ne protrahas noctem,
ut aſcendant &c.) Iam ſufficit hucuſq; in hac cæcita
te uixiſſe. Iam ad lucem prudētiæ ac iuſticiæ uenire
contende: ſiue noctem quā tibi ex diuerſis peccatis
cōtexuiſti, ut in ea uelut
in cōtinuis ac iugibus &
perpetuis tenebris ambū
lares: iā quæſo ait: ne ad-
huc ꝓtrahas, & tanq; re-
ſtem addēdo peccata pec
catis, in lōgum delecteris
extēdere: lumīe ergo cor
reptionis huius iam finē
talibus impone peccatis:
nam protractiōe hac, in-
emendabilis uita tua fiet,
ut ꝓ omnibus malis ope
ribus tuis, populorū pre
ces aſcendant ad deum:
quos utique iniquiſſime
deprimebas, interpellan-
tium cōtra te, ſuasq́; mi-
ſerias ſibi à te irrogatas,
ante ſedē diuinæ iuſticiæ
deponētium. h ¶Caue
ne declines ad iniquitatē
&c.) Hoc, inquit Heliu:
ne in deſperationē decli-
nes peto, & blaſphemiæ D
iniquitatem caueas: ſed reuerti feſtines ad deum.
Video enim te poſt huius plagæ tuæ horrendā mi-
ſeriam: ad interitum tuum, hanc impietatis ſequi
uelle perniciem: & uoluntatem tuam & cogitatio-
nē, ad aduerſariū mittere puſillanimitate deiectus.
i ¶Ecce deus excelſus in fortitudine ſua &c.) Si
poterit ei eſſe quiſpiam, & potentia & uirtute ſimi-
lis: poterit & iuſticia atq; ſapientia, legiſq́; multipli-
catione, iudicijs quoq; eius ſimilis inueniri. Et ideo
cognoſce ait: qa nullus à deo qui ſolus eſt & fortis
& ſapiens, iniuſte poterit condemnari. k ¶Quis
poterit ſcrutari uias eius.) Quis utiq; niſi impius
ſuperbus: ſiue ſacrilegus uias diuinorum operum
ſcrutari præſumat: quod non licet, & tamen quan-
tauis intentione mentis perquirat, eas inuenire nō
poterit. l ¶Aut quis ei dicere poteſt &c.) Quis
ergo tam temerarius & iniquus atq; iniuſtus: qui
hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob di-
cuntur. m ¶Memento quod ignores opus eius
&c.) Vel omne generale opus eius: uel certe ſpecia-
le opus eius. Super omnia enim magna & mirabi
lia opera eius, eſt diſpēſationis Chriſti myſterium,
quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor
hominis aſcendit. Alij dixerunt: Memēto quia ma
gna ſint eius opera, quæ laudauerūt uiri. De omni-
bus operibus dei dicit, quæ ſancti uiri in honorē di
uinæ uenerationis merito laudauerūt. n ¶Omnes
homines uident eum &c.) Per naturæ bonum no-
ticia creatoris ineſt cordibus hominū, & ꝗuis ali-
quis

& reuēlabit in tribulatione aurem eius. Igi-
b tūr ſaluabit te de ore anguſto latiſſime, &
c non habente fundamentum ſubter ſe. Rē-
quies autem menſæ tuæ erit plena pingue-
d dine. Cāuſa tua quaſi impij iudicata eſt: cau-
e ſam iudiciumq́; recipies. Nōn te ergo ſupe-
ret ira, ut aliquem opprimas; nec multitudo
f donorum inclinet te. Dēpone magnitudinē
tuā abſq; tribulatione, & omnes robuſtos
g fortitudine. Ne prōtrahas noctem, ut aſcen-
h dant populi pro eis. Cauēe ne declines ad ini
quitatem: hanc enim cœpiſti ſequi poſt mi-
i ſeriā. Ecce deūs excelſus in fortitudine ſua,
k & nullus ei ſimilis ī legiſlatoribus. Qūis po
l terit ſcrutari uias eius: aūt quis audet ei dice-
m re: operatus eſt iniquitatē? Memēnto quod
ignores opus eius: de quo cecinerunt uiri.
n Omnēs homines uident eū: unuſquiſq; in-
tuetur

E quis tam paruus ſit & frigidus, ut alienus eſſe ſtudeat à creatore ſuo deo: nullus tamen eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Et ideo unuſquiſq; mortaliũ, licet de longe, ſentit & intelligit, diſſimiliter quidem omnino: quia non tanq̃ corpus aut ſicut quęcunq; ſpiritum creatum, ita ſentit eſſe deum ſiue intelligit, ſed alio multo & ineffabili modo, quo deus acie mẽtis eſt intuendus: ubi in ipſo obtutu cordis intelligẽdo, uidet homo quòd ſupra ipſum eſt illud diuinũ nomen, quod contemplari conatur.

a ¶Ecce deus magnus uincẽs ſcientiã noſt. &c.) Vincẽs ſcientiã noſtram magnitudine ſciẽtię ſuę: & altitudine iudiciorum ſuorũ. b ¶Qui aufert ſtillas pluuiæ, & eff. &c.) Hanc ergo pluuiam, legẽ Moyſi intelligamus, quę de cœlo uelut pluuia uenit populo Iudęorum. Et pluuia dicta eſt ꝓpter præceptorum multitudinẽ,

F ſicut & ipſe Moyſes de eadem gẽte Iudæorum ait, dicens: Expectetur ſicut pluuia eloquium meum. Huius igit̃ pluuiæ ſtillas de illa gente abſtulit deus, ut eſt uel de incarnatione uel paſſione: uel de reſurrectione Chriſti, quæ Iudæi credere excæcato corde noluerunt, quæ ſunt parua quidem mandata legalia, ut ea ad euangelij fidem transferret, ſicut ait Apoſtolus: Verbum enim cõſummans & breuiãs in æquitate, & reliqua. Et de his ſtillis, paruiſq; guttis, tonante euãgelio, prædicationis Chriſti imbres effuſi ſunt ſuper terram. Et hi imbres adinſtar gurgitum eſſe dicuntur: qui utiq; cum in terrã copioſe deſcendant: ꝓfunditatem in ſe & obſcuritatem cõtinent myſteriorum, quæ in lege & ꝓphetis per figuras & ſimilitudines dicta uel facta ſunt, in reuelatione aduentus domini, obſcuritate ſui & ꝓfunditate myſteriorum, ueluti clauſa ſigna inuenta ſunt. Imbrium uero nomine, large effuſam gratiam ſpiritus ſancti eſſe nouerimus, ſicut ait Apoſtolus, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtũ. c ¶Qui de nubibus fluunt, quæ prætexerũt cũcta deſuper.) Nubes ſcimus plerunq; in ſcripturis ſanctos appellari, ſicut & manifeſtum eſt quodam loco, dicente domino: Et nubibus mandabo, ne pluãt ſuper eam pluuiam, id eſt uineam: quod eſt, ſuper gẽtem peccatricem Iudæoꝝ, uerbis ſuis ſalutis pluuiam non effunderent. De talibus igitur nubibus, Apoſtolis uidelicet & Apoſtolicis uiris prædicatoribus ueritatis: illi imbres pluunt talẽ pluuiam, quæ habeat in ſe ſimilitudinẽ gurgitum, ꝓpter arcanoꝝ cœleſtium opacitatem: ubi congrue illud Dauidicũ [Eſa.5.b]

a tuetur procul. [a]Ecce deus magnus uincẽs ſci-
entiam noſtram. Numerus annorum eius
b inæſtimabilis. [b]Qui aufert ſtillas pluuiæ, &
c effundit imbres ad inſtar gurgitum, [c]qui de
nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta de-
d ſuper. [d]Si uoluerit extendere nubes quaſi ten
torium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſu-
e per, cardines quoq; maris operiet. [e]Per hæc
enim iudicat populos: & dat eſcas multis
f mortalibus. [f]In manibus abſcõdit lucem, &
g præcipit ei ut rurſus adueniat. [g]Annũciat de
ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad
eam poſſit aſcendere. Cap. XXXVII.
h [h]SVper hoc expauit cor meum, & emo-
i [i]tum eſt de loco ſuo.

Audiet

G dicitur: Tenebroſa aqua in nubibus aëris. Hæc igitur nubes inquam, per quas imbres gurgitũ fluunt in terram, prætexunt cuncta deſuper. [Pſal.17.b] Habentes enim intra ſe aquas euangelij, ut flumina de uentre eorum fluãt aquæ uiuæ, de ſuperioribus myſterijs, quaſi quodam prætextu & obſcuritate aquarum obſtaculũ carnalibus faciunt & terrenis. d ¶Si uoluerit extẽdere nubes quaſi tẽtorium ſuum, & fulgurare lumĩe ſuo deſup: cardines quoq; &c.) Ita eñ prædictas nubes extẽdit, ut de eis in omnẽ terram exijt ſonus eorũ, & ĩ fines orbis terræ uerba illorum: quemadmodum poſtea locutus eſt ad diſcipulos ſuos, id eſt, nubes ſuas, dicẽs: Et eritis mihi teſtes in Hieruſalem & Iudæa et Samaria, & uſq; ad ultimũ terræ: [Act.1.a] per quas utiq; nubes ſuas fulgura prædicatiõis reſplenduerunt, & nominis Chriſti fama de cœlo uelut lumen effulſit. Maris etiam mundi uidelicet huius cardines occupauit: ſiue cardines mundi poſſumus intelligere principes & capita gẽtium diuerſarum: quorum erroribus ac prauis doctrinarum

H ſuaſionibus, mundus in loco ſuperſtitionis dæmoniorum uelut in cardine uertebatur. e ¶Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibus.) Iſtis enim rebus ſacramentoꝝ prædictis: ſtatuit deus pietatis ſuæ iudicio uniuerſis populis miſereri, & dare eſcas doctrinæ uerbi ſui, ſiue myſteriorum cunctis mortalibus, ſecũdum quod ipſe ait: [Ioan.6.e] Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcẽdi. f ¶In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei ut rurſus adueniat.) Poteſtate iuſti iudicij ſui, lumen noticiæ ſuæ abſcõdit à peccatoribus malum operantibus, & uenire eam ad illuminationem mentis præcipit: ſi deum adiutorẽ eius quiſpiam fideliter quæreret. g ¶Annunciat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere.) Deus luce manifeſtationis ſuæ fidelem ſibi amicũ in corde docet & inſtruit. Erudiens quoq; annunciat ei, quod lux ſiue illa illuminationis gratia, ſiue diuinorum charitas ꝓmiſſorum poſſeſſio eius ſit, & ad eam ſi diſponat aſcenſiones in corde ſuo quotidie proficiendo perueniat. Cap. XXXVII.

SVper hoc expauit cor meum.) Siue obſtupuit cor meum, ut alij dixerunt. i ¶Et emotum eſt de loco ſuo.) Prædictis diuinis myſterijs & luce cognitionis dei patefacta, quæ niſi amicis dei & fidelibus demonſtratur: perterritum eſt, inquit, cor meum Heliu, & zelo ignorãtiæ ad ſacramentorum cognitionem translatum.

Audiet



A a ¶Audiet auditionem in terrore uocis eius, & ſonum de ore illius procedentem.) Quemadmodum uult deus audire quod dicit, ita audite: quoniam terret uox eius tantis ſacramentis myſteriorũ præualida, ſonumq́; oris eius, ſiue ut alij dixerunt: ſtrepitum, pari modo audite. Hic ergo ſonus eſt maxillarum dei, qui forte idcirco ſonus dictus eſt: nõ ſimpliciter ſermo, ut inobedientia ſurdos & obdurato corde incredulos uox clarior percũteret, et totos ad timendum dominum commoueret.

b ¶Subter omnes cœlos ipſe conſiderat, & lumẽ illius ſuper terminos terræ.) Quid ſit hoc mirum de om̃ipotẽtia dei, qui ubiq; eſt in cœlo, & in terra, in mari, & ĩ abyſſis. Sed uideamus ſecundum allegoricum intellectum quid ſit quod de Heliu ait: Subter omnes cœlos cõſiderat. Sanctos uiros, cœlos ſcriptura diuina appellare cõſueuit: propter cœleſtem utiq; cõuerſationem, quibus ita dicitur: [Philip.3.b] Cõuerſatio ueſtra in cœlis eſt. Dominus ergo ſubter hos cœlos conſiderat:

B uel dum ea quæ intra eos ſunt, arcanorum ſcrutator introſpicit: uel dum imbecillitatem corporum eorum quæ animi imperio crucis uirtute ſubdiderint, gubernat, ac ſuſtinet, & cõtra carnalium paſſionum bella corroborat. Secundum hunc ſenſum eſt, quod timore concuſſus, propheta ait: Et ſubtus me turbata eſt habitudo mea. Termini quoq; ſiue fines terræ ipſi ſancti ſunt: finem terrenis paſſionibus & cupiditatibus imponentes: eo quod nõ ſint in medio Babylonis: nec ſeculi huius uitijs circundãtur, [1.Pet.4.a] ſecundum quod Petrus apoſtolus ait: Chriſtus igitur in carne paſſus, reliquit nobis exemplum: quia paſſus in carne, deſijt eſſe à peccatis, ut iã nõ hominum deſiderijs, ſed uoluntati dei, quod reliquum eſt in carne, uiuat temporis: id eſt, uiuens pro tempore, deſinentibus in carne peccatis, uelut in finibus habitet carnis. In his finibus poſita regina Saba, quæ typũ gerebat eccleſiæ, ueri Salomonis meruit audire ſapientiam. Tales igitur terminos deus lumine gratiæ ſuæ atq; agnitiõis illuſtrat. c ¶Poſt eum rugiet ſonitus.) Siue ut alij dixerunt: fremet uox. d ¶Tonabit uoce magnitudinis ſuæ, & nõ inueſtigabitur cum audita fuerit uox eius.) Cũ poſitis in extremo terræ hominibus, deus in memoriã uenerit: ilico ſuper infirmitate mortalitatis ſuæ, gementes ad eum rugient, ſicut propheta ait: Rugiebam à gemitu cordis mei, & tunc hic rugitus faciet ſonitum in affectu orationis, clamantium ad deum: qui perueniat uſq; in cœlũ. Vnde & tonabit eis dominus uoce præceptorum ſuorum, ut timeãt

a [a]Audiet auditionem in terrore uocis eius, &
b ſonum de ore illius procedentem. [b]Super o-
mnes cœlos ipſe conſiderat, & lumen illius
c ſuper terminos terræ. [c]Poſt eum rugiet ſoni-
d tus: [d]tonabit uoce magnitudinis ſuæ, & non
inueſtigabitur cum audita fuerit uox eius.
e [e]Tonabit deus in uoce ſua mirabiliter: qui fe-
f cit magna & inſcrutabilia. [f]Qui præcipit ni-
ui, ut deſcendat ſuper terram, & hyemis plu-
g uijs & imbri fortitudinis ſuæ. [g]Qui in manu
omnium hominum ſignat, ut nouerint ſin-
h guli opera ſua. [h]Ingredietur beſtia latibulum
ſuum, & in antro ſuo morabitur.

Ab inte

C à facie eius. Quo fragore tonitrui ſimul agnoſce: quia deus ante deſiderium eorum inueſtigabilis ſit & immenſus. e ¶Tonabit fortis in uoce ſua mirabiliter: qui facit magna & inſcrutabilia.) Alij dixerunt: tonabit deus. Deus mirabiliter operatur: quãdo iſtud tonitruum nominis ſui quo in toto mundo famæ eius noticia crebreſcit: in auribus facit animæ perſonare.

f ¶Qui præcipit niui, ut deſcendat ſuper terrã, & hyemis plu. &c.) Niuem candorẽ gratiæ quæ per baptiſmum fidelibus ſpiritus ſancti dono tribuitur: ſupius diximus poſſe ſignificari, & exempla illic teſtimoniorũ de ſcripturis multa ꝓtulimus, de quibus & illud Dauidicum, ubi ait in pſalmo: [Pſal.67.c] Niue dealbabũtur in ſelmon: quod eſt in umbra. Hoc igitur ait, quod cœleſtis, id eſt deus de cœlo ueniens, reges quoq; diſcreturus ſit & ſeparaturus: ſiue in umbra ſint dealbãdi: ubi hoc mihi ſignificare uidetur: quia regeneratio uetuſtiſſimorum hominum in Chriſto, obumbrãte ſpiritu ſancto eſſet

D efficienda. Hæc igitur gratia, niuis nomine ſignificata: ex præcepto diuinitatis deſcẽdit in terram, qđ eſt per Ieſum Chriſtum uenit ad homines: per quã uetuſtas noſtra inſtauraretur in melius. Cõtra hãc gratiam Chriſti, tribulationes perſecutionum futuras, in pluuijs hyemalibus uoluit indicare, & propter graues preſſuras, hyemales pluuias dixit: quas tamẽ imber fortitudinis ſpiritus ſancti, eſſet ſuperaturus, quia eis dictum eſt: Non enim uos eſtis qui [Matth.10.c] loquimini: ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis. g ¶Qui in manu omnium ſignat, ut nouerint ſinguli opera ſua.) In manu, id eſt, in liberi arbitrij poteſtate: ſecundum imaginem & ſimilitudinem dei, qua homo eſt à deo conditus & creatus: habet hanc ſapientiam ueluti quodam ſigno diuine operationis impreſſam, ut iuxta liberi arbitrij iudicium, nouerit unuſquiſq; hominũ opera ſua: ſiue ut alij dixerũt, infirmitatem ſuam nouerit: id eſt, ut uaſa fragilia ſe ſubita morte confringi. h ¶Ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur.) Beſtiam iſtam, inuentorem malorum diabolum nõ abſurde ſentimus: qui idcirco & ſingularis ferus dicitur: quia ꝓcedit ſiue ſuperat malicia eius, maliciam omnium operãtiũ iniquitatẽ. Hæc igitur beſtia ratiõabilis, ingreditur latibulum ſuũ, pectus ſcilicet humanum: quando ex permiſſu iudicij dei, poteſtatem accipit hominibus dominãdi, & in antrum quod ſuũ fecit, ſibi cõſtituit habitationem. Siue antrum uel etiã latibulum diaboli, omnes peccatores intelligẽdi ſunt: duri uidelicet infidelitate uel

E ſaxei;quos uitijs ſuis atque illecebris poſſidet, & in
quorũ cordibus criminibusq́; requieſcit. a ¶Ab
interioribus egredietur tempeſtas &c.) Nõ mihi ui
detur quod de iſtius mũdi plagis,ſiue qualitatibus,
uel etiam ſecretis eius motibus dixerit,ſed quemad
modum diximus antrũ
ſiue latibulũ dæmonio=
rũ,eſſe humana præcor=
dia ; ita hæc interiora cũ
ca ingreſſi fuerint,ſecre=
ta eorum & abdita intel=
ligamus conſilia;unde in
hunc mundũ perſecutio
num tempeſtates uenire
credunt,ut & peccatores
cõterãt ſicut Aegyptios,
quibus uenit immiſſio p
angelos malos. Et ſancti
eadem tempeſtate tribu=
lationum nimia cõturbẽ
tur,ſicut quidam eorum
ait;Grauati ſumus ſupra
2.Cor.1.b uirtutem , ita ut tæderet
nos etiam uiuere.Frigus
quoq; eius ĩfidelitatis immittitur, ut à charitate dei
& calore fidei diſcedentes, in algorẽ negationis in=
currant,quæ omnia immittunt dæmones per mini
ſterium & ſententias principũ & infidelium pote=
ſtatum.Arcturus uero,quia in ſiniſtra mũdi eſt cõ=
ſtitutus,aduerſariam partem ſignificat;de cuius cli
F mate uentus aquilo gelidus ſpirat cõtra meridiem.
b ¶Flante deo cõcreſcit gelu;& rurſum &c.) Qđ
hic dixit flante deo concreſcere aquas, id eſt glacia=
Pſal.147.b ri & concretas fieri;in pſalmo econtrario dicit;Fla=
uit,inquit,ſpiritus eius & fluent aquæ, id eſt reſol=
uentur ac defluent. Sed ſiue hic flante deo ſiue in
pſalmo flabit ſpiritus eius,iubente deo,ſiue iubebit
ſpiritus,intelligere poſſumus.Et quod hic dixit,cõ
creſcit gelu;hoc in pſalmi ſuperiore uerſiculo ait;
Emittit criſtallum ſuum ſicut fruſta panis.Ita autẽ
hyemali tempore fieri nouimus, ut flante, id eſt iu=
bente deo,nimio frigore denſetur,uel etiam cõcre=
ſcant aquæ,& iterum tempore aëris reſoluãtur.Se=
cundum myſticos uero intellectus in præteritis ge
nerationibus ob meritũ ſuum relinquente deo ge=
nus humanum;flatu oris dei & iuſticiæ eius manã=
te ſententia,dum remouetur ab igne diuino,omnis
creatura concreta eſt tanq̃ gelu,& à uera dei cogni
tione,frigoris ſui immenſitate conſtricta. Nũc ue=
ro per gratiam dñi & ſaluatoris noſtri,ſicut ait Pe=
Act.17.g trus apoſtolus;Tẽpora ignorantiæ deſpiciẽs deus;
rurſum ab illo algore obliuionis atq; duricia , quæ
ſicut longi tẽporis gelu obduruerat , charitatis dei
igne ſoluũtur aquæ populorũ,ut fluãt & recurrant
ad deũ. c ¶Frumẽtũ deſiderat nubes,& nu.&c.)
Hoc eſt frumentum,de quo dñs in euãgelio ait per
Matth.13.e parabolã,dicens;Colligite zizania in faſciculos ad
cõburendũ;triticũ aũt cõgregate in horreũ meum.
Proinde hoc uiuũ frumẽtũ,doctores quoſq; eccle=

a Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab
b arcturo frigus.Flantẽ[b] deo concreſcit gelu,&
c rurſum latiſſime funduntur aquæ.Frumẽ[c]=
d tum deſiderat nubes , & nũ[d]bes ſpargunt lu=
men ſuum.Quæ luſtrant cũcta per circumi=
tum quocunq; eas uolũtas gubernantis du=
xerit ad omne quod præcepit illis ſuper fa=
e ciem orbis terrarum;ſiũ[e]e in uno tribu , ſiue
in terra ſua,ſiue in quocunq; loco miſericor=
f diæ ſuæ eas iuſſerit inueniri. Auſcultá[f] hæc
g Iob : ſta & conſidera mirabilia dei . Nũ[g]n=
quid ſcis,quando præcepit deus pluuijs,ut
oſtenderent lucem nubium eius?

Nunquid

G ſiæ;qui uelut nubes portãt aquas euangelij, audire
deſiderat;ſicut & illi qui erãt de hoc frumẽto domi=
nico,habitantes Antiochiæ Pyſidiæ;rogabãt Pau= Act.14.d
lum & Barnabã,ut loquerẽtur eis uerbũ dei,quod
fecerũt Apoſtoli ſuadẽtes permanere in gratia dei,
Cornelius quoq; ad Pe=
trũ ait;Nũc ergo oẽs nos Act.10.f
in cõſpectu tuo aſſumus
audire omnia quæcũq; ti
bi præcepta ſunt à dño.
Et Moyſes ait ; excipiat Deut.32.a
uelut pluuia eloquiũ me=
um;& deſcẽdãt ſicut ros
uerba mea. Vñ & Apl's
ait ; Ego plãtaui,Apollo 1.Cor.3.b
rigauit,ſed deus incremẽ
tũ dedit. Hæc nubes põt
& ipſe dñs, id eſt, aſſum=
ptus homo in deũ intelli
gi,ſicut propheta prænũ
ciauit,dicẽs;Ecce deſcen Eſa.19.d
det dñs in nube leui in
Aegyptũ;per quem diui
na gratia & doctrina cœ
leſtis,mundo effundenda prænunciabatur. Et pul=
chre nubes leuis dicitur;ſiue quia ipſe ſaluator pec=
catum nõ fecit agnus dei;ſiue quia uirgo Maria ma
ter dñi,non eſt uirili ſemine aggrauata,leuis nubes
eſt dicta. d ¶Et nubes ſparg.lu.&c.)Lumẽ utiq;
euangelij,prædicationũ coruſcatione mittẽtes;lu=
men euãgelij ſpargunt ſupra corda credentiũ.Alij H
uero interpretes dixerunt;Et ipſa per circũitũ uer=
titur in gubernaculis,ad operãda oĩa quæ mãda=
uerat eis.Hæc ſunt igitur quæ mãdauit & pręcepit
cæteris nubibus ſuis dicens. Ite in uniuerſum mun Mar.16.d
dum,prædicate euãgeliũ uniuerſæ creaturæ.Proin
de quaſi uento ſpiritu dei, quo ut nubes agebãtur,
prohibiti ſunt ire Bytiniã,& de Iudæa Romam illis
tranſire præceptũ,& ita ſicut iſta ęditio cõtinet,or=
bem uniuerſum luſtrãtes circũierunt. e ¶Siue in
una tribu,ſiue in terra ſua, ſiue in &c.) Hoc eſt qđ
ipſe dñs ait in euãgelio;Eritis mihi teſtes in Hieru= Act.1.a
ſalem & Samaria , & uſq; ad ultimũ terræ;ubi illud
præcipue intuendum eſt,quod ait;In quocũq; loco
miſericordiæ ſuæ iuſſerit inueniri;ubi per gratiam
Chriſti,atq; pietatis ſuæ miſericordiã, ſignificauit
ad fidem reuocandos. f ¶Auſculta hæc Iob & cõ
ſidera &c.) Admonet Heliu ut ſacramenta in Chri
ſto & eccleſia adimplenda,Iob aure cordis diligen=
ter intendat,& in mẽtis ſuæ ſpecula cõſtitutus : ubi
etiam uigilantia contuendi docetur ſtare;conſide=
ret miraculorũ dei futura myſteria, quæ per nubes
rationales operaturus ſit. g ¶Nũquid ſcis quãdo
præceperit deus pluuijs,ut oſtẽderẽt luc.&c.)Mo=
re prophetarũ pro factis futura commemorat.Præ
cipit igitur deus pluuijs euãgelicis,ut nubium ſua=
rum lucem,id eſt,ſancta opera ſua doctores per in=
fuſionem fidei demonſtrarent,& hæc ad illuminan
dos homines miſericordia cœleſtis operatur.

Nunquid



A a ¶Nũquid noſti ſemitas nubiũ magnas, & perfe
ctas ſcientias.)Hic dum dicit perfectas ſcientias, de
rationalibus ſe nubibus euidenter oſtendit dicere
& prædicatorum uijs & ſubtilium ſenſuũ ſemitis.
Dic mihi quæſo;ſi cognoſcere potuiſti,quę ſemitæ
in nubibus ſunt magnæ
& perfectæ ſcientiæ : Fi=
gurabat hæc dicẽdo,apo
ſtolicas nubes : quarum
una citiſſima nubes ait
Matth.16.b ad ſaluatorẽ; Tu es Chri
ſtus filius dei uiui ; quæ
quoniam ſuſpenſa à ter=
ra & proxima erat cœlo;
reſpondet ei dñs;Hoc ti=
bi non reuelauit caro &
ſanguis; ſed pater meus.
Alius uero Apoſtolus
tanq̃ nubes plena aquis
perfectæ ſcientiæ,à toni=
truo euãgelij copioſum
Ioan.1. imbrem effundit, ita dicens; in principio erat uer=
bum &c.Quo ualidiſſimo tonitruo ubiq; reſonan=
te;ut omnem terram ad fidem religionis tremore
concuteret;alius in Iudæa per iteratam natiuitatem
exortus;uelut parua nubecula ita creuit, & flante
ſpiritu dilatatus eſt;ut pluuias myſteriorum, à ſecu
lis ſecretorum perfectæ ſcientiæ,uſque in Illyricum
ſpargeret,aliasq́; totius mundi regiones largis effu
B ſionibus irrigaret. Et hinc eſt ut aliqui eorum ap=
pellarentur filij tonitrui;alius uero diceretur filius
ſuſpendentis aquas. b ¶Nónne ueſtimenta
tua calida ſunt,cũ perflata fuerit terra auſtro.) Alij
dixerunt, tua ſtola calida eſt. Hoc quidem uerum
eſt;quod meridianus uentus ſit calidus, quo flante
etiam ueſtimenta hominum , uel corporum, quæ
animarum ueſtimenta ſunt concaleſcunt. Sed quia
nubes,homines ſanctos,ueritas prophetiæ nos in=
telligere compulit,uentum calidum à meridie ſpi=
rantem;feruentem fidem,uel gratiam ſpiritus ſan=
cti ardentem & clarius illuminantem intelligamus,
Abac.3.a uel ipſum dominum noſtrũ,de quo legimus; Deus
ab auſtro ueniet;quo rationalem terram perflante,
uirtutes animi quæ ſunt ueſtimenta interioris ho=
minis inardeſcunt;& ideo ueſtimenta appellantur,
quoniam ipſi qui eis utitur, pulchram animam fa=
ciunt & decorã. Et ob hoc hortatur Apoſtolus di=
Colloſ.3.b cẽs;Fratres induite uos ſicut electi dei & dilecti,ui=
ſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,mo
deſtiam,patientiam,& cætera. Et hæc igitur ab He
liu ſicut & alia ſpiritu prophetiæ dicunt. c ¶Tu
forſitan cum eo fabric.&c.) Hæc ab Heliu iuxta li=
teram in iniuriam Iob per ironiã dicuntur.Hæc igi
tur prima fronte intellectus huius dicta ſint.Nunc
uero ſecundum prophetiæ ſpiritum, ſenſum myſti
cũ perſequamur,ut cœlos ſcripturas ſanctas intelli
gamus;quæ de cœlo datæ ſunt hominibus ; quarũ
perpetuitatem ex æris ſoliditate uoluit demonſtra=
re.Sed dicit quiſpiam;quomodo æternæ erunt ſcri

a Nunqũ[a]id noſti ſemitas nubium magnas,
b & perfectas ſcientias ? Nónnẽ[b] ueſtimenta
tua calida ſunt,cum perflata fuerit terra au=
c ſtro? Tũ[c] forſitan cũ eo fabricatus es cœlos:
d qui ſolidiſſimi,quaſi ære fuſi ſunt. Oſtẽ[d]nde
nobis,quid dicamus illi.Nos quippe inuol=
e uimur tenebris. Qũ[e]is narrabit ei quæ lo=
quor?Etiã ſi locutus fuerit homo deuorabit;
f at nũ[f]nc non uident lucem.Subito aër coge=
tur in nubes;& uẽtus tranſiens fugabit eas.

Ab aqui

C pturæ diuinæ,ſi mũdus certo fine,deo denuncian=
te,eſt terminandus?ſic enim ait in euangelio;Cœlũ Matt.24.c
& terra tranſibunt. Verum eſt quidem quod libro
rum pelliculæ cum ipſis literis abolendæ ſunt ; ſed
quia ſubiungit dominus,uerba uero mea nõ præ=
teribũt; proculdubio qđ
eiſdem apicibus pollice=
tur,erit æternũ.Hos igi=
tur cœlos,ait Heliu, in q
bus eſt diuinitatis ſecre=
ta diſpoſitio ; tu forſitan
cum deo uelut ſimili pol
lens ſapientia, fabricatus
es,quos deus ęternus an
te mundi cõſtitutionem
præfiniuit quãdoq; erũ=
pere in corpora literarũ,
q in illo æternaliter erãt;
non iam exiſtentes , ſed
ipſi ſoli præſcientiæ ſuæ
luce conſpicui.Et cœlos,
ſanctos angelos nõ abſurde ſentimus; qui propter
cœlorum habitationem,rectiſſime cœli dicũtur, &
ſunt uelut æs æternitate ſolidati. De quibus pſal= Pſal.113.d
miſta ſingulari nomine ait;Cœlũ cœli domino.Se=
cundum tropicum intellectum, cœli, ſancti omnes
propter cœleſtem conuerſationem;& propter præ
dicationem mandatorum cœleſtium nũcupantur.
Heliu autem ſi prophetiæ ſpiritũ habuit, ſecundũ D
hunc intellectum quem diximus,potuit cõtempla=
tione mentis ſuæ,hæc in Chriſto reuelanda cogno
ſcere;& alijs modis,quibus uidetur cœlorum nun=
cupationem ſenſiſſe, licet hoc ipſum in irriſionem
ſancti Iob dici non debuerit. d ¶Oſtende nobis,
quid dicamus illi.Nos quippe inuoluimur.) Inſul=
tantis uerbum eſt,& exprobrantis, oſtende nobis,
cum illud uerum dicat; ſed ad comparationẽ ſcien=
tiæ ſub ignorantiæ tenebris cõmanent.Nam quo=
modo à ſancto Iob diſcere inquirit,quem in uerbis
ſuis reprehẽdit & reprobat?Oſtende,inquit,ò Iob,
ſi aliquid amplius & melius noſſe te arbitraris;quo
niam nos grandis ignorantiæ atq; inſcientiæ tene=
bris detinemur.Certum eſt ergo quod Heliu deri=
dens Iob atq; ſubſannans hæc dicat. e ¶Quis
narrabit ei quæ loquor?Etiam ſi locutus fuerit ho
mo deuorabitur.)Dixi tibi quidem ò Iob,ut oſten
deres mihi quid loqui poſſem;ſed hæc ipſa quæ de
deo dico; quis ei auſus eſt loqui? Certe ſi locutus
fuerit quiſpiam,quod ei omnino non expedit; pro
hoc ipſo peccato temeritatis & irreuerentiæ deuo=
rabitur , ut hic Heliu ait. Ita in pſalmis legimus;
Deuorati ſunt iuxta petram iudices eorum : ubi Pſal.140.b
intelligitur peccato diffidentiæ deuoratos atq; ab=
ſorptos iudices populi Iſraëlis in eremo ; qui non
crediderunt quod poſſent de petra, aquarum flu=
mina uirtute diuinæ promiſſionis educi.
f ¶At nunc non uident lucem. Subito aër co=
getur in nubes;& uentus tranſiens fugabit eas.)Ita
infelicitate huiuſmodi excæcati ſunt;ut fiãt quẽad=

 modũ

E modum aër quando craſſeſcit in nubes:& ita in iu-
ſto iudicio dei uelut uenti in impetu auferentur:ſi-
cut impij quos deijcit uentus à facie terræ. Alij di-
xerunt:omnibus autẽ non eſt uiſibile lumen,quod
fulget in nubibus & ſpiritus tranſit & fugabit eas.

quia deus iuſte iudicat: apud quem non eſt perſo- G
narum acceptio. Omnes ſapientes & idiotæ conſi-
derantes ſemetipſos, timebunt eum: ſcientes quia
ſecundum modum iuſticiæ ſuæ ultor iniquitatum
eſt:exaudiet enim iniqua patientes.

a Ab aquilone aurum uenit: & à deo formi-
b doloſa laudatio. Dignè eum inuenire non
poſſumus. Magnus fortitudine & iudicio
& iuſticia,& enarrari non poteſt. Ideo time-
bunt eum uiri, & non audebunt contempla
ri omnes qui ſibi uidentur eſſe ſapientes.

## Caput XXXVIII.

c Reſpondens autem dominus Iob de tur
d bine,dixit. Quis eſt iſte inuoluens ſen-
e tentias ſermonibus imperitis? Accinge ſicut
uir lumbos tuos:interrogabo te: & reſpon-
f de mihi. Vbi eras quando ponebam funda
menta terræ? Indica mihi ſi habes intelligen
g tiam. Quis poſuit menſuras eius ſi noſti: uel
quis

Hic myſticũ neſcio quid
locutus eſt,quod iam nõ
omnibus reſplendet illu-
minatio euangelij. His
utiq; non reſplẽdet, quo
rum ſenſus excæcauit de
us,ut nõ uideant lumen
euãgelij gloriæ Chriſti:
qui eſt imago inuiſibilis
patris. Hic igitur ſpiri-
tus iuſtæ ſententiæ dei,
fugabit eos à cœtu bea-
torum:ut nõ uideant lu-
mẽ euãgelij gloriæ Chri
ſti. a ¶Ab aquilone
aurũ uenit: & à deo for-
midoſa laudatio.) Audi-
ui quendam ita dicentẽ,
quod æſtatis tempore ſo
le in aquilone naſcẽte au
rora ardentior rutilat;ita ut ipſe ſol colorem aureũ
præferat: & inde Heliu loqui uideatur aurum ue-
nire:id eſt,mundo flammeam rotam ſolis oboriri:
F & ſuper hoc præclarum ſydus ſit ad deum homini-
bus formidoloſa laudatio: Nos autem aurum ſan-
ctos intelligimus qui ſecũdum ſpiritualem ſenſum
ab aquilone diabolo,ſanguine domini redimũtur.
Hoc igitur modo uenit ad eum cœtus ſanctorum
cum tremore laudãtium eum: ac ſibi cum quadam
formidine,incredibile arbitrantium, quod potue-
runt de hoſte grauiſſimo liberari. Quotidie quoq;
examinationibus uelut aurum flammis tentatio-
num excoctum,de fornace mundi iſtius eruuntur.
Alij dixerunt,ab aquilone nubes coloris aurei: in
his eſt magna gloria & honor omnipotentis: non
inuenimus ſimilitudinẽ uirtutis eius. Ita enim ſan-
ctos homines qui ſunt nubes dei,tentat frigor aqui
lonis,ut eos precioſos,& igne charitatis,rutilos red
dant.Et idcirco magna gloria domini & honor o-
mnipotentis eſt. Non inuenitur alius ſimilis uir-
tutis eius qui tanta bona ex rebus contrarijs ſpe-
ret. b ¶Digne eum inuenire non poſſumus.
Magnus fortitud.&c.)Quoniam,inquit,ſicut for-
titudine magnus & potẽs eſt deus: ita iudicio & iu
ſticia uerus eſt & enarrari non poteſt.Idcirco ſicuti
eſt,à creatura ſua quæ adeo imbecillis eſt & infirma
non poteſt inueniri:propter quod magni uiri atq;
cordati non præſument ſcrutari incomprehenſibi-
lem,neq; contemplari inuiſibilem conabũtur. Hoc
autem totum in ſancti Iob exprobrationem dici-
tur:qui dixerit ſe à deo,ſine ullo iniquitatis merito
flagellatum. Alij dixerunt,qui iuſte iudicat non pu
tas audire eum,propterea timebunt eum homines:
timebunt quoq; & ſapientes corde: hoc inquiunt,

Cap. XXXVIII.

Reſpondens aũt Iob
dñs &c.) Sermone
terribili & icrepatiuo ar-
guendus Iob:reſponſum
à dño accepit: hoc enim
ipſum qd' de turbine di-
citur:ad terrorẽ pertinet
obiurgatiõis: quod eſſet
ut dixi increpãdus à do-
mino. Dixerat enim Iob
ſe iuſtum iniuſte à domi
no caſtigatum: de turbi-
ne ergo dominus ait.
d ¶Quis eſt iſte inuol-
uens ſententias ſermoni
bus&c.)His uerbis amo
uetur Heliu cum ſuis cõ
fuſis atq; pmixtis diſpu-
tationibus cõtra Iob:ubi
dei uerba uidentur intelligi.Et ſi tu ò Iob loquẽdo
talia in me,delicta aliqua cõmiſiſti: iſte quis eſt qui
te audeat redarguere: præſertim cũ ad increpandũ H
non ſit idoneus qui uelut melior obiurgare te de-
beat? Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis
eius ſententijs, conuertit ſe dominus ad Iob & ait
ei: ut ad increpationem eius audiendam ſe præ-
pararet, dicens hoc modo. e ¶Accinge ſicut
uir lumbos tuos:interrogabo te & reſpõde mihi.)
Omnis igitur qui cũ deo eſt locuturus,lũbos prius
caſtitate iubetur accingere. Populus etiã legẽ audi-
turus,& paſcha celebraturus in eremo:lumbos mẽ
tis iubetur accingere:ne fluctuantes ſinus carnaliũ
cogitationum,greſſum ſanctæ cõuerſationis impe
diant:uel ſuper lũbos noſtros corporeos ueſtimẽta
præcingimus.Dicendo ergo: f ¶Vbi eras qñ po
nebam fundamenta terræ.)Deo reſpondere nõ po
tuit;quaſi hoc modo loquitur ei deus: Tu igiť Iob,
qui circa unum homunculũ iniuſte me arguis ope-
rari;ubi eras cum ego mundũ quem ex nihilo fece-
ram gubernaram:& cum omnem creaturã modera
tione iuſticiæ regam:in te erã iuſticiæ aliquid actu-
rus? Hic deus hoc ſermone ſub animaliũ, auiumq;
nominibus,magna & ualde obſcura & eccleſiæ ſa-
cramenta cõtexit. Deus ergo ſecundũ myſticos in-
tellectus in prædeſtinatione apoſtolos præcipuos
ſanctos eccleſiæ fundamẽta cõſtituit, ſicut ait Apo
ſtolus:Superædificati,inquit,ſup fundamenta apo Ephe.2.d
ſtolorum & prophetarum.Siue ut alij dixerũt: ubi
eras cum fundarem terram, id eſt, cum eccleſiam
de terra humani generis congregatam, uirtute fi-
dei ſtabilirem. g ¶Quis poſuit menſuras eius
ſi noſti:uel quis tetẽdit ſuper eam lineam.) Virtutẽ
ſuam deus & potentiam mẽſuraſq; & mundi cõdi-
tionem



A tionem deſcribit: ſuper quem lineam boni rectiq;
operis ſui tetenderit. Aliter:menſuræ eccleſiæ ſunt
à ſolis ortu uſq; ad occaſum: in qua adhuc mẽſuræ
intelligi poſſunt æqualitas & plenitudo trinitatis:
Eſa.54.a cui eccleſiæ dicitur per prophetam: In exortu eius

a quis tetendit ſuper eam lineam? Super quo
b baſes illius ſolidatæ ſunt? Aut quis demiſit
c lapidem angularem eius,cũm me laudarent
ſimul aſtra matutina,& iubilarent omnes fi
d lij dei? Quis concluſit oſtijs mare, quan-
do erumpebat quaſi de uulua procedens:
cum

dilata locum tabernacu-
li tui, & pelles taberna-
culorum tuorum exten-
de, ne parcas, longos fac
funiculos tuos,& clauos
tuos cõſolida: ad dextrã
& ſiniſtrã penetrabis: ſe-
men enim tuum gentes
hæreditabit: & ciuitates
deſertas inhabitabit. Su-
per has igitur menſuras locorum omnium: uniuer
ſum mũdum rectæ fidei tetendit, ut eſſet omnibus
in Chriſtum credentibus labium unum: hæc ergo
myſteria ante ſecula conſtituta, Iob quippe qui dũ
non eſſet,ſcire non potuit. Siue menſuras eccleſiæ,
diuerſitates gratiarũ recte intelligimus,quas Apo-
ſtolus diuiſiones ſpiritus appellauit:qui ita cũ de di
1.Cor.12.b uerſis gratijs diceret,ait: Hæc aũt omnia operatur
unus atque idem ſpiritus diuidens unicuiq; pro ut
uult.Item ait:unicuiq; autem noſtrum data eſt gra-
tia ſecundũ menſuram donationis Chriſti. Per has
igitur gratias intenſio eſt contemplationis,uelut li-
nea recte credentium in deo, ſicut dicitur in Acti-
bus apoſtolorum.Erat illis cor unum & anima una
B in deũ. a ¶Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt.)
Vnde potuit creatura rationalis & ſapiẽs opus cre
atoris anteq; eſſet ipſa cognoſcere,cum etiam nunc
uix poſſet aliqua ex operibus eius ſenſu attingere.
Aliter,ſup quo baſes terræ eccleſiæ ſolide ſtabiliun
tur,niſi ſuper Chriſtum petram,qui eſt principium
fundamentorum eius.Baſes aũt eccleſiæ ſunt ſancti
quiq; potentes & fortes:à quibus eadem ſuſtinetur
& regitur. Alij dixerunt,ſuper quo circuli eius fixi
ſunt,ut intelligamus pondus roboris mundi ſecun
dum illum ſenſum eſſe:quo pſalmiſta de hoc loqui-
tur,dicens: Etenim firmauit orbem terræ qui non
commouebitur.Circuli enim rotundi figura,eſt fi-
guris cæteris pulchrior. Nã circulus ex omni parte
ſibi eſt cõgruus & æqualis:totuſq; per ſemetipſum
ſolidus uadit,& inter oculorum aciem,per ſuũ infi-
nitum habitũ:quia ſine ullo fine ſemper in ſeipſum
recurrit,& inexplicabiliter ducitur. Hic igiť ſignifi
care mihi uidetur hominem in nullo ſibi aduerſan-
tem,neq; ſe ex parte aliqua oppugnantem quales
erunt in futuro beato ſeculo;tunc enim caro nõ cõ
cupiſcet aduerſum ſpiritũ,& ſpiritus aduerſus car-
nem.Quamuis huius pacis beatitudinem etiam in
hoc ſeculo nõnulli ſancti ex parte præſenſerint: nõ
quidem nullã interioris exteriorisq; ſe in ipſis ſen-
tiendo diſcordiã,ſed hoſtilem uitiorum exercitum
reſiſtentibus fortiores ſuperãdo uirtutibus, ut Hel
cana pater ſancti Samuelis uir unus dictus eſt: Sic
itaq; totus in ſe erit ſibiq; cõueniens: & immobili-
ter in illa gloria ac ſine fine cõſiſtens. Hi igitur cir-
culi figurati per dilectionis dei copulã,ligno crucis C
affixi ſunt:& unuſquiſq; eorũ dicit:Confido enim, Roma.8.g
quia neq; mors,neq; uita,&c. b ¶Aut quis demi
ſit &c.) Hic lapis angularis Chriſtus qui à deo pa-
tre poſitus eſt in fundamento terræ dominicæ:ipſe
eſt enim non ſolũ funda-
mẽtalis, ſed & angularis:
in quo duo populi, Iu-
dæorum uidelicet & gen
tiũ continenť. De quo &
pſalmiſta ait: Lapis quẽ Pſal.117.c
reprobauerunt ædifican
tes,hic factus eſt in caput
anguli. Et Apoſtolus ait:
Ipſo ſummo angulari la- Ephe.2.d
pide Chriſto Ieſu in quo oẽs ſtructura cõpagina-
ta creſcit in tẽplũ ſanctũ. Hũc igiť pater demiſit in
terrã ut in fundamentũ poneret. c ¶Cũ,inquit,
laudarent &c.) Demiſſo itaq; in fundamentis Sion
lapide precioſo:qui eſt ſecundus homo de cœlo cœ
leſtis,laudauerunt,inquit, me ſimul aſtra matutina
& iniubilarunt oẽs filij dei. Aſtra & filij dei angeli
intelliguntur:qui in natiuitate ſaluatoris exultaue- Luc.2.b
runt.Sicut ait angelus ad paſtores: Ecce euãgelizo
uobis gaudiũ magnum:quia natus eſt ſaluator qui
eſt:Chriſtus dñs in ciuitate Dauid. Itẽ euãgeliſta:Et
ſubito facta eſt cũ angelo multitudo &c. Ideo autẽ
angeli aſtra matutina dicũtur, quia inter creaturas
rationales primi facti ſunt in die ꝗ eſt Chriſtus,& fi D
lij dei ſunt:nõ ſunt filij tenebrarũ:ſicut illi qui de eo
rum numero collapſi ſunt,facti nõ ſolũ filij tenebra
rum:ſed etiam rectores tenebrarũ,id eſt,hominum
peccatorũ. Tunc uoce magna, ſicut ſupradictũ eſt:
laudauerunt me oẽs angeli mei. Quemadmodũ in
illius ouiculæ humani generis ſalute laudantes deũ
gauiſi ſunt. Item aſtra matutina omnes filios eccle-
ſiæ nõ abſurde ſentimus:qui per baptiſmũ renaſcũ
tur Chriſto,ſicut ait Apoſtolus ad eccleſiã ſcribẽs:
Omnes uos eſtis filij per fidẽ in Chriſto Ieſu. Hi er
go propter uigiliã matutinam, in qua dñs reſurre-
xit,aſtra matutina dicunť:uel pro incipiente eis gra
tiæ nouo lumine, unde & Neophyti nũcupantur.
d ¶Quis concluſit oſtijs mare &c.)Cum in condi
tione mundi aquæ omnem terrã operirent & tene
bræ eſſent ſuper faciem abyſſi, tunc ſecundum fidẽ
libri Geneſeos,præcepit deus die tertio, ut omnes Gene.1.a
aquæ in locũ unũ cõgregarenť. Quibus etiã termi-
nũ fineq; impoſuit:ne ſe foras limites ſuos ad ope-
riendam terram rurſum effunderet. Vulua de qua
mare procedebat καταχρηστικῶς ipſam teram ſubiacẽ-
tem poſſumus intelligere, ut de ea & in ea aquam
creatã à deo eſſe credamus.Duas enim partes mun
di magnas,cœlum & terram deus ex nihilo fecit,&
ima earum de materia informi: cæteras autem cre-
aturas diſtinctas ſiue formatas inſtituit, inter qua-
rum creationem, & aquas credimus factas; quarũ
quidem conditionem,in principio Geneſis ſcriptã
non legimus:aliarum uero penè omniũ factura in
libris dñicis recenſetur:licet & de ipſo mari ſanctus
Dauid

a cum põnerem nubem ueſtimentum eius,& caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem. b Circũdedi illud terminis meis: & poſui uectem & oſtia, & dixi: Vſq; huc uenies : & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Nũquid

E Dauid dixerit,cum de beato uiro loqueretur,Spes eius in domino deo ipſius, qui fecit cœlum & terram,mare & omnia quæ in eis ſunt.Hunc ergo maris proceſſum,effuſionem aquarum dicere mihi uidetur:qui de occultis uenarum terræ ſinibus emanabat &operiebat omnẽ faciem terrę.Quod in diluuio manifeſtius factũ legimus, ubi dicitur : Et
Gene.7.b omnes fontes abyſſi magnæ erupti ſunt. Proinde uuluam maris, terræ ſinum dictum exiſtimo, ut mare de eadem progenitum nouerimus. Sed dicit aliquis;Ego aquarum moles cœlo & terræ dico eſſe cõgenitas,& ſimul creatas. Deniq; de aquis quemadmodum & de terra fecit deus ſiue produxit cæteras creaturas,Si ergo hoc opinionem iſtam cõfirmat, ut ideo & aquæ ex nihilo creatæ dicanẽ, quia & de ipſis alia & alia in ipſis iubẽte deo q̃ plurima animãtia proceſſerũt: de cœlo quid dicemus, quod eſt pars mundi præſtantior, de quo non legimus;quod ex eo quaſi de informi materia aliquid procreatum ſit.In quo etiam quod ad maiorẽ decoris eius pertinet pulchritudinem,ſtellas ac diuerſos aſtrorum globos deus fecit, ordinauit, & compoſuit,Et iuxta hanc aſſertionem, meliora erunt ma-
F ris & terræ elementa;quàm cœlum,cuius ornatum pulcherrimum admirãtes ſuſpicimus;quoniã præcellit uel maxime cæteras creaturas. a ¶ Cum ponerem &c.)Cum ergo ait,magnum ſit mare latitudine & longitudine & profundo;per fortitudinẽ tamen potentiæ meæ illud uelut paruum elementum,nube tanquàm ueſtimento contexi & caligine,modicis uidelicet & uilibus rebus operui, quæ aſſimilantur pãnis infantiæ.Et quia mare ſuperius diximus,quaſi de uulua procedere;ſeruans tranſlationem nominis,ipſum mare uelut paruulum procreatũ;tanquàm pannis infantiæ ait caligine obuolutum;ſiue ut alij dixerũt, & nebula obuolui illud. b ¶ Circundedi illud terminis meis & poſui &c.) Termini iſti, diuini ſermones ſunt : qui ſententia immobili uelut termini defixi intelliguntur : hoc ipſum eſt & illud quod ſequitur,deo dicente;poſui uectem & oſtia.Aliter, quis concluſit oſtijs mare; Seculum hoc ſcripturæ diuinæ frequẽter mare ap-
Pſal.103.c pellant,ut etiam ſanctus Dauid ait; Hoc mare ma-
Pſal.106.c gnum & ſpacioſum manibus.Item;Qui deſcendũt
Abac.3.d mare in nauibus.Et Abacuc;Miſiſti in mare equos
Eſa.72.a tuos.Et Eſaias;Occidit cetum qui in mari eſt.Proinde hoc mare præceptis diuinis,uelut quibuſdam limitibus ſacrorum eloquiorum concluditur,ut de utero cordis ſui, ibi cogitationibus uelut ex ſemine, curas atque illecebras mundiales uoluptatum & delectatione concipiebat;iam non in opus quaſi parturiendo erumperet; ſeq; effunderet in diuerſa facinora perpetranda. Et ideo cum uidiſſet propheta mundum credentem deo, hoc bonum in ſe continentiæ poſſidere, gratulans ait ad deum; Tu G
Pſal.73.c confirmaſti in uirtute tua mare. Mundum dico fidelem ſanctæ eccleſiæ populum;qui mare ſpecialiter dicitur, & habitat in hoc mundo. Et iſte eſt ille mundus fidelium,de quo dominus ait; Sic enim di Ioan.3.b lexit deus hunc mundũ; ut filium ſuum unigenitum daret pro eo. Eſt & mundus incredulorum, de quo ſimiliter dominus ait ad diſcipulos ſuos;Si mundus uos odit; Ioan.15.c ſcitote quia priorem me odio habuit &c. Sic itaq; duos mundos populorum in hoc corporali & in animali mũdo dicimus habitare;qui & duo maria ſecundum exemplũ ſuperius poſitũ dici poſſunt,ab hoc ſcilicet mari aquarum metaphoricòs nomen accipientes,quia & domus bona ſiue mala , & ciuitas optima ſiue peſſima,Mare uero tropicòs dicuntur populi fluctuantes qui in hac uita inquieto motu incertóq; iactantur. Cum ponerem nubem ueſtimentum eius, & caligine illud uelut pannis infantiæ obuoluerem. Nubem omnia operientem ſpiritum ſanctum,creaturis omnibus infuſum ac ſuperfuſum accipiamus,de quo ait;Spiritus domini ſuperferebatur ſu Gene.1. per aquas.Caligo autem quicquid eſt inane trans mundum;ubi leuitas eſt,id eſt,retro defectus intel- H ligi poteſt. Moraliter autem iuxta autoritatem ſcripturæ,nubes ſunt unuſquiſq; ueritatis annunciator.Horum igitur uerbis conſolatorijs atque doctrina,rorando deſuper,ait dominus, mundum fidelium ab æſtu tentationum protexi,eiq; umbram ſupra ꝓmiſſione æternæ beatitudinis præbui, hoc eſt,ueſtimentum per ſanctos meos miniſtros euangelij ei ſuper mare populorum expandi; ne uidelicet infideli caumate torreretur. Quod etiam mare populorum intra prædicationem perfectam euangelij poſitum, propter morum infantiam in quibuſdam lactea doctrina,uelut uilioribus ueſtimentis operitur,eo quod ſacratiora myſteria non ualeant intueri; quæ ſunt eis intelligentiæ inuoluta caligine.Circũdedi illud terminis meis, & poſui uectem oſtia. Hucuſq; uenies & non procedes amplius,& hic confringes tumentes fluctus tuos.Terminis,inquit deus,mandatorum meorum, prædictum mare,intra unius fidei confeſſionem congregaui atq; concluſi,& ad condenſandum ſe, fortiſſimum illi uectẽ charitatis oppoſui;oſtia quoq; infidelitatis obſtruxi; ut quãtalibet tempeſtatũ ac perſecutionum uiolentia, defixos obedientiæ limites tranſcendere cõpellatur,Nunq; charitatis meæ circunſepta tranſiliat,cui dixi;Hucuſq; uenies & non procedes amplius,& hic confringes tumentes fluctus tuos.Id eſt,ſi qui forte cogitationum malarum fluctus te intra pelagus tui cordis exagitant; uentuſq; ualidus preſſurarum te funditus cõmouere pertentat,de ſtatu quoq; tuo in aridam ſiccitatem,
uelut



a Nunquìd poſt ortum tuum præcepiſti diluculo;& oſtendiſti auroræ locum ſuum; & b tenuiſti cõcutiens extrema terræ, & excuſſiſti impios ex ea? c Reſtituetur ut lutum ſignaculum ; & ſtabit ſicut ueſtimentum.

Auſe

A uelut in arenas ſteriles impellat. Hæc munimenta fidei & charitatis meæ caue ne tranſeas;& ita fiet ut minarum uenti inſurgentis alliſi in petra ualidiſſima diſſoluantur, a ¶ Nunquid poſt ortum &c.) Hoc dominus ait ad Iob quod cõditarum ac ſecretarum rerum ſuarũ per gyros ſuos recurrentem ad ordinata loca redire quotidie ipſe diſponat;& idcirco Iob arguitur;qui deum factorem & gubernatorem rerũ omniũ diceret,nullo moderamine æquitatis operatum, & quaſi ita dicens ait ei; Tu qui ualde ſapientem te arbitraris,& quaſi coæqualis lucem meam fueris fabricatus,& de meis iudicijs diſputare poſſe credis; ſi elementa aſtrorum præceptum impleant creatoris,te forſitan diſponente miniſterij ſui pergũt curſum,cum iſta prius quàm tu in Adam per me exiſteres ſint creata. Aliter; Hoc diluculum ſaluator noſter eſt;qui & ſol iuſticiæ appellatur. Ipſe calore fidei & ſplendore gratiæ ſuæ,eccleſiam mundũ ſcilicet rationalem illuminat,Igitur nũquid tu Iob præcepiſti huic diluculo, ut oriretur de cœlo, reſplendens his qui ſedebant in tenebris & umbra mortis; quemadmodum ergo tu Iob poſt initium tuũ præcipere non potuiſti æternis, ut mundo in errorum tenebris conſtituto eſſet diluculũ;ita nec poſt mor-
B tis occaſum eius,reſurrectionis & locũ gloriæ eius in dextra patris ſui oſtendere potuiſti; quem poſt mortem quam ſponte ſuſceperat,ad me iterum reuocaui.Sicut ipſe dominus Ieſus ait in euãgelio;Si
Ioan.16.g ergo uideritis filium hominis aſcẽdentem ubi erat prius. b ¶ Et tenuiſti concutiens extrema terræ &c.)Poteſt hæc terra eccleſia intelligi, de cuius fundamentis dominus ſuperius dixit,de qua in extremis terræ;id eſt,in nouiſſimo ſeculo excutiendi
Amos.9.c ſunt peccatores,ita ipſe dominus ait; Ecce mandabo,& cõcutiam in omnibus gentibus domũ Iſraël, ſicut concutitur triticum in cribro. Deus ergo qui
Eſa.40.c ſecundum prophetam menſus eſt aquas pugillo & cœlos palmo ponderauit & tribus digitis terrã appendit,ipſe pro magnitudine utraq; manu tenens margines terræ;quaſi cribrum huc atq; illuc concutit,ſiue excutit tanquàm ueſtimẽtum,ut impios uelut paleas & lolium excutiat à frumento iuſtorum. Proinde hæc omnia operantis non ſolum fortitudo,uerum & iuſticia demonſtrat, & inde eſt quod ſancto Iob dominus cum increpatione loquitur; quare dixerit innocenti ſibi pœnam acerrimæ tentationis illatam.Secundum moralem uero ſenſum intelligẽtiæ loci huius,ut æſtimo facilior exitus eſt; ut terram interpretemur naturam humanam; quia ab humo homo dictus eſt;& extrema ſint ſanctorũ uita;quia in carne poſiti, ſine carnalibus illecebris uiuunt.Et ideo in extremis terræ dicuntur; de terrenis actibus euntes,non in medio tanquàm in tota carne uiuẽtes,Hæc igitur extrema, ſiue fines terræ in manu domini ſunt, ſicut ait propheta ; Quia C
Pſal.54.b in manu eius ſunt om̃es fines terræ,quos hic ait dominus ſe tenere atq; concutere, ut tremant à facie
Pſal.103.d eius, ſicut de eo propheta ait; Qui reſpicit terrã & facit eam tremere.Et ita de terra eorum excutit impios; quos utiq; execrandos mores intelligimus uitiorũ. Excutit ergo dominus à ſanctis ſuis huius mundi impios; quando eos ab illis purificatos,conſtituit innocẽtes. De talibus impijs & peccatoribus propheta dice Pſal.100.b bat;In matutino,id eſt,in cognitione ſcientiæ dei,fidei in me lucerna naſcente,interficiebã omnes peccatores terræ,ut diſperderem de ciuitate dñi; qualibet utiq; anima ſancta,omnes operãtes iniquitatẽ. Siue in nouiſſimo tenebit deus mundum,quaſi reũ ad iudicium ſuum;quo tempore extrema etiam terrarum,conſcientiæ tremore quatiantur, ubi minimos quoſq; in extremis terræ intelligere poſſumus,qui & ipſi iuſto iudicio dei, ut ſupbi & impij de terra manſuetorũ excutiendi ſunt; Beati eñ mi- Matth.5. tes;qm̃ ipſi poſſidebunt terrã. c ¶ Reſtituet &c.) Signaculum iſtud,anima hominis intelligitur,quæ ad imaginẽ dei facta eſt,Expreſſa eſt in ea ſimilitudo bonitatis dei, omniumq; uirtutum decus. Hoc igitur ſignaculũ imaginis dei & ſimilitudinis, per Adæ peccatum attritum fuerat & obliteratum, & D rurſum per Chriſtum iterata impreſſione reſtituetur,Quod ſignaculũ nunc quidem per fidem & baptiſmi gratiam renouatur;& uita meliore, mẽti inſculpetur,Sed in reſurrectione totũ omnimodo reſtaurabitur;quando ſicut humani corporis lutũ in incorruptione reparabitur,ita & anima cum eo pariter ueſtimento immortalitatis, uelut ſtola gloriæ ueſtietur. Vt quemadmodum ipſa gloria & incorruptio immortalitatis,id eſt,Chriſtus manet in æternum , ita & is qui ea indutus fuerit , glorioſus ſine fine permaneat,De quo ueſtimẽto reſpiciens ad lu 1.Cor.15.g tũ carnis ſuæ Apoſtolus ait; Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ,& mortale hoc induere immortalitatem. Hoc tamen diligentius eſt intuendum,quod in ſcripturis diuerſo intellectu ueſtimenta dicuntur, Veſtimentum ergo aliquãdo dicitur ipſum corpus noſtrum;quo anima uelut amictu circundatur, ſicut propheta ait ad animam peccatricem;Operiet iniquitas tua, ueſtimentum tuũ. Item ueſtimenta,ſunt animæ uirtutes,quibus eadẽ anima componitur & ornatur. De quibus propheta ait ad iuſtum miſericordias operantẽ; Tũc erum Eſa.58.b pet matutinum lumen tuum,& ueſtimenta tua cito orientur.Et quoniam hæc ueſtimenta uiua ſunt & rationabilia non fient tibi, ſed orientur in te. Et peccata aliquando ueſtimẽta nũcupanẽ,ut Zacharias propheta ait;Et Ieſus erat indutus ueſtimentis Zach.3.a ſordidis.Dixit angelus ad eos qui ſtabant corã ſe dicens;Auferte ueſtimenta ſordida ab eo,dixit ad eũ;
Ecce

a Auferetur ab impijs lux sua: & brachiũ ex-
b celsum confringetur. Nunquid ingressus es
profundum maris: & in nouissimis abyssi
c deambulasti? Nũquid apertæ sunt tibi portæ mortis: & ostia tenebrosa uidisti?

E Ecce abstuli iniquitatem tuam. Supra diximus uestimentum esse gloriam immortalitatis: cuius luce quæ nunq; deficiet, homo est æternaliter uestiẽdus. Alij interpretes ita dixerunt: Et tu sumẽs terræ lutum; figurasti hominem & famosum eum posuisti super terram, id est, creaturis omĩbus præeminẽtem. Dũ hæc dñs ad Iob loquitur: uehementer arguitur. Secundum autẽ mysticos intellectus, obũbrante spiritu sancto, figuratus est homo Iesus Christus de terra Mariæ uirginis. Hic igitur homo de luto carnis humanæ assumptus est. Lutum hoc loco non propter uilitatem nominis dictũ nouerimus: sed propter ipsam materiam, de qua sumptus est Christus; ueluti Adã in principio, qui de limo terræ plasmatus est. Et sicut ille per unum existit de sinu terræ; ita & hic per unum creantem se, formatus est in utero matris. Et ita famosus est super omnem terram; unde iam à solis ortu usq; ad occasum laudetur nomen domini.

a ¶Auferetur ab impijs lux sua &c.) Lux impiorum est huius mundi gloria & felicitas, quæ mundo prætereunte transibit, sicut & Salomon ait: Prou.20.c Lumen impiorum extinguetur: & eorũ uirtus & potentia, quæ brachij nomine dicta sunt, illico conterentur.

F b ¶Nunquid ingressus es profunda maris &c.) Prouidentiam suam deus qua cuncta dispensat & regit in his locis multo copiosoq; sermone significat. Vnde ait ad Iob: Si potes ubiq; esse & nosse omnia quæ creata sunt: & si abditos terrarũ sinus penetrare potuisti, si etiam profunda maris & nouissima eius atq; extrema abyssi peruagatus es. Ad increpationem ergo Iob ista dicuntur. Vbi alij dixerunt: Nunquid ingressus es fontem maris: initium atq; originem: unde ipsum mare, quasi de matrice, de mari oceano emanat, dicere uidetur: quod oceani perenni cursu ac recursu fieri nouimus; feruntq; hoc atq; confirmant, quod illa immẽsa effusio maris oceani; per omnium regionum ac prouinciarum fluuius itura, uno puncto temporis fiat. At nos tamen scimus omnium dierum ac noctium alternatis successibus, per horas uiginti quatuor uenire; atq; unius horæ æquinoctialis dodrãte transmisso; tardius sine intermissione, siue die uenire, siue nocte: per quinque æquinoctialis horas refluitura, æstu uiolentóque impetu siue in opertis tantum siue retusis magnorum quoque fluminum cursibus ad superiora conscendere, ac per septem eiusdem mensuræ horas cursu paulo leniore diffluere, & in ea tantum quæ quinque horis fuerant suppleta uacuare. Proinde incredibile uideri potest, quod in eodem mari uelut fons quidam, tantarum aquarum ebulliat, de cuius profunditate & & sufficiente abysso, definito sibi tẽpore aquæ illæ in superficie profundantur, & rursum recurrentes in eosdem profundissimos sinus decidant; præcipitesq; discedant, & à deo sibi constituta lege perpetua; ab imis semper ebulliant atq; iterum in ima decurrant & inde forsitan dixerit deus ad sanctũ Iob: G Nunquid ingressus es fontem maris? Quoniã deo soli nota sunt quæ creauit. Porrò secundum mysticos intellectus hoc dixisse deum puto, quod circa finem seculi pro redẽptione hominis ad inferos esset descensurus; ubi pro potestate descendentis deambulasse eum dixit: Quia impossibile erat; ut quasi reus peccati infernalibus uinculis teneretur. Ipse enim solus factus est, sicut homo. Ad præsens quidem sine adiutorio, sed tamen inter mortuos liber. Quod autem infernus in imo terrarum sit: Ionas propheta qui Ionas.2. specialiter habuit figurã saluatoris, in oratione sua quam in uentre piscis effudit, manifeste demõstrat: quemq; in infernũ abyssi aquæ circũluant, & multis alijs locis scripturæ de qualitate inferorum loquuntur. Possumus & moraliter hunc locũ ita sentire; ut quia mare per figuram, hoc seculum dici nouimus; profunda eius super omnes iniquos & peccatores; qui quantum illud diligunt tantum in eius obscurissimam profunditatem demerguntur, ut omnino nõ uideant lumen euangelij, & gloriæ Christi. Nouissima uero abyssi sint omnes impij & sacrilegi; qui in profundiores peccatorum tenebras descendentes; H lasciuiarum nimio fluxu, uelut aquarũ multitudine deprimũtur. Ad hos dominus noster neminem despiciens; omnesq; saluare cupiens: uenire dignatus est; ut corda eorum infidelitate cæcata; per gratiam suam illuminaret, & effecti lux in domino; fierent templum eius, ut inambularet & inhabitaret in eis, & esset eorum deus.

c ¶Nunquid apertæ tibi sunt portæ mortis & ostia teneb. &c.) Nulla creatura est quãuis præpotens & fortis, quæ dei maiestati posset obsistere. Et ideo quia p naturã sentiunt creatorem, cedunt diuinæ potentiæ qua ei omnino nequeunt contra ire. Vnde antiqui interpretes ita dixerunt. Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis? Vbi intellexerunt, quia huiusmodi portæ, quæ utiq; metuunt nõ sint insensibiles & inanimales; sed sint illi potius spiritus immundi, inimici nostri; aduersariæ uidelicet potestates; per quas generi humano introitus inuentus est ad mortẽ. Ipsæ sunt & ostia tenebrosa; quorum animos maliuolos & obscuritate inuidiæ plenos, deus solus perspicit. Igitur quoniam hi de quibus loquimur tenebræ factæ sunt recedẽdo à uero lumine & potestates sunt tenebrarum appellatæ, id est, principes hominum peccatorum, & idcirco etiam hostia tenebrosa dicũtur; quoniam deceptione eorum, factus est homini per peccatorum tenebras ingressus ad mortẽ. Vbi ergo dictum est, ostia tenebrosa uidisti, quod nos iam exposuimus; alij interpretes locum ipsum manifestius transtulerunt, ita dicentes: Aut ianitores
inferni



Nũquid a Nunquid considerasti latitudinem terræ?
b Indica mihi si nosti omnia, in qua uia lux
habitet; & tenebrarum quis locus sit, ut du-
cas unũquodq; ad terminos suos, & intelli-
c gas semitas domus eius. Sciebas tũnc quod
nasciturus esses: & numerum dierum tuo-
d rum noueras? Nũnquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti

A inferni uidentes te timuerunt: qui locus expositione non indiget, quin potius quod obscure prius dictum est, apertissime declarauit. Vel certe in passione & in morte dñi; hæc quæ dicũtur luce sunt clariora: qui claustra inferorum aperuit & sanctorum inde animas liberauit: leges tartari exiẽs inferos soluit, sententiam mortis resurgens irritam fecit: principatus & potestates trementes: qui erant ianitores & ostia, transduxit fiducialiter: siue palàm triumphãs in semetipso. Secundum tropicam uero intelligentiam, portæ mortis, sensus sunt nostri, quæ portæ tunc uirtutibus clausæ sunt; quando à uitijs obtinentur, & per eas mors peccati, ad arcem mentis ingreditur. Quæ ostia tenebrosa, ideo appellantur; quia in tenebras peccatorum siue etiã pœnarum, aditum pandunt. Istæ itaq; portæ, siue hæc ostia; aperiuntur hominibus ad salutem, cũ euictis uitijs tanq; hostibus suis expugnatis atq; in fugam uersis, sanctitatis eas uirtutibus homines aperuerint, ut audiãt cum exhortatione sermonem prophetæ dicentis: Aperite mihi portas iusticiæ, ingressus in eas confitebor domino. Sanctus enim homo ad possidendum sancti- B tatis testimonium & uirtutum monilia, conseruantis affectu & cõgaudentis ingreditur: quoniam ex participatione thesauri communis, fit illis cor unũ & anima una in deum. Et ita in hoc mũdo uelut in fornacis examinatione pariter positi: quasi ex uno ore benedicunt deum in omni tempore, & semper laus eius in ore eorum.

a ¶Nunquid considerasti latitud. &c.) Quis hominum nosse poterit, quanta magnitudine distendat, nisi ipse solus qui omnia cõdidit? De quo propheta ait: Qui mẽsus est aquas Esa.40.c manu, & cœlum palmo, & omnem terrã clausit pugillo. Item aliter. Nunquid tu Iob præuidisti latitudinem terræ, id est, ecclesiam futuram: quam per totum mundum, crescente ubiq; euangelio dilataui. Indica ergo mihi si hoc sapere, siue aliquando intelligere potuisti. Siue latitudinem sapientiæ meæ: quam terræ, domui meæ, id est, ecclesiæ tribui: nunquid ut futura præuidens, oculo mẽtis accenso per temetipsum inspicere potuisti? quæ sapientia dila- 3.Reg.4.d tauit cor Salomonis, sicut arenã quæ est in littore maris; eiq; dedit prudẽtiam multam nimis, & quæ in exitu canitur: & in latitudine suarum fiducialiter agit: cuius multiplices sensus & latitudine disputa- Prou.22.c tionum ditissimos, iubet eadem sapientia in corde hominis describi tripliciter. Hæc ergo uerba possunt ex persona patris super sapiẽtia, quæ est filius disserta intelligi.

b ¶In qua uia lux habitet, & tenebrarum quis locus sit: ut ducas unumquodq; ad terminos suos & intelligas &c.) In uia sanctæ conuersationis hominis, lux uirtutũ habitat: tenebrarum uero, id est, uitiorum locus est homo peccator: C uel ille locus de quo dicit: Ite maledicti in ignem Matt.25.d æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nosti ergo Iob discernere uniuscuiusq; meritum, & secundum iusticiam unumquenq; horum ad terminos pręfinitos retributionis perducere; cogitationes cordium ipsorum, tanquam semitas domorum suorum intelligere potuisti. Item, in qua uia, siue terra, ut alij dixerũt, lux habitet: lux fidei & cognitiõis habitat in corde credentis; siue lux in terra; Christus in ecclesia. Tenebrarum autẽ, id est, ignorantiæ & infidelitatis locus, est cor insipientium atq; incredulorũ. Et ideo per quaslibet semitas tendant boni & mali, secundum meritum ad domum æternæ conuersationis iusto & bono domino ducente perueniunt.

c ¶Sciebas tunc quod nasciturus esses, & numerũ dierum &c.) Quis hominum nouit antequàm sit, quia futurus est, ætatisq; suæ dies annós ue cognoscit? Itẽ in Adam peccator & filius mortis effectus, quãdo scire uel sapere potuisti, quod spiritu & gratia baptismi nasciturus eras de uisceribus matris ecclesiæ, & in æternum secundum nouissimam resur- D rectionem reparandus & numerum dierum tuorũ, qui sine fine sunt, unde ipse per temetipsum cognoscere potuisti?

d ¶Nunquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus &c.) Potentiam suam deus quam etiam in secretis creaturæ suæ rebus atq; inuisibilibus habet, his uerbis uoluit demonstrare dicens ad Iob: Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? nõ enim loca sunt quædam in aliqua parte mundi immensa capacitate spaciosa, quæ moles atq; congeries infinitarũ niuium intra se habeant conditas: ut merito ob hoc, quasi loca thesauri appellentur, de quibus olim hæ congregatæ sint species, quæ quando deus uoluerit proferantur, sed ita est potius, ut in alio loco ipse dominus ait: Et species agri mecum est. Quæcũq; enim uoluerit facere, statim uolũtas eius in effectũ procedit. Et ideo thesauri nominati, non in aliquo immenso & capaci loco, sed in eius uoluntate, & dispositione sunt constituti, sicut in alio loco ait: Et species agri mecum est; apud quem nihil est imperfectum; quia non est aliud cogitare illius; aliud facere; sed protinus fit, quod uoluerit. In hac ergo secreta cordis sui dispositione diuina, ubi essent isti thesauri harum rerum cũ adhuc in se corporaliter non existerent, interrogatur Iob si intrare poterit. Nemo enim secretum illud diuinæ maiestatis potest adire, siue cognoscere, nisi filius qui est in sinu patris, uniusq; naturæ atq; substantiæ. Hæc ergo præparata dicuntur à deo in tempus hostis pugnæ &
& & belli

xiſti: quæ præparaui in tempus hoſtis, & in
a diem pugnæ & belli? Per quam uiã ſpargitũ
b lux: diuiditur æſtus ſuper terram? Quis de-
dit uehementiſſimo imbri curſum, & uiã ſo
nantis tonitrui: ut plueret ſuper terrã abſq;
homine in deſerto: ubi nullus mortaliũ com
moratur: ut impleret inuiam & deſolatam:
& produ

E belli. Multis igitur modis ac diuerſis alijs innume-
rabilibus iudicijs ſuis deus flagellat & corripit ge-
nus humanum, ſicut etiam Aegyptios, quos fulmi
nibus & grandine deuaſtauit. Et generaliter alijs re
bus frequentat hominum caſtigationẽ. Hoſtili hu-
miliat incurſu, terrarum
motu hiatuq; uaſtat, tur-
binibus perdit, ruinis op
primit, naufragijs demer
git: alijs quoq; plagis in-
numeris uerberat, ſiue lẽ
tis ĩfirmitatibus, ſiue acu
tis lãguoribus, atq; aëre
corrupto. Vnde in Deu
Deuter. 7. & 20. teronomio legimus: quę
hoſtibus ſuis repugnan-
tibus & rebellãtibus præ
parat, ut eis ſecundum iuſticiam ſuam infligat debi
tas pœnas tribulationum. Item aliter, Niuem nũc
in bonam partem, nunc in contrariam accipiamus:
& idcirco ſub niuis nomine præfiguratum hoc lo-
co corpus aduerſariarũ poteſtatum colligãt, quod
à charitate dei longe diſceſſerit, id eſt, deum habitã-
tem in cœlo reliquerit: ut iuſto iudicio dei, projice-
retur in terrã. Huius autem niuis & grãdinis, quaſi
in quandam duritiam ſuæ naturæ oblita tranſierit,
quaſi quædam ſecreta, cogitationum ſcilicet machi
namẽta, theſauros deus uoluit nominare, ſicut pro
Ezech. 28. d pheta Ezechiel de eorum principe ait: In multitudi
F ne negociationis tuæ impleta ſunt interiora tua ini
quitate. Huiuſcemodi igitur dominus cogitationũ
omnium ſolus cognitor perſcrutatórque eſt. Hos
inquam theſauros qui per ænigmata niues & gran
dines nominati ſunt: ait deus ſe præparaſſe in tem-
pus hoſtis diemq; pugnæ & belli. Et quoniam inſi-
pienti corde nunquàm ad deum conuerſuri eſſent,
diſpenſatione diuina magiſtri pœnarũ effecti ſunt:
ut alios dei iudicio ad emendationem flagris corre
ptionum caſtigent, alios uero ſecundum iuſtã ſen-
tentiã dei puniant: alios duris tribulationibus affẽ-
ctos cõſtituant clariores. Sicut & in iſto ſancto Iob
manifeſte apparuit. In Aegyptijs quoque ſimiliter
demonſtratum eſt, quibus non uoluntate dei pu-
gnantibus, plagæ horrendæ immiſſæ ſunt per an-
gelos malos. Item: Nunquid ingreſſus es theſau-
ros niuis, & cætera. Potuit dominus de aduẽtu ſuo
in carne hoc dixiſſe, quo ut ignis æternus & ignis
cœli: ignisq; diuinus per quem omnes creaturæ ra
tionabiles concaleſcunt, dignatus eſt ad terram de-
ſcendere: qui uelut ad niueam regionem & frigidã
mundi huius atq; inſtar grãdinis nimio infidelita-
Luc. 12. f tis frigore duratam exclamauit & dixit: Ignem ue-
ni mittere in terram. Proinde huiuſcemodi huma-
norum cordium theſauros, obliuione uidelicet dei
ſui frigidiſſimos, ingreſſum ſe profitetur, ut expul-
ſo perfidiæ frigore, dilectione eius flagrarent & di-
Pſal. 38. d cerent: Concaluit cor meum intra me, & in medita
tione mea exardeſcit ignis. Itemq; ut ad intelligen-
tiæ ignẽ profectu fidei de ſtulticiæ frigore uenien-
tes dicerent: Nónne cor noſtrum ardens erat in no G
bis: cum illuminato corde atque accenſo charitatis Luc. 24. c
fonte aperiret nobis ſcripturas Ieſus? Sic itaq; in-
greſſus mundum ac uiſitans eũ, aſpicit corda mor-
talium, quæ etiam & theſauri ab ipſo domino nun-
cupantur in euãgelio, ita
dicente: Bonus homo de Matth. 12. c
bono theſauro cordis ſui
profert bona. Hæc igi-
tur deus facere præpara
uit quæ diximus, hoſtis
pugnæ & belli, in tempo
re utique pro nobis mo-
riens, hoſtem grauem ac
moleſtiſſimũ inimicũ dia
bolum in inferis trium-
phauit, & reſurgens à
mortuis, in Iudæa fidei ſuæ aduerſarios expugna-
uit. a ¶ Per quam uiam ſpargitur lux &c.) Quis
poterit proprie ſcire mortalium, quæ ſit uia ſolis,
quam ordinato curſu agit in dextro climate cœli,
ſpargentis lucem ſuper terras: aut quemadmodum
æſtus per uices temporum, ſiue per loca regionum
omnium diuidatur, ut alibi plus eodem tempore
ferueat: & ipſe alibi temperato calore ſentiatur. Itẽ,
Per quam uiam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſu-
per terram. Via eſt euangelij prædicatio, per quam
lux fidei, ſpargitur ſuper corda credentium: Et pul
chre ſpargitur, quia infidelitate mentes hominũ ari
dæ, ubertate diuinæ gratiæ irrorantur: & ita diuidi H
tur æſtus ſancti ſpiritus ſuper terram fidelium. Sic
inquam diuiditur, cum unicuiq; datur gratia ſecun Ephe. 4. a
dum menſurã donationis domini noſtri Ieſu Chri-
ſti. Siue hoc modo diuiditur, cum alijs annunciatio
Chriſti odor uitæ in uitam ſit, alijs uero odor mor
tis in mortem. Sic ergo diuiditur ipſum bonũ euã-
gelij, ut uitam alijs largiatur, alijs mortem, crimine
infidelitatis operetur. Itemq; uia ſanctæ conuerſa-
tionis hominis, luxq; timoris dei, ſpargitur ſuper
omnem corporis terram, ut fugiant ab eo tenebræ
peccatorum, & æſtus eis tentationum opitulante
dei gratia temperentur, ne exorto ſuper ſe ardore
ſolis exæſtuet. Et ſic itaq; æſtus diuiditur: cum eis
non totum ſimul tribulationum pondus imponi-
tur, ſicut ait Apoſtolus: Fidelis enim deus, qui non 1. Cor. 10. c
patitur uos tentari, & cætera. Et Salomon: Effugiet
æſtus, filius prudens, uento autem corrumpitur in Prouer. 10. a
meſſe filius iniquus. b ¶ Quis dedit uehemẽtiſſi-
mo imbri &c.) Hic uehementiſſimus imber, ſalua-
toris eſt euangeliũ, qui emiſit eloquium ſuũ terræ,
ut uelociter curreret ſermo eius: hic inquam imber
in montibus Hieruſalẽ, de imo terrę in ſublime ſur
rexit: quoniam de Sion exiet lex, ait propheta: & Eſa. 2. a
uerbum domini de Hieruſalem, & eleuatus à ſan-
ctis apoſtolicis nubibus, uelut aqua efflues, copio-
ſe currit, aura ſibi flante ſpiritus ſancti, in uarijs ſi-
gnis atq; uirtutibus uiã ſibi fidei fecit in natiõibus,
terrore nominis dei atq; miraculorũ tonitruo præ
cedente. Alij dixerũt, præparauit flumen omnium
popu



a & produceret herbas uirẽtes? Quis eſt plu-
b uiæ pater: uel quis genuit ſtillas roris? De cu
c ius utero egreſſa eſt glacies, & gelũ de cœlo
d quis genuit? In ſimilitudinem lapidis aquæ
e durantur: & ſuperficies abyſſi cõſtringitur.
Nunquid

A populorum. Et flumen inquam eccleſiæ præpara-
uit, ut pluuia copioſa & ualida ſpiritus ſancti inun-
daretur, ſicut in ipſo principio naſcentis eccleſiæ ſu
per Apoſtolos ſanctosq; cæteros demonſtratum
eſt. Quod autem in laudem imbris euangelici dici-
tur: quod plueri ſup ter
ram inhabitabilem, quæ
hominem non haberet,
non erit mirabile, ſi ut ſo
nat tantum intelligatur:
ſed in deſerto, id eſt, na-
tionibus, doctrinam do-
minicæ prędicationis co
pioſe effudit. In deſerto
inquam ubi nullus hominum fuerat commoratus,
id eſt, quoniam nullus prophetarũ ad gentes à deo
erat miſſus, ut impleret inuia & deſolata, & produ-
ceret herbas uirentes euangelij. Imber terræ eccle-
ſiæ quæ fuerat deſolata à deo, & pluuia charitatis
dei, adipe repleuit eam atque in pinguedine ut ex
ubertate bonorum cœleſtium produceret ac pro-
ferret herbas uirentes ſatiui ſeminis, ſecundum ge-
Pſal. 71. e nus ſuum, ſicut ait in pſalmo: Et florebit de ciuitate
ſicut fœnum terræ: & multiplicatis fructibus face-
ret ſecundum parabolam domini: aliud triceſimũ,
aliud ſexageſimum, aliud centeſimum fructum, &
Eſa. 54. a audiret cum exhortatione ſe conſolantem: Lætare
ſterilis, quæ non paris: erumpe & exclama quæ nõ
parturis, quia multi filij deſertæ, magis quàm eius
B quæ habet uirum. a ¶ Quis eſt pluuiæ pater:
uel quis genuit ſtillas roris?) Quis eſt huius pluuię
& huius imbris dominici autor & conditor niſi
deus? Quam pluuiam uoluntariam ſegregauit hæ-
Pſal. 2. b reditati ſuæ, ſicut dicit pater ad filium: Fili pete à
me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſ-
ſeſſionem terminos terræ. Ipſe etiam deus genuit
ſtillas roris, hinc & propheta ait ad deũ: Ros enim
qui à te eſt, ſanitas eſt illis. Proinde in fluuio, afflue-
tiſſimam affluitatem largitatémque diuinæ gratiæ
demonſtrauit. In rore autem eandem gratiam, ſen-
ſim inſueſcentem uiſceribus, & medullas animæ pe
netrantem. Alij dixerunt, uel quis genuit glebas ro
ris. Has igitur glebas unumquenquàm ſanctorum
non abſurdum erit intellexiſſe, quæ ſunt in agro ec
1. Cor. 3. b cleſiæ: quibusq; dicit Apoſtolus: Dei agricultura
eſtis. Illic ergo iſtæ glebæ per baptiſmum in Chri-
Ephe. 2. b ſto ſunt genitæ, ſicut ait Apoſtolus: Creati in Chri
ſto Ieſu in operibus bonis. Vnde hoc rore cœleſti
perfuſi, pingues in ſanctis fructus & uberes extite-
runt. b ¶ De cuius utero egreſſa eſt glacies.)
Vteri nomine, cordis ſecretum ſignificaſſe mihi ui-
detur. Nõ enim probabiliter glaciem egreſſam de
ore dei intelligere debemus, ſed de illo mentis ſuæ
ſecreto & inſcrutabili iudicio, iuſtam ac diſtrictam
manaſſe ſententiam. Egredi ergo glaciem dixit pro
egrediente iudicio, quo ſecundum ſuum meritum,
quidam hominum percutiuntur plaga obduratio-
nis, & corda eorum duriſſimo atq; inſolubili quo-
dam gelu & frigidiſſimo conſtringuntur: ut non
ſentiant feruentis diuinæ charitatis calorẽ. De an- C
gelis apoſtaticis, ueriſſime dici poteſt, & ſpecialiter
de Iudæis intelligendum eſt, quibus aquæ eloquio
rum cœleſtium glaciatæ ſunt, ut in fructus gẽtium
gratiæ largitate profluerent: de quarum uocatione
dictum eſt ſuperiore uer
ſiculo, & de quibus, po-
ſuit deſertum in ſtagna
aquarum & terras ſine
aqua in exitus aquarum,
& inhabitare fecit ibi eſu
rientes, id eſt, eſurientes
iuſticiã: Et ſeminauerunt
agros & plantauerunt ui
neas & fecerunt fructum natiuitatis: & benedixit
eos, & multiplicati ſunt nimis. Qui ergo mente ſpi
ritualiter, nunc ubiq; poſitam cõtuetur eccleſiam,
uidet terram eius, quæ fuit deo aliquando deſerta,
nunc prædictis omnibus ſpiritualibus copijs abun
dare: ſic itaque prædictas ſtillas roris de cœlo de-
fluentes ſuſcepit eccleſia, & ſecundum Iudicum li-
brum, quod tempore Gedeon ducis factum legi- Iudic. 6. g
mus, ros unius ouiculæ gentisq; modicæ, totã ter-
ram Chriſto credentem, qui ros eſt, gratia benedi-
ctionis infudit, & impletum eſt illud myſterium,
quod pſalmiſta prædixerat dicens: Sicut ros Her- Pſal. 132. a
mon. Hermon utiq; mons qui interpretatur ana-
thema, ſignificat altitudine ſua populum Iudæo-
rum. Illius ergo ros, gratiæ uidelicet & benedictio- D
nis, deſcendit in montem Sion. Sion nanque mons
excelſus uirtutibus atq; ſublimis eccleſia eſt. In quo
conſtituta eſt ſpecula contemplationis futura cre-
dentium. Vnde & ipſa uirtutum ſpecies Sion inter
pretatur. Et ut noſſemus proprium roris iſtius no-
men ait pſalmiſta: Quoniam illic quidem, ſcilicet in
monte Sion, mandauit dominus benedictionem &
uitam uſq; in æternum. Et ſequitur dicente domi-
no. c ¶ Et gelu de cœlo quis genuit.) Hoc igi-
tur modo de cœlo obdurationis ſententia ſacrilegi
feriuntur, quod utique malum iuſte eis à deo dici-
tur procreari, ut Pharaoni ſcilicet & Iudæis, quos
propter infidelitatem ſuam: & nimiam obſtinatio-
nem cordis legimus obduratos. Sequitur de hu-
iuſmodi, dicente domino. d ¶ In ſimilitudinem
lapidis aquæ durantur.) Nomine aquarum ſecun-
dum ſcripturarum autoritatem populi intelligun-
tur. Sicut Ioannes apoſtolus ait: Aquæ autem po-
puli ſunt: & Dauid ad dominũ: Libera me, inquit, Pſal. 143. b
de aquis multis, de manu filiorum alienorum. De
his ergo mihi dicere uidetur: qui nimio obliuionis
dei frigore obriguerunt, & inſtar lapidum, ſolidi &
nimiũ duri effecti ſunt. Deinde ait. e ¶ Et ſu-
per faciem abyſſi conſtringitur.) In abyſſo, profun
diſſimam obſcuritatem mentis puto intelligendã,
quæ ita obtuſione infidelitatis nimiæ operiatur, &
conſtringatur quodam gelu impietatis, ut ſaxo ſi-
milis fiat: ita ut tali mente, nõ ſit ad deum ullus adi-
tus reſpirandi, ſecundum illud quod Apoſtolus de
Iudæis teſtimonium propheticum aſſumens, locu-
&& 2 tus eſt,

E tus eſt,dicens : Dedit illis deus ſpiritum compun⸗
Roma. 11.a ctionis,oculos,ut non uideant & aures,ut non au⸗
diant uſq; in hodiernum diem. In pſalmo quoque
centeſimo quadrageſimoſeptimo, de gelu, uel gla⸗
cie & cryſtallo ſecundum hunc ſenſum quem domi
num dixiſſe hic legimus,
prophetam myſtice locu
tum manifeſtum eſt. Poſ
ſumus hæc loca & ſim⸗
pliciter intelligere:& ge⸗
lu de cœlo quis genuit?
Cœlum appellantes gla⸗
cialia montium & excel⸗
ſorum cacumina, & per
immenſum aërem, loca
cœlo uiciniora,uel magis proxima: ſecundum hãc
ergo conſuetudinem ſcripturarum, ipſe dominus
Matth. 6.d inquit,in euangelio: uolatilia cœli.His ſecundum li
teram nũc omiſſis ea potius,quæ ſacrate à deo præ
dicata ſunt intelligere & credere nos oportet.
a ¶Nunquid coniungere ualebis micantes ſtel⸗
las pleiad,&c.) Nunc de cœli ordine & aſtrorum
circuitu loquitur ad Iob. Pleiades appellat ſtellas,
quæ iunctæ,uelut ſeptem eſſe monſtrantur. His er
go Græci,quod multæ ſimul eſſent,nomen ab ipſa
multitudine poſuerũt:plithys uel plithos enim mul
titudo dicitur:& inde deriuatum eſt,ut pleiades ap
pellentur.Ait ergo dominus ad Iob : Nunquid ut
F hæc ſtellæ iunctæ & ſimul ſint, tua potentia facere
potuiſti? Septentrionis quoq; ſiue arcturi circuitũ,
quem indeſinenti gyro per ſiniſtram plagam mun
di in ſe feci recurrere:ut totus in ſe uadat ſemper &
redeat:nunquid tu poteris diſſipare? De aſtris cœli
ſiue ſignis:& in alijs locis ſcripturæ legimus, ſicut
in Ieſu Naue & Iudicum : Fuit, inquit, terminus
Ioſue. 15.d Amorræi ab aſcenſu ſcorpionis petra & ſuperiora
Iudic. 1.g loca.Vt igitur domini uerba ſecundum myſticos
intellectus dicamus : cœlum interpretemur eccle⸗
ſiam,quam ſuperius dominus terræ uocabulo nũ⸗
cupauit:ſed ibi propter originem ſuam terra eſt ap
pellata.Nunc uero ſublimata per Chriſtum in glo⸗
riam:cœlũ rectiſſime intelligitur.In hoc igitur cœ⸗
lo etiam ſtellæ pleiades & ſeptentrionis,unam in ſe
ſacræ interpretationis cõtinent formam. Ipſe enim
ſeptenarius numerus ſeptiformis ſpiritus gratias
in ſe demonſtrat,quæ in hoc cœlo micãt, ipſiq; gra
tiarum ſpiritus,in eodem firmamento cœli ſunt ful
gentes.Iſtæ igitur ſtellæ per prophetam,ſeptẽ ocu⸗
li domini appellantur quorum oculorum gratias
atque uirtutes Eſaias propheta enumerat, ubi de
Eſa. 11.d ſaluatoris natiuitate uaticinatur,dicens:Et requie⸗
ſcet ſuper eum ſpiritus dei:ſpiritus ſapientiæ & in⸗
tellectus:ſpiritus conſilij & uirtutis : ſpiritus ſcien⸗
tiæ & pietatis, repleuit eum ſpiritus timoris dei.
Quemadmodum ergo quiſquàm non potuit in⸗
diſſociabilis luminis ſpiritualia aſtra coniungere:
ita omnino fieri nõ poteſt: ut hæ ſtellæ gratiarum,
eccleſiam meam circũluſtrantes ab unius conne⸗
xione inſolubili ſeparentur.Quod autem alij dixe⸗

a Nunquid coniungere ualebis micantes ſtel
las pleiades:aut gyrum arcturi poteris diſſi
b pare? Nunquid producis luciferum in tem⸗
pore ſuo,& ueſperum ſuper filios terræ con
c ſurgere facis? Nunquid noſti ordinem cœli:
& pones rationem eius in terra?
Nunquid

runt,aut intellexiſti nexus pleiadis, ad ſpiritualem G
intelligentiam erigit animum cõtuentis: ut aliquid
allegoricum laboret inquirere. b ¶Nunquid
producis luciferum in tempore ſuo, & ueſperum
ſuper filios terræ conſurgere facis.)Stella eſt quam
luciferum dicimus ſtellis
cæteris clarior, quam fe⸗
runt etiam doctores ec⸗
cleſiæ, unam eſſe de illis
quinque ſtellis quas pla⸗
netas uocant, quia diſſi⸗
milem aliarum ſtellarum
curſum habeãt, multóq;
uelociorem, & inde pla⸗
netæ, id eſt, uagantes ſi⸗
ue errantes dicantur:eo quod non certum,ſed mu⸗
tabilem curſum habeant.Hunc igitur luciferum ap
pariturum terris, poſt biennium in oriente autu⸗
mant naſci. Aliam uero ſtellam quam ueſperũ ap⸗
pellauit,eo quod circa diei ueſperum ſuo tamen tẽ⸗
pore mundo monſtretur:hanc,inquit deus ad Iob,
ſuper filios terræ conſurgere facis? Qui ergo intel⸗
ligis potentiam omnia gubernantis,& in te operan
tis agnoſce iuſticiam.Hanc ſtellam multi putant he
ſperum dici. Vnde & Italia Heſperia nominata ſit,
eo quod illic tempore ſuo primum apparet. Spiri⸗
tualiter autem uerba ſunt patris, de filio ſuo ſalua⸗
tore noſtro dicentis ſic: Nunquid educes luciferũ
in tempore ſuo,& ueſperum ſuper filios terræ con H
ſurgere facis? Vbi & aduentus domini in carne uẽ⸗
turi ſignificatus eſt,& reſurrectio eius ex mortuis
figurata,ueniente plenitudine temporis: Ait autẽ,
miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum
ſub lege. In hoc igitur tempore ſuo, eductus eſt à
deo patre,ut terras inuiſeret: qui ideo lucifer nun⸗
cupatus eſt,quia ueniens de ſublimibus, tanquàm
poſt biennium, poſt legem & prophetas ortus eſt,
& ſuper nos poſitos in tenebris & umbra mortis
lucem nobis fidei ac tempeſtiuæ cognitionis exhi⸗
buit.Veſper uero idem filius hominis appellatur,
qui in cruce tempore paſſionis occubuit. De quo
ait propheta populis credituris : Iter facite ei qui
aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi. Qui
utiq; in tempore occaſus,quando ait ad patrem: In Luc. 23.f
manus tuas commendo ſpiritum meum,poſuit te⸗
nebras & factæ ſunt in corde infidelium Iudæorũ.
Hunc ergo deus pater,ut paſtorem magnum ouiũ
excitauit.Hunc,inquam,ueſperum,eo quod ſacri⸗
ficium ueſpertinum in ueſpera ſeculorum miſſus
obtulerit,filium hominis,ſuper filios terræ conſur
gere fecit:utinam non ſint caro & terra eſca ſerpen
tis,neq; filij noctis & tenebrarum, ſed ſint filij luci⸗
feri,filij dei. c ¶Nunquid noſti ordinem cœli:
& pones rationem eius in terra.) Si numerũ aſtro⸗
rum omnium poteſt quiſpiam mortalium noſſe,
poteſt & militiæ eorum ordinem perſcrutari. Ne⸗
mo ergo hæc proprie nouit niſi ſolus ille qui con⸗
didit.Spirituali autẽ ſenſu,ita intelligi poteſt. Nun
quid tu Iob quaſi cognitor futurorum, iam noſti
quo



A quo ordine in cœlo eccleſiæ, quàm diuerſæ atque
multiplices gratiæ ſpiritus mei, uelut ſtellæ reful⸗
geant:ſiue qua gloria, uel quo ordine meritorum,
ut ſiderum radiantium globi,ſancti in reſurrectio⸗
ne fulgebunt? Hunc locum alij ita uertũt:ut omnia
quæ ſub cœlo ſunt pari⸗
ter fiant: Vbi hoc dicere
uidentur, quod uolubili
tate ſiue temporum ſiue
ſtellarũ per ſpacia ſibi ſuc
cedentia redeat & recur⸗
rat. Spiritualiter autẽ ita
dictum exiſtimandũ eſt,
quod diſpenſatio per Chri
ſtum reconciliationis hu
manæ,uſq; in finem ſeculi creſcat, ad noticiam o⸗
mnium nationum:ſiue quia ſancti ut ad calcem uir
tutum perueniant:quotidie morum ſanctitate pro
ficiant:& ideo ſub cœlo,id eſt,ſub obedientia eccle
ſiaſticæ diſciplinæ ſunt conſtituti. a ¶Nunquid
eleuabis in nebula uocem tuam ; & impetus aqua⸗
rum operiet te.)Primo auditu hoc ita intelligendũ
eſt.Nunquid habes tantam potentiam,ut ad impe
rium ac nutum tuum illico imbres infundentes &
operientes de cœlo deſcendant. Secundum altiorẽ
uero intelligentiam:uocem,inquit,eleuo,ait domi⸗
nus:quãdo hominibus clamo:uenite ad me omnes
qui laborati & onerati eſtis,& pietatis affectu, pul⸗
ſo ſecreta mentis ipſorum:ubi eſt uelut nebula cali⸗
B go peccati:& nominis mei ualde obſcura obliuio,
ut obedientibus uoci meæ innumeris populis cir⸗
cundatus, quaſi impetu influentibus aquis ope⸗
riar,quibusq; uelut ueſtimento induar: ut in eis ha
Eſa. 61.d bitem ſicut propheta ait:ſicut ſponſa induit me ue⸗
ſtimento.Alij dixerunt uocabis nubem uoce, & in
tremore aquæ ualidæ obediet tibi.Aqua ualida tre
mendum diuinæ uoluntatis præceptum eſt: quod
deus quemlibet ſanctum uoce,id eſt, affectu clamo
ris & inſinuationis inſtinctu, ut obediendo ſalue⸗
tur obſeruare iubet.Nunquid tu Iob aliquid ſimi⸗
le facere potuiſti? b ¶Nunquid mittes fulgu⸗
ra & ibunt: & reuertentia dicent tibi aſſumus.) In
his ſermonibus dei, adeſſe uirtuti eius credendum
eſt quæcunque uoluerit,cui etiam omnia inſenſibi
lia,quaſi ſenſibilia ſunt, ſicut dicit propheta: A fa⸗
Pſal. 113.b cie domini commota eſt terra, à facie dei Iacob.Re⸗
uerti autem fulgura ideo appellantur:quia iſti mit⸗
tuntur à deo, ut prædicatione euangelij mundum
Matth. 5.b illuminent,quibus dominus ait:Vos eſtis lux mun
di.Et iterum:Poſui te in lucem gentium,ut ſis in ſa
lutem uſque ad ultimum terræ:& in fine ſeculi re⸗
uertentes cum fructibus manipulorum ſuorum,
Matth. 25.b uenient in exultatione, & dicent: Quinque talenta
mihi tradidiſti:ecce alia quinque lucratus ſum. Si⸗
ue fulgura ſunt inſpirationes diuinæ, quibus illu⸗
minantur corda ſanctorum,ut eis accenſis in amo⸗
re charitatis Chriſti conflagrent.Hæc autem fulgu
ra illuminationis dei reuertentur ad deum, qui ea
ad deſiderium ſui excitandum emiſerat:quãdo per

a Nunquid eleuabis in nebula uocem tuam:
b & impetus aquarum operiet te? Nunquid
mittes fulgura & ibunt : & reuertẽtia dicent
c tibi aſſumus? Quis poſuit in uiſceribus ho⸗
minis ſapientiam ; uel quis dedit gallo in⸗
telligentiam?
Quis enar

eandem uiſitationem diuinam, ardenti animo & C
feruenti opus ſuæ illuminationis effecerunt.
c ¶Quis poſuit in uiſceribus hominis &c.) Ma⸗
nifeſtum eſt quod homo,quando ad imaginẽ & ſi⸗
militudinem dei factus eſt:ſapientiam rationis acce
pit, ut præſtaret cæteris
animãtibus,quæ ratione
& prudentia carent.Qui
bus autem bonis, à deo
homo donatus ſit:lecto⸗
rem ad eos trãſmitto qui
de bono naturæ, eiuſq;
uirtutibus plurima con⸗
ſcripſerunt. Gallo etiam
gallinaceo deus huiuſmo
di ſenſum dedit:ut emenſo noctis tempore, quaſi
proximæ lucis memor eandem mundo canens an⸗
nunciet reuertentem.Secundum intelligentiam ue
ro ſpiritualem ita ſentiendum eſt: quoniã Chriſtus
dei,eſt uirtus deiq; ſapientia.Hunc pater in uiſceri⸗
bus hominis poſuit:ſic enim dei ſapientia,qui eſt fi
lius eius ait: cum eum Petrus filium dei confeſſus
fuiſſet,dicens:Tu es Chriſtus filius dei uiui:non ti⸗ Matth. 16.b
bi reuelauit hoc caro & ſanguis,ſed pater meus qui
eſt in cœlis.Et Apoſtolus:Cum autem complacuit Galat. 1.c
ei,qui me ſegregauit ex utero matris meæ,& uoca⸗
uit in gratia ſua,ut reuelaret filium ſuũ in me.Gallũ
uero puto eſſe unumquenq; ſanctorum,qui in no⸗
cte & tenebris huius mundi,accipiunt fidem,intel⸗ D
ligentiam & uirtutis conſtantiam clamãdi ad deũ:
ut inſpiret iam dies permanens,& amoueantur um
bræ uitæ præſentis, cum urgenti & frequenti cla⸗
more precum ſuarum dicentes : Emitte lucem tuã, Pſal. 24.d
& ueritatem tuam.Quod & de prophetis intellige⸗
re poſſumus,qui certatim annunciauerunt diei ac
ſolis aduentum.Hoc in loco aliorũ multo aliter in⸗
terpretatio habet,qui ita dixerunt.Quis dedit mu⸗
lieribus texturę ſapientiam,& uarietatum ſcientiã.
Si ſcientiam uarietatum, & textrini operis ſapien⸗
tiam à deo ſolæ mulieres acceperunt,de quibus di⸗
citur:Sed mulieres doctæ dederunt,quæ nouerant
in opus tabernaculi, de qualibus & dominus hoc
loco,quaſi ſpecialiter ait:Quis dedit mulieribus te⸗
xturæ ſapientiam & uarietatum ſcientiã? Quomo⸗
do in Exodo Beſeleel & Oholiab,ſacerdotum & ta Exod. 35.d
bernaculi ueſtimenta, uario ac polymitario opere
texuerunt. Nouerimus ergo eſſe animas ſanctas,
quæ hoc opus efficiendi etiam nunc in hiſtoria per
intelligentiam ſpiritus acceperunt, quibus utiq; ſi⸗
cut ſcriptum eſt:dedit deus ſapientiam & intelligen
tiam:quicquid etiam fabre adinueniri poteſt, dedit
in corde eorum.Sic itaq; repleti ſunt ſpiritu ſapien
tiæ & intelligẽtiæ & ſapientiæ uel ſcientiæ,& omni
doctrina ad excogitãdum & faciendũ omne opus:
quoniam tabernaculum illud legis, ſanctæ eccleſiæ
imaginẽ præferebat.Dicamus de hac uarietate mo
rum,ſiue meritorum uelut ueſtem uero Salomoni
miniſtrantium, quod per figurã regina Saba dixit
Salomoni,cũ admiratione laudans ſapientiã eius:
& & 3 & domũ

> a Q̃uis enarrabit cœlorum rationem: & con-
> b centum cœli quis dormire faciet? Q̃uando
> fundabatur puluis in terra: & glebæ cõpin-
> c gebãtur? Nunq̃uid capies leænæ prædam:
> & animam catulorum eius implebis: quan-
> d do cũbant in antris & in ſpecubus inſidian-
> e tur? Q̃uis præparat coruo eſcam ſuam,
> quando

E & domum,cibos, habitacula, & ſeruorũ ordinem, ueſtes & miniſtros & holocauſta quæ offerebãt in domo dñi continenter:hanc officiorum uarietatem contextam eſſe per diuerſas in toto mũdo eccleſias, per quas alibi coniugati,alibi cõtinentes,alibi uirgines: hi per eleemoſynas, illi ꝑ alienationẽ omniũ facultatum: illi per crucẽ & mortificationem terrenarum cupiditatũ: illi per ſcientiam ſcripturarum multiplicibus ſancti ſpiritus gratijs: uelut diuerſis coloribus Chriſti corpus exornant, ſibiq; æternæ gloriæ,& immortalitatis ueſtimenta cõficiunt. Cõtexunt etiã perfecto intellectu fidem trinitatis, uelut ſpartũ triplex, quod nõ cito rumpitur. Huiuſmodi ueſtimẽta iſtæ ſpirituales mulieres operant̃,id eſt,ſiue ſanctæ animæ,ſiue eccleſiæ per diuerſa regionũ ſpacia conſtitutæ. a ¶ Quis enarrabit cœlorum rationẽ &c.) Certum eſt,quia nullus cœlorum rationem uel ſtellarum curſum poterit aut ſermone narrare, aut mẽte concipere. Quod autem ait:Concentũ cœli quis dormire faciet? Multis ſcripturarum locis laudare deum elementa dicuntur,pro eo quod in illorũ diſpoſitiõe ac pulchritudine deus, uel ab hominibus uel ab angelis prædicetur: Id eſt, quis homines in
F eius laudibus uitã exercentes dormire,id eſt, quieſcere faciet. Pro hoc itaq; honore,qui ab eccleſiæ cõgregatione perſoluit̃: quis alius quàm ipſe requiẽ dabit ac refrigerium in ſempiternũ. Dormitio eñ aliquando in ſcripturis requies intelligitur,ut Eſa-
*Eſa.1.f* ias ꝓpheta ait:Iuſticia dormiuit in ea,id eſt,in Hieruſalem:æquitas iuſticiæ requieuit:nunc autem homicidæ. Et ſanctus quidam ſuper quem ſignatum fuerat lumen uultus domini,ait in pſalmo : In pace
*Pſal.4.b* inidipſum dormiam & requieſcam. Item in alio loco:Si dormiatis,inquit, inter medios cleros, id eſt, inter ſortes duorum teſtamentorum requieſcatis. Et cõcentum cœli quis dormire faciet? Sanctos angelos intelligamus ꝗ pro ipſa habitatione cœli,cœ-
*Pſal.67.e* lum dicti ſunt per prophetam hoc modo:Cœlũ cœli dño. Huius igit̃ cœli cõcentum,ait dñs: quis dormire faciet,id eſt, quis erit ille qui eos à perpetuis laudibus,quibus me benedicunt, ſanctus, ſanctus, ſanctus dñs,inceſſabiliter concinentes,ut ceſſent & quaſi obdormientes poſſit inhibere? Quis narrabit cœlorum rationem. Et ſancti cœlorũ nomine crebro dicuntur,de quibus ſecundum myſticos intellectus propheta uaticinat̃,dicẽs:Cœli enarrãt gloriam dei. Horum igitur donationes quas habent ſecundũ dei gratiã differentes:quis poterit uel ipſam fidei ipſorũ narrare rationẽ? b ¶Quando fundebatur puluis in &c.) Puluis de quo dñs ait,gẽtium infidelitatem ſignat: puluis utiq; aridus & ſolutus fundamento in eccleſia apoſtolico admiſcet̃: ut per fidem & colligationes ſiue cõpagines charitatis, cõ

G glutinatio in Chriſto fœdere unionis & pacis in augmentum dei uelut in terrã ſolidam creſcẽdo proficiat. Vnde glebæ agri dominici,effectæ frugiferæ, in unum corpus eccleſiæ charitatis copula compinguntur. Cœlorũ quoq; appellatione ſcripturæ ſanctæ recte dicũtur : eo qđ deſurſũ ſint hominibus attributæ,ſiue quia cœleſtia in ſe cõtineant ſacramẽta. Horum igitur cœlorum,id eſt, ſcripturarũ rationem, quæ de miniſteriorũ obſcuritatibus opacatæ ſunt & profundæ : quis poterit animo perſcrutari, uel eloquio proferre,aut quis eorum uaticinia ceſſare præcipiet. Antiqui interpretes ita dixerunt: Quis cœli organa in terrã declinauit: id eſt, quis eſt qui cœlorũ laudantium deũ cantus, uſq; ad hominũ inclinauit noticiam,ut imitatione laudis eius, ſocij angelorũ effici mereantur. c ¶Nũquid capies leænæ prædam,& animã catul.&c.)Ex his quæ per omnẽ textum ſermonis huius enumerat, ſex ſunt quadrupedia,& quatuor uolatilia. Et in hoc decalogi perfecto numero, uideri poteſt quod omnẽ creaturã intelligi uoluerit deus quæ per eum utpote per autorem regitur. Decimus autẽ numerus perfectus eſt, quia per ipſum iterando,omnis numerus in infini-
tum multiplicatur. Ergo iuxta literę ſuperficiẽ,hoc H ait,Ego qui omnia iuſta diſpenſatione procuro,circa te tantum ò Iob uideor iniuſtus. Iuxta ſpiritualẽ intellectum,leæna ſiue etiam leo,diabolus eſt intelligendus,qui & in multis locis ſcripturarũ propter ſæuitiam & fortitudinẽ ita nominatur. De hoc igit̃ dominus ait:quod nemini nocere poſſit, niſi à deo acceperit poteſtatem. Iuſto ergo iudicio eius tradũtur:quia ille omnino uires non habet dominãdi niſi ipſe permiſerit. Nunquid capies leænæ prædam, id eſt,ſicut ego eam capere permittam. Puto autem hoc loco ideo catulos dictos,quia leænam nominauerat,quos ueneno maliciæ ſuæ ſiue nequitiæ, uelut lacte nutrierat ad homines perimẽdos. De quorum mortibus,nequiſſimorũ ſpirituum animæ reficiuntur,& de his in pſalmo ait:Catuli leonũ rugien *Pſal.103.c*
tes,ut rapiant & quærant à deo eſcam ſibi. His igit̃ leonibus & draconibus eſcas dare deus dicit̃:quando illos quos expetunt, in poteſtatem accipiunt. d ¶ Quando cubant in antris ſuis (In ſyluis alij dixerũt) & in ſpecubus inſidiantur.) Antra ſiue ſpeluncæ ſunt corda hominum impiorum: in his latibulis ſedent:ſiue cubant in inſidijs,ut interficiãt innocentem. e ¶ Quis præparat coruo eſcam ſuã, quando pulli eius clamant ad deum: uagantes, eo quod nõ habeãt cibos.) Arbitror qđ & hic coruus aduerſariam partẽ ſignificet ſicut & pulli eius: Vt quemadmodũ ſuperius leænã,& catulos eius intelleximus diabolum & turbam perditorum eius, ita & hic coruum eundem cũ pullis eius intelligamus.

Quod



A Quod ergo dicitur uagantes,indicatur hoc uerbo quod quaſi quandã famis rabiem patiãtur circa hominum genus,ut perditionẽ portionis eius, uelut cibum ſumant,& ideo ſatagere uidẽtur omni inſtãtia,donec ad effectũ uotorum ſuorum perueniant, ſicut audiuimus ſpiritũ ſanctũ, per Salomonem
*Prou.30.c* dicentẽ:Oculum irridentem patrẽ & cõtumelioſum ſenectuti matris,effodiant eum corui de cõuallibus,& deuorẽt eum pulli aquilarum. Poſſumus & ita ſentire,ut cor-

> quando pulli eius clamant ad deum: uagiẽtes,eo quod non habeant cibos?
>
> Cap. XXXIX.
>
> a NVnquid noſti tẽpus partus ibicum in petris: uel ꝑturiẽtes ceruas obſeruaſti?
> Dinumera

uum:id eſt, diabolum & omnes ſocios eius quõdã patres habuerimus cum erroribus eorum aſſimilaremur & uitijs:& inde etiam & pullorum nomine dicebamur. Sed relinquẽtes eos, quod & ſpõſa docetur,ut faciat:quæ ſponſa nos ſumus, cui dicitur:
*Pſal.44.c* Audi filia & uide,& inclina aurem tuam & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui, & inuocantes nunc dominũ,poteſt fieri,ut priſtino adhuc nomine appellemur,ſicut ꝓpheta ait:ubi de deo loquitur:Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocãtibus eum. Et reor quod in deo priſtino nomine cenſeamur:ut nouerimus qđ fuimus,& quid nunc per Chriſti gratiã ſimus. Et inde hoc ipſum magnum bonũ intelligentes, magis deo
*Colloſſ.1.b* gratias referamus , dicẽtes cum Apoſtolo:Gratias
B deo patri qui eruit nos de poteſtate tenebrarum,et trãſtulit in regnum filij charitatis ſuæ. Mos autem ſanctæ ſcripturæ huiuſmodi eſt, ut priſtina culparum nomina, in ſanctis frequenter recenſeat, ſicut
*Eſa.34.c* beatus Eſaias ꝓpheta ait de deo:Benedicẽt me beſtiæ agri,& Apoſtolus Matthæus dicitur publicanus. Videamus hunc locum,ſi & in bonam partem exponere poſſimus,ut iſtum coruum & Chriſtum interpretemur. Sicut eñ ſecundum ſcripturarũ cõſuetudinem,montem dicimus dominum noſtrum, & diabolum ſimiliter appellamus petram quoq; ac lapidem,arborem etiam & gladium dicimus : ita & coruum fortaſſis dicere poſſumus. Nam & ſponſa eccleſia,inter cætera prçconia laudis de Chriſto,ita
*Cant.5.c* ait in Canticocanticorum : Crines eius ut abietis, nigri ſicut coruus,ſed quãdo diabolo corui nomẽ aptamus,dicimus eum nigrum criminibus atq; tetrum,& qui in tenebris nequitiarum cõmoretur. Quãdo uero eo nomine ſaluatorem ſignificari dicimus,myſteriorũ arcanis eum in ſcripturis ſuis obſcuriſſimum eſſe ſentimus. Et cum ſciamus diabolũ in ſcripturis ſerpentem nominari, quis auderet de dño ita credere,niſi ipſe in ſe ſerpẽtis ſimilitudinem
*Ioan.3.b* uerbis ꝓprijs expreſſiſſet,dicens:Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto:ita exaltari oportet filium hominis,& diſcipulos tales admonuit eſſe di-
*Matth.10.b* cens:Eſtote aſtuti ut ſerpentes. Et ſerpẽs,id eſt,diabolus maledictus à deo eſt,eo quod Euam ſeduxit aſtutia,& Chriſtus maledictus dicitur:quia maledi-
*Deut.21.d* ctus omnis qui pendit in ligno. Maledictũ quippe

C hominis in ſe ſuſcipiẽdo , id eſt,eã quæ ex ſententia dei uenerat mortẽ,ut maledictum ſuſpẽdit in ligno *Galat.6.b*
& inde eſt quod ꝓ nobis Chriſtus factus eſt maledictum. Hæc exempla ꝓtulimus,ut firmetur ſenſus ſupra ꝓlatus:ſequẽtia uideamus. Nũc igit̃ Chriſto coruo figuraliter dicto pater præparat eſcã:cũ ei ex gentibus cõuocat credituros, ſicut de eodẽ patre propheta ait dicens: Quis ſuſcitauit ab orien *Eſa.46.d*
te iuſtũ,uocauit eũ ut ſequeret̃. Dabit in cõſpectu eius gentes & reges obtinebit. His igitur ad fidẽ uocatis, dñs Chriſtus uelut eſca gaudio exultationis reficitur. Huius populi,id eſt diſcipuli,& oẽs credẽtes clamãt ad deum in oratione,panẽ ſubſtantialẽ quotidie poſtulãtes, & hoc ipſum uagãtes faciunt,quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram,ubi ſedem ſibi firmã & ſtabilem nõ cõſtituerunt,ſed dicũt cum Apoſtolo inſtabiles ſumus. Hi igitur habẽt quidẽ cibos ſcriptu *1.Cor.1.c*
rarum:quarũ cõſolatione paſcũtur, ſed ſpei & fidei cibus eſt nõ alimonia rei ꝓprie permanentis. Et idcirco in hoc mũdo uagari dicũtur:donec ad immobilitatem quãdam ſeculi futuri perueniant. Nam et ad hunc intellectum ſpiritualem pertinet,qđ corui iſti,rore paſci dicuntur : ſicut philologi ſe referunt indagaſſe.

Cap. XXXIX. D

NVnquid noſti tempus partus &c.) Ibices ipſi ſunt quos Græci tragelaphos uocãt admixto nomine hirci & cerui,eo quod neceſſe eſt ut ſimile ſibi aliquid hæc animalia habeant,& unum horum puto in Canticis canticorũ dammulã uocari:quæ aliquando & caprea ſecundum legem mactabãtur. Et in Canticocanticorũ crebro ſimul ponuntur,& munda appellantur,qm̃ cornuta eſſent & ruminarent:ungulamq; diuiderent. Iſtius ibicis ſunt & alia animalia quaſi eiuſdẽ generis, ut eſt coruorũ , ſicut in lege dicitur:Et oẽs coruini generis aues nõ man *Leuit.11.b*
ducabitis. Hæc ergo animalia uel maxime in ſaxis nutriũtur,& in cauernis petrarũ. Ibicum tẽpus qñ pariunt noſti,ait dñs ad Iob,uel qñ ceruæ parturiũt obſeruaſti? Quanta alia ſunt in ſcripturis magis obſcura atq; ab hominũ noticia lõge remota. De quibus aliqua in hoc libro ipſe dñs uidetur dixiſſe quã ſunt,quæ ad Iob nunc loquitur. Quid enim laboris eſt noſſe tempus ceruarum & ibicum parturientiũ? aut unde tam latebroſum eſt humanæ noticiæ, ut poſſit tempus horum animalium parientium penitus ignorare,præſertim cum hæc ipſa animalia penè in medio hominum cõmorẽtur. Proinde , ne ſit apud quoſdam hic ſermo dñi uilis,& forte ab eis ſuperfluus exiſtimetur,altius quod dixit intuendum eſt, ut dicamus in myſterijs ſub nomine hoꝝ animalium,præfiguratos Apoſtolos,& apoſtolicos uiros,& omnes prædicatores ueritatis:qui in fortitudine fidei & patientia,uelut in petris per ſpiritum imbuentem eos uerbũ euangelij perfecte in ſe for-

E matum parturiãt;uel cum doloribus perſecutionũ
parturiãt.In petra parturibat & ille qui dixit:Nam
1.Cor.4.d in Chriſto per euangelium ego uos genui.Hoc igi
tur tempus futurum cõſtitui, & animas prædicto-
rum,uelut ceruas quæ de timore meo cõcipiunt,ut
ſpiritum ſalutis pariãt ſu
per terram, tu forſitan,
quaſi obſtetricantis offi-
cio diligẽtiſſima ſolicitu-
dine obſeruaſti, dans eis
os & ſapiẽtiam de utero
mẽtis ſuæ minus fortaſſe
ſolidum uel integrũ uer-
bum prædicatiõis, uelut
fœtã in hanc effunderent lucem. a ¶Dinumeraſti
mẽſes cõceptus eorũ,& ſciſti &c.) Viuum uerbum
dei & ualidum,penetrans uſq; in diuiſionẽ animæ
ac ſpiritus cõpagum quoq; ac medullarũ;in hoc ſpi
rituali cõceptu ꝓfectus quoſdã incremẽtoꝝ, uelut
per menſes tẽporum in cordium ſinibus operatur,
ut ipſis Apoſtolis primũ apparuit,qui in initio prę
dicationis,quaſi parui & modici uiſi ſunt, ſed pau-
latim corroborãte eos ſpiritu,uerbũ in eis demon-
ſtratum eſt,uſq; ad mẽſurã plenæ gratiæ ꝑueniſſe.
Quod uelut partu ædentes, totũ atq; perfectum ac
plenum diuinis ꝓmiſſionibus ſcribẽtes, diuerſis ec
cleſijs ædiderũt.Huiuſmodi igitur cõceptus & par
tus tẽpora q hoc modo ſpirituali utero cordis fiũt,
unde & tu Iob,ait dñs,cognoſcere potuiſti? quorũ-
F q; tempora ſunt in euãgelio præfinitionis meæ cõ-
ſilio cõſtituta.Vbi ergo dictum eſt,& ſciſti tempus
partus eorũ:Alij dixerunt,& dolores eorũ ſoluiſti.
Dolores ſunt inſectationes & tribulationes quæ ꝑ-
dicatoribus inferuntur;à quibus doloribus iſti tũc
abſoluũtur,qñ inuitati ad requiẽ abſoluũtur à cor-
pore.Siue tunc abſoluũtur à doloribus perſecutio-
num,quando in ſpe poſiti, pro malis præſentibus
ad ꝓmiſſionem æternæ remunerationis aſpiciunt.
b ¶Incuruãtur ad fœtum & pariunt &c.)Doctri-
nam lacteam propinando incredulis & infirmis,ſi-
1.Cor.3.d cut ait Apoſtolus:Lac uobis potum dedi non eſcã;
ab illa celſitudine ſapientiæ ad humiliora prædica-
tores quodãmodo humiliantur atq; deſcendunt,ut
uir fiat paruulus;& his qui ſine lege ſunt, tanq; &
ipſe ſit ſine lege.Et dum eos conãtur in Chriſto for
mare & parere, rugitus emittunt;dum ab inimicis
Chriſti ſupra modũ ac ſupra uirtutem ſuã grauan-
tur,ita ut tędeat eos etiã uiuere.De qualibus etiam
Philip.3.d dicit Apoſtolus:Et nunc flens dico inimicos crucis
Chriſti.Siue ex affectu charitatis huiuſmodi rugi-
Roma.9.a tus emittunt,ſicut ait idem Apoſtolus:Triſticia mi
hi eſt magna, & continuus dolor cordi meo. Item
2.Cor.2.b ait:Ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi
uobis per multas lachrymas. Qualibus dolens ex
Galat.4.c charitatis uiſceribus dicit:Filioli mei, quos iterum
parturio donec formetur Chriſtus in uobis. Itẽ ait
Act.20.f in Actibus Apoſtolorum ubi omnẽ fraternitatem
collectã alloquitur dicẽs:Vigilate,memoria retinẽ-
tes,quoniã per trienniũ nocte & die non ceſſaui cũ

a Dinumẽraſti menſes conceptus earum, &
b ſciſti tempus partus earum? Incuruãtur
ad fœtum & pariunt; & rugitus emittunt.
c Separãtur filij earum, & pergũt ad paſtum;
egrediuntur,& non reuertuntur ad eas.
Quis di

lachrymis monere unumquẽq; ueſtrũ. Et iterũ ait: G
Ipſi ſcitis qualiter uobiſcũ per omne tẽpus fuerim
ſeruiẽs dño cũ humilitate & lachrymis. Hæc igitur
idcirco dicta ſunt,ut ſciamus qm̃ ad gemitus & ru-
gitus pertineãt tribulatio,anguſtia,lachrymæ & do
lor cõtinuus cordis ſan-
ctorũ.Aliter,incuruãtur
ad fœtũ & pariũt & rugi
tus emittũt;Vbi prędica
tores ueritatis uerbũ fi-
dei cœperint æditiõe elo
quij ꝑdicare, ilico ab ad-
uerſarijs ĩcuruãtur,id eſt
cuſtodijs carcerũ humi-
liãtur atq; uerberibus,ſed qa nec in uinculis uerbũ
dei eſt alligatũ;illic nihilominus id populis pariunt
quo & ipſi in Chriſto naſcuntur; Sicut ait ut dixi-
mus in regeneratos,ſanctus Apoſtolus:In Chriſto 1.Cor.4.d
Ieſu per euãgeliũ ego uos genui;deinceps ad deum
in orationibus rugitus deprecationũ emittunt,uel
ꝓ perſecutoribus ſuis deum rogantes,uel perſeue-
rantiam fideliũ & adiutoriũ diuinæ gratiæ ſupplici
ter implorãtes. Aliter,rugitus emittũt, quia q adij-
cit ſcientiã,adijcit dolorẽ;gemunt ſancti cogitantes
quanta ſunt pericula huius uitæ,uel q; longe ſunt à
uirtutibus quas requirunt. c ¶Separãtur fi.&c.)
Parturitione apoſtolica,filij quos ſancti in Chriſto
genuerint,ſiue à priſtinis erroribus ſuis,ſiue etiam
à carnalibus operibus ſeparãtur:in quibus nũc eru
beſcunt,ut iam nõ ſibi uiuant, ſed Chriſto qui pro H
eis mortuus eſt & reſurrexit.Pergũt ad paſtũ;id eſt,
per ſciẽtiam ꝓfundioris intelligentiæ quotidie ex-
citati cõuerſatione ꝓficiunt,dicentes:animalia ſan-
cta ueri paſtoris.Dñs regit me & nihil mihi deerit; Pſal.22.
& cætera,quæ ſequũtur in pſalmo eodem:Sic,inq;,
pergunt ſancti filij euãgelizantium pacẽ;ſicut iam
dixi,id eſt,creſcunt atq; ꝓficiunt. Ad iſtũ paſtũ dñi
& ad hanc alimoniã ſanctarũ animarum & ad tales
delicias ſpirituales,egrediunt̃ utiq; ab infantia mo-
rum quotidie ꝓficientes & ꝓficiſcẽtes uirtutũ meri
to in uirum perfectũ.Et nõ reuertũtur ad eas.Non
reuertuntur ut iterũ neceſſe ſit eos doceri, quæ ſint
elemẽta exordij ſermonũ dei. Nõ reuertũtur ad ea
quæ retro ſunt,ſed ad ea quæ in ante ſunt ſe exten-
dunt.Nõ reuertunt̃ ut quidã,qbus ait Apl's:Filioli Galat.4.c
mei quos iterũ parturio donec Chriſtus formet̃ in
uobis,ſed potius ſubeũt gradus aſcẽſionũ, inambu
lant de uirtutibus in uirtutẽ. Huiuſmodi ergo filij
nõ poſſunt audire,ut Galatæ,uocẽ increpãtis Apo
ſtoli;uellẽ eſſe apud uos & mutare uocem meã.Hic
ergo ſermo dei ſub figura caprearũ,& ibicũ,deſcri-
bit Apoſtolos ſicut iã dixi,& apoſtolicos uiros atq;
omnes doctores eccleſiæ,per quoꝝ doctrinã eccle-
ſia ſpũales ſibi filios generat.Et unaquęq; anima de
uerbo dei cõcipiens parit filios bonoꝝ operũ,quæ
tamẽ ceruæ ſit ſimilis & ibici,ut in mõtibus habitet
& in petris nutriat,uelox q; ſit & alacris ad currẽdã
uiã dñi.Serpẽtes quoq; de terra ſua educat & uiuat
multo tpe;audiẽs ꝓphetã;adijcient̃ tibi ãni uitę tuę;
talibus



A talibus ceruis ſunt mõtes excelſi quos dñi uox per-
ficit,& quorum pedes in cõſummatione perducet.
a ¶Quis dimiſit onagrum &c.) In cerua & ibice
ſuperius figuram eccleſiæ eſſe mõſtrauimus.Nunc
uero onagri nomine,arbitramur populũ Iudæorũ
poſſe intelligi, quẽ deus
ob incredulitatẽ eius di-
Pſal.80.c miſerit,ſicut ait:Et dimi-
ſit eos ſecundũ deſideria
cordis eorum. Quod in
multis alijs locis ſcriptu-
rarũ deus hoc futurũ eſſe
teſtatur: Cuiuſq; uĩcula
præcepta eſſe legalia nõ
abſurde ſentimus. Nam
eundẽ cõtumacẽ populũ
& rebellem,propheta ita
obiurgat & increpat, di-
Oſee.4.d cens:Vacca laſciuiens Iſraël cõfregiſti iugũ, rũpiſti
Hiere.5.b uincula.Hũc igitur quaſi onagrũ, immundũ uideli
cet animal ac effrene reliquit dñs,ut ab eo iugo im-
perij ſui,quia ſemper reſtitit obedire,à uinculis prę
ceptoꝝ diaboli ſolueretur, & ſecundũ Apoſtolum
ſeruus peccati,liber eſſet iuſticiæ,ſic eñ ipſe dñs de
Pſal.2.d Iudæis ait in pſalmo: Diſrũpamus uincula eorũ,&
ꝓijciamus à nobis iugũ ipſoꝝ, ubi ipſa trinitas dei
hoc dixiſſe uidetur.Nam quẽadmodũ in Geneſi in
factura hominis pluraliter dixit deus:faciamus ho-
minem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, ita & hic
B locutus eſt:Diſrũpamus uincula eorũ & ꝓijciamus
à nobis iugum ipſoꝝ. Quẽ locum Actus apoſtolo
Act.4.d rum ita ſe habere manifeſte declarãt;ubi Apoſtoli
ad deum eleuauerũt uocẽ ſuã atq; dixerunt:dñe tu
qui feciſti cœlum & terram, mare & omnia quæ in
eis ſunt,qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri, Da-
uid pueri tui dixiſti:Quare fremuerũt gẽtes,& po-
puli meditati ſunt inania? aſtiterunt reges terræ,&
principes cõuenerunt in unũ,aduerſus dñm,& ad-
uerſus Chriſtũ eius. Ob hoc igitur ſcelus quod in
Chriſto filio dei cõmiſſum eſt, ait pater:qui in ſpiri
tu ſuo hoc futurũ prædixerat, dicens:Diſrũpamus
uincula eorum,& proijciamus à nobis iugũ ipſo-
rum.Proceſſit grande peccatum ac nefandum,quo
ſaluatorẽ crucifixerũt,ut merito ab eis uincula præ
ceptorum dei diſrumperẽtur,& ita legis iugũ ꝓijce
retur.Quod aũt iugum & uincula eoꝝ dicta ſunt,
cum dei fuerint potius q; Iudæorũ quibus legẽ ac
præcepta dederat mandatoꝝ;hoc maxime requirẽ
dum;quod ita dictũ, quia Iudæi legẽ carnaliter in-
telligentes,quam ex operibus ſe implere arbitrabã
Roma.3.c tur,quaſi ſuã effecerãt, ſicut dicit Apoſtolus:Iſraël
uero ſectans legẽ iuſticiæ in legẽ iuſticiæ nõ perue
nit.Quare? quia nõ ex fide,ſed ex operibus.Et ideo
de eiſdẽ ſequitur,dicens:Ignorãtes eñ dei iuſticiã,
& ſuam quærẽtes ſtatuere, iuſticiæ eñ dei nõ ſubie
cti.Quod autem ait, ſuam uolẽtes ſtatuere iuſticiã,
non quia lex ab ipſis ſit conſtituta,hoc ait;ſed in le-
ge quæ ex deo eſt ſuam conſtituerant, quando ean
dem legem ſuis uiribus ſe implere poſſe credebant,

a Quis dimiſit onagrum liberum, & uincula
b eius quis ſoluit? Cui dedi in ſolitudine do-
c mum; & tabernacula eius in terra ſalſugi-
d nis. Contẽmnit multitudinem ciuitatis; cla-
e morem exactoris non audit. Circumſpicit
montes paſcuæ ſuæ, & uirentia quæq; per-
f quirit. Nunquid uolet rhinoceros ſeruire ti-
bi; aut morabitur ad præſepe tuum?
Nunquid

& idcirco ſecũdum hunc ſenſum Iudæorũ uincula C
diſrumpenda à deo dicuntur & ꝓijciẽdum iugum
ipſorum. b ¶Cui dedit in ſolitudine domũ &c.)
Iuſtos deſtitutos in ſolitudine, uidelicet protectiõe
defenſiõis meæ habitare feci;ſicut etiã poſtmodum
ore prophetico locutus
ſum dicens:fiat habitatio Pſal.68.f
eorũ deſerta, & in taber-
naculis eorum nõ ſit qui
inhabitet. Solitudo itaq;
factus eſt populus ille &
eremus,quia ablata lege:
prophetia:ſacerdotio:ſa-
crificio quoq; ac benefi-
cijs diuinis,gratiæ etiam
ꝓtectione priuati ac de-
ſtituti ſunt. c ¶Et ta-
bernacula eius &c.) Vt
ſine ulla ſpe ꝓmiſſionis dei ſterilis,uiueret;& infru-
ctuoſus terrã ſalſuginis dicitur accepiſſe;ubi pręter
amaritudinẽ qua deum prouocaret ad iracundiam
nihil haberet.Sic nanq; alibi de deo dicit propheta:
Poſuit flumina in deſertũ,& exitus aquarũ in ſitim. Pſal.106.d
Terram fructiferã in ſalſuginem à malicia inhabitã
tium in ea. d ¶Cõtemnit multitudinem ciuitatis:
clamorẽ &c.) Eccleſia eſt hæc ciuitas quæ cõſtat ex
multitudine innumerabilium populorum, de qua
dñs ait:Non poteſt ciuitas abſcõdi in mõte poſita. Matth.5.b
Hanc igitur quiſq; Iudæus deſpiciens, reſpuendo
cõtemnit;clamorem etiã cuiuslibet euangelizantis D
uerbum dei,& exigentis obedientiam fidei nõ au-
dit,id eſt obedire detrectat,ob hoc igitur,incraſſatũ
eſt cor eorum,& oculos ſuos clauſerũt,ut nõ uideãt
oculis,& auribus nõ audiant,& corde intelligant.
e ¶Circũſpicit montes paſcuæ ſuæ &c.) Montes,
ſuperbos quoſq; doctores,ſcribas uidelicet & pha-
riſæos legis ſuæ,quaſi ſuſpiciens eiſq; honorẽ defe
rens,adulatiõis ambitu circũit;ab eis proculdubio,
in quibus eſt doctrina hominũ, nõ recedẽs. In qui-
bus etiam mõtibus ubi ſe paſcua carnalis legis habe
re gloriantur;uirentia quæq; perquirit,quæ ad deli
cias utiq; carnis,& ſabbata delicata pertinẽt,& quæ
uelut uireſcẽtis ſuperficie,legis hiſtorijs, nullũ fru-
ctum habeãt figurarũ. f ¶Nunquid uolet rhino
ceros ſeruire tibi &c.) Siue ut alij dixerũt:Nũquid
uolet monoceros ſeruire tibi? Ex diuerſa æditione
transferentiũ aduertimus,quod ipſum ſit rhinoce-
ros quod & monoceros,et Latine intelligat̃ unicor
nis,ſiue ſuꝑ nares cornu habẽs.Sunt ergo huiuſce-
modi feræ in ſolitudine orientis, & ab hominibus
nõnunq; uidẽtur ſiue capiũtur.Hic igitur monoce
ros,populi gentilis imaginẽ præfigurat;cuius etiã
ſuperbia ſignificatur in cornu, ſicut quibuſdã pec-
catoribus & ſuperbis à deo dicitur per prophetam:
Dixi iniquis,nolite inique agere;& delinquẽtibus, Pſal.74.a
nolite exaltare cornu:Nolite extollere in altũ cor-
nu ueſtrũ;quia ueternoſa atq; antiqua in his quos
deus increpat,ſuperbia eſt.Secundũ aliã æditionẽ:
in hoc eodem loco pſalmi legimus:Nolite exaltare
in excelſum

a Nunquĩd alligabis rhinocerota ad arãdum
loro tuo: aut confringet glebas uallium poſt
b te? Nunquid fiduciam habebis in magna
fortitudine eius, & derelinques ei labores tu-
os? Nunquid credes illi, quoniam ſemẽtem
reddat tibi, & arcam tuam congreget? Pen-
c nã ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij &
accipitris

E in excelſum cornu ueſtrũ, loquentes in ceruice ue-
teri. In multis quoq; alijs locis ſcripturarum, cornu
nũcupato, legimus ſuperbiam nominari; licet & in
1.Reg.2.b bonam partem cornu ſoleat dici, ut eſt illud; Exalta
bit cornu Chriſti ſui. Nã & ipſe dominus Chriſtus;
propter ſingulare impe-
rium ſuum, aliquando et
unicornis dicitur. Legi-
mus quoq; cornua & re-
Danie.7.b gna dici, ut in Daniele &
Apoc.17.c Apocalypſi continetur.
Hic monoceros, qui per
ſapientiã mundialem tu-
more ſuperbiæ erat in
ſublime porrectus; nun-
quid tibi ſubijcietur, ait
dominus ad Iob; ut per fidẽ in ſanctitate & iuſticia
ſeruiens, obedientiæ colla ſubmittat, & manſuetus
effectus atq; humilis, ad dominicum præſepe recur
rat; ac uerbis dei hominiſq; aſſumpti, ſacris cibarijs
ſaturetur. Siue, nunquid ſubijcietur, ut in eccleſiæ
meæ clauſtro habitet; quod erit uiantibus ſtabulũ;
atq; huic ſeculo renunciãtibus ſalutare perfugium;
ubi ſpiritualium ciborũ alimonijs, inſtitutionibus,
& cœleſtibus pingueſcat eloquijs, & impleatur in
illo quod erit per prophetam poſtea prædicẽdum;
Eſa.1. Agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe
domini ſui. In monocerote quippe hic nominato,
ſicut in propheta per aſinũ, immundus & incircũ-
ciſus ſignificatus eſt populus omnium nationum.
F a ¶ Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum
loro tuo; aut cõfringet glebas uallium poſt te?) Lo-
rum hoc loco dictam ipſam charitatem Chriſti, quę
eſt inter omnes uirtutes præcipua intelligere debe-
mus. De qua ad diligentes atq; amantes deum, ait
Colloſſ.2.d Apoſtolus; Copulati in charitate; cuius uinculis
Eſa.45.c colligandos, propheta olim prædixerat, dicens ad
deum; Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ,
& Sabaim uiri ſublimes ad te trãſibunt, & tui erũt;
& poſt te ambulabunt, uincti manicis pergent, &
Dauid quemadmodum charitatis dei uinculis per
miniſtros uerbi dei uinciendi eſſent credentes, ita
Pſal.149.b loquitur, dicens; Ad alligãdos reges eorum in uin-
culis ferreis. Quorum uinculorum nominibus, cha
ritatis Chriſti fortitudinem uoluit demonſtrare;
quæ etiam fortis & potens in manicis ferreis, ad a-
morem domini conſtringit. Hic ergo rhinoceros,
id eſt, populus quõdam incircunciſus, præputio ſci
licet carnalium uoluptatũ, & infidelitate immũdus,
hoc loro charitatis Chriſti, fortiſſimo alligatus; ita
ut nulla eum creatura ſeparare poſſit à Chriſto; cõ-
ficit in corpore glebas conualium, duriciam ſcilicet
peccatoꝝ; & colit in corpore ſuo terrã dominicam,
1.Cor.6.d ſecundum Apoſtolum, qui ait; Non eſtis ueſtri. Et
ideo hic ſpecialiter domini eſt terra, in qua primitus
fit omnium peccatorum, quaſi uepriũ ſpinarumq;
purgatio. Deinde aratro crucis, & ferro dominicæ
paſſionis, duricia cordis atteritur, & cõfringuntur
ualliũ glebæ. Vallium nomine, humiliatos peccatis
homines, atq; in ima depreſſos ſignificari exiſtimo, G
ſicut habemus in pſalmo; Aſcenſus in corde ſuo di Pſal.83.b
ſpoſuit in ualle fletus. Vnde & Eſaias cum increpa
tione prophetaturus, cõtra Hieruſalem peccatricẽ,
prophetiæ ſuæ huiuſcemodi titulũ præpoſuit, di-
cens; Onus uallis uiſiõis. Eſa.22.a
Talium igitur ualliũ gle-
bas monoceros commi-
nuit; quando humiliati
corporis terrã edomat, et
ſuſcipiẽdis cœleſtiũ præ-
ceptorum ſeminibus, ac
reddendis fructibus præ
parat, quando cũ Apo-
ſtolo caſtigat corpus ſuũ
& in ſeruitutem redigit;
quando omnem hebetudinem obſtinati cordis, du
ramq; ſtoliditatem à ſe auferre cõtendit; quod tamẽ
efficere nequaq; poterit, ait dñs; niſi rectorem & gu
bernatorem ſuum obedienter me fuerit ſecutus.
Vnde ait dñs ad Iob; Aut cõfringet glebas uallium
poſt te, ſicut habemus in pſalmo; Adhæſit anima Pſal.62.c
mea poſt te. Et ꝓpheta de huiuſmodi; Poſt te ambu Naum.3.a
labunt, inquit, uincti compedibus; ubi admiratione
dignos uideo tales pedes, qui quanto magis cõpe-
diti fuerint, tanto uelocius ſine offenſione egrediũ
tur. b ¶ Nunquid fiduciã habebis in magna for-
titudine eius &c.) Ego dñs noui fortitudinem cha
ritatis eius, & patientiæ ac lõganimitatis, & idcirco
dereliqui ei ad imitandum me omnes labores diſpẽ
ſationis meæ, quos in me credendo intelliget; quia H
ꝓ illo ſuſtinui alapas, uerbera ac ſputa ſuſcipiẽs, ei-
dem laboraui; eiq; ad cœlos reuolans exempla la-
borum ac uirtutum reliqui; cui quæ credidi atq; cõ
miſi opitulãte ſibi gratia mea, reddat multiplex ſe-
men, & in area eccleſiæ meæ germẽ triceſimũ, ſexa-
geſimum, centeſimumq; fructificet, & aream tuam
cõgreget, ſicut apoſtoli, & poſt apoſtolos multi fe
cere doctorũ. c ¶ Penna ſtruthionis ſimilis eſt pẽ
nis herod, &c.) Herodiorum genera tria eſſe dicun
tur; unũ horum albũ eſſe colorẽ quidã ferunt; aliud
uero quaſi gruis quibuſdam diuerſis coloribus ua
rium; tertiũ quoq; genus nigrũ affirmant; quod ſit
nõ ſolũ uelox & ſæuũ ad prædã; uerumetiã in coitu
impatientiſſimum; intantũ ut in tempore coitus ex
oculis eius ſanguis ebulliat. Herodius in pſalmo cẽ
teſimo tertio ita nominatur; Herodij domus dux
eſt eorum; cum de lignis dñi propheta tropicos lo-
quitur. In Deuteron. quoq; & in Leuitico; ubi ne Leuit.11.b
aues immundæ in cibum ſumantur Moyſes prohi Deut.14.b
bet, & hęc ſimiliter ponitur. Accipitrũ etiã aliquot,
ſunt formæ uel genera. His ergo rapaciſſimis aui-
bus uenatu & pręda uiuẽtibus in pẽnis ſtruthio cõ
paratur, ſicut & alij dixerũt; Struthio mixta, & alis
Herodionis & accipitris. Igitur ſtruthionẽ ſecundũ
ſpiritualem intelligẽtiam ſenſuſq; diuinos, eccleſiã
nõ abſurde ſentimus, quæ per lauacrũ regeneratio-
nis & uerba munda in Chriſto effecta eſt; qui ſimilẽ
quidem pennã habet pẽnis auiũ quæ carnibus ue-
ſcuntur



a accipitris. Quãdo derelinquit oua ſua in
terra; tu forſitan in puluere calefacies ea?
b Obliuiſcitur quod pes conculcet ea; aut be-
c ſtia agri cõterat. Duratur ad filios ſuos qua-
ſi nõ ſint ſui; fruſtra laborauit, nullo timore
d cogẽte. Priuauit enim eam deus ſapiẽtia; nec
e dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit
in altum alas erigit; deridet equum & aſcen-
f ſorem eius. Nũquid præbebis equõ fortitu-
dinem; aut circũdabis collo eius hinnitum?
g Nunquid ſuſcitabis eũm quaſi locuſtas?
Gloria

A ſcũtur & ſanguine. Sed illæ remigio alarum in hoc
aëre uelut in pelago id agunt, ut de cæteris auibus
prædam capiant. Vnde ſub hac figura inimici no-
ſtri ſpirituales intelliguntur. Struthio uero longe
diſſimili modo pẽnis ſuis utitur; eo quod eas uelut
per fidẽ & ſpeciẽ duorũ
teſtamẽtorum guberna-
culis uiuens habitantem
extẽdat; hæc auis ait dñs
Iob. a ¶ Quando dere
linquit oua ſua in terra;
tu forſitan in puluere ca
lefacies ea?) Oua ſiue fi-
lios, ut in ſubſequẽtibus
dicitur, nouã creaturam
atq; in Chriſto generatã
& candidã progeniẽ ſan
ctæ eccleſiæ intelligere
debemus. Sed in ouis il-
los eſſe nouerimus, ꝗ do
ctrina quotidiana, quaſi
fœtus quidam eccleſiæ matris nutriuntur, ut quan
doq; de initiorum frugalitate & imperfectione ꝓ-
cedentes, ad ultimum teſta uirtutum, ueluti diſtin-
ctis atq; formatis membroꝝ compagibus exiſtant,
cum ex tenebris uitiorum hoc modo facti fuerint
lux in dño, proficiẽtes quotidie ad ætatum moꝝq;
ſoliditatem. Audiant prophetam de ipſis dicẽtem;
Pſal.138.c Dies formabuntur, & nemo in eis; id eſt, nullum in
B eis uitium dominabitur; quo impugnante uincan-
tur. Filios uero intelligamus iã ſolito robuſtiores;
fide ac uirtutibus cõpoſitos, atq; formatos per in-
crementa uirtutum, tanq; per annorum ſeriem iam
de omni infirmitate uitæ incompoſitæ nihil haben
tes. Hi igitur, ſicut ait dominus; in terra ab eccleſia
relinquuntur; quando perſecutionem ab impijs &
terrena ſapientibus patiuntur. Relinquere eñi eos
eccleſia dicitur, dũ aduerſantibus non reſiſtit; quos
dominus feruore fidei & patiẽtia duros, atq; in illo
igne quem miſit in terram, & in puluerem fragilis
carnis eorum fortiſſimos facit. b ¶ Obliuiſcitur
quod pes conculcet ea; aut beſtia &c.) Obliuiſcitur
eccleſia natos ſuos, dum eis preſſurarum moleſtias,
aduerſarios inferre nõ prohibet. Hoc loco differẽ-
tiam puto eſſe tribulationum, propter illud quod
dixit; pes conculcet, & illud quod ait; & beſtiæ agri
conterant. Et hoc ſit contritio beſtiarum; quando
aperte truces, ſæui & immanitate morum crudelita
te ſimiles beſtiarũ, Chriſtum cõfitentes uſq; ad atro
citatem mortis affligunt. Pes uero conculcationis
ſit huiuſcemodi tribulatio, quãdo opprobrijs & ni
mio cõtemptu iniquorũ ſancti uſquequaq; humilian
tur, uelut quadam cõculcatione protriti. c ¶ Du
ratur ad filios ſuos quaſi nõ ſint ſui; fruſtra labora-
uit &c.) Præſentibus filiorum ſuorum tribulationi
bus, eccleſia dura & impia uidetur; quoniam nõ in-
gemiſcit & plãgit anguſtias interitumq; natorũ. In
cuius figurã, ſancta mater Machabæoꝝ ſuꝑ filiorũ
ſuorũ cruciatibus exultabat; uidebat quippe in ſpi
ritu, ſicut & hic ſancta mater eccleſia per fidẽ quoti C
die contemplatur, quantã gloriam in æternum pa-
riant pœnæ præſentes, ꝓfeſſione ueritatis acceptæ.
Et ideo quod ſequit; fruſtra laborauit, nullo timo-
re cogente; eccleſiam ſignat quæ filios ſuos ad ten-
tationem, & ſeculi huius
moleſtias præparat, ſpe-
rans utiq; à deo ꝓ his ma
lis temporarijs, filiorum
ſuorum gloriã, & incor-
ruptionis beatitudinem
ſempiternam. Aliter; ſed
& ſi doluiſſet ꝓ filijs con
ſecratis, fruſtra doluiſſet;
quia nõ habebat timẽdi
cauſas, quãdo eos non
perdidit, ſed acquiſiuit.
d ¶ Priuauit enim eam
deus ſapientia; nec &c.)
Sapientia atq; intelligen-
tia mundi huius priuata
eſt à deo eccleſia; nam & Apoſtolus hoc fieri præci
pit, dicens; Qui uult ſapiens eſſe, ſtultus fiat ut ſit ſa 1.Cor.3.d
piens; quia ſapientia huius mundi ſtulticia eſt apud
deum. e ¶ Cum tẽpus fuerit, in altum alas erigit;
deridet equum &c.) Cum ingruerit, ait, moleſtior
& nimium acerba afflictio perſequentis; ibi maior
ad deum de afflictione obſecrãtis affectus; dũ quo-
dammodo excitatur, & humiliatus erigitur inten-
tione uigilantiſſima deprecandi in excelſum alacri D
niſu, fidem ſuã & ſpem, uelut pennas in adiutorio
gratiæ dei fultas ſuffert, & cum taliũ alarum ſuſten-
tata fuerit auxilio, greſſus profecto eius uelociores
efficiuntur & conciti; ita ut inſequentes ſe derideat
inimicos, id eſt equum & equitem, quod eſt diabo-
lum & hominem miniſtrũ inimici, qui in perpetran
das cõtra eccleſiam perſecutiones, ſedet in quolibet
equo ſuo, in corde uidelicet hominis perſequentis.
f ¶ Nunquid præbebis equo fortitudinem aut cir
cundabis collo eius hinnitum?) Hunc equum ad-
uerſariam poteſtatem arbitror poſſe intelligi; qui
ſit pallidus, ut in Apocalypſi ſcribitur; quem ſequi- Apoc.20.b
tur mors & inferus. Et qui in Zacharia propheta
dicitur rubeus; mortibus uidelicet hominũ & cruo
re reſperſus. Proinde dum permittitur præbere ei
à deo, dicitur fortitudo; & circũdari collo eius hin-
nitus, ut per patientiam & bonitatem dei, theſau-
rizet ſibi iram in die iræ, & reuelatiõis iuſti iudicis
dei. Et idcirco in collo eius ſignificatur hinnitus ſu
perbiæ, quo tumeat contra deum, & blaſphemiam
loquatur. g ¶ Nunquid ſuſcitabis eum quaſi lo-
cuſtas?) More locuſtarum, aduerſarius noſter di-
citur ſuſcitari, quando de locis ſuis ad partiendas
regiones, atq; uaſtandas præire dicitur, ſicut ait de
deo pſalmiſta; Dixit & uenit locuſta. Sed hanc ſuſci Pſal.104.c
tationem, inſtantiam efficiendi operis eſſe arbitror.
Vnde dicitur ad Pharaonem; In hoc ipſum te exci- Exod.9.b
taui, ut oſtendam in te uirtutem meam, & annun-
cietur nomen meum in uniuerſa terra.
Gloria

a Glória narium eius terror terram ungu-
b lā fodit. Exultāt audacter: in occurſum per-
c d git armātis. Contēmnit pauorem, nec ce-
f dit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra:
g uibrabit haſta & clypeus. Feruēns & fre-
h mens ſorbet terram: nec repūtat tubæ ſo-
i nare clangorem. Vbi aūdierit buccinam, di-
cit: uah. Procul odoratur bellum, exhorta-
tionem ducum, & ululatum exercitus.
Nunquid

E a ¶ Gloria narium eius terror.) Siue ut alij dixe-
runt: Gloria pectoris eius audacia. Vt inimicus in
fugam uertat aduerſarium ſuum, militem ſcilicet
Chriſti: ipſo etiā anhelitu terret: hic eſt odor mor-
tis: hic eſt ſpiritus furibundus anhelans in hominis
necem, retrorſum reſpi-
cit, qui iterum ad peccata
conuertitur: ſiue tribula
tionibus cedit, ut in euā-
gelio dominus per para-
bolā ediſſerit. b ¶ Ter-
ram ungula fodit.) Siue
ut alij dixerunt: fodiens
in campo luxuriat, id eſt,
carnales homines & ter-
rena ſapientes cōculcat,
& proterit, & cū eos hu-
miliauerit, ſibiq; ſubdide
rit: facit eos ea cōtritione
contritos: qualis eſt cōtritio & infelicitas in uijs ho
minum impiorum. In huiuſcemodi igitur latitudi-
ne uitiorum, uelut in campo luxuriās, fodit ad ſub-
trahenda hominibus fundamenta uirtutum, ut in
ruinam ſubducta ſoliditate procumbant.
c ¶ Exultat audacter.) Gaudet ſuperbus præſum
ptionis audacia: quoaduſq; pernicione contra ho-
mines pugnat. d ¶ In occurſum pergit armatis.)
Quæ ſint arma ſanctorum, cōtra ſpiritualia nequi-
F tiæ: Apoſtolus diligenter enarrat. Contra hos igi-
tur huiuſmodi armis indutus, in occurſum perge-
re dicitur: quādo arcem mentis expugnare moliēs,
aduerſum murum uirtutum, arietes obijcit uitio-
rum, & ad tentandum dominum, auſus fuit in oc-
curſum eius uenire in eremo, & per ſingulas ciui-
tates Apoſtolis Chriſtum prædicantibus occurre-
bat: quando eis commotiones ſeditionum populi
ſuſcitabat, ſicut etiam in Actibus apoſtolorum legi
1. Cor. 16. b mus. Vnde & ad quoſdam Paulus ait: Oſtium mihi
apertum eſt magnum & euidēs, ſed aduerſarij mul-
ti. Et multis alijs locis de hac aduerſantium impu-
gnatione non tacet, quas diabolus immittebat.
e ¶ Cōtemnit pauorem: nec cedit gladio.) Quod
ad imperium & inuocationem dei, diabolus effu-
getur, manifeſtum eſt, ſed ſi ad contumaciam & uo
luntatem illius iniquiſſimā, ac procaciter impuden
tiſſimam attendamus, intrepidus non terretur: non
erubeſcit etiam ſi gladio ferri dei territus fuerit &
fugatus, reuertitur iterum: nec cōfutatus abſcedit.
f ¶ Super ipſum ſonabit pharetra: uibrabit haſta
& clypeus.) Cur habet pharetram inimicus? ut ui-
delicet ſedētes in ea Iudæi, gentiles, hæretici: in qui-
bus ſunt ſagittæ mortis, errorum ſcilicet lœtalia do
gmata, ſagittent in obſcuro rectos corde. Habet ha
ſtam unde criminibus cæteriſq; uitijs cōfodiat pec
catores: ſagittas, ſubtiliores dolos: haſtam, delicta
trabalia atq; mortifera. Habet clypeum: quo mali-
ciæ plenitudine, totum militum ſuorum occupat
pectus: quo ne telis uerborum dei compungantur,
excutit ea, fruſtratur, expalmat: ex quo equo trāſfi-
gurato in angelum lucis, ſplendore quodam terri- G
bili, uibrant haſta & clypeus, & mendacij eloquio
abruptæ hæreticorum reſonāt prauitates, & hic ꝓ-
pter indeſinentem intenſionem uſumq; blandiendi
uibrare dicūtur. g ¶ Feruens & fremens ſorbet
terram.) Feruēs eſt uitijs
diabolus, inimicus ſan-
ctorum & omnium cri-
minum igne cōflagrans,
atq; in hominem furore
inuidiæ fremens, ut iam
ſorbeat illecebris pecca-
torē, & deuoratū in cor-
pus perditæ cōgregatio
nis ſuæ transferat, quo
corpore ꝓpheta dixit ſe
forte abſorbendum, niſi
dominus eſſet in eo: ita
inquiens: Niſi dominus Pſal. 123.
eſſet in nobis, forte uiuos abſorbuiſſent nos. Hic
ergo contrarius noſter ipſe eſt, cui deus locutus eſt, Gene. 3. c
dicens: Terram manducabis omnibus diebus uitæ
tuæ. Et idcirco ipſe & ſocij eius, ut inimici domini
terram lingent. h ¶ Nec reputat tubæ ſonare clā-
gorem.) Id eſt, prophetarum & Apoſtolorum in-
crepationem audire detrectat, quibus dicitur: Sicut
tuba exalta uocem tuam, ſed magis ſæuiens; unde
uerus Pharao dicit: perſequens comprehēdam de-
partibor ſpolia, & cætera. In his locis de quibus di-
ximus: alij tranſtulerunt: ſuper ipſum enim gaudet H
arcus & gladius, lancea, haſta, & tremore & iracun-
dia euertit terram: nec credit donec clanguerit buc-
cina: ubi eundem ſenſum exiſtimo contineri: ſecun
dum quem nos expoſuimus, in arcu & gladio, &
cæteris armis inimici, omnes adinuētiones eius in-
telligendæ ſunt, quæ in eo gaudeant cū his modis,
quaſi armis interficiunt hominem. i ¶ Vbi au-
dierit buccinam, dicit: uah. Procul odoratur bellū,
exhortationem ducum; & ululatum exercitus.)
Quādo audierit, inquit, aduerſarius noſter dei buc
cinam, id eſt, unumquenq; doctorem eccleſiæ ad-
hortantem commilitones ſuos, ſecundum præce-
ptum imperiale, atq; diuinum: ut contra aduerſa-
rium ſuum ſtent fortes in prælio: ſtupenti animo et
ſcrutabili, auribuſq; attonitis, ait: uah, tanq; ſi dice-
ret: quid audio, hac quiſq; præſumit audacia, ut cō-
tra me ſaltem cogitet bella conſtituere? Vbi ergo di
ctum eſt uah: Alij dixerunt euge, quod ſecūdum ut
conſequentia loci fuerit: ſiue in bonum ſiue in ma-
lum capitur. Et in pſalterio: Confundantur & reue Pſal. 69. a
reantur, qui dicunt mihi euge euge. Proinde in hoc
loco irridentis animo, & ſubſannantis, uultu euge
dicitur. Subtilis enim & uigilantiſſimus inimicus,
& nimium callidus: qui ſolicitudinem perdendi o-
mnē terrā habet, cū ſenſerit aliqua initia ſiue ſigna
quædam in homine, quomodo ei, eiuſq; uitijs reſi
ſtendum ſit: uelut ſaginare aduerſantes ſibi præue-
nire contēdit: ne ſumpta contra diabolum ſanctita-
tis arma defendant: ne ueneratione digni fiāt, cum
rex



A rex æternus aduenerit. Vlulatus uero ſiue ſonitus
ut alij dixerunt: exercitus ueri imperatoris ille eſt,
quādo ſeinuicem uno ſpiritu, unaq; charitate & fi-
de cohortantes, conſpiratis in unum timoris domi
ni uiribus alloquuntur: ut donec trāſeat iniquitas,
ſint perſeuerātes in prælio: quia charitate regis ſui
infuſa in ſe per ſpiritum ſanctum: qui datus eſt eis,
pro alterutro ſunt membra ſolicita. Nunquid ſu
ſcitabis eum quaſi locuſtas.) Quem de loco ad lo-
cum tranſilire feci, & de præſenti ſcilicet mundi de-
lectatione ad deſiderium futuri ſeculi inflammaui:
ſic utiq; ſuſcitatus eſt de corpore infidelitatis uelut
ſol cum calor aduenit. Has autem mutationes non
locorum eſſe corporalium nouerimus, nā affectus
ſunt animorum. Gloria narium eius terror.) Vt
terreat peccatores, odio habens quod ſunt: & dicēs
eis de deo: Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum ui-
brabit, & cætera: de gloria narium eius eſt: ſpiritus
enim dei eſt in naribus eius: quod & ſanctus Iob
dixit: Spiritus dei eſt in naribus meis. Hoc unguē-
to ſpiritu utiq; dei, perfuſa eſt eccleſia: ſicut ſcribit
1. Ioan. 2. d Ioannes Apoſtolus: Et uos unctionem habetis à
ſancto. Proinde hic de quo loquimur, hoc loco de
bono flagrabat in interiore ſenſu hominis ſui: in
quo ſenſu ſecundum uoluntatis arbitrium: alijs o-
dor mortis in mortē: alijs odor uitæ in uitam: quo-
niam refuſo ſuper Chriſtum, id eſt miræ fidei à ſan
cta eccleſia repletus eſt mūdus: omnes fidelium po-
B puli, eodem ſacro chriſmate uncti ſunt. Propter qđ
& ipſum unguentum, quod ante ſaluatoris noti-
ciam intra alabaſtri uaſi anguſtias tenebatur piſti-
ci, nomen inditum erat: ut nouerimus credentium
populos, ſicut dixi chriſmate conſecratos. Hac igi-
tur gloria odoris huius: quaſi terrore generantis
perfunditur ſenſus interior. Terram ungula fo-
dit. Exultat audacter: in occurſum pergit armatis.)
Quicquid in ſe fortiſſimum habet ad ſubſtantiæ
perſeuerantiam: eo utiq; bono uirtutis terram ſcin
dit & cōmouet: Non enim patitur ut ſolum gradia
tur incultum, ſed ſtudet ut ager fiat frugifer & opi-
mus. Vnde & ante deū audacter exultat ut audiat
Pſal. 125. b de ſe, ſicut de cæteris dici: Venientes autem uenīet,
in exultatione tollentes manipulos ſuos. Itemq; au
Matt. 25. b diat, ſerue bone: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſu-
pra multa te conſtituā. In occurſum pergit armatis,
antequam telis uitiorum ſiue perſecutionum à ſpi-
ritualibus hoſtibus obruatur, in acie uirtutum con
ſiſtens, irruentes in ſe præuenit inimicos: ne aliquo
ictu concupiſcentiæ, uel etiam diffidentię uulnere-
tur. Sic nanq; in occurſum pergit contra hoſtes ar-
mis uitiorum, inſectationeq; munitos. Secundum
Pſal. 17. f hūc ſenſum ſanctus Dauid ait: Perſequar inimicos
meos, & comprehendam eos & cætera. Contem-
nit pauorem, nec cedit gladio.) Quātaslibet ait mi-
nas cum grandi terrore, ita ut cum pauorem incu-
Pſal. 26. a tere cupiunt inimici, loquuntur: Dominus illumi-
natio mea: & ſalus mea quem timebo. Dominus de
fenſor uitæ meæ: à nemine formidabo aduerſantiū:
dum appropiant ſuper me nocentes, ut edāt carnes
meas. Proinde quoniam in hac ſalute luminis dei C
ſpero: ſi conſiſtant aduerſus me caſtra, non timebit
cor meum. Et ſi cōſurgat in me prælium, nō cedam
gladio: quo mortem libenter ꝓ Chriſto ſubire ex-
opto. Super ipſum ſonabit pharetra: uibrabit ha
ſta & clypeus.) Super exteriorem & corporeū ho-
minem, de quo ait propheta: Et ſubtus me contur-
bata eſt hebetudo mea: quaſi arcem animam credi-
mus: ubi unuſquiſq; ſanctorum, utpote in interio-
re homine ſuo tanquam intra pharetram habet ſa-
gittas eloquiorum dei: quas dum ad cauendum ꝓ-
fert, ſiue dum eas frequenti correptione, ueluti tela
pungentia educit in medium, percuſſurus utiq; ea-
rum ictibus, eos qui merito ad ſalutem debeāt uul-
nerari. Super ipſum, inquam, eloquiorum dei reſo-
nat pharetra: quod tamen in cōmotione fit ambu-
lantis. Vbi intelligitur, quod is recte pſallat, & cor-
ripiat delinquētes: cuius in anteriora quotidie ꝓfe-
ctus eſt ſanctitatis: ſic enim Apoſtolus magnus &
potēs equus domini ait: Vnum autem: quæ quidē Philip. 3. c
retro ſunt obliuiſcens: ad ea uero quæ in ante ſunt
extendens. Siue ut breuius & manifeſtius dicam:
Pharetra hæc, locus eſt cordis: in quo ſermonum
dei, ſagittæ conditæ ſunt & repoſitæ. Et ſignanter
ait dominus ſuper ipſum, id eſt equum ſonare hāc
pharetram, quod eſt ſuper exteriorem hominem
eius, pharetra cordis illius referta, diuinis eloquijs
regnat, dum ut bellator domini, & fortis in prælio,
euangelizat uerbū uirtute multa. Super hunc equū D
nihilominus uibratur haſta & clypeus. Haſta eſt ui
gilans animi uirtus ſiue conſtantia, quæ increpat
peccatores: ſiue uitia in ſe confodienda mortificat.
Clypeus uero ſcutum fidei eſt, in quo omnia tela
nequiſſimi ignea poſſit extinguere. Et hæc propter
deſinentem uſum bellandi, uibrare dicuntur: quæ
ſint utiq; in exercitatione præparata. Nam de tali-
bus armis fulgentibus ita dicitur: In lucem iacula
tua ibunt, in ſplendorem coruſcationis annorum
tuorum. Feruens & fremens ſorbet terram.) Fer
uens fide in ſpiritu, & fremens ut ſaluator: qui quā-
do in uitijs mortuum ſpiritualiter ſuſcitat, fremit in
ſpiritu. Ita hic, inquam, fremet cōtra inimicos ſuos,
ſiue uitia, ſiue etiam apertos perſecutores: & ita ſor
bet terram ſuam, dum eam de carnali cōuerſatione
in ſpiritualem cōuertit. Sic itaq; fremens ſibiq; plu
rimum cum indignatione iraſcens, ſorbet eam ſicut
dixi, ut illa in ſpiritus ſui affectationem trāſmittat:
ubi eſt ille abſcōditus cordis homo in incorruptibi
litate, quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in cōſpectu
dei locuples. Nec reputat tubæ ſonare clangorē.)
Tanta animi uirtute induitur, ut nullum terrorem
aduerſariorum formidet, quādo ad omnē ſonitum
inimicorum ꝓuocantium ſit paratus. Vbi audie-
rit buccinam, dicit: euge. Procul odoratur bellum,
exhortationem ducum: & ululatū exercitus.) Qui
cum audierit alta uoce euangelium prædicari, gau-
det & exultat, quod euge ſignificat. Omnium præ-
poſitorū de ſcripturis dn̄icis fortiſſimorū uirorum
exempla profitentium, totius quoq; eccleſiæ con-
R r gregatio

E gregationem, quæ exercitus dei dicitur unanimẽ
atq; unius fidei ſonum cum audierit dicit, euge: &
lætus cum exhortatione ducum, etiam ululatũ au⸗
dit exercitus. Vlulatus autem hoc loco ille ſignifica
tus eſt, quando bellatores in acie ſtantes pugnatu⸗
ri, ſeinuicem cohortant̃.

a Nunq̃uid per ſapientiã tuam plumeſcit ac⸗
b cipiter; expãdens alas ſuas ad auſtrũ? N[b]ũn⸗
quid ad præceptum tuum eleuabitur aqui⸗
c la; & in ard[c]ũis ponet nidum ſuum? In p[d]ẽ⸗
d tris manet; in præ[e]rũptis ſilicibus commora
e tur; atq; in[f]acceſſis rupibus, Inde c[g]õntempla
f tur eſcam; & de l[h]õnge oculi eius proſpiciũt.
g
h
Pulli

Sed dicit aliquis: quẽad⸗
modũ fieri poteſt, ut una
eademq; res per figuram
nunc in bonam partem,
nũc in malam intelligat̃:
ſicut hic nos fecimus, ut
hunc equum per allego⸗
riam diximus, & in malũ
& bonum poſſe ſentire.
Ad hoc reſpõdeo, ubi ſi⸗
ne epitaſi aliquod nomẽ
ponitur in ſcripturis, utputa mons tantum, & non
additur ei, ut dicatur mons Sion, aut mons corru⸗
ptus, non ab re exiſtimo, quin expoſitio de eadem
re in utranq; partem ſit libera. Vbi uero cum epi⸗
taſi, ut leo de tribu Iuda, aut certe ſedet in inſidijs ſi
cut leo, ibi aut Chriſtus ſine ulla cunctatione intel⸗
ligitur, aut diabolus aduerſarius noſter. Et ſi placet
demus aliquod exemplum, ubi de arbore in euan⸗
Matth. 17. c gelio dominus ait ad diſcipulos ſuos: Si habueritis
quidem fidem ſicut granum ſinapis; dicetis huic ar
bori, eradicare & tranſplantare in mari, & obediet
uobis. Vbi quidam intellexerunt: quia fides credẽ
F tium eradicet inimicum, atq; euellat de terra eccle⸗
ſiæ; terra ſcilicet Iudææ atq; cõfeſſionis; & mare po
pulorum, hominum uidelicet impiorum transfe⸗
rat; & illi mali ſpiritus in euangelio hoc ipſum ſigni
ficare poſſunt; qui cũ hominibus immundis & pec
catoribus porcorũ nomine indicatis, in mare præ⸗
cipitati ſunt. Vbi uero eandem arborem dominum
ſignificari uoluerũt, ita interpretati ſunt, quod præ
dicatione apoſtolorum qui gratiam Chriſti & uir⸗
tutem fidei ſuſceperunt, arbor Chriſtus dominus
eradicetur quodammodo de illa gente Iudæorum,
in qua uelut ſtirpe generis tenebatur, & tranſplan⸗
tatur in mare gentium, ſicut ipſe dominus eiſdem
Matth. 21. d Iudæis locutus eſt, dicẽs: Auferetur à uobis regnũ
dei, & dabitur gẽti facienti fructũ eius. a ¶ Nun
quid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter: ex⸗
pandens alas ſuas ad auſtrum.) Conſequens eſt ut
hunc accipitrem in bonam partẽ intelligamus: ſan
ctum ſcilicet qui ſapientiam per conuerſionem ac⸗
ceperit, ut prædari & rapere iam ceſſet carnibus
etiam ſecularium ſenſuum uiuere deſiſtat; & qui ue
teris hominis exuuias in baptiſmo depoſuerit: plu
meſcens, quodãmodo renouata ſit ſicut aquilæ iu⸗
uentus eius, maxime cũ promiſſionẽ habens præ⸗
ſentis uitæ & futuræ, quæ in alis ſignificata eſt, ad
auſtrum, unde calor fidei eſt, ſe uerterit, unde Chri⸗
ſtum ueniſſe cognouit, quod & propheta ita facien
Abac. 3. a dum prædixerat dicens: Deus ab auſtro ueniet &
ſanctus de monte umbroſo & caligoſo. Bethlehem
nanq; ciuitatem domini reſpicientibus, in Hieruſa
lem in meridie quod eſt in auſtro poſitam ſcimus. G
Et ſecundum tropicos intellectus hunc calidum uẽ
tum, ut aromata gratiarum ferueant, ſponſus inui⸗
tat, dicens: Exurge aquilo, & ueni auſter, perfla hor Cant. 4. d
tum meum, & perfla aromata mea. Vbi ergo dictũ
eſt; expandens alas ſuas
ad auſtrum; alij dixerũt,
expanſis pennis immo⸗
bilis & reſpiciens auſtrũ.
Intentionem ergo perſe
uerantiæ dicit eius, qui p
calorem fidei duorum te
ſtamentorum guberna⸗
culis uiuens, ſplẽdorem
æternæ beatitudinis con
templatur. b ¶ Nun⸗
quid ad præceptum tuũ
eleuabitur aquila?) Aliquando in bonam partem
aquila dicitur, & pro ipſo deo, dicẽte Moyſe: Sicut Deut. 32. b
aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos
confidit, ut ſuperius diximus. Hic uero à deo pote
ſtas aduerſaria aquila dicitur: quæ ex permiſſu dei
elata in ſuperbiam multũ poſſit, ſicut propheta ait: Oſee. 8. a
Et erit quaſi aquila ſuper domum dei. Prophetæ
quoq; multis in locis ſcripturarum ſuarum eum ſu
perbiſſimum notãt, id eſt diabolũ: & inde eſt quod
eis & magnus dicitur: eo quod leuet̃ tumens ſuper
montes aquilonis: & ſuper aſtra cœli ponat ſedem
ſuam, cupiens ſe exæquare altiſſimo. c ¶ Et in ar⸗
duis ponet nidum ſuum.) In magnis quibuſque & H
eminentibus ſeculi huius, ac malis hominibus ſedẽ
ſibi conſtituit, ut in eis uelut durus dominus & rex
trux, ac potentiſſimus commoretur. d ¶ In pe⸗
tris manet.) In excelſis uidelicet duris, & in malicia
fortibus manet & habitat. e ¶ Et in præruptis ſi⸗
licibus commoratur.) Præruptæ ſilices intelligun⸗
tur blaſphemi qui ſunt nimium duris & indomitis
cordibus, atq; in ruinam ſuam inclinato peccatorũ
pondere depẽdẽtes. f ¶ Atq; inacceſſis rupibus.)
Inacceſſæ uero rupes, ſunt homines porrecti in al⸗
tum, nimia elatione cordis ſui: ad quorum ſuper⸗
biam, quæ eis ſupra cæteros quaſi ſingulare ac pro
prium malum ſit, nullus accedat. g ¶ Inde cõtem
platur eſcam.) Per illos utiq; quos ſuperbia nimiũ
elatos diximus, quos hereſiarchas, aut Iudæos, ſiue
ſapiẽtes ſeculi, id eſt philoſophos, intelligimus, per⸗
ditos quoſq; dum eos erroribus ſuis in laqueos in
eſcam ſuam capit, ſecundum prophetam, qui de eo
dẽ diabolo ita ait: Eſcæ eius electæ. h ¶ Et de lon Abac. 1. d
ge oculi eius proſpiciunt.) Sagacis ualde atq; perui
gilis aduerſarij noſtri animũ, ad inquirendas uires
ſanctorum dimicantium, nomine oculorum appel
lauit deus. Quod autem ait, de longe, mentis eius
intuitus ſubtili intentione proſpicit: eo quod etiam
in poſterum exercitatæ maliciæ ſagaci ſuſpicione
præuideat: non locorum ſpacia intelligenda ſunt:
ſed initia diſpoſitionis humanæ ad recte uiuendũ.
Hoc inquam, delonge proſpicit, quod eſt ab ipſis
utiq; exordijs ſubtilis ſpiritus, & ad omne malũ ni⸗
mium



A mium mobilis intuitus: ut illic antequàm conatus
hominis ſaltem in aliquo roborẽtur, pullulantia bo
na reprimat & extinguat, & interemptum hominẽ
faciat fœtere peccato. a ¶ Pulli eius lambũt &c.)
Pulli eius, ſunt filij eius, uel ſocij eius, qui in conſpi

a P[a]ũlli eius lambunt ſanguinem; & ubicunq;
b cadauer fuerit, ſtatim adeſt. Et adi[b]ẽcit domi⸗
nus & locutus eſt ad Iob: Nunquid qui con
tendit cum deo, tam facile cõquieſcit? Vtiq;
c qui arguit deum debet reſpõdere ei. R[c]ẽſpõ⸗
dens autem Iob domino dixit: Qui leuiter
d locutus ſum; reſpondere quid poſſum? M[d]ã⸗
num meam ponam ſuper os meum. Vnum
locutus ſum; quod utinam non dixiſſem; &
alterum quibus ultra non addam.

Cap. XL.

e REſp[e]õndẽs autem dominus Iob de tur⸗
f bine, dixit: Accing[f]ẽ ſicut uir lũbos tu⸗
g os; interrogabo te & indica mihi. N[g]ũnquid
irritum facies iudicium meum; & cõdemna
h bis me ut iuſtificeris? Et ſi h[h]ãbes brachium
ſicut deus, & uoce ſimili tonas, circunda tibi
decorem & in ſublime erigere; & eſto glorio
ſus, & ſpecioſis induere ueſtibus. Diſperge
ſuperbos

ratione tyrannidis cũ co
aduerſum deum moliti
ſunt iniquitatem. Hi igi⸗
tur liuore inuidiæ, ſitien
tes ſanguinem hominũ
lambũt. Et qđ ait: ubi fue
rit cadauer ſtatim adeſt:
alij dixerunt: & ubi fue⸗
rit cadauer ſtatim repe⸗
riuntur: quod ſiue de au
tore mali, ſiue de ſatelliti⸗
bus eius dicatur, ubi af⸗
fuerit, illic peccatum ilico
gignitur: quod in anima
ita fœteat, ſicut uulnus ĩ
corpore. b ¶ Et adiecit
dñs & locutus eſt ad Iob:
Nunquid qui contendit
cum deo, tam facile con⸗
quieſcit? Vtiq; q̃ arguit
deũ debet reſpõdere ei.)
Tota altercatio quæ in
B ſuperioribus libri huius
contexitur: in hoc loco à
domino declaratur, cum
ipſe dicit, Nunquid qui
contendit cum deo: Vnde apparet quia cõtra deũ,
quadam præſumptionis audacia ex fiducia bonæ
conſcientiæ ſit locutus: non tamen blaſphemauit
deum, ſicut quibuſdam uidetur. Vbi & ſi aſperius
aliqua dixit, ad idem reſpiciẽs ad quod deus, iuſtus
eſt: tenorem iuſticiæ dei reſpiciens, locutus eſt non
ad blaſphemandum deum, unde illum ſecũdum iu⸗
ſtum iudicium eius requirendo, quaſi cõſtringit &
dicit: ut parcat uel eum iniuſtum declaret. Quare
eum circa ſe iuxta iniuſticiam iudicare ſentiat: cum
eum optime nouerit iuſtum. Accepta igitur Iob ra
tiõe à deo in his ſermonibus quos locutus eſt, quia
omnia utiq; quæ creaſſet, ipſe gubernaret & rege⸗
ret, à quo etiam omnino nihil iniuſtum fieret, con⸗
uictus ſicut hic aperte demonſtratur ſilebat: ſed ad⸗
monetur à domino atq; compellitur: ut quia aduer
ſus eum contendit, eumq; arguere conatur, ipſe ad
interrogata reſpondeat. Et ait ſcriptor libri huius.
c ¶ Reſpõdens aũt Iob domino dixit: Qui leuiter
locutus ſum: reſpondere quid poſſum?) Beatus aũt
Iob agnoſcens ſe leuiter & nõ conſummate locutũ,
dicit omnino ſe deo reſpõdere non poſſe. Propter
quod cupiat ſe ſilẽtio cohibere: ſicut ait. d ¶ Ma⸗
num meam ponam ſuper os meum, eo quod unum
& aliud uerbum dixerit: pro quibus potuerit læde⸗
re. Illa eſſe exiſtimo, ſicut ſuperius cõprehendi: quæ
Iob. 7. c ita dixit: Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem
oſſa mea; & ſi flagellat, occidat ſemel, & non de pœ⸗
nis innocentum rideat. Cap. XL. C
REſpondẽs autem dominus Iob de turbine di⸗
xit.) Id eſt uel de increpationis impetu, uel de
perturbati aëris ac nubibus obſcuro. f ¶ Accin⸗
ge ſicut uir lumbos tuos; interrogabo te & indica
mihi.) Siue ut alij dixe⸗
runt: Nequaq;, ſed accin
ge ſicut uir lumbos tuos,
& cætera: quod eſt, nolo
ut taceas, ait deus, ſicut
ipſe diſponis, ſed potius
loquere: & quod interro
go te reſpõde mihi. Quẽ
admodum autẽ deus ho
minibus loquatur; cũ ſit
ipſe ſpiritus, multis ſigni
ficationibus diuinæ no⸗
bis indicant literæ, ut pa⸗
ter de nube ad filium lo⸗
quitur; & Moyſi in flam
ma ignis, & Ezechiel ſe⸗
dẽti cũ ſenioribus Iſraël,
fit ſermo domini, & ſo⸗
lus audiebat quæ dicebã
tur à domino. g ¶ Nũ⸗
quid irritum facies iudi⸗
cium meũ; & cõdemna⸗
bis me ut tu iuſtificeris.) D
Quo ſenſu ſanctus Iob
dixerit ea quæ ſupra cõ⸗
ſcripta ſunt; in hoc loco
dominus manifeſtat. Nam cum increpatione, pro⸗
pter hoc ipſum ab eo arguitur, quia in eius iniuriã
& ſugillationẽ ſe iuſtificare uoluerit; dum eum ex
ipſis cruciatibus ſuis, quos ſibi inique inflictos aſſe
rit iuſticiam iniuſticiã uocat. h ¶ Et ſi habes bra⸗
chium ſicut deus, & ſi uoce ſimili tonas, circũda tibi
decorem & in ſublime erigere; & eſto glorioſus, &
ſpecioſis induere ueſtibus. Diſperge ſuperbos in
furore tuo; & confunde eos; & reſpiciens omnem
arrogantem humilia. Reſpice cunctos ſuperbos &
confunde eos; & cõtere impios in loco ſuo. Abſcõ⸗
de eos in puluere ſimul; & facies eorum demerge
in foueam, & ego confitebor quod ſaluare te poſſit
dextera tua.) Hoc eſt dicere; Nunquid potes hos
ipſos dæmones, quorum tribulationibus expugna
ris & contereris, expugnare & diſpergere? Nec ſic
contra deum contendere deberes; ſi tibi eſſet forti⸗
tudo ut deo eſt, & uox imperij tui in hoc mũdo ter⸗
ribilis inſonaret; circũdares etiam tibi decorẽ æter⸗
nitatis, honoris quoq; & ſublimitatis eſſes gloria
exaltatus & omibus ſanctitatis uirtutibus tanq; ſpe
cioſis ueſtibus te munires, omnes nihilominus ſu⸗
perbos iuſto iudicio tuo, uelut indignationis iracũ
dia diſſipares, & eos in locum ſuum; id eſt, in carce⸗
rem inferorum detrudens, cõtereres, quin etiam à
ſanctorũ lumine ſeparatos, in puluerẽ ſimul abſcõ⸗
deres, ſiue ut alij dixerunt retruderes eos ſub terra:
ſimul & facies eorũ, id eſt animã cũ ĩtellectibus ſuis

E tanq̃ oculorũ luminibus in foueã inferni demergeres; id eſt, q̃ impoſſibile eſt ut hæc homo habeas, tã ſtultum eſt, ut quaſi ex æquali contra deũ loquaris, à quo humiliter ſperare miſericordiam debes; ut ex eius dextera, id eſt uirtute, cõtra eos, quos dixi ſuperbos arrogãtes impioſq́; ſalueris. Ecce hoc ipſum noueris fortẽ diabolũ & potẽtiſſimum inimicum tuũ, quem ob immaniſſimũ trucis animi furorẽ, Behemoth nomĩe feralis beſtiæ nũcupaui, apud te uelut bouẽ, animal uidelicet manſuetũ fœnũ comedere faciã; non carnes ut leonem. Quia carnes quando comedũtur; nõ fit ſine uiuentis interitu. Circa te uero non ita eſt ſicut iam dixi, cui iuſſiõe imperij mei, hoc modo præcepi, dicens: Ecce in manu tua eſt uiuere, animã eius ſerua. Behemoth nãq; doctores eccleſiæ, q Hebræas literas cõtigerunt, in Latinũ quaſi plures interpretati ſunt. Proinde inimicus diabolus cum

F toto corpore ſatellitũ ſuorꝝ hoc loco à deo deſcribitur. Quẽ ꝓpter pluralitatẽ nominis ipſius antiq ita interpretati ſunt, ſed ecce beſtiæ quas feci apud te, fœnũ ſicut bos edũt; id eſt; & hoc potentia dexteræ meæ factũ eſt, ut ſubſtãtiã tuã & facultates, quæ ob precioſæ mẽtis tuæ diuitias fœno cõparãtur, in poteſtatẽ acciperet deuorãdas. Et ideo uilia quæq; & tẽporalia tibi abſtulit, quæ fœni nomine ſignificata ſunt; nõ quæ magna & grãdia, id eſt animę ornamẽta, quibus te ſpoliatũ blaſphemiæ ruina cõprimeret; quali peccato totus homo à diabolo deuorať. Ita ergo de eo dicit deus. a ¶Fortitudo eius in lũbis eius; & uirtus illius in umbiculo uẽtris eius.) In lumbis & umbilicis, uẽtris uoluptas uel carnis luxuria intelligiť, quæ mẽbris genitalibus poſt primi hominis lapſum inſerta eſt, ut ſupra modũ legis naturalis illa mẽbra, & qñ nõ uult homo incẽtiuis libidinis titillentur; & ita uoluptatũ ſectatores, diabolo fortitudinẽ ꝓprijs uitijs miniſtrãtes, de parte illius, & cõſortes efficiũtur, ut ſint mẽbra eius, quorꝝ tãq̃ corporis ſui ipſe eſt caput. b ¶Cõſtringit caudã ſuã quaſi cedrus.) Hoc mihi dicere uidetur, qđ nec in nouiſſimis ſuis, quæ in cauda ſignificãtur, ſit ad deũ reuerſurus; quod eſt, nunq̃ ꝓ tyrãnide ſua ſuperbus & ĩpius pœnitebit; ſed exaltatus ut cedrus, uoce dñi iuſte iudicãtis eſt cõfringẽdus & cõminuẽdus. Conſtringitur eñ ligno duriſſimo cõparatus; duricia ſcilicet cordis; ne intelligat, ſtultus efficitur; & excæcatus, ne uideat uſq; in finem. Siue conſtringit caudam ſuã, ita ſentitur, ꝓpheta fallaciter loquitur; mẽdaciũ cauda eſt ſecũdum ſanctorꝝ ꝓphetarũ autoritatem. Hos igitur Behemoth tanq̃ inimicos,

ſuperbos in furore tuo; & confunde eos &
reſpiciens omnem arrogantem humilia. Re
ſpice cunctos ſuperbos & confunde eos; &
contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in
puluere ſimul; & facies eorũ demerge in fo-
ueam & ego confitebor quod ſaluare te poſ-
ſit dextera tua. Ecce Behemoth quem feci te-
a cum; fœnum quaſi bos comedet. Fortitũ[a]do
eius in lumbis eius; & uirtus illius in umbili-
b co uentris eius. Stringit cau[b]dam ſuam qua-
c ſi cedrum nẽrui teſticulorum eius perplexi
d ſunt. Oſſa ei[d]us uelut fiſtulæ æris; cartilago
e illius quaſi laminæ ferreæ. Ipſe [e]eſt prin-
cipium

tanq̃ ſocios, & miniſtros ſuos in copulã unitate ſibi cõſpirationis aſtringit; de qbus antiqui dixerũt interpretes; Erexit caudã ſuã ut cypreſſum, ubi elationẽ mẽtis eorũ in excelſum ſignificauerũt hãc arborem nominãdo; quæ ſub uno ſtipite, ꝓcero faſtigio in altũ porrigiť. c ¶Nerui teſticulorꝝ eius &c.) In neruis, uincula quædam fortiſſima ac illecebroſa uoluptatũ; quibus hoĩes carnales implicat, dicere uideť mihi; de quibus uitijs, & ꝓpheta culpãs homines inter cætera ait, ita dicẽs; Declinãtes autẽ ad Pſal. 103. c obligationes; ubi ſimpliciter penè inextinguibilẽ uoluptatem in mẽbris humanis à ꝓpheta ſignificari puto; cui uoluptati caro noſtra captiua ſuccũberet; niſi iuxta Apoſtolũ dei gratia ſubueniret. d ¶Oſſa eis uelut fiſtulæ æris &c.) His mẽbrorũ nominibus ĩdicať; qđ diabolus cũ ſuis durus ſit, rigidus, pertinax & inflexibilis. In oſſibus nãq; & cartilagine intus & foris, in cogitatiõe uidelicet & opere, perfecta eius demõ-

H ſtratur malicia. Quod aũt dictum eſt; cartilago eius quaſi laminæ ferreæ; alij dixerũt; ſpinæ eius ferrum eſt fuſile, ut intelligať; quia nunq̃ ſe diabolus ꝑ pœnitẽtiã deo humiliauerit. e ¶Ipſe eſt principium uiarũ dei &c.) Hoc in loco hic eſſe mihi uideť ſenſus, quod ad uias dei ambulãdas, & per obedientiã præcepta dñica obſeruãda; hic inter cæteras creaturas primus à deo ſit cõditus; & inde dictum ſit; ipſe principiũ eſt uiarũ dñi. Nã in Ezechiele ꝓpheta in capite lapidũ ignitorum refertur, qđ primus fuerit omniũ angelorũ; & corona in manu dñi. Siue ita dici poteſt; ut in illa æternitate ſua, deus ſemꝑ manẽs, quaſi egreſſus in facturã creaturarum uideatur; & hæ ſint uiæ eius, ut inuiſibilia ex uiſibilibus apparerẽt. Siue unaquęq; creatura uia dei eſt, per quã ad dei itur cognitionẽ, dũ cognita ab eo cognoſcitur. Siue uiæ dei illæ ſunt; qñ cuilibet creaturæ rõnabili, deus quaſi ad eam ueniẽs innoteſcit. Proinde hic Behemoth principiũ uiarũ dei diciť; eo qđ primus factus, dei ſui cognitionẽ à quo cõditus eſt accepit. Dñs aũt Chriſtus in principio uiarũ dei creatus refertur; qa recõciliãdo mundũ ꝑ ſanguinẽ ſuũ, uiam mandatorũ patris quaſi opera eius gradereť, qđ in principio ꝑdicatiõis euãgelij demõſtrauit. Qđ aũt dñs ait; Qui fecit eũ, applicabit gladiũ eius; id eſt q fecit Behemoth, applicabit ei gladiũ ipſius, id eſt malo quo alios interemit ipſe puniať; ſicut & de eius ſimilibus ſpũs ſctũs in pſalmo locutus eſt; Gladiũ eua Pſal. 36. c ginauerũt peccatores, & gladius eorũ intret in cor eorũ. Notãda tamẽ eſt in hoc loco cõmutatio perſonarum. Nam ſuperius dñs ait; quod Behemoth beſtiam



A beſtiam ipſe fecerit; & nunc dicit quod alius eũ creauerit, ita dicendo; Ipſe eſt principium uiarum dei, qui fecit omnia; quod ita exponi poteſt; quia pater
Pſal. 103. c in filio omnia fecit, ſicut ꝓpheta ait ad deũ; Omnia in ſapientia feciſti. Alij dixerũt; Ipſe eſt initiũ figmẽti domini; quod illudať ab angelis eius, id eſt ſanctis. Ab his ergo illudiť, quando per gratiã ſancti ſpiritus, & meritũ ſanctitatis eis ſubditur; & inuocatione nomine Chriſti ab obſeſſis corporibus effugatur. Ab eis utiq; qui deponentes omnẽ maliciam & omnem dolum, & ſimulationem, ſecũdũ
Eſa. 11. b Eſaiam, geniti infantes in Chriſto ſunt; de quibus ꝓphetauit cum uirtute gratiæ Chriſti cõtra aduerſarium eorũ diabolum in ſpiritu ꝓuidẽtiæ, dicens; Et delectabitur infans ab ubere, ſuper foramina aſpidis; & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet. Et dominus cum de eius toto corpore loqueretur, ait ad eos, quos innocentes & paruulos fecerat, dicẽs; Ecce dedi uobis poteſtatẽ
Luc. 10. c calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & nihil uobis nocebunt. a ¶Huic mõtes herbas ferunt; oẽs beſtiæ agri ludent ibi.) Hi montes in climate aquilonis conſtituti ſunt; ubi ſuperbus diabolus ſedere

B ſe dicit, inquiens; Aſcendam ſuper altitudinem nu-
Eſa. 14. c bium, ero ſimilis altiſſimo. Quos montes ſuperbos quoſq; & nimium elatos homines, ac tumorẽ cordis illius imitantes nõ abſurde ſentimus. In his igitur habitans, temporariam iucunditatem, quæ herbarum uocabulo appellata eſt in eis depaſcitur, & in malo uirentis ac uigẽtis in eis uoluptatis noxiæ delectatur; in quibus etiam mõtibus omnes beſtiæ agri ludunt. Beſtiæ iſtæ, ſocij ſunt & miniſtri diaboli; de quibus ait ꝓpheta, orans ad deum; Ne tradas
Pſal. 73. d beſtijs animam cõfitentem tibi. Ager uero hic mũ-
Matth. 13. e dus eſt, ſecundum autoritatem domini; qua dicit in euangelio; ager autem eſt hic mũdus. In talibus igitur mõtibus, qui herbas luxurię, nõ arbores fructiferas ferunt, hæc beſtiæ, aduerſariæ uidelicet poteſtates, nõ habentes uigorem uirtutum, ludũt fluxu laſciuiaq; uitiorum; & in omnibus eorum mõtibus in ſceleribus ac nephandis criminibus uidelicet gloriantur. Alij de hoc loco dixerunt; Aſcenderunt in montem præruptum; fecit gaudiũ quadrupedibus in tartaro. Mõtem præruptum ipſius ſuperbiæ diabolicæ uerticem ſignificatum puto; in quem nimiũ ſe extulerit; ita ut de eo uſq; in ima caderet inferorꝝ. Fecit ergo gaudium, id eſt, dedit cõſolationem; uel his qui ſuperbiæ eius conſentientes de cœlis eiecti ſunt tartaris deputandi; uel his peccatoribus, qui per eum in profunda inferi corruerunt; ſub quorũ perſona ad ipſum dæmonum principem ita ſermo
Eſa. 14. c propheticus loquitur; Et tu uulneratus es ſicut & nos, noſtriq; ſimilis factus es. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua; cõcidit cadauer tuum; fecit gau-

cipium uiarum dei. Qui fecit eum applica-
a bit gladium eius; h[a]uic mõtes herbas ferunt.
b Omnes beſtiæ agri ludent ibi; ſub umbra[b]
dormit in ſecreto calami, in locis humenti-
c bus. Pro[c]tegunt umbræ umbram eius; circũ
d dab[d]unt eum ſalices torrentis. Ecce abſor-
e b[e]ebit fluuium & non mirabitur; & habet fi-
duciam

C dium quadrupedibus, ut dictum eſt; id eſt peccatoribus, qui in terram proni, ſeu uergentes in tartara, cœlum ſuſcipere nõ poſſunt. b ¶Sub umbra dormit in ſecreto calami, in locis humẽtibus.) Qđ umbræ corporũ ſint, nemo dubitat; ſed umbra in ſcripturis diuinis aliquãdo requies & refrigeriũ intelligitur, aliquãdo pœnæ. Vnde dicitur umbra mortis. Aliquando umbræ, peccata eſſe referuntur; q tãq̃ umbra corpori ita morti uicina ſint. In peccatis ergo diabolus habitat, & requieſcit in ſecreto cogitationum, ſiue etiam lumborũ; unde & loca humẽtia appellãtur. Siue in ſecretis, id eſt in abſconditis dei; quæ deus utiq; nõ requirit, & uelut ſe indigna nõ uiſitat; de quibus abſconditis ꝓpheta ait ad deũ; De abſcõditis tuis adimpletus eſt uenter Pſal. 16. d eorꝝ. Peccata ergo tanq̃ tenebræ abſcõduntũ à lumine ueritatis. Siue ut iam diximus, loco remoto cordis, diabolus habitat; quod cor uacuũ timore dei, patet uanitati & luxui, atq; omniũ illecebris uitiorum. Hæc eñ umbra ſolẽ neſciẽs, & calami ſecreta ſignificant. Alij dixerũt; ſub omnimodis arboribus

D dormit ſecus iuncum, & calamũ, & caricem. Omnimodas arbores dicit; quæ tamẽ omnes infructuoſę ſunt nõ habẽtes medullã charitatis dei; nec bonorũ operũ fructus. c ¶Protegũt umbræ umbrã eius.) Peccata eius ſuper omniũ impiorum peccata & impietates eminẽt; quas ꝓtectione quadã maliciæ ſuæ defendit, & cõtegit. Alij ita dixerunt; inumbrãtur in eo arbores magnæ; ubi hoc mihi uidetur dixiſſe, quod quãuis maligni ſpiritus uel homines miniſtri diaboli, ſuperbia ſint excelſi; tamẽ ſuperet eos magnitudine delictorũ diabolus, quia ſceleſtioris criminis inuẽtor eſt, q̃ imitator peccati. d ¶Circundabũt eũ ſalices torrentis.) Siue ſtirpes & uirgultũ, ut alij dixerũt. Mundus iſte mortalis ꝓpter uelocẽ uolubilitatẽ ſuã, torrentis nomine appellať; ſicut & ꝓpheta ait, cũ de paſſione dñi ꝓphetaret; De torren Pſal. 109. d te in uia bibet. Diſpenſatione nanq; illa qua ad nos uenire dignatus eſt, in cruce mortis calicẽ bibit, de quo dixit ad patrẽ; Si fieri poteſt, trãſeat à me calix iſte. Huius ergo mundi hominibus, q ſunt ſenſibus pctõrũ & perfidia infidelitatis amariſſimi, tanq̃ folia, fructus bonorꝝ operũ mentiẽtes, diabolus circũdatur, qui etiam in collegas cõſortiumq; iungũtur. e ¶Et ecce abſorbebit fluuiũ &c.) Multis in locis ſcripturarum, fluminis nomine, genus humanum ſignificari nouerimus; de quo & ipſa poteſtas aduerſaria ait; Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum. Huic ergo fluuio, humano uidelicet generi, in ima atq; ad inferiora, more fluminis defluentis, deſideria cupiditatum, delectationis, præſentiſq; amorem mũdi, ita inſinuat, ut eum abſorbere poſ-

 ſit; &

E ſit:& uelut inferus deglutire; ſic nanq; humanũ genus præceps in ſupradicta uitia defluet; ut poſſit ab inimico facile deuorari. Quod autem ait: Habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius, Iordanis fluuius, baptiſmi cõtinet ſacramẽtum; dum in ipſo Chriſtus dñs baptizat̃, noſtrũ baptiſma cõſecratum eſt. Cuius ſecũdum myſticos intellectus, mõtes & colles, arietes & agni ouium exultant à facie dei Iacob: qui iunior frater credẽdo, ſeniorem fratrem incredulum ſupplantauit. De cuius Iordanis terra, id eſt eccleſia, ꝓpheta ex perſona credẽtis ſe dicit dominum recordari. A Chriſto utiq; mõte modico incipiens, qui propter paſſionem modicus factus eſt, minoratus eſt ab angelis, obediendo patri uſq; ad mortem. Hic ergo Behemoth nimia elatus temeritate, fiduciam gerit ut prædictum Iordanem, ſacramenta uidelicet eccleſiæ figurantem ore ſuo hauriat: & uorandi cupidus, ſuo eum uẽtre cõcludat. Id eſt etiam eos quos ſanguis Chriſti, per aquam regenerationis quam Iordanis typice portẽdit & ablutione ſpiritus ſancti redemit, de illius poteſtate ac duriſſimo dominatu quærit, ut rurſus ſuos faciat, ſeu occulta ſuaſione, ſeu oppugnatiõe manifeſta. a ¶ In oculis eius quaſi hamo capiet eũ.) Verba hæc patris de filio ſunt, ſecundum illam allocutionem, de qua ſuperius diximus ubi ait pater de

F eo cum ei de diabolo ſermo eſſet: Ipſe eſt principiũ uiarum dei. Hunc igitur Behemoth, homo diuini numinis carne hominis aſſumpti ueſtitus, in oculis eius capiet eũ, inquit, pater de filio quod diabolum eſſet capiendus. In oculis, ait, id eſt in ipſo intelligentiæ lumine, ubi eſt uiſus ſapientiæ, naturæ rationabilis. Ibi, in quam, diuina ſapiẽtia captus dum per calliditatem ſuam atq; uerſutiã non uidet cuius carnem mors deuorandam apprehendit. Secundum igitur hunc modum captus eſt diabolus.
b ¶ Et ſudibus perforabit nares eius.) Id eſt furentem ſæuitiam atq; in ſanctorum interitum anhelantem, Chriſtus dominus noſter conteret & ꝑturbabit: ſanctos uero propter lignum crucis non abſurde hic intelligendos puto; ſic itaq; humiliat & cõfringit dominus inimicum, omnemq; impetum inuidiæ ſæuiẽtis, dum eum per eoſdem ſanctos ligno ſuæ crucis retundit. c ¶ An extrahere poteris leuiathan hamo.) Cõmutauit figuram ænigmatis, ut diabolum quem ſuperius Behemoth tranſlato nomine dixerat, eundẽ nunc Leuiathan appellet: ſed illic eum quaſi beſtiã dicit, quæ terras inhabitet: hic uero ita illum nominat qui uelut in aquis maris cõſiſtat. Vnde & alij pro Leuiathan draconem dixerũt. Vnde uideri põt, quod horrendũ, neſcio quod genus draconũ ſit qđ Leuiathan dicatur, cuius maliciæ atq; potentiæ cõgrue diabolus coaptetur. Behemoth autẽ eo quod multi cũ ſit appellat̃. Nã Behemoth Latine, quaſi plures ſonare dicitur. Vnde

duciam quod influat Iordanis in os eius.
a In oculis eius quaſi homo capiet eum: & in
b c ſudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris leuiathan hamo:
& fune

G ipſe intelligi poteſt cum ſocijs & miniſtris: & recte, quaſi dicatur, qui à deo non ſunt. Leuiathan uero additamẽtũ quidã aiunt interpretari. Quia ergo in ueritate nõ ſtetit, & excedens præſumptionis modum: addit ſibi ſuperbiã, quaſi ſupra naturæ bonũ in tumorẽ & morbũ elationis excedit. Proinde additamẽtum dictus eſt, uocabulũ eñ factum de crimine operuit cõditionem naturæ bonæ, quã deus bonus creauerat. Et Eſaias ꝓpheta de eo uaticinatur dicens: In die illo ſiue paſſionis Chriſti tempore, ſiue in aduentu iudicij eius. In die ergo illo uiſitabit dominus in gladio ſuo duro & grandi & forti, ſuper Leuiathan ſerpentem uectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum, qui in mari eſt; ſecundum hoc ipſum eſt, quod alius propheta ſimiliter ait ad deum: Tu confregiſti in uirtute tua mare. Tu confregiſti caput draconum ſuper aquas. Hic ipſe diabolus tanq̃ caput cum ſuis membris deſcribitur; & corpus eius & ſquamæ indiſſolubili copula coniunctæ narrantur. Hunc ergo Leuiathan droconem typicum, ait dominus ad Iob, ne in aquis gentium dominetur; tu forſitan de mari populorum extrahere potes, quẽ hamo uirtutis meæ, ut ſupra dictum eſt, per fidem credentium extrahere & exiccare diſpoſui. Secundum hũc ſenſum eſt illud quod & dominus ait in euangelio: Cũ fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt

Eſa. 27. a

Pſal. 73. c

H ea quæ poſſidet, & cætera. In primo autem aduentu Chriſti factum eſt per gratiã redemptionis eius, ut de ſocietate diaboli & dominatiõe populi eruerentur. In ſecundo uero aduentu eius, omnis diaboli poteſtas eſt auferenda, quandoquidem mare, hoc eſt ſeculum non erit; genuſq; ſociorum illius de terra peribunt. Quando etiam quæretur delictũ illius & nõ inuenietur, domino regnante inæternum & in ſeculum ſeculi, abſorpta morte mortiſq; inuentoribus in reſurrectionis uictoria. Quod autem in hoc libro ait deus, quia hamo extrahat Leuiathan, per alium prophetam illud loquitur, dicens: Expãdam ſuper te rhete meum in multitudine populorum, & extraham te in ſagena mea. Hami uero & ſagenæ differentiam hanc eſſe exiſtimo: ut hamum ipſum ſaluatorem filium dei, carne ueſtitum intelligamus. Sagena autem dici poteſt miſſa prædicatio euangelij, quæ à ſolis ortu uſq; ad occaſum latiſſimo ſpacio ſit expanſa: ſicut & ꝓpheta ait: Magnus dominus, & cætera. Et deinceps ait, dilatãs exultationem uniuerſæ terræ. Quæ ſagena prędicationis Chriſti, ueteris teſtamenti figuris & ſignificationũ imaginibus multiſq; eiuſmodi ſcripturæ teſtimonijs, ueluti nodis illigatis eſt ſolide roborata: quam ceti multi & dracones ſæuiſſimi mundi iſtius impij & potentes ſcindere & rumpere tentauerunt, idq; non potuerunt efficere, quia firmum fundamentum dei fecit & conuelli nequaq̃ poteſt. Quia

Pſal. 47.

ſi deus



A ſi deus ꝓ nobis quis cõtra nos? Proinde ſecundum hanc expoſitionem idem ſenſus in hamo & ſagena dinoſcitur. Cum ergo dixiſſet dominus ad Iob, extrahere poteris Leuiathan hamo, ait ei: a ¶ Et fune ligabis linguam eius.) Quẽadmodũ ex pluribus particulis ſubtegminis funis intexitur, ut fiat uiculũ quo poſſint aliqua colligari: Ita & diabolus de multitudine peccatorum ſuorũ, quaſi de reſticulorũ particulis, uincula ſibi ſacrilegorũ, uelut fune blaſphemijs, & lingua illius colligat: ut ſit os obſtructũ atq; oppilatum loquẽtis iniquitatẽ. Et in Prouerbijs Salomonis, de ſimilibus eius ſcriptum eſt: Vinculis peccatorum ſuorũ unuſquiſq; cõſtringitur. Et inde eſt quod & dñs in euãgelio pigrum & inutilẽ ſeruum, ligatis manibus & pedibus, mittẽdum dicit in tenebras exteriores, id eſt uinculis peccatorum ſuorum quæ operatus eſt ſecundum diuinum iudicium ligatus mittitur in pœnas: quod & ipſe dominus in quodam loco manifeſtiſſime demõſtrauit, quando flagellum de Iudæorum reſticulis fecit, eoſq; inde flagellans de templo eiecit. b ¶ Nunquid pones circulum in naribus eius: aut armilla perforabis

Roma. 8. f

Prouer. 5. d

Matth. 25. c

Ioã. 2. c

B maxillam eius?) Siue captapulum, ut alij dixerunt. Et armilla perforabis: ſiue ut alij dixerunt: forcipe pertundes labrum eius. Circuli captatuli, forcipis & armillæ nominibus, intelliguntur ſermones diuinæ potentiæ, quibus ſuperbus atq; blaſphemus humiliatus eſt à deo & attritus. c ¶ Nunquid multiplicabit ad te preces: aut loquetur tibi mollia?) Siue ut alij dixerunt. Aut loquetur tibi blande. Soli deo, cuius creaturam ſe eſſe cognoſcit, eſt ſubditus, atq; ei tantũ quẽ ipſa cõſcientia pauet animus eius ſuperbus addicitur. d ¶ Nunquid feriet tecũ pactum: & accipies eum ſeruũ ſempiternũ?) Licet ſit rebellis & nimiũ tumidus: cogitur tñ atq; cõpellitur ipſius naturæ bono, quod ei in teſtimoniũ iuſtæ dãnationis eius ex parte nõ perit, ut dñm creatorem ſuũ, ſaltẽ ut ſeruus malus eſſe fateat̃. Hoc eſt pactũ ſiue teſtamẽtum, quod ei cũ deo inire præceptũ eſt. Vnde & ipſe dñs ait: Et accipies eũ ſeruũ ſempiternum. Hoc eñ nulla uoluntate animi facit, ſed diuinæ poteſtatis imperio: & ideo à deo ſeruus dicitur ſempiternus: quia adoptionẽ filiorum dei, ſiue primatũ illũ angelicæ dignitatis, nunq̃ ſit recepturus. e ¶ Nunquid illudes ei quaſi aui &c.) Intantũ, ait dñs, humiliabitur draconis iſtius fortitudo, & omino ꝓ nihilo erit, ut illudẽdus habeatur: & illudẽdus ſanctis angelis deputetur: ſicut & ſupra iam dictũ eſt. Quod aũt quaſi auis illudi perhibetur, quaſi res parua & minima ad potẽtiam dei habeatur, auis nomine uoluit demõſtrare: quodq; alligandus ancillis dicitur: illud eſt quod ipſe dominus in euãgelio ait

a & funẽ ligabis linguam eius? b Nunquid pones circulum in naribus eius: aut armilla per
c forabis maxillam eius? c Nunquid multiplicabit ad te preces: aut loquetur tibi mollia?
d Nunquid feriet tecum pactum: & accipies
e eum ſeruum ſempiternum? e Nunquid illudes ei quaſi aui: aut ligabis eũ ancillis tuis?
f f Concident eum amici: diuident illum negociatores

C ad diſcipulos ſuos: Ecce dedi uobis poteſtatẽ calcãdi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnẽ uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Sic itaq; alligatur atq; illudit̃ à ſanctis animabus dei quæ ſunt ancillæ Chriſti: dũ ab eis ipſi & eius ſocijs imperat̃: & de corporibus ab eo obſeſſis abire cõpellitur: cuiq; per uniuerſum mũdũ quotidie captiua auſertur captiuitas: quomodo & ſecundũ Apocalypſim per mille annos alligatus dicitur, qđ à parte ad totũ intelligitur ſcđm Apoſtolũ, qui ait: Filioli nouiſſima hora eſt: Ex tẽpore aduẽtus dñi in carne noſtra. Itaq; alligatus eſt; ne ſeducat Chriſti gratia & redemptiõe ſaluandos. Alij dixerunt: alligabis eum ſicut paſſerem infantulo, quod eſt, ab infantulo teneatur præcepto imperij mei, & uelut ligatus in poteſtatẽ tradetur. Hic eſt ille infans, de quo Eſaias ait: infans ab ubere in foramine aſpidũ manũ mittet: qui infans, ꝓpheta, quãuis ſit cẽtum annorũ puer, per Chriſti gratiam morietur, id eſt ſanctus & innocẽs ad deũ de hoc ſeculo emigrabit. Hunc ergo infantẽ accipere debemus unũquẽq; ſanctorũ, qui de fonte, id eſt de utero matris eccleſiæ, tanq̃ infans deo renatus eſt, & præcepta dñi, uelut lacteos cibos de eius uberibus ſugit. f ¶ Concidẽt eum amici: diuident &c.) A

Luc. 10. c

Apoc. 20. a

Eſa. 11. a

D mici & negociatores iſti, ſancti intelligẽdi ſunt oẽs etiam ueritatis prędicatores: quibus Chriſtus filius dei ait: Vos amici mei eſtis. Itemq; de eiſdẽ per parabolam dicit: Simile eſt regnũ cœlorũ homini negociatori, quærenti bonã margaritã, & cætera. Qui regnum dei & æternæ uitæ præmium uelut ꝑcioſiſſimã margaritã in uenalibus ꝓpoſuerunt mũdo, ut unuſquiſq; creditorum uẽdat quæcunq; habuerit, delectationẽ ſcilicet uitæ præſentis, his mercimonijs cõmutet & emat eã. Igitur à ſupradictis amicis, & negociatoribus corpus huius draconis cõcidit̃ atq; diuiditur, dum per eoſdẽ ad fidẽ Chriſti, perditorum eius multitudo q̃ plurima ſeparatur. Nam multi de potentibus eius, & in malicia fortibus ab eius cõſortio, ueluti mẽbra illius ſecernunt̃: ſicut & Abacuk ꝓpheta ait ad dñm: Præcidiſti in ſtupore mẽtis capita potentium: & de quibus rurſum ait ad dñm: Miſiſti in capita inimicorũ mortẽ: mortẽ utiq; uitiorũ, ut iam nõ ſibi uiuãt, ſed ei qui ꝓ ipſis mortuus eſt & reſurrexit. Hæc capita inimicorũ dei, id eſt populorũ impiorũ principes: ipſi ſunt huius ſpiritualis draconis reges & nobiles: qui ſecundũ trãſlationẽ nominum & figurã tropi alterius, alligãdi à prædictis amicis & negociatoribus eſſe dicũtur: ſicut Dauid ꝓpheta ait: Vt alligẽt reges eorũ in manicis: & nobiles eorũ in uinculis ferreis. Hi ergo reges & nobiles, ipſi ſunt & dracones, & mẽbra illius draconis: de quibus draconibus, ait ꝓpheta ad deũ:

Ioan. 15. b

Matth. 13. f

Abacuc. 3. ſecundũ LXX.

Ibidem.

Pſal. 140. b

 Tu con

E Pſal.37.e Tu confregiſti capita draconum ſuper aquas. a ¶ Nunquid implebis ſagenas pelle eius: & gurguſtium piſcium capite illius.) Omnes qui conſenſione maliciæ & imitatiõe adhærent diabolo, recte pelles eius eſſe dicuntur. Quos ideo pellis nomine arbitror dictos: eo quod indiſſociabili cõnexione ei cõiuncti ſunt, & ſeparari ab eo nunq̃ aut certe uix poſſunt. De his ergo dicit dñs ſagenas implendas eſſe. b ¶ Pones ſuper eum manum tuam. Memẽto belli: nec ultra addas loq.) Sic mihi uidet̃ dixiſſe, uicto per me aduerſario tuo, pones ſuper eũ manũ tuã, ut poſſis ei & tu illudere. Vel pones ſuper eũ manum tuã: quaſi dixerit: ſi eius potentiæ & uirtutis te eſſe arbitraris: pones ſuper eũ manum tuã: qđ eſt, ſi potes, effice uirtute potentiæ tuæ, ut te cõtremiſcat & paucat ſicut & me, cui ſoli hoc debet: ſed

F quia id nequaq̃ facere potes, ut tibi draco hic magnus, & in malicia potens ſubiectus ſit: memẽto in hac tribulatione pœnarum tuarum, cõtra q̃ ferum & trucem hoſtem bellum habueris: ſufficiat tibi aduerſum me uerba aſpera locutum, ubi noſſe te uolui: quoniam hunc fortiſſimum inimicum tuũ, ſuperare ac uincere nequiuiſſes, niſi ex præcepto imperij mei accepta in ea poteſtate iuſſus fuiſſet & tuã nihilominus animam cuſtodiri à me. Igitur in ditionem illius ita datus es, ut non amplius te affligeret, q̃ uires tuæ paterentur. c ¶ Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum: & uidentibus cunctis præcipitabitur.) Cum in conſpectu angelorum ſanctorum, & innumerabilis multitudinis beatorum hominũ præcipitatus fuerit in gehennam, ignemq́ æternũ, ſpem eius, qua ſe fortem putat euadere: horrẽdum & iuſtum iudicium meum fruſtrabitur: & caſſa atq; inania cogitans, in irritum deducetur.

Cap. XLI.

NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Quis enim reſiſtere poteſt uultui meo: & quis ante dedit mihi ut reddam ei? Omnia quæ ſub cœlo ſunt mea ſunt.) Hunc igitur inimicum nõ ut crudelis ſuſcitat deus, qui eum quaſi punire deſiderat: uel quoſcunq; ſanctorũ collocatione eius elidere: cuius naturæ luculentæ potius æterna bonitas cõpetit: ſed ſuſcitare deus nunc Leuiathan hoc modo dicitur: ut eum cæteris qualis ſit manifeſtet: quẽ uelut Pharaonem longa impunitate, diutius inſultare permittit. Hoc enim iuſtiſſimo iudicio ſuo, deus fieri ſinit: aut ad exercitationem probationemq́ ſanctorum: aut ad iniquorum pœnam. Quis enim reſiſtere

G poteſt uultui meo? Vbi hoc uidetur dixiſſe, quod ſolo aſpectui maieſtatis dei, omnis creatura cedat et tremat. Quis ante dedit mihi ut reddam ei: omnia quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt. Nõ enim ait, à quoq; poteſtatem accepi, quam aliquando forſitan nõ habuerim: ut ei quaſi, p hoc beneficio gratias agam: aut aliquid ei retributionis impẽdam. Secũdum hunc ſenſum & Apoſtolus loquit̃: Aut quis, inquit, dedit illi & retribuetur ei? Vbi in his uerbis deus affuiſſe ſemper mõſtratur. e ¶ Non parcã ei uerbis potentibus, & ad deprecãdum cõpoſitis.) Hoc fortaſſis de diabolo, de cuius uerbis hic loquitur, intelligere poſſumus: & ſi ſit rebellis in deum & cõtumax: ſuum tamẽ tremẽs ſentiat creatorẽ: & quamuis immemor conditionis ſuæ, tamen tanq̃ ſeruus nequã,

H ſaltem coactus dominum ſuum obſecrare ſimulat. f ¶ Quis reuelabit faciem indumẽti eius?) Hic indumento, uelatam faciem diaboli Iob dicit, quia ſe transfigurat in angelum lucis. Reuelatur autem facies à domino, cum artes nequitiarum illius detegũtur. g ¶ Et in medium oris eius quis intrabit?) Hic os diaboli, indeſinens blaſphemia eius poteſt intelligi, quod obſtruendum à deo eſt atq; oppilandum: cum uerbo domini fuerit penetratum. Siue in medium oris eius quis intrabit: poteſt ita ſentiri, ut os diaboli, infernus intelligatur: ad quem ſaluator deſcendit, ut deuoratos à diabolo homines liberaret. Et ideo quod futurũ erat temporis, dixit: In medium oris eius quis intrabit? h ¶ Portas uultus eius quis aperiet?) Abditam & multo ſecreto abſconditam fortitudinem hypocriſeos diaboli, dicit dominus ſe patefacturum: quam in paſſione & cruce ſua aperte manifeſtauit: quando cum principibus ſuis & poteſtatibus traductus à filio dei, parum fiducialiter triumphat. i ¶ Per gyrum dentium eius formido.) Voratorem & inſatiabilem hunc inimicum dicit, qui uelut rapaciſſima beſtia, dentibus omnia cõſumat: & idcirco formido & timor in gyro dentium eius quia ad deuorãdum parati ſunt. k ¶ Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia & compactum ſquamis ſe prementibus. Vna uni cõiũgitur: & ne ſpiraculum quidem incedit per &c.) Tres hi uerſus cõtinui, ſub diuerſorum ſermonum repetitione, unum idemq́ loquuntur. Corpus ergo diaboli, omnes conſortes eius, & ſpiritus immundi intelligendi ſunt: quos tanta conſenſione atq; conſpiratione deus dicit illi adiunctos: ut indiſſociabili connexione ſint eidem copulati: quos etiam

a ciatores. Nũquid implebis ſagenas pelle eius: & gurguſtium piſcium capite illius?
b Põnes ſuper eum manum tuam. Memento
c belli. Nec ultra addas loqui. Eccẽ ſpes eius fruſtrabitur eum: & uidentibus cunctis præcipitabitur. Cap. XLI.
d NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Quis enĩ reſiſtere poteſt uultui meo: & quis ante dedit mihi ut reddam ei? Omnia quæ
e ſub cœlo ſunt mea ſunt. Nõn parcã ei uerbis
f potẽtibus, & ad deprecandũ cõpoſitis. Quis
g reuelabit faciem indumenti eius: & in mẽ-
h dium oris eius quis intrabit? Portas uultus
i eius quis aperiet? Per gyrum dentium eius
k formido; corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, & com



A etiam ſub allegorica dictione, ſquamarum nomine appellauit: quæ ita denſatæ ſint & ſtrictæ ſibi inuicem cohærentes: ut nullum illis ſit ſpiraculum reſpirandi ad deum: eo quod ab illa ſui connexione, nequaquàm ad ſanitatem pœnitentiæ relaxentur. Quod aũt dæmones impij miniſtri diaboli, ſcutis fuſilibus comparantur: hoc nomine eorũ ſignificat dominus, quod nimium pertinax & obſtinate rebellans, & fortiter ſolida ac perennis ſit eorum repugnatio contra deum. Diabolum uetus edictio ſmaragdi lapidi aſſimilauit: qui natura aſper eſt, alia attritu leuificãs: ſed ipſe aſper eſſe non deſinens, cuncta cõminuit: diminutionẽ autem ſui non ſentiens. a ¶ Sternutatio eius ut ſplendor ignis: & oculi eius ut palpebræ diluculi.) Siue ut alij dixerunt: In ſternutamento eius illuceſcit ſol: & oculi eius ut ſpecies luciferi. Sternutatio ſordes cerebri egerit: & uitia ex interno concepta depurgat. Diabolus ergo, qui totus ſordidus &

B fœtidus eſt: in hoc lumine ſe uidetur oſtendere, cũ transfigurans ſe in angelum lucis, maliciæ ſuæ ſordes in perniciem hominum cum delectatione operatur & effundit: & de inuidia, id eſt, de malorum omnium capite, uenena ſua commouet ac producit. Oculi autem diaboli falſi prophetæ intelligendi ſunt, de qualibus ſanctus Eſaias ait, cum ad peccatorem populum loqueretur, dicens de deo: Claudet oculos ueſtros (Eſa.29.c): qui inſtigatione ab eo inſpirati loquuntur, quæ uicina uidentur lumini ueritatis: Sicut palpebræ ſunt diluculi, cum tamen nihil luminis dei poſſideant. Nam etiam ſi uideantur initium lucis in ſe oſtendere: quæ eis hipocryſeos fermento exoritur, mẽdaciorum tamen tenebras ſpecie ueritatis obducunt. b ¶ De ore eius lampades eius procedunt ſicut tedæ ignis accenſæ.) Quẽadmodum os domini locutum eſt, ita & omnes impij & ſacrilegi & blaſphemi, os diaboli recte dicuntur: ex quo tedæ ignis accenſæ, ſiue ut alij dixerũt, faculæ ardentes procedunt, id eſt, ignis & pœnæ cauſa ſuggeritur, & in Apocalypſi (Apoc.9.d): ubi ſub equorum ſimilitudine hi miniſtri diaboli deſcribuntur, ita de eis dicitur: De ore eorũ exijt ignis & fumus & ſulphur: non perſpicue quidem ita exeunt de ore eorum: ſed uerba blaſphemia ſunt ignis & fumus & ſulphur, ſicut ad eum dominus per prophetam ait (Ezech.28.c): Producam ignem de medio tui qui comedat te. c ¶ De naribus eius procedit fumus.) Id eſt, ſuperbia. d ¶ Sicut ollæ ſuccenſæ atque

C feruentes.) Quia uapor aut ipſe ſe aut obtemperantes generet cauſas ignis æterni. Superbiæ ſpiritus in anhelitu narium demõſtratur: quibus animi ſui tumorẽ exanhelare ſe gaudet: ſed humiliari ac reprimi à domino ſuperius ita dicitur (Iob.40.d): Nunquid pones circulum in naribus & armilla perforabis maxillam eius? e ¶ Halitus eius prunas ardere facit.) Hic eſt fumus eius è naribus & ex anhelitu eius, ut carbonibus ſuis ignem ſibi æternũ, & fumandum ſubminiſtret. Ita eũ & ſimilibus eius dominus ait (Eſa.50.d): Ambulate in lumine ignis ueſtri: & in flammis quas ſuccendiſtis uobis. f ¶ Et flãma de ore eius egredietur.) Siue ut alij dixerũt: Flãma uero de ore eius globatur: ibi idem ſenſus: quod eſt, pœnæ blaſphemiarum de ore diaboli globatæ egrediuntur. g ¶ In collo eius morabitur fortitudo: & faciem eius præcedit.) Colli nomine, id eſt ceruicis, tumorem arrogãtiæ diaboli dicit. Cuiq; dicitur per prophetã (Eſa.48.d): Neruus ferreus

D ceruix tua: in qua principalis peccati malum habitat. Hac igitur ſuperbiæ fortitudine, & propheta uerbis illius loquitur, dicens: fortitudinem faciam: quẽ ob hoc dñs increpat & dicit ei (Ezech.28.d): In ſapientia tua feciſti tibi fortitudinem. Et iterum ait ei: In negociationibus tuis multiplicaſti tibi fortitudinẽ. Itẽq;: Eleuatum eſt cor tuũ in fortitudine tua. Quod uero ait: Faciem illius præcedet egeſtas: hoc eſt, quod ubi appropinquauerit diabolus, ilico omnes ibi uitæ atq; animæ uires exhauriantur, ac ſubſtantia cõſumatur. h ¶ Membra carnium eius cohærentia ſibi.) Membra diaboli ſunt, quos ſupra in ſquama & ſcutis fuſilibus nominauit. Carnium autem eius membra idcirco ſunt dicti: quoniam carnalibus ac flagitioſis actibus dedita: ei uelut autori malorum cohæreant. i ¶ Mittet contra eum fulmina: & ad locum alium non ferentur.) Ordo dicẽtis dei hoc loco obſcuratus uidetur, ubi cum de diabolo dicat, ſubito perſonam commutet, dicẽs: Mittet contra eum fulmina: & ad locum alium non ferentur. Credendum eſt, quod hæc fulmina à deo mittantur contra diabolum, ſecundum illum ſenſum, ubi dicitur: Pluit dominus à domino. Quod ita hic dictum arbitramur: fecit deus quod locutus eſt deus. Fulminatur autem à deo draco diabolus, quando igneis dei eloquijs de ſanctis nubibus increpatur: quæ utiq; fulmina in locum miſſa atq; directa, non fruſtra iacientur, & ad locum non ferentur: nec ſe ab eis diabolus gloriabitur impunitum. Cor eius

& compactũ ſquamis ſe prementibus. Vna uni coniungitur: & ne ſpiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit: & te-
a nentes ſe nequaquàm ſeparabuntur. Sternutatio eius ſplendor ignis: & oculi eius ut pal-
b pebræ diluculi. De ore eius lampades pro-
c cedunt ſicut tedæ ignis accenſæ: de naribus
d eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ at-
e que feruentis. Halitus eius prunas ardere fa-
f cit: & flamma de ore eius egredietur. In col-
g lo eius morabitur fortitudo: & faciem eius
h præcedit ægeſtas. Membra carnium eius co-
i hærentia ſibi. Mittet contra eum fulmina: & ad locum alium non ferentur. Cor

a Cor eius indurabitur tãquam lapis;& ſtrin-
b getur quaſi malleatoris incus. Cum ſubla-
tus fuerit timebunt angeli, & territi purga-
c buntur. Cum apprehenderit eum gladius
ſubſiſtere non poterit, neq; haſta, neq; tho-
d rax. Reputabit enim quaſi paleas ferrum,&
e quaſi lignum putridum æs. Non fugabit
f eum uir ſagittarius:in ſtipulam uerſi ſunt ei
g lapides fundæ. Quaſi ſtipulam æſtimabit
h malleum ; & deridebit uibrantem haſtam.
Sub

E a ¶Cor eius indurabitur tanq̃ lapis:& ſtringetur
quaſi malleatoris incus.) Siue ut alij dixerũt:& ſtat
ſicut incus infatigabilis. Cor diaboli durum & in-
flexibile eſt: hebetudine quoque lapidis & rigore.
Conſtringitur autem ſiue ſtat ſicut incus quæ non
producitur. Incus nanq;
cæditur,ſed non produ-
citur;ſuperiecta edomat,
immobilis autẽ ipſa cõſi
ſtit;talis diabolus eſt. Fi-
delium enim increpatio-
nibus tũditur,propheta-
rum dictis cæditur, mar
tyrum uictoria eliditur:
ſed manens rigidus, du-
rus, indomitus, æternis
addictus eſt pœnis.
b ¶Cum ſublatus fue-
rit timebũt angeli;& ter-
riti purgabuntur.) Hoc
de primi ſeculi temporibus dictum, accipi poteſt:
quantum ſit malum ſuperbiæ,iam tunc angeli ſan-
cti ſcire potuerunt,quando præſumptor tyrãnidis
cœli arce deiectus eſt; Quando etiam pro eo meri-
to quo in ueritate,in qua ille non ſteterat, ſteterũt:
& in hoc beati facti eſſe credendi ſunt, ut certiſſimi
fierent,nullius unquam peccati lapſum ſibi eſſe me
tuendum.Igitur quod dictum eſt:quia ſublato dia
bolo timebunt angeli,& territi purgabuntur: non
F ſic intelligendum eſt, quod ad cauendum peccatũ
ſuperbiæ,emẽdatiores futuri ſint,territi tãtæ dam-
nationis exemplo,cum utiq; perſpicuum ſit, mini-
me eos beatos fore,ſi ſtudendum eis ſit cura impẽ-
ſiore ne peccent,Peccatum enim cauere uel pecca-
to reſiſtere,ad pœnales huius mundi miſerias perti
net,non ad futuri ſeculi gloriam. Hos autem arbi-
tror intelligendum homines,qui ad conſortiũ per-
uenerint angelorum,utpote quaſi noui angeli,dã-
nato diabolo territi purgabuntur: uidẽtes qualem
quantumq; hoſtem,& huiuſcemodi pœnas horren
dæ damnationis euaſerunt. Purgabuntur autem,
id eſt puriores deo reddentur,tanta diuini benefi-
cij circa ſe conſolatione perſpecta.Id etiam quod di
ctum eſt territi,uel quod ſcriptum eſt timebunt:nõ
abhorret à ſenſu,ut rationabilis uidelicet creatura,
omne beneficium atque omne iudicium creatoris
ſui,nõ cum pœnali, ſed cum honorifico terrore mi
retur.Et reuera quæ maior purificatio ſiue purga-
tio poterit eſſe ante deum, ſicut angelici hominis;
quàm ut ſemper cum exultatione, quia cui defer-
tur pius eſt;& cum tremore;quia cui defertur deus
eſt;omne bonũ certiſſimæ ſecuritatis ſuæ gloriæq;
perpetuæ ad laudem ſui referat cõditoris. c ¶Cũ
apprehenderit eum gladius ſubſiſtere non po.&c.)
Alij uero manifeſtius tranſtulerunt dicentes: Si oc
currerint ei lanceæ,nihil facient ei:id eſt,nullis me-
tallis terrorum ac increpationibus poterit emenda
ri.In haſta autem & thorace poſſunt intelligi:qui iu
ſticiæ lorica induti,dextera operibus ſanctis armati

G conantur reſiſtere. Ipſum uero punire ſiue expu-
gnare non ualebunt;quia tam fortis & malus eſt,ut
aduerſantia contemnat, & conuerti minime uelit.
Proinde quicquid eſt fortitudinis animorũ in ſan-
ctis,ferri uocabulo appellatur.Quicquid etiam uir
tutum eſt, æris ſplendo-
re uel perennitate cenſe-
tur. d ¶Ille tanquam
palearum purgamẽta, &
uelut lignum putridum
æs.) Tanta enim ſe uir-
tute ſuperbiæ induit, ut
hæc omnia arma aduer-
ſum ſe ſuſcepta pro ni-
hili pẽdat ; & ipſe potius
operetur opera , palea-
rum aceruis ſimilia & li-
gnis infructuoſis, & ue-
tuſtis carieque fateſcen-
tibus, quæ igne inextin-
guibili ſunt urenda. e ¶Non fugabit eum uir
ſagittarius.) Cuilibet ſanctorum quàmuis phare-
tram cordis ſui , increpationum ſermonibus tan-
quam telis compungentibus plenam habeat,ab eis
tamen hic durus & nimium ferreus penetrari non
poterit,Et ideo non ſentiens uulnera compunctio
num,ab hoc tali ſagittario non fugatur. Alij uero
ita dixerunt:non uulnerat eum ſagitta ærea. Ver-
bum dei incorruptibile & permanẽs ſagittæ æneæ
H comparatur,quo nũquam potuit diabolus ad pœ-
nitentiam uulnerari,ſecundum duritiam cordis ſui
theſaurizat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti
iudicij dei. f ¶In ſtipulam uerſi ſunt &c.)Fun-
da poteſt intelligi quicunq; ſanctorum, qui manu
domini continentur.Per hos ergo ſanctos ſuos,du
ros ſermones,fortes & aſperos uelut lapides hunc
impium ualide iaculatur , ut eiſdem percuſſus det
honorem deo , ſed ille cum ſingularis maliciæ ſit,
eoſdem ſermones ſibi conuertit in ſtipulam, ut dũ
eos pro nihili ducit , fiant ei uelut ſtipula quæ &
fumandos globos tartarei ignis accendat.Quod &
alij eodem ſenſu dixerunt : æſtimat lapides funda
iactatos ut fœnum. g ¶Quaſi ſtipulam æſti-
mabit malleum.) Verbum nihilominus diuinum
graue ſcilicet & forte contundens eum & atterens
uaſtam duritiam impietatis eius ; ut à ſanctorum
inſectatione tenuetur, pro ſtipula æſtimabit: mali-
cia nanque obrutus non ſentiet pondus tunden-
tis deſuper : quoniam cor eius factum eſt ſicut la-
pis,& ſicut incus indomabilis, quæ nunquam licet
ſupra modum tuſa producitur. h ¶Et deride-
bit uibrantem haſtam.)Siue ut alij dixerunt,tremẽ
tem ſermonem:Validum cuiuslibet ſancti ad ſe ui-
gore animi ac uirtute emiſſum,non ſolum non ue-
rebitur,uerumetiam deridebit,uel eundem ſermo-
nem,uel etiam iaculantem.Hoc totum de diabolo,
deus de diuerſis modis ac ſimilitudinibus: ideo di-
cit ut demonſtret hominibus quantum mali ſit,&
quàm potens, & quàm ſit omnino irreuocabilis.
Sub ipſo



a Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi au-
b rum quaſi lutum. Feruẽſcere faciet quaſi ol-
la profundum maris ; & ponet quaſi cum
c unguẽta bulliunt. Poſt eum lucebit ſemita,
d æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Non
e eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur
f g ei;qui factus eſt ut nullum timeret. Omnẽ
h ſublime uidet;ipſe eſt rex ſuper uniuerſos fi-
lios ſuperbiæ. Cap. XLII.
i Reſpõdẽs aũt Iob dño,dixit: Scio quia
k omnia potes;& nulla te latet cogitatio.
Quis eſt

A a ¶Sub ipſo erunt radij ſolis: & ſternet ſibi aurũ
quaſi lutum.) Sol iuſticiæ Chriſtus deus eſt: in cu-
ius pẽnis eſt ſanitas.Hi igitur radij,id eſt,ſancti qui
ſunt filij lucis eius,ab hoc principe tenebrarum: in
præuaricatione Adam , peccato illius detinentur
obnoxij;dum iam redẽ-
ptos per Chriſtum capi-
talibus criminibus ſuos
facit : ſibiq; uelut capti-
uos & ſeruos ſubdit,&
ſubiugat. Poſſunt & illi
angeli, quos ſecũ diabo-
lus traxit , de quibus in
Apoca.12.d Apocalypſi dicitur : Et
traxit ſecum tertiam par
tem ſtellarum in terram:
hi radij ſolis intelligi,qui
recedentes à deo uero lu
mine,factæ ſunt tenebræ
& principes tenebrarũ.
Hi ergo ſub ipſo ſunt,q-
bus diabolus eſt rex &
dominus. Aurum uero ſecundũ hunc ſenſum quẽ
diximus,ipſi ſunt radij ſolis,quia ſub nomine auri
precioſi quiq; & magni intelliguntur,hos ſibi ſter-
nit quaſi lutum,cum eos ſibi ſubditos peccatis, ſor
didos & uiles efficit. Dicuntur autem dracones in
eis locis ſecretis,& terrarum abditis ſinibus,uel ma
xime commorari ubi metallum auri ſit. Et ob hoc
B ſub ſpirituali intelligentia:puto hanc metaphoram
conſeruatam:eo quod hic draco rufus, de auro bo
norum quos deiecerat ſibi cubile ſternat;quod eſt,
omnes ſpirituales mundi huius diuitias, id eſt, bo-
norum hominum ſanctitatem,iuſticiam cæteraſq;
uirtutes,uelut aurum ſub ſe habebit,cũ eos obdor-
mientes in fide in lutum immenſum redegerit pec-
catorum. b ¶Feruẽſcere faciet quaſi ollã pro-
fundum maris &c.) Mare hoc ſeculum ſecundum
allegoricos intellectus eſſe didicimus,quod eſt ob-
ſcuritate ſua, & nimia ſtulticiæ cæcitate tenebro-
ſum,quod ita diabolus carnali accẽdit concupiſcẽ-
tia,ut ferueat ad amanda terrena,Si autem in bonã
partem unguenta intellexerimus,ut gratias ſancto
rum feruentes,hoc loco interpretemur,à contrario
diabolus maris iſtius habitator id agit, ut quomo-
do ſpiritualium gratiarum amore,in ſpiritu ſancto
feruẽſcunt,ita ad amorẽ mundi iſtius homines præ
ſentis uitæ deſiderio quaſi quibuſdam ſuccenſioni
bus flammeis ardeſcant. Alij dixerũt:feruẽſcere fa-
cit abyſſum,ut uas æneum æſtimat ſicut delictum,
& tartarum abyſſi ſicut captiuum. Hoc in loco ar-
bitror,quod ita de diabolo deus dixerit: q̃a de hoc
mũdo quaſi abyſſi nomine dictus eſt ita diabolus:
apud ſe definiens arbitratus ſit,quod in recordatio
nem omnino non ueniat,quod de memoria diui-
na deletus ſit. Cuius impijſſimum ſenſum in nono
pſalmo propheta recolit,dicens: dixit enim in cor-
de ſuo nõ requiret,Itemq;:dixit enim in corde ſuo:
oblitus eſt deus,auertit faciem ſuam ne uideat in fi-

C nem. Tartarum quoq; abyſſi, id eſt infernũ, in quo
mundi iſtius peccatores tenebuntur incluſi: ille ue
lut captiuum ſub duriſſima uidelicet dominatione,
detruſum uinculis infernalibus detinebat. Exultãs
igitur & lætabũdus diabolus æſtimabat,quod crea
turam dei ſui, omnẽ uti-
que mundum, uelut rex
& dominus eſſet perpe-
tuo poſſeſſurus,neſciens
à domino deo regi ĩ æter
num & in ſeculum ſecu-
li: perditis impijs genti-
bus de terra eius,iudica-
tos pupillos & humiles
defenſos ut nõ apponat
ultra homo,id eſt, ipſe di
abolus, ut ſe magnificet
ſuper terram. c ¶Poſt
eum lucebit ſemita.)Iam
tunc reſipiſcens quæret
reuerti ad deum, quãdo
ei tempus pœnitẽtiæ nõ
erit.Et hanc puto conuerſionis eius ſemitam dixe-
rit, quæ obdurato corde & cæco ſera pœnitentia
illuceſcat;quando poſt acceptam ei minime prode-
rit. d ¶Aeſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcen-
tem.) Siue ut alij dixerunt, quaſi deambulacrum.
Abyſſum diximus ſuperius iſtum mũdum, quem
ſeneſcentem & inueteratum, in peccatis utiq; per-
D manentem diabolus arbitratur,neſciens aduẽtu do
mini à peccatis ueteribus liberandum. e ¶Non
eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei.) Nul
la creatura eſt tantæ potentiæ,ſiue peccatrix creatu
ra tantæ maliciæ,& ideo in utraque re nullus ei po
terit comparari. f ¶Qui factus eſt ut nullum ti
meret.) Propria uoluntate liberi arbitrij ſui, in ſu-
perbiam elatus factus eſt,id eſt,ita ſui malicia depra
uatus eſt,ut nullum timeret, nec ipſum dominum
deum creatorem ſuum. Timet quidem ut malus ſer
uus & præuaricator,ſed non habet in ſe dilectionis
dei timorem. g ¶Omne ſublime uidet.) In ſubli
me,inquit,atq; in excelſum erigitur,id eſt,uſque ad
ipſius inæſtimabilis ſuperbiæ ſuæ apicem eleuatur,
ut blaſphemus ponat in cœlo os ſuum,dicens: Po- Eſa.14.d
nam in cœlo thronum meum & ero ſimilis altiſſi-
mo. h ¶Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuper-
biæ.) Id eſt,caput & princeps omnium ſuperborũ,
quem imitantes angeli & homines impij & præua-
ricatores,facti ſunt filij ſuperbiæ eius.

Caput XLII.

Reſpõdens autem Iob domino dixit:Scio quia
omnia potes.) Id eſt,qui diabolum humilias,
quomodo uis & quando uis. k ¶Et nulla te la
tet cogitatio.)Scrutatorem cordis & renium latere
quis poterit? unde apparet ſanctum Iob ex his ſer-
monibus quos deo pœnitens confitetur, accuſare
cogitationes ſuas,q̃bus ſe meminit de iuſticiæ ſuæ
meritis ſibi plurimum tribuiſſe; & deo quaſi ruſti-
co,notam iniquitatis obijcere tentaſſe.
Quis

a Quīs eſt iſte qui cælat conſilium abſq; ſcien
b tia? Ideō inſipienter locutus ſum: & quæ ul=
tra modum excedunt ſcientiam meam. Au=
di & ego loquar: interrogabo te & reſpon=
c de mihi. Aūditu auris audiui te: nūc autem
d oculus meus uidet te. Idcirco ipſe mē repre=
hendo & ago pœnitētiam in fauilla & cine=
re. Poſtq; autem locutus eſt dominus uerba
hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten:
Iratus eſt furor meus in te & in duos ami=
cos tuos: quoniam nō eſtis locuti coram me
rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo
uobis ſeptem tauros & ſeptem arietes: & ite
ad ſeruum meum Iob; & offerte holocau=
ſtum pro uobis. Iob autem ſeruus meus ora
bit pro uobis. Faciem eius ſuſcipiam, ut non
uobis imputetur ſtulticia. Neq; enim locuti
eſtis coram me rectum; ſicut ſeruus meus
Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites &
Baldad Suites & Sophar Naamathites: &
fecerunt ſicut locutus fuerat dominus ad
eos; & ſuſcepit dominus faciem Iob.
Dñs

E a ¶ Quis eſt iſte qui cælat cōſilium abſq; ſcientia.) Id eſt, nemo poteſt abſcondere conſilium à cōſcientia tua. Iam in conſequentibus manifeſtiſſime errorem ſuum demonſtrat, & inſipientiam confitetur, per quam ignorans ad deū loquendi modū exceſſerit, ita dicens: b ¶ Ideo inſipienter locutus ſum: & quæ ultra modū &c.) Iam nunc depoſita inſipientia atq; abiecta ſtulticiæ præſumptione, pro noticiam increpationis diuinæ ad emendationem correctus & pręſentis caſtigationis purgatus examine, deum nihilominus audet interrogare dicendo: Audi, clementiam diuinæ indignationis oſtēdit; & hoc loqui uidetur, quod illam plagam lōge alio modo circa eū deus operatus fuerit, quā ipſe antea iudicaret; & hinc eſt, quod ſe à deo doceri cupit; ſibiq; hoc ipſum depoſcit oſtendi. Accepto ergo Iob, ſicut ex ſer-
F monibus eius credendū eſt, diuinæ uiſitatiōis oraculo ait ad deū. c ¶ Auditu auris audiui te; nūc autē oculus meus uidet te.) Poſt tentationis probationem, proximior factus diuinæ cognitioni; dicit ſe iam deum uidere, quem ante dū examinaret̄ audiſſe ſe dixit. Audire autem deum uel uidere, qui eſt inuiſibilis & incomprehenſibilis nō iſtorum eſt oculorum, uel iſtarum aurium, ſed potius mentis & cordis. Propter quod beati ſunt mundo corde homines quo deus uidet̄. d ¶ Idcirco ipſe me reprehēdo &c.) Quem locum alij dixerunt: Ideo deſpexi memetipſum & diſtabui & æſtimaui me terrā & cinerem. Quod aūt in iniuriam ſancti Iob, amici eius non recte locuti fuerint; hic aperte dño eis imputāte monſtratur, unde ipſe ait ad eos. Quod peccatū illud exprobrationis eis remitti nō poſſit, niſi beatus Iob pro illis orauerit, & holocauſtum propiciationis obtulerit. Vbi aduertimus quod ſacerdotis officio, beatus Iob functus fuerit. Intelligat̄ hoc loco quod nulli expediat cum exultatione & cōuicio coarguere in dei caſtigatione ac tribulationum laboribus cōſtitutū. Ait nanq; quod Iob ante pro eis ſacrificiū offerentē, faciem eius ad exaudiendū libenter ſuſceperit. Et addit dñs duplicia. In ſequētibus quæritur cēſus eius, qui quemadmodum fuerit duplicatus, libri huius ſcriptor diligenter enarrat. Fratres uero & ſorores qui ad beatum Iob poſt plagā caſtigationis eius cō-
G uenerant, omnes cognationes & familiæ generis eius intelligendæ ſunt. Vniuerſi etiā noti & amici eius, qui regalē potentiā eius ſingularemq; ſapientiam prius nouerant, uenietes ad eū comederūt cū eo in conuiuio honoris eius, in quo ſignificatus eſt ab eo omniū ſordiū ſqualor abſterſus. In motu uero capitis indicatā cōuenientiū ad eū læticiā nouerimus; quiq; muneris gratia, uelut inopi & penitus nihil habenti dederūt oues ſingulas & inaures aureas ſingl'as. In hac cōſolatione & ſi parua & priorū bonorū duplicatiōe, animaduerti poteſt quod grādis multitudo ad illū conuenerit; qui cū à ſingulis paruū acceperit, ſubito tantarum diuitiarum factus ſit dñs. Potuit hoc ſcriptor libri huius & per anticipationē dixiſſe, ut poſt tētationē illā per centū quadraginta annos uitæ ſuæ, benedicēte dño, cumulatas in
H duplum diuitias poſſideret; filiorū uero eius duplicatū numerū non legimus. Vnde arbitror q̄d cū ea quæ omnino perierant, illa ei in duplū fuerint reſtituta etiā filij ei uiginti pro decē redditi ſint. Hi em̄ ipſi decē primi quos ruina domus labentis oppreſſerat: apud deū non putantur extincti. Propter ædificationē itaq; fidei noſtræ: tantos ei filios à deo redditos: quātos amiſerat ſentiendum eſt; ut omni bonorum ſuorū ſubſtātia in duplum ſibi à dño reddita, etiam filios in duplum habere ſe crederet; qui utpote fideliſſimus dei ſeruus, minime dubitare deberet eos quos ad deum præmiſerat non periſſe. Sic ubi per totū hunc librum ſanctum Iob, figuram habuiſſe ſaluatoris perſpeximus: donāte gratia eius, ut nobis largiri dignatus eſt expoſuimus: & in quibuſdā locis, amicos eius ſignificari hæreticos intelleximus, ſicut etiam & illum Heliu gentilitatis habuiſſe imaginem, diſſeruimus. Sed quia per Chriſtū impiorum atq; errantium recōciliatio eſt. Nō eſt em̄ aliud nomen ſub cœlo, in quo oportet ſaluos fieri: ideo extincta nunc gētilitate atq; abolita, hæretici ad Chriſtum à deo patre mittunt̄, ut per quē prius ſaluati fuerāt, rurſum lapſi per eundē mediatorē deo recōcilientur. In holocauſto uero ſeptē taurorū & arietum: orationū atq; eleemoſynarū ſatisfactio, ſupbię & irę emūdatio plenaria, atq; pfecta per laborē atq; innocentiā pœnitētia demonſtrat̄. Quod autē ait:
Dñs



a Dōminus quoq; conuerſus eſt ad pœniten
tiā Iob, cū oraret ille pro amicis ſuis. Et addi=
b dit dominūs omnia quæcūq; fuerāt Iob du
c plicia. Venērunt aūt ad cū omnes fratres ſui
& uniuerſæ ſorores ſuæ; & cuncti qui noue=
rant eū prius: & comederunt cū eo panē in
domo eius. Et mouerūt ſuper eum caput: &
d conſolāti ſunt eum ſuper omni malo quod
e intulerat dñs ſuper eū. Et dedērunt ei unuſ=
quiſque ouem unam & inaurem auream
f unam. Dōminus autē benedixit nouiſſimis
Iob magis q̄ principio eius. Et facta ſunt ei
quatuordecim milia ouium: & ſex milia ca=
melorū; & mille iuga boum, & mille aſinæ:
& fuerūt

A a ¶Dominus autem ſuſcepit faciem Iob &c.) Illud
Roma. 8. g eſt quod ait Apoſtolus: Chriſtus Ieſus q eſt in dextera dei; qui etiam interpellat pro nobis, ſecundū
1. Ioan. 2. d Ioannem apoſtolum; aduocatus noſter eſt & propiciatio apud patrē. Sic itaq; facies ſaluatoris à patre ſuſcipit̄; dū & ipſe exaudit & exaudit̄. b ¶Et addidit dñs omia quæcūq; fuerant Iob duplicia.) Illa igit̄ addita ſunt Chriſto dño & deo noſtro, cū populo Iſraēl per fidem addita eſt gentiū multitudo, & addetur in regno. c ¶Et uenerunt omnes fratres & ſoro. &c.) Q̄d ait uenerunt hoc eſt per fidē ei incorporati ſunt, ut intra eccleſiam in uno ſpiritu congregati, eſſent membra eius omnes credētes in eum. Fratres autem & ſorores dicuntur, omnis illa cognatio Iudæorū populi, de quorū familia natus eſt Chriſtus. Siue fratres & ſorores, generaliter omnium nationū multitudines intelligere poſſumus; eo quod de maſſa humani generis
B carnem aſſumpſit; per quam ſibi cæteros fratres di-
Pſal. 21. e gnatus eſt facere, de quibus ait ad patrē: Narrabo nomen tuū fratribus meis; in medio eccleſiæ lauda-
Marc. 3. d bo te. Et in euangelio ait: Qui enim fecerit uolūtatē dei, hic mihi & frater & ſoror & mater eſt. Et cuncti qui eum prius nouerāt uenerunt ad eū, ita & de eis ſentiendum eſt; quia nouerant eū prius omnes ſancti & prophetæ, qui eū utiq; uidebant in ſpiritu: quem etiam in carne uenturū annunciabant, ſicut
Matth. 13. c ipſe dñs dicit: Multi prophetæ & iuſti cupierunt uidere quæ uos uidiſtis, & nō uiderūt; & audire quæ uos audiſtis, & non audierunt. Quē uidebant autē in ſpiritu, præſentiam aduētus eius in carne uidere deſiderabant, ſicut & ſanctus Abraham, de quo ait
Ioan. 8. g dñs: Abraham cōcupiuit uidere diem meū, & uidit & gauiſus eſt. Itaq; prædicti ſancti uenerunt: quoniam habētes eundem ſpiritū fidei, prophetauerūt uelut iuſti ex fide uiuentes; & ſacramentum incarnationis Chriſti futurum præuidentes in ſpiritu, in ipſam fidem Chriſti per eandem pœnitentiā uenerunt; id eſt ex fide in fidē, ut eſſent ſub Chriſto capite unū & ipſi in corpore eccleſiæ conſtituti, ubi iam reſurrectione glorificato Chriſto, & ex paſſionis cōtumelia in honorem priſtinum reſtituto, nūc in domo eius eccleſia, panem ſacramentorum eius comedunt omnes per fidem uenientes ad eum. Cū ipſo autem panem ideo comedere dicuntur, quia ipſe di-
Matth. ulti. xit: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cōſummationem ſeculi. Siue quia ipſe eorundē myſteriorum eſt cōſecrator, in quibus & ipſum benedicentem & conſecrantē accipimus, quia ipſe di-
C xit: Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi: & uerbū ſcripturarū, panis eſt Chriſti, quo in domo Ioan. 6. c
ſaluatoris eccleſia paſcuntur: & exhortatione eorū reficiuntur quondam fide inopes; qui in hoc ſeculo cum eſſent alieni à deo, famem ſermonis diuini patiebantur, & cūcti qui eū prius nouerant uenerūt ad eum; id eſt, qui eū nouerant in terra, uenire ad eum meruerunt in cœlū. Et mouerunt, inquit, ſcriptura, ſup eo caput: exultantes uidelicet, quod ſpiritualibus & ſacris Chriſti cōuiuijs effecti eſſent participes, ſicut dñs ait in pſalmo: Vota mea red- Pſal. 21. f
dam coram uultu timentium eū; edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt dñm qui requirunt eum. d ¶Et conſolati ſunt eum ſu. &c.) Saluatorem noſtrū nō mediocriter cōſolatur, qui paſſionem eius, quā pro redemptione mundi ſuſcepit, cū gaudio credit & fideliter oculis fidei contuetur; ipſe enim tali conſolatione repletus eſt; qui cum uidiſſet turbā credentiū, exultauit in ſpiritu, ſicut ſan- D
cto euangeliſta ſcribente didicimus. Intuliſſe autem filio ſuo deū patrem malū paſſionis & mortis, ita dicimus ſecundū Apoſtolū: Qui proprio filio ſuo nō Roma. 8. f
pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit eū. Super quod magnam ſumimus conſolationē, quod dabit nobis bona ſua, qui mala noſtra ſuſcepit. e ¶Et dederūt ei unuſquiſq; ouem unā &c.) Vnuſquiſq; per fidem ad Chriſtum uenientiū, offert ei innocentiam ſuam, mentiſq; obedientiam. Quia & Apoſtolus ex peccatoribus ſanctos effectos, ita uiuere docet, dicens: Obſecro uos fratres, ut exhibeatis cor- Roma. 12. a
pora ueſtra hoſtiam uiuam, ſanctam, deo placentē. Sic itaq; uenientes ad Chriſtum, efficiuntur oues dominicæ, oues ſanctæ, oues illæ rationabiles aſcēdentes de lauacro, geminos fœtus habentes, cū per obedientiam mandatorum dei renatæ in Chriſto, innocentes & ſimplices operarij fuerint & fideles. f ¶Dominus autē benedixit nouiſſimis &c.) Principia Chriſti dei & domini noſtri, legis Moyſi exordia eſſe ſignificantur. Nouiſſima uero eius euangeliū eſſe monſtratur. Vnde Eccleſiaſtes ait: Meliora Eccles. 10. c
ſunt nouiſſima ſermonis, quàm initiū eius. Proinde meliora ſunt myſteria euāgelij reuelata in Chriſto, legis ſignificationibus & figuris; meliora ſacrificia cordium contritorum, quàm holocauſtomata pecudum. Melior manifeſtatio ueritatis in euangelio, q̄ allegoriarum umbra in ueteri teſtamento. Sic itaq; benedixit dominus nouiſſimis Iob magis q̄ principio eius; ut in utroq; populo, Iudæorum & gentium, gratia abundaret; quos populos ſecundū
morum

E morum qualitates,quaſi ſub diuerſorum animaliũ nominibus hæc ſcriptura uoluit appellare. Quam uero ſignificationem eadem animalium in ſe uocabula cõtineant,in principio operis iſtius dixiſſe me memini.Duplicatum uero horum animalium numerum, propter utrũq; populum puto: ſiue propter abundantiorem gratiam euangelij: ut iam diximus, de qua Apoſtolus ait; Sufficiẽtia noſtra ex deo eſt; q̃ & idoneos nos fecit & miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu;litera enim occidit: ſpiritus autẽ uiuificat. 2.Cor.3.b a ¶Et fuerunt ei ſeptem filij & tres filiæ.) Quod ſeptẽ filios & tres filias referẽ habuiſſe; gra

F tiarum ſeptenarius numerus indicatur,& legis prophetiæ: & gratiæ ut in principio huius dixi. Quas pater earum moriens fecit cohæredes fratrum ſuorum,id eſt animas quas per ſpiritum gratiarũ in teſtamento diuinarum ſcripturarum incorporat, eas utiq; promiſſionum ſuarũ fecit eſſe participes. Earum quoq; filiarum ſignificãter nomina poſita: magnum in ſe continent ſacramentum. b ¶Et uocauit nomen unius diem;& nomen ſecundæ caſia; & nomen tertiæ cornu ſtybij. Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ, ſicut filiæ Iob in uniuerſa terra &c.)Dies ergo lex dei eſt,quæ ad cognitionẽ ueritatis,humanæ ignorantiæ noctẽ illuminat, Caſia ſanctæ unctionis eſt donum,Cornu ſtybij competentiſſime,euangelicis copijs eccleſiæq́; diuitijs coaptatur,quæ ſpiritualium rerũ theſaurus eſt. Cornu uero ad inſigne regiũ & dignitatẽ eccleſiæ pertinet,ſicut ait propheta: Exaltauit cornu Chriſti ſui.

a & fuerunt ei ſeptem filij & tres filiæ. Et uoca-
b uit nomen unius diem; & nomen ſecundæ caſia;& nomẽ tertiæ cornu ſtybij. Nõ ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ,ſicut filiæ Iob in uniuerſa terra,Deditq́; eis pater ſuus hæreditatem inter fratres earũ. Vixit autem Iob poſt flagella hæc centũ quadraginta annis;& uidit filios ſuos,& filios filiorũ ſuorũ: uſq; ad quartam generationem;& mortuus eſt ſenex & plenus dierum.

G Figuram ergo ſanctus Iob manifeſte habuit ſaluatoris;& in hoc quod ex ditiſſimo egens, & pauper factus eſt, ut nos locupletaremur. 1.Reg.2.b Circa corpus eius omnem poteſtatem ſuã diabolus exercuit; ſed nihil ꝓfecit,ſicut ipſe dominus ait; Veniet enim princeps mũdi, & in me nihil inueniet. Ioan.14.d Quemadmodum etiã beatus Iob poſt damnum filiorũ infideliũ ditatus in filijs eſt, ita & ſaluator poſt amiſſionẽ filiorũ infideliũ ditatus eſt in gẽtibus. Per multa ergo ſanctus Iob domini noſtri paſſionẽ quoq; & patientiã figurauit, numero filiorũ & filiarũ nominibus, ſepti-

H formem gratiam ſpiritus ſancti legis & prophetarũ atq; euangelij in ſaluatorem noſtrũ plenitudinem portendebat futuram.In quo requieuit ſpiritus ſapientiæ & intellectus;ſpiritus cõſilij & uirtutis;ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis, repleuit eũ ſpiritus timoris dei,quod intelligendũ eſt,plenus dierũ. Eſa.11.a Tandẽ releuatus lance explanationis onere, uelut expoſito graui faſce reſpirãs; ad te beatiſſime pater Vecteri, clauſulam ſermonis mei dirigo,petens ut ſi quid in hoc opere dignum probabili ueritate perſpexeris, etiam circa meam exiguitatẽ largiſſima domini noſtri dona mireris;obſecro ne aut amico fauore permulceas;aut beniuola excuſatione defendas. Quia nolo eminentiam iudicij tui à ſuæ dignitatis ſublimitate deijcias,ſed potius ſic opuſculũ meũ laudabile facias,dum incõdita eius corrigendo retrectas, & perfecta emendatione caſtigas.

Commentariorum in Iob finis.

Index ternionum.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN
OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ && ℞℞.

Omnes ſunt terniones præter ℞℞, qui eſt quaternio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

VIRTVTE DVCE,



*Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te*

*Nos facimus* FORTVNA *deam, cæloq; locamus;*

COMITE FORTVNA.